BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
3 E
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

21 B 9
17-18. a 42

Digitized by Google

Digitized by Google

Bibliotheca Secreta Coll. Rom. Soc. Iesu

EXPOSITIO LACONICA PARAPHRASTICA OMNIVM BVLLARVM

AD SENSVM PROOEMII

Ex prima ſub Diuo Petro vſque ad præſentem Summ. Pontificem, Cõtra Quarantam, Caſtellanum, Nouarium, Cherubinos patrem, & filium, & cęteros Bullariſtas, qui incipiunt ſolummodò ex Gregorio VII. anno 1073. derelinquunt etiam multorum aliorum Pontificum Bullas poſt Gregorium, modò verò adduntur omnes, ità vt nullus remaneat Pontifex, qui non feciſſet ſaltim vnam Bullam, ſeù ordinationem, accipiendo Bullam largè pro ordinatione, & quid ſit Bulla, vnde dicatur, & quotuplex.

II. Expoſitio omnium Conciliorum, ex primo ſub Diuo Petro, vſq; ad pręſentem Summum Pontificem, & quid ſit Concilium, quotuplex, & vnde dicatur, & quando incęperunt Concilia.

III. Summa Caſuum Conſcientiæ, cum verbis Summorum Pontificum in Bullis, & Summa Caſuum Conſcientiæ cum verbis Summorum Pontificum in Concilijs.

IV. Expoſitio omnium Decretorum Sacræ Congregationis Rituum.

V. Explicatio omnium Bullarum ad Sacros Canones, ex quibus poteſt fieri quaſi ſeptimus; applicatio Concilij Tridentini ad Sacros Canones, & etiam applicatio aliorum Conciliorum.

Et primo Prologomina neceſſaria Legiſtis de vtriuſq; Iuris origine, de modo ſtudendi, & allegandi, cũ numero, & ſummario legum.

De omnibus libris etiam Apogriphis, Geographis, Canonicis, & de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Ab Antiquario Magiſtro MAVRITIO de GREGORIO Ordinis Prædicatorum, in Caſtri Ioannis Capitulo Diffinitore, Viſitatore, Priore, &c. ex Promotoribus participantibus ad Doctorandum, per præceptum Eminentiſſimi Cardinalis Sabelli cui per Theologum inſeruiebat, & primò Cardinali Aquauiua, & eius fratri Epiſcopo Caiaciæ per Superintendentem. E. E. S. M. & I.


NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Gaffari. M D CXLVIIII.

Superiorum Facultate.

Expenſis ANTONII PIERI ſub Signo Iuntæ in hac vltima Impreſſione.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google



EMINENTISSIMI CARDINALIS PHILAMARINI, verè ab Aracœli, miſſi à Deo, omnibus heroicis Actionibus, eius ſingulari Regimini in omnibus, & per omnia, nimia Conſtantia, Charitate, Prudentia, & Vigilantia fidei zelo pleno, ſui Archiepiſcopalis totius Palatij neceſſariæ renouationi, etiam omnium officinarum puteorum, & præuia via ad Pontificalia exercenda, & viridarij, fontes, & alia ad recreationem percipiendam, ſuæ Nobiliſſimæ Familiæ in centro Ciuitatis alterius Excellentis Palatij, mirabilitèr reſtaurationi, in Sancto Apoſtolo Muſaicæ Marmoreæ Mauſuleo, priuatis, & publicis eleemoſynis, vt in Sancta Maria de Carmelo magni pretij lampadi argenteæ, ad quam ſingulis quartis ferijs nimia deuotione ſemper accedit, quotidianis audientijs, per ſingulos annos viſitationibus, non dùm ab alijs ſic exercitis; Diui Ianuarij admirabilis Cappellę aperitioni, multis in locis precioſis Eccleſiaſticis paramentis. Vt alter Archiepiſcopus Neapolitanus Philamarinus, vt alter Marinus Philamarinus conſanguineus diſcipulus S. Thomæ, & vt alter Summus Pontifex Bonifacius Nonus, cuius Mater fuit Philamarina, Anno 1389. vt Hiſtorici, Epitaphia, & Cappella Philamarina, in qua eſt modo Cappella Sancti Ianuarij, proclamant. Cui propter ſui ſummum ſcire, & animi fortitudinem, non ſine eius periculo pro ſuo Rege, & Patria illicò quaſi infinitum exercitum popularem accomodanti, auream ſtatuam eſſe erigendam omnes confitentur.

Has Marmoratas laudes ænea folia ad nomen Familiæ Amantis Immortalitatem ΦΙΛΑΜΑΡΗΝΟΣ à Græcis Neapolis fundatoribus originem habentis, appoſita ab Antiquario Magiſtro Mauritio de Gregorio, & dicata Illuſtriſſimis, & Ingenioſiſſimis Nepotibus Aſcanio, & Abbati Claudio Philamarini, Filijs tanti Militis SCIPIONIS Caſtrorum Præfecto in Italia, in Germania, &c. à Sua Maieſtate per Proregem Lycienſis, Coſentiæ, Barenſis, Vicarij Generalis, In Regio Neapolitano à Latere Conſiliarij, nimia prouiſione cum Habitu S. Iacobi, &c. Anno æuiterno M.D.C.XXXXVII. Kal. Auguſti.

Siſte, & Legge, curioſa Proœmialia, Antiquaria, Prologomina ad omnes facultates, Mag. Maurity de Gregorio Siculi Cammarata, vt Antiquarij, Pro intelligentia operis & pro titulis inopponendis libris, & intelligendis.

PRologomina à Græcis, à Latinis verò dicta Præambula v3. Quid ſit Aphoriſmus, & vnde dicatur. Quid Concilium. Quid Diploma, ſeù Bulla, & Bullarium, & quot ſũt bullæ, & qui pontifices ſecerunt eas, & qui nõ & occaſione eurum, indagantur omnes ſpecies huiuſmodi .ſ. Quid ſit liber, ſiuè libellus, & libelli variæ exceptiones de libello, de volumine, de Tomo, ſeù de Tomis, de Commentis, de Commentariis, de Commentatoris officio, de Commentariolis, de Tractatu, de opere, de opuſculo, de tribus opuſculorũ generibus .ſ. ſcholiorum, Homiliarum, & Tomorum, de Apologia, de Dialugo, de ſermone, de Paraphaſi, de Paraphaſte, de Gloſſa, de Apoſtilla, de Biblia, Geneſi, exodo, Leuitico, Deuteronomio, Paralippomenon, de decreto decretali Clementinis, extrauagantibus, & ſexto, & ſeptimo, de Digeſto vetere, & nouo, de Authentica, & Authenticis, de Inforciato, & Codice; de allegandi lege antiquitus, tamquã Antiquarius, & quomudo allegentur modo, declarando omnes characteres, figuras, & breuiaturas, qbus vtimur in hoc opere, & nomina Legiſtarum, & Canoniſtarũ de ſintaxi, de panatio ſinopſi, & ſyntagmate, Paradoxis, de libris Geographis, de libris Apogriphis.]

Abulenſis in illis verbis actuum Apoſtolorum: Et cecidit ſors ſuper Matthiam, ait cum Beda, ecce in primo Concilio Diui Petri, Viri fratres, &c. fuit aſſiſtentia Spiritus Sancti, & ideò poteſt dici Concilium à Conceptione, inſpirationis Spiritus Sancti. Et non ſolum dicitur Concilium à Cenſedeo, à Conciliando, & Conſulendo; Quid ſit Concilium, & quotuplex, & quando incepit, volue in 1. fol. quid ſit Bulla, ſeu diploma. Reſpondetur bullę ſignificatio multiplex eſt, vt recenſet Rebuff. in prax. beneſ. in tit. 3. par. ſignaturę, §. nunc videamus. Petr. de Greg. lib. 17. ſyntag. in cap. 15. num. 21. Et in decretalibus, in tit. de reſcript. capitul. 45. libr. 1. Crauett. ad Veſtrium in prac. Rom. Cur. lib. 1. cap. 4. nu. 13. nouiſſimè Sebaſtian. à Coſta in ſuo Commẽtat. ad bullã Cruciatæ, q. 1. vbi antiquiores cumulat. Sed viu, & conſuetudine Rom. Cur. vſurparum eſt, vt Bullæ Pontificum Diploma ſignificet, eo, quod bulla plumbea à cordis pendentibus affixa, & SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum capita inſculpta habent, firmamẽtum recipiant ſecundum gradiendos, & apud Curiales tritiſſimum eſt. Hęc itaque collectio in qua plura extant eiuſmudi diplomata, bullę nuncupata, Bullarii nomen ſortita eſt. Vide in fine Bullarii S. Inquiſitionis praxis noſtræ multa alia, &c. Viualdus poſt multas ethimologias, quod accipitur Bulla pro tuto diplomate, Dionyſius Athanaſius, quod dicitur Bulla ſimilitudinarie à Bulla, quæ portabatur in pectore pendens à nobilibus Romanis, vide in fine noſtri Summarii Bullarum S. Inquiſitionis multa, &c.

Liber dicitur à libertate loquendi, in eo .n. ſcribimus ad libitum ſine verecundia, litera enim non erubeſcit, vel eo quod doceat artes liberales, quibus homines imbuti vere liberi ſunt, vel libros dici, quaſi liberos, idsſt filius, ſunt enim filii noſtri ingenii, & quantum deſudatur in filio procreando, & aliendo, &c. magis deſudatur in edendo libro.

De Commentario, & Commento. dicitur Commentum quaſi conceptus mentis, ſicuti monumentum, quaſi quod moneat mentem, & vt dicitur de libro, & libero, ſic dicitur de commentario, & commento.

Tomus dicitur quaſi diuiſus, & vulgo dicitur tomus primus, tomus ſecundus, &c. Tomos enim partem ſignificat.

Syntaxis ſonat idem, ac tractatus.

Codex dicitur à conducendo, eo, q ab eo, quaſi manu ducti, ad iuris peritiã adducimur, eſt .n. lex, lux ſecundum opinionẽ Salomonis.

Syntagmata præter ſignificationem, quam habet de exercitu bene diſtributo, &c. accipitur etiam pro libro, & volumine alicui ſtudioſo conſcriptum, & omnia congruè habente. De Panegeri, ideſt de laude.

Paraphraſis eſt eiuſdem ſententiæ per aliũ ſermonem expoſitio, & liberior interpretatio cum quædam mutantes, aut etiam addentes, copiuſius, & dilucidius explicamus, quod ab aliis laconicè dictum eſt, eiuſmodi eſt Themiſtii in Ariſtotilem, inde Paraphraſtis, ideſt interpres latius explicans.

Gloſſa, lingua, interpretatio, dicitur, & à legiſtis dicitur apparatus, vt ait tex. & apparatus, Dialogos, dialogus, ſermocinatio, ſeù inter duos propriè, inter plures impropriè. Cõfabulatio, ideſt ſermo ex interrogatione, & reſponſione compoſitus, de ea re, quę vel philoſophiam, vel Reip. partes attingat, diſceptans, cum appoſita verborum, perſonarumq; expreſſione. De hac dictione multi multa dixerunt, præcipuè Cic. in Cat. & de amic. & quæſtion. Tuſculan. & Laertius in vita Platonis, & Budeus in ſuis commentariis, inde venit, dialogiſmos, deputatio, ſermocinatio, diſceptatio, ratiocinatio, confabulatio.

Pana-

Panarium,quo vtitur Epiphanius, ſignificat vas,in quo panis reponitur, & accipitur pro opmuielibri,quaſi in quo neceſſaria reponū-tur,&c.

De Paradoxis nota, quod dicuntur à para græcè, latinè præter ſonat,& doxon .i. opinionem,& ſignificant .i. præter opinionem, vt cum quis dicit mortem vitę eſſe præferē-dam, cum tamen aliud in ſua opinione ſentiat,&c.

Homilia,Dialexis dicitur infeſtina ſermocinatio, vt videre eſt in homiliarijs per quatuor volumina.

Dialogizedai, inire ſeu ratiocinari cum aliquo, & accepta, vel expenſa ſubducere Demonſt.

Ode,Dialogiſamenos,Pros,Ton,Pateria, ton emon à phichen,aphton.

Apol gia defenſio, excuſatio, inde apologeticus liber,quo nos excuſamus.

Apologeo,Defendo purgo,cauſam dico. Apologame,Dedemenos idest è vinculis cauſam dico,Apologima .i.defenſio.

De litera nihil dicendum puto, cum ſatis ſuperq; à fratre Ambroſio dicatur, licet de interpungendi ratione,ſeu lineis,punctis, ſatis abunde diſceptetur à Leone Allatio in antiquitatibus rerum etruſcarum, &c. Laconicè, idest breuiter,ſicut Athenienſes de bello,vnico verbo aiebant captæ ſunt Athenæ, & reſponſio erat eſt capi.

Aphoriſmus,ſeparatio, diſtincta rerum explicatio, plurium rerum ſummarim facta traditio, & quaſi ad regulam exacta rerum doctrina.Galenus ait Aphoriſmum, doctrinæ genus eſſe oiper,dia.

Bracutaton apanzata,tu,pragmatos,idia Penoriza, idest quod omnes rei proprietates breuiſſimis verbis circumſcribit, Euſtachius aphoriſmos gumicous, dicta ſententioſa appellauit, quæ quidem dicteria vocant, idest Apophtegmata,idest hiſtoriæ breues.

Summa, Cephaleon, caput totius ſententiæ,cum breuioribus dicitur, quam res vt dicatur expoſtulat.

Summarium,Apotomi,idem eſt,quod breuiarium,olim enim quidquid verbis latini exprimebant,ſummarium dicebatur.

Apotomos,Apotomu, latinè ſonat idem, ac violentus,durus,præruptus, &c. compendioſus,breuis,compendiarius.

Epitomos ſonat idem, ac præceps, & præciſus,& breuis,vnde in noſtra gloſſa, Epitomè dicitur. Enchiridion nomen libri idest Manuale,vt enchiridion Auguſtini,& Nauarri.

Turris dicitur quaſi à terrendo hoſtes pro noſtro libro Turris viridarij, Græce dicitur Porgos quaſi ignis, ex eo quia ignis ſemper in ea lucere debeat. Quid ſit Biblia, Geneſis, &c.vide noſtram expoſitionem totius Sacræ Scripturæ, quæ intitulatur Anatomia fol. 14. impreſſa Neap. 1642.

Margarita eſt nomen Gemmæ pretioſæ, vt ait Euangelium, deindè extenſum ad pulcherrimas perſonas vt ad S. Margaritam, &c. poſtea antequam eſſet facta tabula, ſeu Index,ſeu ſyllabus,nam antiquitus non erat tabula, neq; index, & fuit introducta Margarita pro indice,ſeu tabula, vt ait Brunus, & Polidorus de origine rerum, Poſtea pro libro integro,vt Margarita philoſophica, & Laurentius Pignorius Margarita mathematica, vltimo accipitur Margarita pro excellentioribus partibus,veluti gemmis libri, vt fecimus nos in Tuid.Margaritas, & Hiacyntum, & ſic hic accipitur. Quaſi idem eſt dicendum de Hyacinto triplici,ſcilicet Hyacinto lapide, & Hiacynto flore, & Hiacinto nomine proprio, & Hyacinto nomine libri, etiam Apographi, Geographi, Canonaci, & de libris prohibitis. Similiter Anatomia eſt introducta à nomine libri,vt Anatomia Bibliæ, Anotomia idest recta diuiſio. Sinopſis quo vocabulo vtitur Epiphanius ſignificat miſſæ ſacrifitium.

De origine Sacrorum Canonum, & Bullarij, Decretorum liber per quoſdam.

COmpilatus fuit, ſumma cum diligentia, * ingenijq; dexteritate Bononiæ anno Domini 1120.ſub Henrico Quarto, a Magiſtro Gratiano,Monaco S. Benedicti ex diuerſis Concilijs,Sanctorumq; Patrum authoritatibus,& hodie nouiter à Sanctiſſimo D.N.Vrban.VIII.ſumma cum diligentia,exactione, atq; curioſitate(vt in corpore)correctus, auctus,innumeriſq; additionibus illuſtratus eſt.

* Cuius tanta eſt auctoritas, quanta is eſt, cuius eſt Canon, Epiſtola, vel dictum in eo poſitum. Illa de fide credas, quæ ibi à Concilio generali tanquam Canone, vel à Papa tāquam Papa in materia fidei diffinita reperies. Quæ autem ſunt dicta Sanctorum, maxima ſunt habenda veneratione,& reuerentia; licet de fide eſſe non cenſeantur. Sot.4.diſt.39.q.vltima artic.2.concl.2.

De quorum Conciliorum, Sanctorumquè Patrum auctoritate,vide Didacum de Alaba, de Concilijs, & Caniſium de doctrina Chriſtiana, de præceptis Eccleſiæ cap.10. & Martin.Aiala,de Diuin.Tradit. Et vide tex.mirabilem in cap.Violatores,25.q.1.vbi ſic habetur. Violatores Canonum voluntarij, grauiter à Sanctis Patribus iudicantur, & damnantur,quoniam blaſphemare Spiritum Sanctum non incongruè videntur,qui contra eoſdem

Sa-

ſacros Canones, non neceſſitate compulſi, ſed libenter vt præmiſſum eſt, aliquid aut proterue agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt: & qui non acquieſcunt conſtitutio. Canonicis, ſed illis repugnant, committere dicantur quaſi peccatũ Ariolandi, & ſcelus Idolatriç, & habẽtur quodam modo pro infidelibus text. in cap. Sciendum colum. fin. 3. q. 1. & 5. Regum cap. 15. & no. in c. 2. de conſt. Et qui non credit præceptis Apoſtolicis hæreticus eſt, 19. diſtinct. cap. Nulli ſicut, & Contradicentes Decretis Patrum, Epiſtolis Apoſtolicis ead. di. c. In Canonicis, & tex. in cap. de Tabellis 20. diſt. vide Macquardũ de Suſanis, de cęlibatu 5. p. c. 1. n. 6. & 7. Caietan. Cano. Victoriam.

Decretum ſic diuiditur, in tres ſcilicet partes, quarum prima centum, & vnam continet diſtinctiones tantum. Secunda continet cauſas, & vna quæq; cauſa in ſuas diuiditur quæſtiones.

Tertia pars.

Duos amplectitur tractatus, quorum primus, ſeptem de pœnitentia, Alter, quinq; de conſecratione, continet diſtinctiones. Et ſicut in dictas tres diuiditur partes, ita triplicem habet allegandi modum. Primo modo allegatur, vel citatur ſic: text. in capit. Deniq; 4. diſtinct. vel cap. Miror. 50. diſt. & tunc eſt in prima parte Decreti. Secundo modo ſic, capitulo. Nemo, vndecima quæſtione tertia, ſignificat, quod hoc capitulum eſt in cauſa vndecima quęſtione tertia, eiuſdem cauſæ capit. Latorem trigeſimaſecunda quęſtio. ſecunda, ſignificat, quod iſtud cap. eſt in 32. q. 2. eiuſdem cauſæ, & tunc eſt in 2. part. Decreti. Tertio modo citatur ſic, nominando diſtinctionem, & tractatum vbi eſt, hoc modo, cap. Quẽ pœnitet, de pœnitentia diſtin. 1. cap. Conſideret, de pęnit. diſtinctione quinta capitulo Sacrificium, de cõſecratione diſtinct. 2. cap. Epiſcopus de conſecr. diſtinct. tertia, & tunc hæc capitula ſunt in tertia parte Decreti.

Decretalis ſecundus liber * Canonici Iuris vocatur Decretales, videlicet Epiſtolæ Decretales, quas diuerſi Summi Pont. reſpõdendo diuerſis quæſtionibus ſibi propoſitis in Concilijs, & extra, decernendo ſic eſſe faciendum, reſcripſerunt: ideo dicuntur Decretales à decernendo, quas Gregorius IX. Pont. Maxim. In vnum tomum redegit, per S. Raimundum ordinis mei tunc pęnitentiarium quarũ irrefragabilis eſt auctoritas, ideo minimè cõtradici, cauillarivè poſſunt, ſed inuiolabiliter (dummodo per contrariam deciſionem, vel deſuetudinem non ſint ſublatæ,) obſeruandæ.

Hic tomus in quinq; diuiditur libros, quorum vnuſquiſq; ſuos peculiares habent titulos. Allegatio huius libri fit ſimpliciter, nominando tãtum principium capituli, & titulum, ſub quo eſt tale capitulum, nec eſt opus allegare librum, hoc modo cap. Si diligenti. De foro competenti, ideſt capitulum incipit. Si diligenti ſub titulo de foro compet. cap. cum Marthæ de celebrat. Miſſarum. Nec importat quicquam, quod titulus anteponatur, verbi gratia de celebratione Miſſarum cap. 1. 2. vel cap. cum Marthæ.

Gloſſa in Prologo decretaliũ ait quod:

Pars prior officia parat, Eccleſiæq; miniſtros.
Altera dat teſtes, & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus, & vita presbyterorum.
Quarta docet quales ſint nexus coniugiorum.
Vltima de vitijs, & pœnis tractat eorum.

Tertius Tomus Canonici Iuris Sextus liber Decretaliũ dicitur ideſt alius Sextus liber adiũctus quinq; alijs libris Decretaliũ Epiſtolarũ, * hic liber collectus fuit (vt in proœmio pater, & ex Platina in eius vita) à Bonif. VIII. Pont. Max. cuius vitã, q̃ olim, ad longũ in principio dicti libri Sexti ponebatur, Greg. XIII. Pont. Max. de medio ſubſtulit. Hic liber, eoſdẽ quinq; libros, & titulos habet ſicut liber Decretalium, & eodem modo citantur eius capitula, hęc additio, quod in fine ponitur, libro ſexto, vt verbi gratia, capitul. 1. deſponſalibus lib. 6. c. Alma mater, de ſent. excomm. lib. 6.

Quartus dicitur * Clementinarum liber ſ. liber conſtitutionum, quas Clemens V. Pont. Max. in Concilio Viennenſi, & extra condidit; qui diuiditur in eoſdem quinq; libros, & titulos, ſicut ſupra dixi, eius allegato non fit, ſicut in ſupradictis, ſed hoc modo Clementina prima de Summa Trinit. Clementina. Dudum de Sepulturis.

Quintus liber * extrauagantium Conſtitutionum in duas diuiditur partes, quædam dicuntur Communes, quæ eoſdem habent libros, & titulos, ſicut alij libri ſupra, & allegãtur in hunc mundum, ext. in Extrauagant. Piæ de præbendis, & intelligitur in communibus, etiam ſi non exprimatur.

Aliæ ſunt extrauagantes Ioannis 22. quæ tantum ſunt num. 20. & tunc poſt allegationem ponitur. Io. 22. vt, v. g. text. in Extrauag. cum ad ſacroſanctæ, de ſententia excommunicatio. Io. 22.

Quæ omnia Iura Canonica tam contenta in Decretalibus, quam Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus auctoritatem habent irrefragabilem, dummodo per conſtitutionem,

Digitized by Google

vel iuſtam conſuetudinem contrariam non ſint abolita.

Decretales poſt ſextum, qui dicitur ſeptimus ad Clementem 8. ex Cardinali Pinello, Gregor.13.poſtremam Canonum collectionem ex decretis Conciliorum,& bullis annorum propè trecenorum, quæ pontificia iura & Conciliorum canones compleecteretur per modum libri ſub ſuis titulis, vt in decretalibus factum eſt,commiſit primus Cardinalibus Flauio Vrſino,Franciſco Alciato, Antonio Carrafę viris doctiſſimis, in quo multum Gregorius ipſe manu ſua laborauit,qui è vita ereptus,ſucceſſor Xiſtus V.eam curam impoſuit Dominico Pinello S. R.E. Cardinali anno 1587.Cardinali Aldobrandino(qui poſtea fuit Clemens 8.)& Card. Aſcanio Colũna,tum aliis coadiutoribus, & collegis Sacri Palatii auditoribus, & iureconſultis, inter alios Lucio Saxo, Laurentio Blanchetto, & Pompeio Arrigonio,qui poſtea auctoritate Clem.8.ad Cardinalatus honorem aſcenderunt; quod opus iam multoties ceptum, & à diuerſis doctiſſimis nuper citatis recognitum,& elaboratum compleri non potuit;tãdem tempore Clem.8. a dicto Card. Pinello ex labore non modo ſuo, ſed aliorum virorũ recitatorum finis impoſitus fuit, reponendo omnia, quæ trecentis ab hinc annis à Sede apoſtolica emanarunt,nec non decreta Conciliorũ ſub ſuis titulis, vt extat in decretalibus,illud opus à quibuſdam dictum ſeptimũ, cum poſt ſetxum librum decretalium ſequatur. Et nos noſtro de more breuiſſimè ea Conciliorum decreta, & Pontificum conſtitutiones ſub ſuis titulis referemus, & ſic ſeptimum decretalium breuiſſimè enucleabimus ex Cardinali Pinello ad Clem.8.

De origine Sacrorum Canonum vltra ſupradicta ſecundum quoſdam, & de origine bullarum.

ET vt originem ſacrorum canonum, & eorum compilationem diſpiciamus. Sciendum Auctores canonum primos fuiſſe græcos,& látinos; Græci fuere multi, Alex. Areſtenus, Ioannes Zonoras, Theodorus Balſamon, & alii Conſtantinop. Antiſtites. Latini fuere Martinus Braccerenſis, Dionyſius exiguus,atque Creſconius,etc.

Deinde Gratianus priuato nomine diſtinctiones,et quæſtiones ex variis Sanctorum Patrum ſententiis collectas in lucem edidit, ſed Eugenius Pontifex eas tamquam in ſedis apoſtolicæ gratiam conſcriptas, publicè legi,et doceri iuſſit.

Poſtea multiplicatis ſedis apoſtolicæ conſtitutionibus Gregor. 9. vnum librum edidit, qui decretalis dicitur ordinatus à S.Raymũdo Cappellano, eiuſque pœnitentiario, qui liber non ſtatim in lucem edidit, ſed poſt ſextam compilationem,nam tempore Alex. 3. cum viderentur multa à Gratiano ex conciliis,etc.omiſſa,Bernardus Præp.Pap.Fauẽtin. Epiſcopus tales decretales in vnum corpus redegit anno 1170. quæ dicitur prima compilatio.

Secunda compilatio de anno 1198.ex Gilberto,Alano,et eorum diſcipulo Ioanne Galenſi,etc.

Tertia compilatio anno Pontificatus Inn. 3.à Petro Beneuentano.

Quarta compilatio paulo poſt Conc. Lat. quod per antonomaſiam concilium generale dicitur, quam feciſſe dicitur Tancredus ann.1215.

Quinta compilatio de an.1216.fuit acta ab eodem Tancredo ex conſtitut. Honorii 3. compaginata.

Sexta compilatio iuſſa fuit à Gregorio 9. ſupradicto, in quinque libros collecta, atque diſtincta, ab eodem Sancto Raymundo tertio meæ religionis generali redacta anno 1230.

Septima compilatio de anno 1244. quam Bonifacius 8.ex variis ſuorum prædeceſſorũ, et ex nouis ſuis redegit,et hunc librum ſextũ vocari voluit.

Octaua compilatio de anno 1318. Nam cum Ioannes 22. videret laborem Clem.5. in Concilio Galliæ ſcriptum,mandauit illum edi ſub nomine dicti Clementis, et ſic dicuntur clementinæ.

A Ioanne 22. vſque in hunc diem variæ conſtitutiones Pontificum emanarunt,et cõcilia generalia, puta Conſtantienſe Baſilienſe,Florentinum,Lateranenſe 3.Tridentinum quorum canones,ac Pontificum decreta non fuerunt redacta in corpus iuris, ſeu Canonũ. Vnde.

Nona compilatio fuit tempore Clem. 8. de qua nunc eſt noſter ſermo, et tractatus, qui dicitur ſeptimus.

Decretalium liber primus ſeptimus nuncupatus. Liber primus habet titulos ſexdecim,vt de ſumma Trinitate, et fide catholica, de conſtitutionibus, etc. reſcriptis, et cęt. cum prædictis Conciliis, et conſtitutionibus.

Septimi liber ſecundus, ſeptimus nuncupatus habet titulos nouem cum prædictis conciliis,et conſtitutionibus Pontificum, vt de iudiciis,etc. Septimi liber tertius, ſeptimus nuncupatus, habet titulos 28.cum prædictis

dictis conciliis, et conſtitutionibus Pontificum, vt de vita et honeſtate clericorum, etc. Septimi liber quartus, ſeptimus nuncupatus habet titulos ſex cum eiſdem Conciliis. & conſtitutionibus Pontificum, vt de ſponſalibus, & matrimoniis, &c. Septimi liber quintus, ſeptimus nuncupatus, habet titulos viginti, cum prædictis conciliis, & cõſtitutionibus Pontificum, vt de magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi, &c.

Ius ciuile, & de origine, & eius tomis.

AIT Andr. de Iſern. quod eſt duplex * commune, quod continetur in libris iuris ciuilis, vel legum, ſeruaturq; vbique. Et ius particulare, quod continetur in legibus, Pragmaticis, atque conſtitutionibus vniuſcuiuſque Regni, vel Prouinciæ. Commune autem ius inſtituta Imperatoris, Digeſtum vetus Digeſtum nouum, Infortiatum, librũ Authenticorum, & Codicem. Liber inſtitutionum diuiditur in titulos, * & non allegatur per c. vel l. Sed per Paraphos, vel paragraphos, hoc modo, ſ. vt habet tex. in § primo Inſtit. de actionibus, ſ. 1. Inſtitut. de Accuſat. &c.

In libro Codicis ſunt authenticæ, & leges, & ſic fit allegatio duplex 1. modo allegatur, vel citatur ſic tex. in l. 1. C. de Iudiciis, & tunc eſt in 1. parte libri Codicis, quæ cõtinet leges. Vel ſecundo modo allegatur, vel citatur ſic, tex. in Authent. 1. C. de teſtamentis, & tunc eſt in 2. parte Codicis, & non allegatur lex.

Alia eſt iure ciuili citatio, quę ſupradictæ Authenticarum aſſimilatur .ſ. quando eſt lex quæ habetur in libro Authenticorum, & tũc citatur lex hoc modo, vt in authentico, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, lege ſancimus, &c.

Libri Digeſtorum per duplicem litteram ff. ſignificantur, & quare ſic allegentur, quia paucis notum, breuiter dicatur. Libri Digeſtorum, ff. antiquorum Iuriſperitorum continet reſponſa. Codex vero, Imperatorum conſtitutiones, quod inſinuat Nauar. Manual. c. 17. nu. 104. latine.

Ponuntur autem duo. ff. ſimul ad ſignificãdos libros Digeſtorum, quia duo Imperatores, quorum vnuſquiſque vocatus fuit Federicus, pater .ſ. & filius, ex diuerſis mundi partibus Iuriſperit. reſponſa in his libris cõgregarunt, & ideò ad ſignificandum. quod iſti duo libri Digeſtorum, (.i. per diuerſas Mundi partes geſtorum, collecti fuerint ab illis duobus (vt ita loquar) Federicis, ponuntur duo, ff. quorum vnum Federicum patrem, alium filium Federicum ſignificat, & dicuntur hæc duo ff. Digeſtum, & allegantur leges in his libris contentæ, hoc modo, tex. in lege Gallus, ff. de liberis, & poſthumis, & ſic de aliis. * Nota tamen, quod aliquando allegatur lex abſq; eo, quod nominetur. C. nec. ff. vt verbi gratia, Iaſon in l. 3. § duo patroni, de iureiur. & tunc ſemper intelligitur, ff. abſq; hoc quod exprimatur.

Tanquam antiquarius dico, quod in aliquibus libris antiquis inuenitur hęc citatio, .ſ. vt habet tex. & apparatus, ideſt cap. & glo. nam apparatus* ſignificat Gloſſam vt ſupra* Nota pro complemento ſupradictorum, quod licet omnes libri antiqui vtriuſque iuris, & Doctores poſuerint pro Digeſtis in allegatione duo illa, ff. Hodie tamen quidam moderni proprio iudicio ducti ponunt tantum vnum, D. pro ff.

Dicto de vtroque iure, quod neceſſarium erat, vt eorum breuiaturas intelligas, * ſcire oportet, quod Tom. dicitur Tomus lib. libro, tex. textus ff. Digeſtis, C. Codice, Cap. vel c. Capitulo. Auten. Autentica. Auth. Authentico. Coll. Collatione. Gl. Gloſa. col. columna. Can. Canone. Conc. Concilio. Conſ. Conſilio. Rub. Rubr. Rubrica. tr. tractatu. §. ¶. paragrapho. quõ. quoniã, ꝙ quod, q̃ quam, pp propter, cõt. contra. ex. Ex. Extra. etiã, vel etz. etiã. l. legẽ. vl. vel vl. vel verſ. verſiculo, ver. verbo, ℟. Reſpondeo vel reſpondetur. Q. Quęritur. q. quęſtione. a. vl. ar. articulo. cõis communis. opin. opinio. opp. oppono. oppoſ. oppoſitio, I. V. D. Iuris vtriuſque Doctor. tñ. tamen. aũt. autem. tm̃. tantum. qñ. quando. qi. quia. qȝ. que. ſup. ſupra. inf. infra. pp. papa. Pont. Max. Pontifex Maximus prob. probatur ꝓblr. probabiliter DD. Doctores.

Pro caſibus omnibus conſcientiæ in fine recitandi.

Poſt nomina, atque vtriuſque Iuris communes breuiaturas. Doctores aliquos Theologos, qui frequentius citari ſolent, ſecundo proponam loco, quamuis non ordine Alphabeti. 20, D. Th. S. Thomas Aquinas. Doct. Angelicus. idem, Mag. ſent. Magiſter ſententiarũ. Vterque Thom. S. Thomas, & Caietanus, qui dicitur Thomas à Vio. Cai. vel Gai Gaietanus. **Albertus Magnus magiſter S. Thomæ Adr. Adrianus, pal. vlt. pe. de pal. paludanus. Alex. Alen. Alexander de Ales. Ric. Ricardus. Archiep. Flor. D. Antonius Flor. Idem. Capr. Capreolus. Mar. Marſilius. Dur. Durandus. Gab. Gabriel. Biel. Dried. Driedonius. Aſten. ſumma Aſteſana. Ang. ſumma Angelica. Silu. ſumma Siluestrina Tab. ſumma Tabiena. Sum.**

Conſ.

Digitized by Google

Conf.ſumma Confeſſorum, Armil. ſumma Armilla. Io. Med. Ioannes Medina. pet. à Sot. Petrus à Soto. confeſſor Caroli V. Mich. Medin. F. Michael de Medina.

Illi, qui non paſſim, & ſunt Sancti D. Greg. D. Gregorius 1. D. Ambr. D. Ambroſius. D. Aug. D. Auguſtinus. D. Hier. D. Hieronymus. D. Anſ. D. Anſelmus. D. Iſid. D. Iſidorus. D. Chryſ. S. Ioannes Chryſ. D. Baſ. D. Baſilius. Cord. F. Antonius à Corduba. Ledeſ. F. Martinus Ledeſma. Alf. Caſt. Alphonſus à Caſtro. Victor. Fr. Franciſcus à Victoria. Cano. Fr. Melchior. Cano. Dom. Sot. Fr. Dominicus Sot. Bart. Med. Fr. Bartol. Medina. Quatuor iſti vltimi, omnes fratres Dominicani, Hiſpani, atque Sacrę Theologiæ Salmanticæ primarii profeſſores. Mag. Medina.

Quamuis Canoniſtarum innumera fere ſit multitudo, ex omnibus, illos tam antiquos quam modernos eligere curaui, qui communitèr in ſummis, & in Academiis allegantur. Quorum Princeps Abb. Abbas Panormitanus Pan. Idem. Innoc. Innocentius 4. Papa, quem ſplendorem Canoniſtarum dicit Ang. in ſum. Arch. Archidicoanus. Barb. Andreas Siculus Barbatius. Io. An. Ioannes Andreas. Anan. Ioannes de Anania. Imol. Ioannes de Imola. Butr. Antonius de Butrio. Card. Card. Zabarella. Hoſt. Cardinalis Hoſtienſis. Tur. Crem. Card. de Turre Cremata. Gof. Goffredus. Cyn. Cynus. Dominicus vel Gem. Dominicus à Sancto Geminiano. Aret. Franciſc. de Aretio. Io. Mo. Ioannes Monacus. Card. Salic. Salicetus. Fel. Felynus. Ber. Bernardus Gloſator libri. Decretalium. peruſ. Angelus de Peruſio. Anchar. Petrus de Ancharano. Plac. Ru. Palacius Rubeus. Nau. Martinus azpilcueta Nauarrus. Couarr. Didacus Couarrouias à Leyua Epiſcopus Segobienſis. D. Franc. Franciſcus Sarmiento Epiſcopus gienenſis. 22.* Super eſt iam, vt iuris Ciuilis aliquos maximè grauiſſimos Doctores ex antiquis, & modernis in medium proferamus, quorum Princeps Bar. Bartolus à Saxo Ferrato. Bal. Baldus. Iaſ. Iaſon. Balb. Balbus, Alex. Im. Alexander de Imola, Caſſan. Caſſaneus. Azo. ſumma Azonis. Din. Dec. Dinus, & Decius. Io. Fab. Ioannes Faber. Vgolinus gloſator iuris. Alc. Andreas Alciatus, Maran. Maranta, Pinel. Arius Pinellus. Coſta Emanuel Coſta. Ant. Gom. Antonius Gomez. Xuar. Rodericus Xuarez. Caſtel. Caſtellus. Matien. Matienço. Menc. Menchaca. Tel. Fer. Tellus Fernandez.

Nota, quod poſt textum, maiorem ſibi ſortitur authoritatem Gloſa. * De Gloſ. vide multa, quæ tradit Nicolaus Vigil. de iure cótrouerſo lib. 1. cap. 3. §. de opinionibus Doct. reg. 2. in Sacra Theologia textum dices S. Thomam, & Magiſt. ſent. Gloſ. autem Caietanum, deinde Capreolum Ferrarienſem.

In iure canonico poſt gloſſam Princeps ab omnibus Abbas Panormitanus conſtituitur. In iure ciuili poſt Gloſſ. Principem Iuriſtarum Bartolum omnis ſchola proclamat. * Et an Doctori alleganti conſuetudinem ſit credendum, ſunt duæ opiniones communes contrariæ, de quibus vide Portium in ſuis re. lib. 1. conclu. 24. Et an potius ſit credendum Doctori in tractatu, vel conſilio, quam in lect. vide eundem lib. 2. concl. 36.

*Inter omnes verò tam Theologos (quo ad moralia) vno D. Thoma excepto, quam vtriuſque Iuris Doctores, ſupremum locum, auctoritatemque habere meum ſiculum Abbatem Panormitanum meæ Patriæ Cammaratæ ab eruditiſſimis audiui viris, quod veriſſimum, (ſalua aliorum debita venia, reuerentiaque dixerim) iudicaui.

In titulo de origine iuris pluſquam centũ Doctores cum Polidor. & Theatro de Inuẽtoribus accipiunt originem legum ex Paradiſo Terreſtri, quãdo fuit dictum: De quocũque fructu comedes; Deinde fuerunt leges per partes vniuerſi. ſ. leges Aſiæ Africæ, Europæ, Americę quamuis fuerit vltima cognita à nobis, poſtea fuerunt leges Prouinciarũ, vt leges aſſiriorum, perſarum, caldeorum, hebreorum, Luſitaniæ, Galliæ, Germanię, Greciæ, *Italiæ*, & Romanorum, qui ex Romulo vſque ad Conſules, qui per conſuetudines, & ſine legibus vixerunt, mittentes deindè Gregiam receperunt leges decem tabularum, quibus additis duabus, &c. remanſit titulus legis 12. tabularum, ex Licurgo. &c. deinde fuere pluſquãbis mille volumina, ex quibus.

Tribonianus Teofilius, & Dorotheus fuerunt compilatores noſtratum inſtitutionum Anno Domini 533. anno vero 530. iuſſit fieri pannettas, ſeù ff. quorum compilatio digeſtorum fuit facta à ſexdecim iuris prudentibus, quorum caput fuit Tribonianus, vt in proem. inſtitutionum. §. cumque autem quæquidem pandectæ redactæ fuerunt in 50. libros, vt patet.

Codex verò, quo hodie vtimur fuit emendatus à Iuſtiniano anno 536. eiuſdem de quibus ſupra interuenientibus auctoribus, vt rubrica C. d. Iuſtiniano C. confirmando. Authenticæ verò differunt ab authenticis, nam authenticæ in fœminino genere ſunt illæ, quæ in C. reperiuntur, quę fuerunt cęptæ à quibuſdã Bononiẽſibus iuſſu Imperatoris Fe-

b deri-

derici , quæ quidem eatenus fidem habent, quatenus concordant cum authenticis , vnde ſumuntur de quibus in 5.tomo,& ille qui eos deſumpſit fuit quidam Hirnerius , adsũt etiam libri feudorum à Federico Imperatore compoſiti.

Gloſa vero , quæ ſignat caſum tàm in ff. quam in C. fuit quidam Viuianus, Accurſius vero Florentinus explicauit tex. vt per ſe patet,multas etiam gloſas in noſtro iure ciuili explicauit Bulgarius Pileus cum alijs , de quibus Bernardus Rutilius in primo tomo tractatuum diuerſorum tractatu de vitis iuris Conſultorum,apud quem multa videri poterunt de hac materia, & in lectura publica Iulii Caponi,

Summariſtæ ſunt clari in rubricis, præcipuè Bart.Bald.Paul & ante,& poſt eos.

Nomina Legislatorum clara ſunt in textu, & à Sapientibus cognoſcuntur ex phraſi diuerſa.

* Quare duæ ff.dicunt digeſtum.Reſp.quod duæ ff.dicunt digeſtum,quia eſt corruptela litteræ græcæ π quæ eſt ſimilis illis ff,

Omnes legea ſunt duodecim mille, & ſeptingentum,& ſeptem per computum Cantalupi.

De digeſto veteri,quod tractat de contractibus propter originem iuris , & propter puritatem eius pelle alba coopetiebatur,vnde de iuſt.& iur.& eius origine,& Magiſtratuum principum de ſtat.hom.de his, qui ſunt ſui,vel alieni iuris,de adopt. & emanc.de rerum diuiſ.de offic.magiſtratuum, de iuriſd. omn.Iud.de in ius vocan.de ſatisdatione, de ferijs, & dilationibus, de edendo, de pactis, de tranſactionibus, de poſtulando, his, qui notantur infamia, procuratoribus, negotiis geſtis,calumniatoribus, in integrum reſtit. de eo,quod metus cauſa.de dolo malo, de minoribus a 5.ann.capitis diminut.alienatione iudicii.receptis arbitris,nautæ,caupones, ſtabularii.vt reſtituat recepta de iudiciis inofficioſo teſtamento,petit.hæred.&c.rei vẽdicat.publiciana in rem actione, vſufructu cũ quatuor aliis tit.de operibus ſernorum, de vſu,& habit.vſufructuario,ſeruitutibus, cum cap.quinque de pauperibus,ad legem Aquiliam,de his,qui deiecerunt, de nox. actionibus,finium regundorum, famil. erciſc. communi diuidundo,ad exibendum, de interrogatoriis actionibus,ſeruo corrupto fugit. de aleæ.luſu,religioſis,& ſumpti, funerum mortuo,rebus creditis , iureiurando conditionibus per is titulos pignor. act. actionibus peculio per tres,de compenſationibus, depoſito,mandato,emptione,& pactis, venditione reſcindenda per multos rerum permutatione de pignoribus,& hypotecis , & quoque de euictionibus,& ſtipulationibus,vſuris, nantico , fęnere , fide inſtrumentorum,teſtibus, ignorantia iuris,& facti ſponſalibus vſu nup. iure dotium,pactis dotalibus , fundo dotali, donatio inter virum, & vxorem , & diuortiis Infortiati,*quia de cauſis hæreditariis,& bonis defunctorum tractat,ideo veſte nigra inducitur,vt l.genero,glo.fin.in l.decreto, Cod. eodem de ſolut.matr.impenſis in rebus dotal factis, actione rerum amotarum, agnoſcẽdis parentibus,ventre inſpiciendo cuſtodiendoque partu per quatuor,concubinis tutelis, tutore,cum verſatoribus per 50. militari teſtamento,iure codicillorum,legatis, & fideicommiſſis,vino,oleo,tritico,fundo, peculio, ſuppellectili legatis,alimentis, & cętera his, quæ per non ſcriptis habentur, poſſeſſione bonorum,collatione bonorum, Carboniano edicto,iure patronatus,obſequiis liberti,vnde lib.cogniti,legitimi, gradibus affinitatis,ſucceſſione militum,qui ordo in poſſeſſione . In digeſto * nouo , quod rubea pelle inducitur ſanguinolenta,quia de pœnis criminum , & poſt digeſtum verus compilatum fuit, ideo dicitur nouus.De noui operis nunciatione, de damno infecto, aqua pluuia, publicanis, vectigalibus donationibus,mortis cauſa, manumiſſionibus, iure aureorum anulorum naturalibus conſtituendis,liberali cauſa,acquir. rer.domi.pro ſoluto,emptore,hęrede, donato derelicto legato, & cœteris re iudicata, confeſſis logis , & itineribus publicis per ſex de fluminibus,& quid faciendum in ipſis per decem,de fonte,de remiſſionibus, arboribus cędendis litigioſis,verborum obligationibus maximè notandis ſtipulatione fideiuſſoribus priuatis delictis,furtis,incendio,ruina,& naufragio iniuriis,famoſis libellis , extraordinariis criminibus ſepulcro violato colleg.illicitis popularibus actionibus , accuſationibus, ad l.Iuliã,Corneliã,Põpeiã,Flauiã,pœnis,appellationibus quã licet,aut nõ iure fiſci,caſtrũ ſi peculio priuilegiis veteranorum,albo ſcribendo muneribus,& honoribus,delegationibus, operibus publicis extraordinariis cognitionibus,cenſibus, verborum , & rerum ſignif.reg.iur.

Codex,qui quodammodo eoſdem continet titulos dictos,niſi aliquos ſuper additos ac nouo inuentos,& ideò eſt nouus, & recẽtior,vt dicit tex.in l.2.C.de vet.iur.enunc. & ideò florida,& viridi veſte induitur tanquam noua incipiendo à nomine Chriſti tempore Iuſtiniani,& ideò Codex Iuſtiniani dicitur de nouo codice faciendo,confirmando,de ſumma

ma

Digitized by Google

ma Trinitate, & fide Catholica, ſacroſanctis Eccleſiis, & priuilegiis, Epiſcopis, & Clericis epiſcopali audientia, hæreticis, & Manicheis baptiſmate ne iteretur de Apoſtatis ne in ſilice, & marmore Chriſtus pingatur, de Iudęis Paganis, de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, de legibus, & mandatis principium, precibus Imperatori offerendis, lite pendente, pragmaticis, ſanctionibus; ſtatuis, & imaginibus, de his, qui ad ſtatuam concurrunt, de officiis diuerſis ſupradictis, defenſoribus Ciuitatum, de tranſactionibus, errore calculi, filiofam. ſi aduerſus omnem ſtatum .ſ. Fiſcum creditorē, & vbi omnes perſones .ſ. in certo loco cauſæ fiſcales, &c. de rebus creditis ſeq̄ſtratione, vſuris, eunuchis, monopoliis, ſponſalibus, repudiis ſoluto matrimonio, diuortio, cōcubinis, tutoribus, per 50. titulos ſeruis fugitiuis, de his, qui ante apertas tabulas, ſentētiis, ędificiis priuatis, & de cęteris ſupradictis.

In inſtitutionibus, in authenticis, & collationibus, &c. codicis priuatæ ſunt etiam nouem collationes conſuetudines feudorum, quæ collatio decima dicit extrauagans, quæ collatio vndecima dicitur, & ideò volumen dicebatur in quantum continet iſtam congeriem omnes ſupradictos titulos repetendo Leges infortiati ſunt biſmille 234. digeſti verò rnbricæ 484. Leges verò octo mille 135. Inſtitutionum rubricæ poſt prohemium. 99. omnes leges ſunt tres decim mille, & 27. ſecundum aliquos, ſaluo meliori calculo. Vide Sebaſtianum Brandum in expoſitione titulorum, & Summam Azonis omnium legum expoſitarum, & 40. volumina omnium tractatuum legum etiam Vmbriani, & Capuani de repulſa repulſæ, §. lege canonica, vt ex decreto decreta Patrum compilato à Gratiano anno 1105. & diuiditur in tres partes, in diſtinctiones, cauſas, & tractatus conſecrationum, diſtinctiones ſunt 101. in quibus de origin. iuris diuini, & humani, de ordinatione, vita, & moribus clericorum, & eorum officiis. Cauſę ſub quibus quæſtiones explicantur, ſed ſub 33. cauſa poſt tertiam eius quæſtionem facit mentionem de pœnitentia, & ideò in tractatu de pœnitentia habes ſeptem diſtinctiones, poſtremo de conſecratione cum quinque diſtinctionibus vſq. ad finem. Decretale compilatum à Sancto Raimundo Ordinis Sancti Dominici iuſſu Gregorii, vt in prologo, dicente, legem eſſe neceſſariam ad debitum finem, habet multos titulos, de ſumma Trinitate, conſtitutionibus, reſcriptis, conſuetudine, poſtulatione, prælatorum, electione, & electi poteſtate, translatione, Epiſcopi, vſu pallii, renunciatione, ſupplenda negligentia, ſcrutinio, ordinatis, ætate, & qualitate, ſacramentis non iterandis, de filiis presbyterorum, ſeruis non ordinandis, corpore vitiatis, bigamis, clericis, peregrinis, de officio Archidiaconi, Archipresbyteri Primicerii, Sacriſtæ, Cuſtodis, Vicarii, Iudicis delegati, ordinarii, iudicijs maioritate, tregua, pactis, tranſactionibus poſtulando, præuaricatoribus, Sindico, quę metu fiunt, reſtitutione in integrum, arbitriis Iudicis, foro competenti, libelli oblatione, mutuis petitionibus, litis conteſtatione, iuramento, dilationibus, feriis, dolo, ſeque confeſſis, teſtibus, fide inſtrumentorum, appellationibus, confirmatione, de vita, & honeſtate clericorum, cohabitatione clericis coniugatis non reſidentibus præbendis, clerico ægrotante, de reb. Sede vacante, ſine conſenſu capituli non alienandis, locato, & conducto, feudis pignoribus, fideiuſſoribus, ſolutionibus, donationibus peculio clericorum, vltimis voluntatibus, ſucceſſione ab inteſtato, ſepulturis, parrochiis, primitiis, regularibus, infeudalibus, voto, ſtatu monachorum, religioſis domibus, iure patronatus, cenſibus, conſecratione, celebratione miſſarum, baptiſmate, Euchariſtia, & cæteris Sacramentis, reliquiis, veneratione Sanctorum, ieiuniis, purificatione poſt partum, immunitate Eccleſiæ, ne Monaci ſæcularibus, negotiis ſponſalibus, & ſponſis cum oppoſitis cōditionibus legitimis, diuortiis, ſecundis nuptiis, accuſationibus, calumniatoribus, ſimonia, magiſtris Iudæis, Saracenis, Hæreticis, Sciſmaticis, Apoſtaſia, homicidio, torneamentis, Clericis in duello, ſagittariis, adulteriis, ſtupro, incendiis, furtis, vſuris, ſortilegiis, delictis puerorum, clerico venatore, & percuſſore, maledico, per ſaltum promoto, vel furtiuè, priuilegiis, purgatione canonica vlgari, iniuriis, pænitentiis, ſent. excommunicat. de verborum ſignific. & de regulis iuris, quorum doctrina eſt etiam in ſexto clementinis lib. 5. & extrauagantibus alii quinque extrauag. Io. 22. per 14. titulos, ſunt etiam conſtitutiones capitula pragmaticæ Sinodi cuiuſque Regni, & Prouinciæ, 200. concilia vniuerſalia, vt in S. Thom. & noſtra add. ad Trid. Bullar. Vide Summam Oſtienſem examen Canonum pro aphoriſmis omnium conſtitutionum, & Bullarum Pontificum; vide noſtrum Hyacintum omnium conciliorum in Trid. & ſummam bullarum noſtrā, & Iacobum Caſtellanū, &c.

Hęc pro intelligentia totius huius operis, & pręcipuè pro omnibus caſibus conſcientię cenſuris, Sacramētis, & caſibus reſeruatis, atteſtantibus omnes ſupradictos DD. S. Theol. leges canonicas, cōcilia, bullas, & leges ciuil.

De libris Canonicis contra hereticos, de libris geographis contra hereticos, de libris apogriphis contra hereticos, & de libris non apogriphis pluſquam mille cum ſuis Auctoribus contra hereticos, ſeù de Scriptoribus Eccleſiaſticis non apographis contra hereticos, de libris prohibitis, & de libris prohibendis contra hereticos.

HOC nomen Geographum grecum eſt a grapho γραφω ideſt Scribo, & γραφη hoc eſt Scriptura, quaſi Sanctè Scripto, vel Sancta Scripta, ſeù Sanctorum Scripta à quibuſdam patribus antiquioribus libri Eccleſiaſtici ſunt appellati libri ageographi, non Canonici, quoniam noluerunt eorum vi potuiſſe aliquid; vel præferri, vel ad auctoritatē adduci, & ad confirmationem, dum ad contentionem venirent, ſed vt in Eccleſia tātum legi poſſent. Aliqui vero dicunt, quod libri ageographi ſunt illi, qui aliquando vllam auctoritatem habuerunt cum prætereia eminentiam non haberent ſecūdum quam agnominarentur, qua propter Sancti Patres ageographos nominare contenti ſunt, hoc eſt libros Sanctos; ſeu Sanctorum ſcripta. Sanctus Hieronymus in prologo Iudith ait apud hæbreos liber Iudith idiomate hæbreo inter ageographos legitur, cuius auctoritas ad roborandum illa, quæ in contentionem veniunt minus idonea iudicatur; liber vero Iudith Caldeo ſermone inter hiſtorias computatur Canonicas per Synodum Nicenam in numero Sacrarum Scripturarum computatur, & ideò diuus Hieronymus illum Caldeo in Latinum tranſtulit, & Canonicum promulgauit, & inter Canonicas Scripturas recenſuit, vt facit etiam Florentinum Concilium, Tridentinum, & propterea aliqui Scriptores ſolum Eccleſiaſticum appellarunt ante dictam Synodum vide naturam additionum omniū Conciliorum ad Tridentinum.

De Canonicis libris. Canonicos libros illos dicimus, qui dictante Spiritu Sancto à diuinis Scriptoribus confecti ſunt, & propterea appellantur Sacri dicuntur Canonici, ideſt regulati Canon Xerot Græci. Latine regula eſt namque diuina Scriptura infallibilis regula credendorum, & agendorum, & ideo Concilium Cartaginenſe. Tertium præcipit, vt nihil Eccleſia legeretur ſub nomine diuinarum Scripturarum, niſi Canonicæ Scripturæ, & quamuis ſit Prouinciale Concilium fuit confirmatum tamen in ſexta Synodo Generali in Trullo à Leone IV. diſtinct 20. & antea in Concilio Laodiceno anno 364. & multa alia Concilia vſque ad Tridentinum, & primo Florentinum, cum aliis decretis Pōtificum, quod Florentinum ait, decernimus vnum, atque eundem Deum veteris, ac noui teſtamenti, hoc eſt legis, ac prophetarum, atque Euangelii profitemur auctorem. Quoniam eodem ſpiritu inſpirante vtriusq; teſtamenti Sancti locuti ſunt, quorum libros ſuſcipit, & veneratur Eccleſia. Et Innocentius primus in Epiſtola ad Exuperium Epiſcopum Toloſanum capite poſtremo ſcribit hos libros recipi in Canonem Sanctarum Scripturarum. Vide noſtrum Iacyntum, & Margaritam ad Tridentinum.

Beda, Strabas, S. Thomas, Vgo Cardinalis Dominicanus Liranus, Burgenſis dicunt Canonicos libros diuidi in legales libros, hiſtoriales ſapientiales, & prophetales vide in declaratione noſtræ Anotomiæ Bibliæ, fol. 1. & hic in fine.

De LXXII. Interpretibus, & Ariſtaa 3720.

ANno decimo ſeptimo Ptolomæi Philadelphi Regis Aegypti, qui fuit annus mundi termilleſimus ſeptingenteſimus viceſimus, facta eſt celeberrima illa verſio Scripturarum ex lingua Hebraica in Græcam, à ſeptuaginta duobus viris doctiſſimis, non ſine miraculo diuino, conuenientibus tot hominibus in vnam, & eandem verſionem, vt ſcribunt Philo lib. 2. de vita Moſis, Ioſephus lib. 12. antiq. cap. 2. Tertullianus in Apologetico cap. 18. Athanaſius in Synopſi, Epiphan. de menſuris, & ponderibus, & Auguſtinus lib. 18. de Ciu. Dei cap. 45. ſed Epiphanius nō ſolum nominat Regem, ſed etiam annum 17. Regni eius. Qui fuerint viri illi doctiſſimi, & nomina exponit Ariſtæas in ſuo libro de ſeptuaginta duobus interpretibus, qui extat in bibliotheca ſanctorum patrum tom. 7. editionis ſecundæ. Et quamuis aliqui recentiores exiſtiment, Ariſtæam, qui nunc extat, eſſe illum, qui vixit tempore ipſorum ſeptuaginta interpretum, ſed confictum ab Hæbreis; tamen verè eſſe illum ipſum, ſatis probatur ex eo, quod omnia, quæ citant ex Ariſtæa Ioſephus lib. 12. antiqu. cap. 2. Tertullianus in Apologetico cap. 18. Euſebius lib. 8. de præparatione Euangelica cap. 1. & Sanctus Hieronymus præfatione in pentatenchum inueniuntur.

S. Athanaſius in Synopſi enumerat præter Canonicos, & ſacros alios Apocriphos, vide ipſum in Sinopſi.

DE Scriptoribus, veteris teſtamenti, & primo de Geneſi, & ſequentibus: quis nam eorum, fuerit, & Scriptor, apud Catholicos

cos

Digitized by Google

cos Doctores; quod, & Hæbrei confirmant; Moyſen abſque dubio extitiſſe; & ea, quæ poſt eius mortem conſcripta inſpiciuntur, vel Eſdram fuiſſe: vel Ioſue: cui nos facilè aſſentimus. Vnde dicuntur quinque libri Moyſis. Hoc Græci quoque confirmant; vocantes libros illos pentateuchon: hoc eſt, volumen quinque librorum. pente enim græcè, latinè quinque exprimitur. Teuchon vero volumen interpretatur. Apud Hæbreos, quum ſinguli legem contineant, Thora, ideſt lex appellatur.

Libri Ioſue Authorem, & Scriptorem, ipſummet Ioſue fuiſſe nulli dubium eſſe debet. Authores, & Doctores legendi ſunt. Quæ autem poſt eius mortem ſcripta cernuntur; ab ipſo Eſdra appoſita fuiſſe: valde conſentaneum eſt.

Porrò autem de libris Iudicum, & Ruth. ſermocinando, quis nam fuerit illorum Author, & Scriptor: diſſident ab inuicem Authores. Alii. n. Ezechiã fuiſſe, aiunt, alii Eſdrã, alii verò Hieremiam: ſed Hæbrei conſtantiſſimè fatentur, Samuelem extitiſſe.

Ex quatuor libris Regum, duo primi nempe primus, & ſecundus à Samuele conſcripti ſunt: ſed minimè completi. Nam Gad, & Nathan illis ſupremam impoſuiſſe manum, plerique autumant. Cæterum de tertio, & quarto, inter Authores eſt diſcrepantia, dum alii Eſdram Authorem faciunt: nonnulli Hieremiam.

Paralipomenon græcè ideſt prętermiſſa, apud hæbreos vnus eſt liber; ſed propter voluminis magnitudinem à græcis, & latinis in duos diuiſus eſt. Sanè continent ea, quæ in ſuperioribus Diuinæ Scripturæ libris omiſſa ſunt: & veluti Hiſtoria, & Chronica effecti Authores, & Scriptores ex Seniorum hæbreorum ſententia Eſdram extitiſſe, autumant duo Rabbini Salomon, & Moſes Kimchi: alii vero dicunt nullum certum habere Authorem.

Eſdræ libri duo, ſed primus eſt Eſdræ proprius. Secundus eſt Nehemiæ; licet vterque tribuatur Eſdræ: quia ambo libri apud Hæbreos, & Græcos vnus eſt liber, ſeù volumen.

Tobię liber ab ipſomet Tobia ſeniore cõſcriptus eſt Chaldaico idiomate, deinde à Diuo Hieronymo ex Chaldea in latinum redditus eſt.

Iudith libri Author, & Scriptor, teſte Philone, Iudæo, Ioachim Hæbreorum Pontifex Magnus Ieſu Sacerdotis Magni filius extitit; à D. Hieronymo ex Chaldeo in latinum tranſlatus eſt.

Circa Eſter librum, quis fuerit eius Author, & Scriptor; variæ ſunt opiniones. philo Hæbreus in ſua Cronologia arbitratur, quod huius libri Scriptor fuerit Ioachim Hębreorum Pontifex pręcitatus. Iſidorus, Eſdra, ſed ex Latinis multi, quod fuerit Marpochęus Scriptor, & Author. Sixtus Senens lib. 1. de Scriptoribus vtriuſque inſtrumenti.

Iob liber, ab ipſomet Iob conſcriptus eſt, quamuis non deſint, dicentes, quod ab amicis Iob conſcriptus fuerit Syra lingua: vel ab aliquo Prophetarum; ex qua in Hæbreã tranſlatam à Moyſe fuiſſe; inquit Origines: Et Rabbini Hæbręorum id confirmant. Vnde S. Hieronymus conſentit Hębrea lingua fuiſſe conſcriptum in mixtis interdum Arabicis, & Syriacis Scriptoribus, &c.

Pſalmorum liber communiter Dauidi Regi Authori tribuitur; ſed controuerſia eſt inter Sanctos Patres, num omnes centum quinquaginta ſcripſerit, & illorum Author fuerit. Verum lege Sixtum Senenſem loco præcitato; ſiquidem inuenies, quod concordant ad inuicem quamuis S. Hilarius, & S. Hieronymus ad Ciprianum pſalmos eſſe compoſitos ab Anthoribus, qui nominantur, & non omnes a Dauid.

Parabolarum liber, ſeù prouerbiorum, quod fuerit à Salomone conſcriptus: nulli dubium eſſe poteſt; ſicuti etiam, quod illius Author fuerit ſolùm ea, quæ à capite 25. vſque ad calcem leguntur; Sebnam, & alios Ezechiæ Regis Iuda notarios ex aliis voluminibus adunaſſe: ſcribunt Authores.

Eccleſiaſtem ſimilitèr libri Salomoni omnes aſcribunt, nemine diſſentiente. Hæbrei vero vtrumque librum Koeleth appellant ob eminentem ſapientiam, quæ in vtroque conſpicitur.

Canticum Canticorum Salomonem compoſuiſſe manifeſtum eſt omnibus. Et ſi ſint, qui dicunt, horum trium librorum ſententias Eſaiam Prophetam colligiſſe, & in tribus pręfatis libris diſpoſuiſſe.

Sapientiæ librum Salomonis fuiſſe, ex ipſomet loco clareſcit: vt videre eſt. Cap. IX. vnde fuit, quod aliqui ſcribunt: nempe quod fuerit, vel philo Iudæus iunior, vel ſenior, vel Græcus aliquis Scriptor: quippe qui Salomonis ſententias collegit, & grecè ſcripſit, ipſe verò Author dubio procul Salomon extitit.

Eccleſiaſticus liber à Ieſu filio Syrach Hæbraicè compoſitus, & conſcriptus apparet, ſed eius nepos illum tranſtulit in Græcum, porrò autem à Concilio Carthaginenſi tertio, in Canonicorum ſerie connumeratus eſt ſub nomine Salomonis Sapientiæ. Nam ille ſen-

ten-

Digitized by Google

tentiarum Salomonis collectos tantum fuit. Approbarunt Concilii decretum, ſe ſubſcribentes Sanctiſſimi Pontifices Innocentius, & Gelaſius.

Iſais Propheta ſuæ propheriæ Auctor extitit, & Scriptor. Et quidẽ nobilis propheta nobilis genere, nobilis ſententia, nobilis ſanctitate, in huius prophetia leges res dialecticas naturales; Ethicas, & quod plus refert t Diuina ſanctarum ſcripturarũ myſteria. Quę orationis eloquentiam maximam redolent, ita vt alios Propheras in his generibus excedat. Martit moritur ab impiiſſimo Rege manaſſe in duas partes diſſectus: eo quod Deum ſe vidiſſe in ſublimi ſolio ſedentem, pronunciaſſet, & rurſus quod primates Regię Domus Sodomorum Principes proclamaſſet. Prophetauit aduerſus Iudæam, Hieruſalem, & contra quaſcunque gentes.

Ieremię prophetia ab ore Baruch prophetæ accepta, ab ipſomet Ieremia conſcripta eſt. Quam cum in ignem proieciſſet impius Rex Ioachim: iterum iuſſu Dei dictauit, accito Baruch Notario Threnorum ququeſiue lamentationum ipſe Scriptor. Baruch Propheta Hebraicè ſuam conſcripſit prophetiã; quæ à Florentino Concilio, & Tridentino in Canonicarum ſcripturarum numeto repoſita eſt: quemadmodum à tertia Synodo Carthaginenſi, Concilio magno Lateranenſi, & à Gelaſio ſummo Pontifice liber ſapientiæ Salomonis.

Ezechielis prophetia ab ipſo vaticinata, & vt ſua conſcripta eſt Danielis quoque vaticinorum ſuorum librum compoſuit mirabilem.

Ex xij minoribus prophetis primus in ordine comparet oſea, qui ſuæ etiam prophetiæ Scriptor: prophetans aduerſus decem tribus Iſrael.

Ioelis prophetia ab ipſomet breui compendio conſcripta eſt; & contra impios in vniuerſum, & peculiatiter aduerſus Iudam & Hieruſalem, & Iacob, &c.

Amos ex plebeio, & paſtore ruborum mora vellicans (vt in ſcripturis conſpicitur) derepente, & miraculo factus eſt propheta: prophetans contra decem tribus Iſrael, &c.

Abdias ex Quinquagenario, cui præfuit, videns duos quinquagenarios Helię Prophetæ præcepto, cæleſti igne conſumptos, ipſemet ab Ozochia Rege tertius miſſus: iuſtitia Diuina tertius, Rege relicto. Heliæ adhæſit: & diſcipulus eius effectus prophetauit.

Ionas Propheta ſuam quoque prophetiam paruo libello concluſit; conuerſionem Niniue, quam ſua prædicatione obtinuit: præcipue conſcribens. Fuit filius viduæ illius Sareptanæ, quem ſuſcitauit Helias.

Micheas Propheta ſuæ etiam prophetiæ Author, & Scriptor prophetauit aduerſus Samariam, & Hieruſalem, aduerſus perſonas cuiuſcumque generis: Reges, Iudæos, Sacerdotes, falſoſque prophetas, & ſimiles impios, ob quod in alium locum ductus: ab illo pręcipitatus expirauit.

Nahum Propheta ſuorum vaticinorum libellum, & quidem ſatis paruulum conſcripſit: Et contra Niniuem poſt Ionam prædixit, eo quod poſt conuerſionem in prædicatione Ionę rurſus ad vomitum peccatorum: & ad grauiora crimina rediit. Quapropter; & eius deſtructionem cum vniuerſo Aſſyriorũ Regno vaticinatur: à Nabuchdonoſore deletum eſt.

Abachuc Propheta, qui Angelico ſubſidio cibum Danieli portauit, ex Dei præcepto ſuæ *P*rophetiæ librum contra Babilonem, & Nabuchdonoſorem Chaldeorum Regem cõſcripſit.

Sophonias Propheta è Sarabattho Monte, libro vnico breuiter ſuam prophetiam concluſit aduerſus Hieruſalem: proteſtans illis, & Vrbis, & vniuerſi Iudæorum Regni deſtructionem.

Aggeus Propheta adoleſcens, è Babylonica captiuitate reuerſus in Iudæam prophetis populum cogit ad Templi Dei reædificationem. Qui ſi non obediſſent: innomera mala eos inuaſiſſent. Sed Dei benignitate templi ædificium propriis oculis completum perſpexit, vbi primus omnium eccinit alleluia: porro autem ſuas prophetias breuiſſimo libro perſtinxit.

Zacharias filius Barachiæ propheta obſcuriſſimus, excedens alios *P*rophetas in ſcribẽdo. Prophetauit de templi reedificatione, & multo longius de Ciuitate Hieruſalem, eius prophetia viſionibus, pleriſque obſcuris repleta conſpicitur.

Malachias minorum prophetarum poſtremus Propheta, cum vidiſſet tam populum ſuum, quam Sacerdotes laxatis habenis quibuſcumque vitiis deſeruire: ſpretis diuinæ legis præceptis, terga Deo vertentes: poſt tot beneficia eis præſtita liberationis nimirũ à Babylonica captiuitate: fælicis redditus in Hieruſalem: poſt denique templi inſtaurationem: coactus eſt hanc edicere prophetiã aduerſus eos, quam ſcriptam reliquit.

Machabæorum duo libri, primus, & ſecundus. Quis eorum Author fuerit, Scriptor, nõ modica cõtrouerſia eſt inter Scriptores Latinos, Græcos, & Iudæos, quos ſi hic recenſere

vel-

vellemus: dubio procul ab inſtituto deficeremus. Veruntamen quiſquis ille fuerit Auctor, & Scriptor parum refert: cum hiſtoria illa ab omni ſuſpicione aliena conſpiciatur. Et ſuffiet, quod D. Auguſtinus ſcribit de Ciuitate Dei lib. 18. Machabæorum libros (inquit) non Iudæi, ſed Eccleſia pro Canonicis accipit propter quorumdam Martyrum paſſiones vehementes, atque mirabilia, qui antequam Chriſtus veniſſet in Carnem, vſque ad mortem pro lege Dei certauerunt, & mala grauiſſima, atque horribilia pertulerunt, alii qui, quod Ioannes Ircanus, aliqui, quod Iaſon Cirenens.

Nouum teſtamentum.

IN initio noui teſtamenti quatuor reponuntur Euangelia, primum eſt S. Matthęi, ſecundum S. Marci, tertium S. Lucæ, quartum S. Ioannis. Qui dicuntur Euangeliſtæ, cum ſua Euangelia Deo inſpirante, & adiuuante ſcripſerint; ac propterea Canonica exiſtunt: aliena quidem ab Hæreticis, & Apochryphis & vides infra.

Matthæus Apoſtolus, & Euangeliſta ſui Euangelii Author, & Scriptor extitit in Iudæa. Et quidem ſcripſit ea, quæ propriis oculis vidit, & quæ propriis auribus audiuit. ſcripſit Hebraicè, nam à Domino vocatus, ex Publicano factus eſt Apoſtolus: deinde Euangeliſta. Immoratur principaliter circa humanitatem Chriſti: vnde & ſuum Genitiuum hominem habet pro ſigno. ſuum poſtea Euāgelium translatum fuit in Græcum, ſed à quo fuerit: ambiguum eſt, & incertum.

Marcus Secundus Euangeliſta, qui fuit, & Alexandrię Epiſcopus: Principis Apoſtolorum diſcipulus, & interpres, Fratrum ſuorum precibus, Romæ breue ſcripſit Euangelium ſecundum, quod à Petro audierat. Quod quidem audiens Petrus approbauit, & authoritate ſua Eccleſiæ legendum voluit. Circa reſurrectionem Domini egregiè moratus eſt: vndè habet pro inſigni Leonem. Hic diligentèr annotatione dignum duximus S. Marcū triplici lingua ſuum exaraſſe Euangelium Græca, Latina, & Syriaca Græcè ſcripſit Romæ. Latinum Aquileiæ: Siriacè Alexandriæ.

Lucas Medicus, Pictor, & quod magis refert nobilis, Euangeliſta, natione Syrus, Antiochenus Apoſtolorum diſcipulus, deinde Pauli Apoſtoli vſque ad mortem, Sancto inſpirante ſpiritu, ſuum ſcripſit Euangelium in Achaiæ Bithinię, Boetiæque partibus. Eius excellentia conſiſtit in reſcribendo Chriſti Domini paſſionem. Quapropter & eius inſignè eſt vitulus, Chriſtum in ara Crucis immolandum. Audita magis enarrat, quam viſa, &c.

Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta vltimus omnium ſcripſit Euangelium: qui cum alia Euangeliſtarum Euangelia legiſſet potiſſimè ab Aſiæ Epiſcopis rogatus, vt aduerſus hæreticos, qui ob eius abſentiam Epheſi Eccleſiam, præcipuè irruperant, præſertim contra Cherintum, & maximè aduerſus Ebionitas, quorum dogma conſurrexerat: aſſerentes ante Beatam Virginem Chriſtum non fuiſſe. Ideirco Diuinam eius Natiuitatem edicere conatus, atq; compulſus eſt. In principio erat verbum. Quamobrem omnes ſuperauit Euangeliſtas. Quippe qui, Chriſti Natiuitatem temporalem, & quæ facta temporalia eius geſſit, ſufficienter quamuis exponant: de Diuinitate tamen eius pauca digrediuntur quaſi animalia greſſibilia, iuxta D. Auguſtinum cum Domino in terra gradiuntur; Ioannes verò pauca de temporalibus, & eius geſtibus differens; ad Diuinitatis eius potentiam præ aliis altius aſcendit: cum Domino ad Cælum euolans. Vnde non immerito Aquilæ comparatur, & eius inſigne ille tribuitur: quæ præ cæteris auibus altius euolat.

Actus Apoſtolorum deinde ſequitur in ordine librorum noui teſtamenti, cuius Auctor & Scriptor nulli dubium eſſe poterit, vt non fuiſſet S. Lucas Euangeliſta. Qui etſi Apoſtolorū acta ſcripſerit, acta ſunt Spiritus Sancti infundentis in eis opera mirabilia. D. Hieronymus ſcribit Apoſtolorum acta nudam videri ſonari hiſtoriam: & naſcentis Eccleſiæ infantiam texere. Sed ſi nouerimus, eorum Scriptorem eſſe Lucam Medicum, cuius laus eſt in Euangelio: omnia illius verba animæ languenti eſſe medicinam, & aduertimus.

Pauli Apoſtoli Epiſtolæ Canonicæ quatuordecim. Prima eſt ad Romanos ex Corintho miſſa. Secunda eſt ad Corinthios, ad quos duas ſcripſit, vnam ex Epheſo, alteram ex Philippis Macedoniæ, ad Galatas vnam è Roma. Similitèr ad Epheſios vnam è Roma ad Philipenſes, alteram ex carceribus Romæ ad Coloſſenſes vnam ab Epheſo ex vinculis, duas ad Theſſalonicenſes ab Athenis, ad Timotheum duas, primam ex Laodicea Phrygiæ, ſecūdam ex vinculis Romæ. Vnam ad Titum ex Nicopoli Macedoniæ ad Phrygem ex vinculis Romæ.

Cæterum præter has Epiſtolas, eſt illa, quæ ad Hæbreos ſcripſit, de qua magna fuit inter Græcos, & Latinos Patres controuerſia, num fuerit Pauli Apoſtoli, nec ne; propter quod non eſſe inter Canonicas ſcripturas

teci-

Google

recipiendam; niſi propter ſtili, ſermoniſque diſtanriam ab aliis Epiſtolis. Quapropter fatetur, eſſe Epiſtolam illam, vel Barnabę Apoſtoli, vel Lucæ Euangeliſtæ, aut Clementis. Cæternm, quia ab Eccleſia eſt recepra, tamquam Pauli Apoſtoli germana: nemini in ſuſpirionem venire debet, vt non ſit Apoſtoli; Sancta Nicenà Synodus inter alia canonica ſcripra. Illam Canonicam recepir. Inſuper, & Landonicenum Conellinm, & Cartaginenſe, tertium, & deindè antoſicanum id effecere, Verum, & Flotentinum Concilium, & Tridentinum inter Sacra volumina illam receperunt.

Quod aurem ſtilus reclamet, ſermone diſtet: nihil afficit: quoniam Apoſtólus hebraice ſcripſit: tradnctores, quinque illi fuerint, ſermone græco traduxere, poſtmodum latinè. Ideò viſa eſt Epiſtola non ſua, &c.

Porro autem de aliis ſeptem Catholicis Epiſtolis verba facturi, iuxta ſeriem, & ordinem S. Concilii Tridentini digredimur, & primo de duabus Petri Apoſtoli prima Principis Apoſtolorum Epiſtola Catholica per Syluanum miſſa, ſcripta fuit ad fideles diſperſionis Ponti, Galatię, Cappadocię, Aſię, & Bithyniæ, idcirco dicitur Catholica, ideſt vniuerſalis non ad vnum miſſa ſecunda ſcripta fuit ad Hębreos nuper ad fidem conuerſos, prima ſtatim ab Eccleſia recepta fuit.

De ſecunda autem dubitatum eſt aliquando, non fuerit Petri Apoſtoli, & cuius eſſet authoritatis cæterum Laodicena Synodus, & Carthaginenſe Concilium ab omni dubitatione nos liberarunt: dum Sacris voluminibus inſerere curarũt ſub Petri Apoſtoli nomine, quod & confirmarunt ſucceſſiuè Concilium Florentinum, & Tridentinum.

Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta tres ſcripſit Epiſtolas, vnam quæ Catholica dicitur, non quod reliquæ non ſint Catholicæ, & veraces: quia Catholicum dicitur, quod omnibus eſt vniuerſale, vnde ad quoſcumque fidelium directa eſt Epiſtola: ſcripſit namq; ad cuinſcumque generis, perſonas, & ætatis, maſculos, fœminas, magnos, paruos, ſenes, iuuenes, &c. ad differẽtiam aliarum duarum, quarum vnam ad Gaium ſcripſit, alteram ad Electam; quæ quidem ſunt particulares perſonæ, & ſingulares. Quam vero authoritatem habeant, certè vt aliæ quandoquidem Sacra Concilia iam pręcitata in Canone Sanctarũ Scripturarum repoſuere, & idem robur habent, &c.

Iacobi Apoſtoli cognomento iuſti (quem Fratrem Domini appellant, & fuit primus Epiſcopus Hieroſolymitanus) Epiſtola ad duodecim tribus diſperſionis Iſrael, tunc nouiter ad Chriſtum conuerſas, tandem inter alias Canonicas ſcripturas repoſita eſt; authoritate Sanctorum Conciliorum Laodiceni, Carthaginenſis, & ſequentium. Et eſt vna de ſeptem Catholicis.

Inter ſeptem Catholicas Epiſtolas iam enumeratas poſtrema eſt Sancti Taddei, qui & Iudas Apoſtolus, & Tadæus vocatur: frater Iacobi Minoris, & ex Alphęo, & Maria Cleophæ frater Domini noſtri Ieſu Chriſti, nam Maria Cleophæ ſoror fuit Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Dei. Hic Apoſtolus breuiſſimam ſcripſit Epiſtolam ad eos, qui tunc conuerſi erant ad Chriſtum. Quæ quamuis à pleriſque priſcis extra Canonem reiecta fuerit, nihilominus authoritatem vetuſtate, & vſu vſque ad S. Hieronimi tempora ſemper retinuit: atque à prędictis Sacroſanctis Conciliis in numero aliarum ſanctarum ſcripturarum repoſita eſt.

Ioannes Euangeliſta nec ante, nec poſt vocationem literas ſciuit, ſed in cæna ſupra pectus Domini recumbens, & ibi quieſcens; reuelata ſunt ei ſecreta Cœleſtia. Vnde, & Diuina Myſteria, & Arcana Domini ita hauſit; vt mortalium nemo ſimilis ſcientiæ fuerit. Quamobrem nos ſcimus, ipſum eſſe Apoſtolum, Euangeliſtam Martyrem, & Prophetam; Apoſtolum in Epiſtolis, Euangeliſtam in Euangelio, Martyrem in feruenti oleo, Prophetam in Apocalipſi. In Euangelio omnes ſuperat Euangeliſtas. Nam Matthæus à temporali generatione Chriſti ſuum inchoat Euangelium; Marci excellentia in reſurrectione conſpicitur. Lucæ in paſſione. At verò Ioannes ſupra Euangeliſtas omnes ſe eleuans, à generatione Verbi æterni initium ſumens, dixit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &c. Quare nõ abſque cauſa ſingulis tribus Euangeliſtis animalia terreſtria, vt diximus tribuuntur Matthæo, nimirum homo, quia humanitatem Domini digreſſus eſt.

Marco Leo ob reſurrectionem, Lucæ vitulus ob paſſionem. Ioanni autem Aquila, animal volatile, auis inuolaru omnes excedens aues, & in pleriſque aliis dotibus, vnde & Regina auium dicitur.

Verumtamen in Apocalypſi omnes Apoſtolos, cunctos Euangeliſtas excelluit, dum ſoli Ioanni hoc conceſſum fuerit, vt reuelata ſint ſecreta cæleſtia. Que quidem in Apocalyſi continentur. Dum enim in Pathmos Inſula propter Verbum Dei relegatus maneret. Dilecto ſuo Dominus Ieſus recondita myſteria reuelauit: quæ in ſua Apocalypſi

ſcrip-

ſcripſit,& Eccleſiæ Catholicæ manifeſtauit. Inter alia,venturas Eccleſiæ tribulationes ab initio naſcentis Eccleſię,vſque ad ſęculi conſumationem. Hæc quidem Apocalypſi ipſa, quæ reuelatio explicatur: continet.

Non deſunt,qui hunc librum non eſſe Ioannis Euangeliſtæ aſſerunt,ſed neſcio cuiuſdam alii Ioannis Præsbiteri Græci, verum reclamant omnes Patres,tum Græci, tum quoque Latini,qui conſtanter affirmāt,librū Apocalypſis eſſe Ioannis Euāgeliſtæ. Et iam approbatus cernitur à Sacris, & Oecumenicis Conciliis, quem quidem in aliorum librorum Canonicorum numero repoſuerunt.

Porro autem obiectiones, quas Hæretici adducunt aduerſus libros vniuſcuiuſque teſtamenti,facilè ſoluuntur à Patribus. Sed vide librum 7. Bibliothecæ Sanctæ Sixti Senenſis,parte 2.& eruditiſſimum P. Grauinam in ſuis præſcriptionibus de libris Canonicis Beſſarii Card. Bellarmini, & noſtram notomiæ Bibliæ cap. vltimo.

De Libris Apocryphis,quantum ad Ethimologiam.

Apocryphum dicitur ab ἀπο præpoſitione,ſeù de qua re exagerat. & χρυπτω, ſeù χρυπτον latinè abſconditus, abditus, ſecretus, & occultus,reconditus,obſcurus,diſtans, ſecundum quoſdam dicitur dubius potius paraphraſtice, Apocryphum ideſt dubium, & quamuis quidam dicāt Apochryphum, ideſt occultā à vulgo,non à vulgo, vt quidam dicunt,ſed ſimpliciter,vt Trebellius Calepinus in decreto Gratiani quæſt. 15. Apocryphus ideſt occultus. Viues de Scriptoribus Apochryphis ſenēſis, D. Auguſtinus ad Marcellinum de Ciuitate lib. 15. cap. 23. S. Ant. in hiſtoriis apocryphus,ideſt incertus.

Legendus eſt index ſimilium Auctorum; & librorum cum ſuis regulis in fine Tridentini, & præfatium Franciſci Ferrerii ordinis mei,cui poteſt fieri hæc additio.

In nominibus librorum apocrpyhorum veniunt, etiam libri apocryphorum hæreticorum reprobatorum, vt ait Gelaſius diſt. 5. cap. Romana Eccleſia, & tales libri ſic nec legi,nec teneri poſſunt. Quædam apocrypha, quæ nullam falſitatem continent,vt ſunt ſuæ epiſtolæ Pauli vna ad Laodicenſes,altera verò ad Chorint. præter illas Canonicas, veluti apocryphæ reputatæ ſunt: Et vt dicunt dicti homines, quod libri apocryphi ſunt legendi cum diſcretione,& grano ſalis magna cautela, vt ad theſſalonicenſes dicitur omnia probate,quod bonum eſt tenete,&c. Eligat quiſque quod bonum eſt,abiiciat,quod malum eſt,etiam in legendis libris philoſophorum,& poetarum, vt ac etiam Hieronymus aduerſus vigilantium multos legere ex plurimis,vt diuerſos capiant flores.

Hoc nomen Apocryphum extenditur etiā latiſſimè ad quoslibet ſcientificos, Theologos Metaphyſicos,Philoſophos, Mathematicos,Hiſtoricos, Iureconſultos,Poetas,Grāmaticos, dum attribuit ſibi multos libros, quorum non ſunt Auctores, & etiam in Medicina,ideo Galenus redeundo in Græciam ab Italia fuit obſtrictus facere librum de propriis libris,dum attribuebat libros non ſuos ſibi,vide apparatum Poſſeuini, & tabulam Baronii,& Bibliothecam Benenum. Cum aditio,Alumni,& Garzonis.

Non eſt hic locus de omnibus libris apocryphis omnium profeſſionum pertractare, ſed de Eccleſiaſticis contra hæreticos de Ethimologiis hęreſum contra hæreticos, abecedariis hęreſum contra hæreticos,& cōtra falſos Deos remanebat hoc ſolum de libris Geographis. Canonicis,& *Sacris*,& de libris apocryphis cōtra hæreticos, & de non apochryphis,ideſt de Scriptoribus Catholicis,& noui teſtamenti contra hæreticos.

Bibliotheca Apochrypha antiquorum Librorum Apochryphorum cum ſuo origine contra hæreticos,& gentiles,& qui ſunt libri apochryphi, qui poſſunt legi, & qui ſunt libri apochryphi, qui non poſſunt legi.

Abagari Epiſtolam ad Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum transmiſſam inter apochrypha non connumerarem, niſi Sixti Senenſis teſtimonium libro ſecundo ſuę bibliothecæ ſanctæ Indictione Ieſu Chriſti reſpondentis, &c. ad hoc non impelleret quippe qui eo loco huiuſmodi verba ſcribit: Vtramque Epiſtolam nempè Abagari ad Ieſum, & Ieſu ad Abagarum in illa diſtinct. 15. Gelaſius in apochryphis numerat. Verum in illa diſtinct. nulla Abagari ad Ieſum conſpicitur, ſed Ieſu ad Abagarum dumtaxat.

Ieſu Chriſti Domini noſtri Epiſtola reſpōſiua ad Abagarum Toparcam ſanari cupientem ab infirmitate incurabili lępræ Apochrypha ex Gelaſio declaratur,Gelaſius nullam talem nominat. Ratio eſt,vt arbitramur,Chriſtum Dominum nulli litteras miſiſſe, nec in ſacris litteris teſtamenti noui id inuenitur, nec alicubi eſſe ſuſpicatur. Solumodo pro liberatione adulteræ in pauimento templi lapideo inclinans ſe ſcripſit, vt Ioannis c. 8.

C ſcri-

Digitized by Google

ſcribitur. Inclinans ſe, digito ſcribebat in terra. Certum itaque eſt Dominum Ieſum nemini litteras miſiſſe. Et quoad Abagarum nihil obſtat, ipſum ad Ieſum ſcripſiſſe, ſed obſtat, Ieſum ad Abagarum per litteras reſpondiſſe, hoc quidem à Gelaſio declaratum eſt Apocryphum: illud autem minime. Quo circa adnotandum eſt; quod facto Concilio, à Iudæis aduerſus Ieſum, quem occidendum decreuerunt: abiit ipſe Ieſus in Ciuitatem paruam, quæ vocabatur Effiem: vbi morabatur cum diſcipulis ſuis. Vnde Abagarus tunc miſit litteras Domino infirmitatem ſuã inſinuans. Ieſus autem vultus ſui effigiem in ſudatio quum impreſſerit miſit Abagaro, vt tactus illus ſudarij infirmitatem ſuam ſanare potuiſſet. De huiuſmodi re Sanctiſſimus Præceptor tertio ſententiarum diſtinct. 9. quæſt. 1. art. 3. q. 2. ad tertium teſtimoniũ perhibet. Innixus quidem authoritati Ioãnis Damaſceni. Qui lib. 4. de fide orthodoxa cap. 17. de huiuſmodi imagine Abagaro anxiè poſcenti, & ab Euagrio libro 4. ſuæ Eccleſiaſtica hiſtoriæ ſcribitur id comprobante: nimirum quod perſæ Edeſſam Vrbem expugnantes, & flammarum incendio efficientes: ſacræ huius imaginis potentia, & virtute miraculoſe defenſam, liberam fuiſſe verum, & id confirmat quinta actio Concilij ſecundi Niceni.

Ieſu Chriſti liber de legali Sacerdotio. Quemadmodum de Chriſto Domino nullibi legitur, ſcripſiſſe Epiſtolas nullas ſui literas alicui miſiſſe: ita, & nullos libros compoſuiſſe credeudum eſt. Quod ſi alicubi locorum Diuinæ ſcripturæ reperies epiſtola Chriſti, liber Dei, & conſimilia, ſecundum miſticam ſignificationem intelligenda veniunt & metaphoricam.

Beatiſſimæ Virginis Summi Dei Genitricis Epiſtola ad Meſſenenſes transmiſſa: à Baronio apochrypha eſtimatur. Verum cum eius antiquiſſima ſit trad tio, ob quod Ediculam conſtruxerunt Meſſanenſes in huius rei memoriam antiquiſſima pictura picturarum, vbi inſpicitur Meſſanentium legatio ad Beatiſſimam Virginem, vt in ſui protectione Ciuitatem aſſumere dignaretur. Reſponſiua Epiſtola eos conſolata eſt, & in ſui tutelam deinceps perpetuo accepit; præſente Paulo Apoſtolo; illam nuptijs Meſſanenſibus præbens. Cum itaque huiuſmodi traditio ad hæc vſque noſtra tempora iugiter perſeueret & cum maxima deuotione celebretur: tantum abeſt vt apochrypha reputetur fortaſſe cõcordat Baronius, quod apochryphum pro non manifeſto accipit.

Apellis Euangelium ſub nomine Mathiæ magnus Albertus in proœmio Euangelii Sancti Lucę inter apocryphas ſcripturas reijcit.

Inter falſos Euangeliſtas pone primo Euãgelium, iuxta duodecim Apoſtolos, Hieronymus lib. 3. contra Pelegianos ſcribit idem eſſe, quod Nazarenorum, ſiue Hæbreorum. Sed & ab origine homilia 1. in Lucam inter apochrypha quoque reijcitur. Quod & Sanctus Ambroſius confirmat in proœmium Sancti Lucæ.

Barnabæ Euangelium ex Gelaſio diſtinct. 15. in decretis apochryphum declaratur; curante Barnabæ tribuerunt ſuum ſcripſiſſe Euangelium? inter alias cauſas rentur id potuiſſe fieri, quia in eius corporis inuentione ſupra pectus eius repertum eſt Euangelium ipſius Barnabæ manu propria hebraicè conſcriptum. Quod factum eſt, vt Barnabas Author eius & putaretur, & crederetur. At vero quãuis id ſit veriſſimũ, nihilominus, ſed eius tamen Euangelij illius nõ fuit Barnabas Author, Sed Mattheus Apoſtolus, & Euangeliſta, erat quodam Euangeliũm ſecundum Mattheum, quo ipſe Barnabas vſus eſt in prædicatione, & conuerſione gentium. Hoc Euangelium Matthæi tranſtuliſſe Barnabam de Hæbreo in Græcum, & prædicaſſe Græcis, & Italis, præſertim Mediolanenſibus, quorũ primus fuit Epiſcopus, certum eſt Lege Clementem Romanum Pontificem in primo recognitionum ſuarum libro; Dorotheum Tyti Epiſcopum in ſua Synopſi, & Theodorum Collectaneorum lectorum libro ſecundo.

Bartholomeus Apoſtolus, qui Indis fortunatis Euangelium ſecundum Mattheum prædicauit; eiſque illud tradidit caracteribus hebraicis expreſſum: fertur & ſuum quoque confeciſſe. Quod à Gelaſio locis præcitatis, ne dum vt Apochryphũ reprobatur, quinimò ab illo Cauendum.

Baſilidis Euangelium ex Diuo Ambroſio in primum Lucæ Caput Apochryphum proclamatur: non niſi quia ab hæretico confectum.

Encraticarum Euangelium, ex quatuor Euangeliis collectum Auctor eius Tatianus Syrus fuit ex Epiphanio libro primo hæreſum; hæreſi 46. apochriphum reputatur: vide ſupra.

Euangelium ſecundũ Aegiptios apocryphum. Iulius Caſſianus, & alii Valentini hæretici iuxta Clementem Alexandrinum in tertio ſtromatum.

Euangelium iuxta duodecim Apoſtolos, ſeu

ſeu Euangelium Apoſtolorum inter apochrypha reijcitur ab Origene homilia prima in Lucam Sanctum Hieronymus libro 3. aduerſus Pelagianos ſcribit Euangelium ſecũdum Apoſtolos idem eſſe, quod Nazarenum, ſiue hæbreorum *E*uangelium.

Euangelia falſata à Luciano, apochrypha declarantur à Gelaſio Pontifice, tanquam ab hæretico conſpurcata diſtinct. 15.

Euangelia, quæ falſauit Hyrcius, ſeu Hyricius apochrypha ab eodem Gelaſio diſtinct. prædicta proclamantur.

Hebionis, ſeu Hebionitarum Euangelium, ſed dicitur hebionitarum, quia ab hebioniris hæreticis conſpuratum. Vide Epiphanium lib. 1. aduerſus hæreſes in Panario, & Ireneũ lib. 3. cap. 21.

Hæbreorum, ſeu Syrorum Euangelium, quod & Nazarenorum, quia Nazareni illó vtebãtur apochryphum arbitramur, quia ab Eccleſia non eſt receptum. Quamuis ab aliquibus Sanctis Patribus nonnulla ex illis deſumpta fuiſſe legimus, & alijs Euangelijs addita. Sed & Diuus Hieronymus ſuper cap. 23. Matthæi citat Euangelium Nazarenorum, ſed dicendum eſt Euangelium, quo Nazareni vtebantur ſua primæua ætate purum, & incontaminatum perſeueraſſe, poſtmodum vero ab hæreticis alicubi detruncatum: alicubi erroribus auctum, & hærea conſpurcatum repertum eſſe, vide Baronium tom. 1. anno 41. num. 120. quapropter patres illi, qui inter authenticas ſcripturas illud reponunt de vero, & incontaminato intelligunt. Ideoque Gelaſius cum apochryphis ſcripturis corruptum connumerat.

Hircius Euangeliorum falſator. Vide Euãgelia, quæ falſauit hircius.

*I*acobi Apoſtoli fratris Domini ſecundum Carnem Euangelium, quod aliqui ſecundum hæbreos prænotant, quum ab Eccleſia receptum minimè fuerit, apochryphum iudicatur.

Iacobi Apoſtoli minoris Protouangelion cum multa ambigua fidei contineat, quinimmo abſurdiſſima in lucem emiſſa ſeculo ſuperiori ab hæreticis, nedum apochryphum, ſed pernicioſiſſimum iudicatur.

Iudæ Schariotis Euangelium, ab hæreticis Cayanis, maximè veneratum, & fortaſſis ab ipſiſmet confectum, ſed mendaciis vndique plenum, & impietatibus ſcatens. Ex Epiphanio lib. 1. Panarii, & Theodoreto lib. 1. hęreticarum fabularum. Et Iræneo lib. 1. hæreticarum declaratur pœnitus.

Sancti Matthiæ Apoſtoli Euangelium cũ ſuis traditionibus apochryphum ex Origene homil. 1. in Lucam pronunciatur, & à Beato Ambroſio in prooœmium *L*ucę à Canonicis Euangelijs illud excludit.

Nazarenorum Euangelium non ſemel, ſed bis, & pluries reperimus, Quia ſub multiplici nomine vſurpari cernitur, nimirum ſub nomine Apoſtolorum, ſed duodecim Apoſtolorum Syrorum, & Hębreorum. *S*ane priſcis temporibus erat multum in æſtimatione apud priſcos Patres: maximè tempore Sancti Hieronymi, & à Venereb. Beda inter Eccleſiaſtica ſcripta reponendum cenſetur, verumtamen quum ab hæreticis poſtmodum in multis corruptum fuerit, vel ſubtrahendo, vel addendo; & quidem ab hebionitis, & Encraticis factum eſt: vt talium quoque hęreticorum nomen ſortitum fuerit, nimirum Euangelium Encraticorum, Euangelium Hebionetarum; ac propterea veluti apochryphum reiectum eſt apochryphum.

Nicodemi Euangelium.

Pauli Apoſtoli Euangelium. Nonnulli rentur Paulum Apoſtolum ſcripſiſſe ſuum Euangelium, ſicuti, & alij Euangeliſtæ moti verbis illis in epiſt. 2. c. 2. ad Timothæum contentis, ſcilicet Memor eſto *Dominum* Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum. In quo laboro, &c. Verum germana expoſitio verborum illorum eſt ſecundum Euangelium meũ: ideſt ſecundum Euangelium, quod mihi commiſit Dominus prædicare: ſiquidem Euangelia Domini noſtra ſunt Euangelia.

Petri Apoſtoli Euangelium. Quum ex illius Euangelij lectura in hæreſim inciderent quamplures; Ex Serapione Epiſcopo Antiochiæ tamquam illegitimum, & hęreſi Marcionitharum reſperſum: Iuſte reprobatum eſt, & reiectum Euſebius lib. 3. cap. 3. hiſtorię ſcolas.

Gnoſtici hæretici ſcripſerunt Philippum Apoſtolum ſuum confeciſſe Euangelium. Sed ab Epiphanio lib. 1. Panarij condemnantur tamquam impoſtores. Verum à Gelaſio diſtinctione 15. inter apochrypha quoque proclamatur.

Thadæi Apoſtoli *E*uangelium, quod inter apochrypha tamen eſt reijciendum tanquam non authenticum, quia ab Eccleſia non eſt receptum: quemadmodum & alia conſimilia minimè ſunt recepta. Porrò autẽ ſi ſuũ nõ eſt, ſed hæreticorum fraude S. Thadeo impoſitũ, proſcribẽdum eſt abſolutè vt apochryphum: quia de Authore dubium eſt, & incertum. Vnde & à Gelaſio diſtinct. 15. reprobatur.

Thomæ Apoſtoli *E*uangelium fidem facit Origenes homil. 1. in Lucam, non eſſe alicuius authoritatis in Eccleſia Catholica: ſed tan-

ſummodo quatuor illa iam recepta, nimitum Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, ex Cyrillo oratione Cathechiſtica texta habemus huiuſmodi Euangelium à quodam Thoma mania per ſe diſcipulo prodijſſe. Quapropter ab Athanaſio in Synopſi reijcitur, & à Gelaſio Summo Pontifice diſtiđ. 15. inter damnataa ſcripturas connumeratus, quod fuerit apud Manicheos in vſu.

Abachuc Prophetæ, liber cuius inſcriptio eſt Prophetia abſcondita ex Epiphanio in vita Bbachuc, & Athanaſio in Synopſi apochrypha omnino redditur.

Abachuc alterius, qui ex tribuleui, filiua Iudæ extitit, hiſtoria de Daniele Sacerdote Apochrypha.

Abrahæ Apocalipſis nedum apochrypha, ſed hæreſi quam plurima referta: tanquam à Sethianis hęreticis adinuenta, iuxta Epiphanium in primo Panarii omnino proſcribitur.

Abrahę aſſumptio, liber apochryphus ſcribit Athanaſius in Synopſi. Origenes hom. 35. in Lucam aſſumit teſtimonium de ſcriptura quadam Abrahę apochrypha.

Rèuelatio in ſopore apochrypha. Epiphanius in primo Panarii teſtatur Gnoſticos hæreticos omnium primos hunc librum excogitaſſe.

Adæ reuelatio in ſopore apochripha. Epiphanius in primo Panarii teſtatur Gnoſticos hæreticos omnium primos hunc librum excogitaſſe.

Adæ pænitentiam liber à Manicheis hæreticis confectus, à Gelaſio Pontifice diſtinctione 15. cum alijs Apochryphia damnatus.

Africani opuſcula idem Pontifex eadem diſtinct. reprobat.

Andreę Apoſtoli acta apochrypha, & damnata a Gelaſio conſpicitur.

Innocentius in epiſtola decretali ad Exuperium à Nexocharide, & Leonide Philoſophis ementita eſſe, ſcribit. De his eſt teſtimonium Philaſtrii in hæreſum Catalogo cap. xlviij. dicentis à Manicheis huiuſmodi originem habere.

Confirmantur hęc omnia ab Euſebio lib. 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 23. Quare concluditur, omnia hęreticorum eſſe figmenta, & calumnias, Angelorum philactetia. Vide philacteria Angelorum.

Appendicem libri ſecundi patal pomenon, ideo apochrypham quum, nec in Hębraicis, nec in Græcis exemplaribus reperiatur.

Apoſtolorum Canones quinquaginta, à S: Clemente conſcripti ab Iſidoro in pręfatione conciliorũ inter apochrypha reponuntur. Leo Papa Nonus contra Epiſtolam Nicetti. Abbatis inter Ortodoxę fidei monumenta amplectitur.

Apoſtolorum Canones aliqui apochryphi tamquam ab hæreticis confićti reprobantur à Gelaſio in decretis diſt. 15. & ab Iſidoro diſtinct. 16. in decretis.

Apoſtolorum actus a Leucio Manicheo excogitatos refellit Diuus Auguſtinus in libro de fide contra Manicheos, vt iam tetigimus.

Apoſtolorum actus iuxta Ebionẽ, nedum apochryphi reputantur, ſed tanquã erroribus, impietatibusque refertos recenſet Epiphanius inter Ebionitarum ſcripta lib. 1. contra hæreſes, &c.

Apoſtolorum actus ſub nomine Lucæ præsbireri quidam Aſianus Pauli Apoſtoli ſtudioſus quampluriuis fabulis plenos confinxit. Quem Sanctus Hieronymus de viris illuſtribus libro tertio fraude conuictum tangit.

Apoſtolorum doctrina tanquam apochrypha ab Athanaſio in Synopſi, & ab Euſebio libro 3. Hiſtoriæ Scholaſticæ cap. 25. reprobatur.

Apoſtoli magni tenelationes librum hunc Gaius Origenis diſcipulua in Dialogo diſputationum ſuarum, nedum apochryphum tepetat, ſed impium: tanquam à Cecintho hæretico confictum.

Apoſtolorum itineratium veluti apochryphum in quinta actione ſecundi Concilii Niceni reprobatur.

Apoſtolorum ſortes apochryphę condemnantur. In decretis à Gelaſio diſtinct. 15. & cauſa 26. quæſtione ſeptima, capitulo non obſeruetis.

Apoſtolorum ſcripta à Concilio Bracarẽſi canone 17. reprobantur: veluti à Dictinio hæretico conficta.

Apoſtoli certaminia hiſtoria decem libris contexta ſub nomine abdię nedum apochrypha, ſed vt fide indigna à Paulo Quarto condemnata fuit ſub alio nomine circumfertur huiusmodi hiſtoria nimitum Apoſtolorum duodecim vitę.

Apoſtolorum memoria liber, quia *Priſcianiſtis* hæreticis fuit multum domeſticus, & intimus: Ex Oroſio epiſtola ad S. Auguſtinũ tanquam apochryphum reiicitur.

Apoſtolicus Liber vide in lit. L. liber Apoſtolicus.

Arnobij Opuſcula vide in lit. O. Opuſcula Arnobii.

Caſſia-

Caſſiani præsbiteri galliarum omnia opuſcula ex decreto Gelaſij Papa diſtinct. præcicitata reprobantur.

Cham filij Noæ ſcriptura nedum apochrypha, ſed impietate plena arte necromantica vndique ſcatens: omnino reiicitur, & damnatur, à Cicco Aſculano huiuſmodi ſcriptura citatur in ſuo commentario in ſphæram. Sane non creditur Cham fuiſſe, ſed vt aliquam authoritatem haberet ab impiis confecta eſt ſcriptura, & ſub illius nomine euulgata, & minus credendum eſt Petro Commeſtori, qui in hiſtoria Scholaſtica ſcribit: Cham filium Noæ illum eſſe, quem Zoroaſtrem antiqui nuncuparunt. Reclamant hiſtoriæ, & ratio ipſa conuincit: Zoroaſtrem .ſ. Bactrianorum Regem extitiſſe, peritiſſimum Aſtrologiæ, & Magiæ. Qui eadem ætate, floruit, qua Ninus aſſiriorum Rex, à quo poſt multa prælia vario euentu commiſſa: tandem debellatus eſſe traditur, & occiſus.

Eiuſdem quoque. Cham filij Noę prophetia apochrypha traditur quoniam ex ea, vt Clemens Sexto Stromatum teſtatur Iſidorus Baſilidis diſcipulus ad confirmanda ſua falſa dogmata teſtimonia vſurpauit.

Clementis epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini, à Ioanne è Turrecremata S. R. E. Cardinale libro ſecundo ſuæ ſummæ Eccleſiæ capite 110. apochrypha reputatur omnino cum obſter tempus, in quo ſcripſit.

Clementis Canones apoſtolici cum alii ab hęreticis ſint conficti à Gelaſio Papa in decretis diſtinct. 15. omnino reprobantur. Verũ illi, qui ſub numero 84. ſeu 85. coadunantur, authoritatem habent, & ſunt Canonici ex Athanaſio eos inter agiographa reponente, ex Ioanne Damaſceno lib. 4. Orthodoxę fidei eos in Canone diuinarum ſcripturarum enumerante: Ex Bartholomeo Miandenſi in calce ſui prologi ad ſummam Conciliorum tandem ex diuiſione ſextę ſynodi canone ſecundo; vbi lxxiv. recipiuntur, & approbantur. Iſidorus quinquaginta ſolum meminerit; Zepherinus ſexaginta iuxta Leonem 9. Papam contra epiſt. Neceti Abbat.

Propter authoritatem ſextæ Synodi, quæ maximè præponderat, tamquam à patribus deciſum, ſolum 84. ſeu 85. exiſtunt Canonici, cur autem annumerantur 85. quum re vera ſint 84. cauſa eſt, quod duodecimus Canon Latinus, in codice gręco eſt in duos diuiſus. Ad tollendam igitur ambiguitatem omnem, quæ circa numerum, & authoritatem Canonum Apoſtolorum oriri poteſt ex opinionũ varietate; dicendum eſt cum Gratiano illos Canones eſſe ſolũ apochryphos, qui à Pſeudo Apoſtolis conficti ſunt: qui autem à veris ſunt conſcripti, & ab Eccleſia approbari, non ſunt apochryphi, ſed certi.

Clementis Romani recognitionum libri decem priores veluti ab Eunomio hæretico pluribus in locis conſpurcati hæreſibus cernuntur apochriphi omnino reiiciuntur. Ruffinus.

Eiuſdem Clementis recognitionũ libri alij decem poſteriores ad Iacobũ Fratrem Domini ex multiplici capite apochryphi oſtenduntur, & quæ fidei dogmatibus aduerſantur. Vide Iacobũ de Voragine Archiepiſcopum Genuenſem in vita Clementis.

Clementis itinerarium ex Gelaſio Pontifice diſt. 15. inter libros reprobatos, ab Eccleſia ponitur. Qua de re ex Athanaſio in Synopſi, & Leone Papa in Epiſtola contra Nicetem cum ſcriptis apochryphis connumeratur ab hæreticis maculatum.

Comodiani opuſcula à Gelaſio; locis vt ſupra tamquam apochrypha condemnantur: quia ab hæreticis effecta eſſe eſtimantur.

Cypriani pænitentia de S. Cypriano Antiocheno Epiſcopo, & Martire aliqua poſſet eſſe ſuſpitio, quod fecerit pænitentiam: Nam de Afro Carthaginenſe Epiſcopo, & Martire, atque Doctore cognomento Cæcilio nihil tale ſuſpicari poteſt, & neſcitur, à quo libellus ille ſit compoſitus, & multa falſa ibidem cum veris commixta cernuntur, & à Gelaſio Pontifice inter apochrypha ſcripta eſt reiectus.

Danielis Prophetæ Somnialia; ideſt ars interpetrandi ſomnia interdictũ certè ab Eccleſia in decretis pontificiis cauſa vigeſima ſexta, quęſt. 7. capit. ne obſeruatis. Liber Apochriphus. Quoniam nunquam talia ſomniauit Daniel.

Danielis Prophetæ liber abſque titulo, & nomine; eo magis apocryphus eſtimatur talis liber, quia caret titulo, & nomine reprobatur cum aliis apochryphis ab Athanaſio in Synopſi.

Eccleſiaſtici addittamentum, quod eſt quædam Salomonis pars orationis, ab ipſo facta in dedicatione templi, vt patet tertii Regum capite 8. apochryphum reputatur ſi ſit pars orationis Salomonis, quæ authentica deberet eſſe; nihilo tamen ab ignoto Authore, cum ſit à ſuo toto auulſa, & poſt Eccleſiaſtici librum immediate affixa abſque authoritate aliqua, factum eſt, vt apochrypha omnino ſit ęſtimata.

Eſaię obitus à Populo ſuo crudeliter in-

par-

Partes diſſectus liber ex Origene ſuper caput 13. Sancti Matthæi apochrypus omnino.

Eſdrę liber tertius, & quartus apochryphi reputantur, primo quod tertius apud hæbreos non habetur; licet apud gręcos conſpiciatur. Quartus autem nec apud hæbreos, nec gręcos reperitur, vterq; apochryphus ꝓſcribitur. D. Hieronimus ambos inter apochrypha reijcit.

Sed dices Eccleſiam Catholicam venerari hunc quartum librum, dum ſingulis annis feria tertia Pentecoſtes in ſacroſanctę introitu miſſæ incipit ab illis verbis quarti libri capitis ſecundi. Accipite Iucunditatem glorię veſtræ gratias agentes Deo, qui vos ad cœleſtia Regna vocauit, & illa alia verba, quę cantari ſolent in ſolemnitatibus Martyrum: modo coronantur, & accipiunt palmam, quod Eccleſia confirmare videtur non quartum librũ Eſdræ in vniuerſum. Sed verba huiuſmodi prerecitata dumtaxat.

Dices Diuum Ambroſium Quartum librum commendare videtur: vt eſſe Eſdrę arbitratur: libro de bono mortis, & ſecundo in Lucam commentario, & rurſus in epiſtola ad Florentianum 21. quartum eſſe legendum ſcribit. Verum huic difficultati, & aliis, quæ circa huiuſmodi materiam ſuboriri poſſunt; fieri ſatis arbitramur; dicendo: duos fuiſſe Eſdras, vnus qui, & primum Eſdre ſcripſit, & ſecundum qui, & Nehemiæ, alter qui tertiũ, & quartum ſub nomine Eſdræ conſcripſit ſecundi libri cap. 7. primi libri ſcribit ſe progenitum eſſe ex Aaron per quindecim generationes Author tertii, & quarti in libri initio ſe deſcendiſſe ab Aaron per 19. generationes fatetur, ſi Author primi, & ſecundi ait per 15. generationes deſcendiſſe ab Aaron, quomodo verum erit per 19. vt ſcribitur in initio tertij, eſſet quidem manifeſta contradictio. Non itaque idem Eſdra fuit Author primi, ſecundi, tertij, & quarti: ſed alius, & alius idcirco primus, & ſecundus Eſdrę libri canonici reputantur, & authentici, tertius, & quartus Apochryphi.

Eſt & alia reſponſio, quod in quarto plura ſcribuntur, quæ à primo ſunt deprompta: & repetere tot, & tanta abſque neceſſitate non eſt conueniens. Sanè in primo ſufficientiſſimè reſcripta Lyranus inquit, quod hic liber quartus videtur magis ab alio, neſcitur quo Doctore ſcriptus, & ex pluribus collectus. Aduertendum tamen eſt hoc in loco, tertium librum Eſdræ, quem nos latini tamquam apochryphum reijcimus: Gręci in ſuo canone reponunt: & primum inter alios Eſdrę libros collocant.

Eſter appẽdix apochrypha: Diuus Hieronymus in præfatione libro Eſter multa ei temerè, vel inconſultò addita fuiſſe, & inſerta teſtatur: Nicolaus de Lyra, Dionyſius Cartuſianus, & alii. Sed hodiè Concilium Tridentinum Eſther cum omnibus ſuis partibus tanquam Sacrum, & Diuinum recipiendum definiuit.

Euſebii Pamphilii hiſtoria apochrypha declaratur a Gelaſio diſtinct. præcit. Sed ſibi ipſi contradicere videtur Gelaſius, dum in initio Chronicon Euſebii de temporibus laudat: poſtmodum vero veluti apochrypham reiicit. Gelaſium Pontificem hiſtoriã illam non reieciſſe, quantum animi ſui coniectura colligere poteſt.

Cęterum ad ſedandam huiuſmodi controuerſiam eſt ſciendum in initio ſuę digreſſionis Gelaſium ſic cenſuiſſe de hiſtoria Euſebii Pamphilii Cronichon Euſebii Ceſarienſis, atq; eiuſdem.

Ezechielis Prophetę oracula, & vaticinia, ſeu liber oraculorum, & vaticiniorum ex Athanaſio in Synopſi apochryphus manifeſtatur.

Fauſti Manichęi omnia opuſcula tãquam apochrypha reprobantur. Vir iſte peſſimus & demens, aſcitis ſibi aliquibus. Ex Epiphanio libro ſecundo aduerſus hereſes. Quorum etiam meminit Sixtus Senenſis libro ſecundo ſuę bibliothecę. Sancti ſub nomine ſpiritus paracliti.

Fauſtini Regienſis Galliarum, ſeù ſancti Galliæ Regienſii Vrbis Epiſcopi, opuſcula omnia apochrypha ex Gelaſio locis pręcitat. tinctus fuie pelegiana hęreſi.

Frumentici opuſcula, ſiue frumenti cęci opuſcula, a Gelaſio etiam apochrypha proclamantur.

Fundamenti liber, ſeu liber, qui dicitur fundamentum, à Gelaſio Papa locis pręrecitatis inter apochryphos connumeratur. Qui liber fuerit iſte, non eſt nobis notum, eſſe potest liber hic epiſtola quædam Manichej ad Eccleſiam fidelium transmiſſa, quę dicitur fundamenti, cuius initium eſt Manicheus Apoſtolus Ieſu Chriſti (mentitur, ſed Apoſtolus Diaboli)

Galli, & Iouiniani opuſcula à Gelaſio Sũmo Pontifice locis ſuprarecitatis inter apochrypha reiiciuntur.

Geneſis, vel Genealogia de filiis, & filiabus Adę à Gelaſio locis ſupracitatis cum apochryphis connumeratur. Quoniam manifeſte pugnat cũ Geneſi, vel Genealogia filiorum, & filiarum Adę in ſacris Bibliis relata: cap. 4. & 5.

Digitized by Google

Sanɑ̃i Georgii paſſio tanquam multa falſa, & incompaɑ̃a continens: ſimili quoque modo à Sanɑ̃æ Eccleſiæ ſupremo Iudice, vt apochrypha reprobata eſt, ab hæreticis conſcriptam fuiſſe.

Heldad, & Medad, qui & ſecundum Hieronymum ſunt Epher, & Ialon, Propheticus liber ex Athanaſio in Synopſi apochryphus demonſtratur: ſed quum ex huius libro paſtoris lib. 1. capite ſecundo ſuum depromiſit teſtimonium, qui liber quum à Gelaſio apochryphus proſcribatur: fit vt liber etiam Heldad, & Medad veluti apocryphus reiiciatur.

Henoch, qui & ſeptimus ab Adam liber propheticus (ſeu libelli prophetici) omnes apochryphi proclamantur ex Hieronimo in Catalogo Scriptorum Eccleſię, & in commẽtariis epiſtolę ad Titum, & quamuis citetur, à Iuda Apoſtolo: cuius Epiſtola eſt authentica, & ab Eccleſia recepta, ob quod eximi deberet, à numero apochryphorum: nihilominus tamen Apoſtolum non probare totum librum Henoch inquit Hieronymus, ſed teſtimonium dumtaxat de iudicio extremo, quid officit, quod non deeſſent in ſacris libris innumera teſtimonia. Nec aliquid obſtat, Tertullianum talem librum Henoc approbaſſe in libro de habitu mulierum, quia alii patres grauiſſimi reclamant, nam præter Hieronimũ Origenes homil. 28. in numeros tamquam apochryphum reiicit: Quia nec apud Hæbreos eſt receptus. Sanɑ̃us Auguſtinus lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 23. ſimiliter reiicit. Gelaſius damnat.

Heliæ Thesbitis Prophetę liber titulo pręnotatus Apocalypſis, vel Aſceotio, aut Aſſumptio, aut Secreta Heliæ (Apocalipſis dicitur à Hieronymo, ab Origene ſecreta) apochryphus ex Athanaſio in Synopſi declaratur, vide Origenem traɑ̃atu xv. in Mattheum, Sanɑ̃um Hieronymum in capite lxiv. Iſaiæ.

Hermæ Paſtoris liber, ex Gelaſio apochryphus redditur tamquam ſcriptus fidei dubiæ. Et quamuis priſcis patribus antiquo tempore vſui fuerit: nihilominus tamen ab authoritate paulatim cecidit.

Hiſtoria S. Martini Turonenſis Epiſcopi, quo ad illam partem, vbi ſcribitur: Beatum Martinum dediſſe eleemoſinam Diabolo in formam pauperis ei apparenti, apochrypha omninò à nobis reputatur falſa in eius vita à Seuero ſulpitio conſcripta nihil tale conſpicitur; ſed pauperi ſibi obuianti nudo, & fermè frigore algenti: ab illo eleemoſinam ob Chriſti amorem efflagitanti. Ambiani, chlamidis partem miſericorditer tribuiſſe; Cui ſequenti noɑ̃e Chriſtus Dominus dimidia veſte indutus apparens; hanc emiſit vocem. Martinus Cathecumenus hac me veſte contexit, Quod quidem confirmatum habemus ab Eccleſia Catholica, quæ in ſuæ Feſtiuitatis die in Matutinis hæc legi quotannis ſolet.

Iacob Patriarchæ teſtamentum à Gelaſio diſt. 15. inter apochryphos reijcitur. Alii dicunt. Iob teſtamentum: ſed vtrumque confutatur, tamquam ab hæreticis confeɑ̃um. Vide Originem in 15. procopium Geneſi cap. 38.

Iacob Patriarchæ ſcala, de qua fit mentio geneſis 28. liber Ebionitis hæreticis familiaris: ex Epiphanio l. Panarii apochryphus proſcribitur. Sed à Gelaſio interdicitur locis ſupracitatis.

In hiſtoriis duodecim tribus Iſrael erat Ioachim Diues valde, & offerebat Deo dupla munera, &c.

Iamnes, & mambres Magi Aegyptii librũ confecerunt Magicarum artium repletum.

Quibus, cum Moyſe decertarunt in Egypto: liber quidem apochryphus ex Gelaſio vt habetur in decretis, diſtinɑ̃. 15.

Iamnes, & Mambres fratres, erant Magi, vel Venefici Aegyptiorum. Quod ſi dixeris Apoſtolum confirmare librum illum, dum ex illo eam citans propoſitionem: facit librũ canonicum. Reſpondetur, quod ſolam illam propoſitionem corroborare cernitur, non totum librum.

Ieremię Prophetæ, liber apochryphus, quo iuxta D. Hieronymum ſuper 27. caput Matthei vſi ſunt Nazareni.

Ieremiæ Prophetæ lamentationum præfatiuncula apochripha æſtimantur tamquam ab incerto Authore addita.

Ieſu Chriſti Domini noſtri Natiuitatis, hoc eſt liber de Natiuitate Saluatoris, & de Sanɑ̃a Maria, vel de Obſtetrice Saluatoris apochryphus ex Gelaſio diſtinɑ̃ione 15. &c.

Ieſu Chriſti D. N. de occulta ſapientia, id eſt Magia libri ad Petrum, & Paulum Apoſtolos: ex eo conieɑ̃antur apochryphi, quod nunquam alicui ſcripſiſſe perhibetur, nec libros compoſuiſſe.

Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ aɑ̃us. Liber apochryphus eſt, ſunt commenta manichæorum. Reprobatur ab Innocentio Papa & poſtmodum à Gelaſio diſtinɑ̃. 15. cum aliis conſimilibus, Iob appendix, libri Iob appendix, quę eius, & amicorum ſuorum genealogiam continet tanquam apochrypha, à patribus reiicitur. Quippe quę nec apud Hebreos,

nec

Digitized by Google

nec Latinos haberur. Porrò aurem apud Græcos reperitur; quam in magna ęſtimatione renent: maxime Origenes Chriſoſtomus,Iulianus Seuerus Enagrius, & Olimpiodorus: Qui etiam ſcholiis,& annorationibus eam illuſtrarunt. Cœterũ vt verum fateamur magna ſuſpicio eſt: aliquem ex Gręcis eam edictione ſeptuaginta interpretum adieciſſe. Qui cum gręcè ſcripſeriot: gręcam adiecerunt genealogium. Ac propterea,nec in canone hebręorum recepra eſt,nec latinorum. Vnde Hieronymus in quęſtionibus ſuper Geneſim,huiuſmodi appendicem,& quarumcũque aliam additionem ad Iob: Apochriphã, & incertam,atque à veritare alienam præclamat,vbi etiam improbar opinionem aſtruentium Iob eſſe de ſtirpe Eſau.

Ioſeph Patriarchæ Iacob filii ſermo, vel diſpuratio,ſeu Oratio,aut narratio: apochrypha ex Athanaſio in Sinopſi declaratur.

Iouiani,& Galli opuſcula idem quod Galli, & Iouiniani opuſcula ſolent Nebulones homines ad ſua legenda male facta tergiuerſari modo huc,modo illuc, nunc librorum titulos mutando,nuoc propria Authorum nomina vertendo, ramen quomodolibet ſuerit ex Gelaſio diſtinctioue 15.apochrypha proſcribuntur.

Iulitę,& Quirici paſſio. Quoniam vel ab hereticis compoſita ſit, vel à quopiam alio ędita plena mendaciis iure optimo à ſupremo Iudice reprobata eſt, vt apochrypha diſtinct.15.

Lactantii opuſcula I.non illius,qui cognomento firmianus appellatus eſt, ſed alterius nobis ignoti: apochryphi cuncta à Gelaſio locis pręcitatis proclamantur. Sed de Firmiano lege Sãctum Hieronymum in Cathalogo virorum illuſtrium, vbi ſua enarrat opuſcula cum multa ſui laude.

Lepotius liber ſic nũcupatus apochryphus tamen à Gelaſio præſcribitur.

Leutici, ſeu Leucii, alias Lentij, quem Gelaſius diſcipulum diaboli appellat libri omnes ab eodem Gelaſio, velnti apochryphi reprobantur ex facta Manicheorum prodũt.

Liber Iuſſane ſeu potius Iuſſane in nouis codicibus, in poſtillis legitur laus Apoſtolorum apochryphus,à Gelaſio diſt.15.cum aliis apochryphis connumeratur: de quo Origenes mentionem facit.

Liber Ialdaboth nomen certè abſtruſum, & nobis abſolutum,à Gelaſio tanquam apochryphus omuino reiicitur. Ex Nicolaitis hæreticis, qui,& Nicolai Antiocheni ſectatores fuere emanaſſe ſuſpicio eſt magna.

Liber Apoſtolicus apochryphus ex eo perpenditur,quia Marcionem hæreticum illum edidiſſe,certum eſt,mutilatione,& adulteratione authoritatum Doctoris gentium. Vide Epiphanium lib.1.contra hæreses.

Liber qui appellatur Diogenes, Gigantis nomine, vel Liber Ogie, ſeu rectius liber Ogregis Baſan. Qui quidem primus pugnaſſe cum Dracone poſt diluuium perhibetur liber haud dubie ne dum apochriphus cernitur: ſed à Gelaſio diſtinct.15.inter damnatas reiicitur ſcripturas. De Og.Rege Baſan,cur cum Dracone poſt diluuium primum fuiſſe, qui pugnaſſet, dicunt; non niſi certe, quia erat Gigas miræ magnitudinis iuxta hebreos.

Liber Phyſiologus ſic à materia nuncupatus, eſt namque philoſiologus rerum naturæ inquiſitio, ſeu de rei cuiuſuis natura diſceptatio à Gelaſio inter apochriphos, & ſalſo ſub Beati Ambroſii nomine præſignatum.

Liber nepotis cuiuſcumque ſit ille, manifeſtum eſt inter apochrypha ſcripta à Gelaſio interdici.

Lucæ Euangeliſtæ actus erga Paulum, & Teclam apochryphus eſt:Hieronymus in Catalogo ſub nomine Lucæ.

Liber de infantia Saluatoris à Gelaſio relatus,& inter apochryphas ſcripturas connumeratus; tanquam multis neniis, nugacitatibus ridiculis: ſomniis,& mendaciis, fabulis repletus,quæ maximè repugnant ſapiẽtiæ Filii Dei,& aduerſantur Sacris Euangeliis, omnino reiicitur.

Quod omnia illa miracula,quæ in libro infantiæ Salnatoris recenſentur ſint falſa: conſtat ex ſecundo capite Euangelii Ioannis,vbi primum mirandum à Saluatore factum fuiſſe ſcribitur: Conuerſionem,aquæ in vinum.Vnde ſcribit Iaonnes; hoc fecit initium ſignorũ Ieſus in Chana Galileæ, ergo ante hoc nullũ eſt factum.

Machabeorum liber tertius apochryphus renunciatus eſt; cum quod apud hæbreos non habetur: tum etiam quia quæ in ipſo ſcribuntur, ſub Antiocho magno acciderunt. Ac propterea quinquaginta ferme annis contigerunt ante Machabeorum hiſtoriam.

Machabeorum vero liber quartus apochryphus ab Athanaſio in ſua Sinopſi declaratus eſt. Apud Hæbreos non eſt authenticus quẽadmodum, & tertius, ſed vtrumque eſſe Ioſephi æſtimatur.Tertium certe in libro contra Appionem. Quartum vero tangi libro antiquitatum 13.

Bea-

Google

Beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis Matris Dei tranſitus, ſeu liber de tranſitu Mariæ ex Gelaſio apochryphus declaratur titulo Ioannis Euangeliſtæ ſic ſcribit Iacobus de Voragine in feſto aſſumptionis eius; Gelaſius vero abſque nomine, & titulo nudè hunc librũ reiicit. Quandoquidem Chriſtus filius eius mortuus eſt ergo, & mater eius mortua eſt, Chriſtus ſepultus fuit igitur, & eius mater: Chriſtus denique tertia die triumphans à mortuis reſurrexit: Ergo, & mater eius tertia die fęliciſſimè reſurrexit.

Quod autem ad ſepelliendum eam Apoſtoli de diuerſis mundi partibus miraculosè conuenerint: ſcribunt grauiſſimi, & Catholici Authores. Sanctus Ioannes Damaſcenus de dormitione Beatæ Virginis. Metaphraſtes de vita, & obitu Deiparæ: Nicephorus Caliſtus lib. 2. cap. 21. lib. 15. cap. 14. & alij quamplures.

Citat quidem hunc librum Sanctus Doctor 3. par. q. 27. art. 1. in corpore, quem confirmat eſſe S. Auguſtini, dum rationabiliter ratiocinatur cum corpore aſſumptam fuiſſe in Cœlum cap. *6*. Ex quo Sanctiſſimus Præceptor validè argumentatur ad Sanctitatem Virginis probandum 3. p. q. 27. art. 1. At verò poſt mortem in manus Dei Sanctam tradidit animam cum Diuina Gloria (inquit Damaſcenus) & poſt triduum vnita anima corpori, cum corpore omnes Cœlos traſcendens; ad Summum Cœlorum venit.

Sane circumfertur Epiſtola eius, & latine traducta, & vulgari etiam Idiomate verſa, ab originali hæbreo deprompta.

Si Meſſanenſibus obieceris, fictitiam prorſus eſſe, quum non repeiatur: reſpondent, vtique repetiri, nimirum in loco templi occulto conſeruatam, & optimè cuſtoditam: ne à Principe, vel ab aliqua potentia ſurripi potuiſſet; tunc temporis.

Si dicatur, quod nullam epiſtolam miſiſſe alicui Beatiſſimam Virginem comperitur: pace eorum id fari nequit: quum extent Diui Ignatij epiſtolæ ad Beatam Virginem, & eiuſdem Virginis reſponſiuæ litteræ ad Sanctum Ignatium, quam eſſe apochryphas inficiari nullus rectè poterit: quum à Beato Bernardo Sermone ſeptimo Pſalmi noni, cuius authoritas multum multis præpõderat. Hũc ſequuntur plerique nimirum M. Michael Carnotenſis in tract: de viris illuſtribus Carthuſianus in vnam de diuinis nominibus Senenſis in verbo Ignatii Petrus Caniſius, & alij quamplures de hac Epiſtol. diximus etiam ſupra.

D. Matthei Apoſtoli, & Euangeliſtæ de ortu, ſeu de ſtirpe Mariæ liber, & eiuſdem alter de infantia Saluatoris, ambo apochryphi ex Gelaſio, ab Hæreticis Valentinis, & Gnoſticis confictι: ac proinde falſo Euangeliſtæ attributi; ſiquidem in illis contenta, & incluſa tanquam fabulæ, & figmenta ab Epiphanio primo Panarij improbata ſunt, ſed & hæreſi 26. ſcribit idem Epiphanius à Gnoſticis confectum eſſe librum de ſtirpe Mariæ, & ab Irenæo lib. 1. contra Valentinorum hæreſes. Similiter quæ ad illorum confirmationem hæretici adduxerunt. Pręfationes .ſ. Chromatij, Heliodori Epiſcoporum ad Sanctum Hieronymum, & Hieronymi, quas ad eos affixerunt: cuncta quidem ſunt, mendacia, falſitates.

Moyſis aſcentio, & teſtamentum Moyſis ex Athanaſio in Synopſi inter apochrypha cõnumerantur ſcripta eiuſdem inſuper parua Geneſis Georgio Cedrenio liber citatus apochryphus à Sacra Tridẽtina Synodo dãnatus eſt: ſub nomine floſculorum Biblię ſũt, & alij libri Moyſi attributi apochryphi à Sectianis hęreticis cõpoſiti, iuxta Epiphanium primo Panarij.

Moyſis ſermo, ſeu cum de Deo interlocutio in Mõte Hebo, vbi mortuus eſt apochryphus, omnino proſcribitur, ſane deſcribitur huiuſmodi ſermo, ſeu interlocutio, à Philone Iudæo antiquitatum biblicarum libro interprete incerto Authore introducit, Deum Moyſi alloquentem.

Nicolaita à Nicolao Antiocheno Apoſtolico Diacono. Deriuantes librum; cui nomẽ Iadalboth inſcripſere, tamquam plenum multis demoniorum ſuperſtitionibus, ne dum ab Epiphanio lib. 1. Panarij hæreſi 25. veluti apochryphus reiicitur: ſed à Gelaſio locis pręrecitatis inter damnatas ſcripturas proclamatur. Abbatis Tritemij opuſculum; in quo de Præſidentibus Angelis mentionem facit in ſingulis planetis, & in vnoquoque Zodiaci ſigno. Vriel vero in apochryphis Eſdræ legitur. Citra hos nullum legitimum reperies. Igitur apochrypha ſunt: omnia ſingula ſunt neniæ, & figmenta: nullum fundamentum habentia, nullamuè authoritatem, et ac ideò vt talia reiiciuntur.

Aphricani, opuſcola vice verſa alicubi leguntur: ne dum ex Origene apochrypha declarantur: ſed à Gelaſio in decretis diſt. 15. vt talia proſcribuntur.

Opuſcula Montani, Priſcille, & Maximi cũ ab hæreticis conſcripta credamus ob multas impietates ibi relatas reiiciuntur pœnitus, vt apochrypha.

Opuſcula alterius Clementis Alexandrini,

eadem cauſa reprobantur tanquam apochrypha, &c.

Victoris Pictauienſis opuſcula huius clariſſimi viri ſcripta à Gelaſio Summo Pontifice, cum apochryphis connnumerantur.

Origenes pœnitentia. De ſui pænitentia liber cõfectus inter apochryphos, à Gelaſio connumeratus eſt: vel quia ab hæreticis fit compoſitus, vel quod multa falſa ibidem legantur, ſed defenditur, quod

Impoſturæ hæreticorum omnia fuerint: vt ſ. eorum falſitatibus fides adhiberetur, & authoritas, dum ſub Origenis nomine talia diuulgarentur, ſex enim millia voluminum ſuper diuinam ſcripturam conſcripſiſſe fama eſt: teſtibus Epiphanio, & Ruffino. Vnde à Patribus, & aliis viris clariſſimis ſummis extollitur laudibus, à Diuo Hieronymo ab Athanaſio Dydimo, Vincentio Lirinenſi: Pãphilo Ceſarienſi inclyto Martire, Gregorio Neocęſariẽſi Epiſcopo, Methodio Olympio, Magno Baſilio; Gregorio Nanzianzeno, Ruffino.

Opuſcula poſt Humiani, & Galli: ex Origene apochrypha proclamantur: vel ob Authorum incertitudinem, vel ob ipſius materiæ vitium.

Neuter Arnobius potuit eſſe opuſculorũ effector; quoniam vterque Catholicè ſcripſit: ſed inæqualiter ſecundus Arnobius, quãuis in omnes Pſalmos breuiſſime tamen ſcripſerit; nihilo ſecius ſtylo, & ſermone Barbaro quamplurimum differt à ſtylo, & compoſitione Afri incorrupta, & erudita. Erit igitur quod ſub Arnobii titulo ediderunt, vt ſuis falſis opuſculis erroribus vndique Scatentibus authoritatem darent, & fidem: vt mos eſt omnibus hæreticis à Gelaſio tandẽ, vt apochrypha condemnantur locis pręcitatis.

Paſſiones Apoſtolorum liber tractãs Apoſtolorũ paſſiones, à Leucio, ſeu Seleuco exaratæ: quia ab hæretico conſcriptæ ſunt, proſcribuntur omnino, & tanquam apochryphę reputandæ.

Pauli Apoſtoli Apocalypſis, ſiue raptus. Hic liber ab Epiphanio lib. 1. Panarii apochryphus proclamatur; tanquam ab hæreticis Caianis confictus. Qui liber alio vocabulo, à Gnoſticis aſcenſus Pauli dicitur. Reprobatur ab Auguſtino tractatu 98. in Ioannem, & à Nicephoro lib. 12. ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Pauli Apoſtoli actus ab Euſebio cum libro paſtoris reiicitur lib. 3. ſuæ hiſtorię Scholaſticæ tamquam apochryphus, &c.

Pauli Apoſtoli, & Teclæ actus à Gelaſio diſtinct. 15. cum aliis apochryphis connumeratur Sanctus Hieronymus in Catalogo Scriptorum cum Pauli periodo, & actibus Teclæ condemnat totam baptizati Leonis fabulam.

Pauli Apoſtoli epiſtolæ ad Senecam ſeptem, & Senecæ octo ad Paulum. Sanctus Hieronymus de viris illuſtribus connumerans Senecam inter Eccleſiaſticos Scriptores: ſic ſcribit. Senecam non ponerem in Catalogo Sanctorum, niſi me ſuæ epiſtolæ prouocarent: quæ leguntur à plurimis Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum, in quibus cum eſſet Neronis Magiſter, & illius temporis potentiſſimus: optare ſe dicit, eius eſſe loci apud ſuos, cuius ſit Pauli apud Chriſtianos. Diuus Auguſtinus epiſtola 56. ad Macedonium ſcribens: harum Epiſtolarum meminit, dicens. Merito ait Seneca (qui temporibus Apoſtolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum Apoſtolum leguntur epiſtolę) Omnes odit, qui malos odit. Sunt quidem familiares epiſtolæ non pertinentes ad Diuina eloquia, neque ad ſacros Canones: vt illorum habeant authoritatem.

Tres aliæ Epiſtolæ Pauli Apoſtoli circumferuntur vltra illas, quæ in Sacro Canone ſũt receptæ vna ad Laodicenſes tertia ad Corinthios, & alia tertia ad Theſſalonicenſes. Epiſtola ad Laodicenſes teſtatur Sanctiſſimus Præceptor, quod eius Author haud dubiè fuerit Paulus Apoſtolus, quod autem non ſit de Canone quadruplicem aſſignat rationem diſiunctiuam; vel quia Eccleſiæ non erat manifeſta eius authoritas, aut quod hæreticã deprauaſſent, vel quia temporis ſucceſſu periiſſet aut tandem, quod ea, quæ in ipſa epiſtola continebantur: in aliis Apoſtoli epiſtolis legerentur. De huiuſmodi epiſtola lege Sixtum Senenſem lib. 2. ſuæ bibliothecæ Sanctæ in verbo Paulus, &c. vbi varios DD. citat circa huiuſmodi veritatem, quid ſentiant? Chriſoſtomus. ſ. Theophylus Epiphanius Salaminę Epiſcopus, Tertullianus, Philaſtrius, & Sanctus Hieronymus ex Origene, & Chriſoſtomo alię duę.

Paſtor Hermas, & Hermæ paſtor liber, idẽ ſunt. Vide igitur Hermę paſtoris liber. Sub alterutra inſcriptione manifeſtatur.

Liber Petri Apoſtoli pręedicatio: Sixtus Senenſis: Citat inter alios Clementem Alexãdrinum lib. 6. Stromatum: Et Origenem tom. 13. in Ioannem. Nihilominus tamen ipſemet Origenes dubitat, ſi verus ſit liber, an ſuppoſiticus, an miſtus.

Liber Petri Apoſtoli doctrina ab Origene primo periarchon damnantur.

Petri

Petri Apoſtoli Apocalypſis, ſeu reuelatio; Ex Nicephoro lib. 12. Petri Apocalypſis, vt ſubditicia, & Apoſtolo illegitima deſcribitur; à priſcis patribus eſſe iudicata Euſebius lib. 3. cap. 25. ſcribit etiam maxime dubitari, num fit Petri Apoſtoli.

Petri Apoſtoli iudicium ex Ruffino in explicatione Symboli iudicium ſecundum Petrum; omnes quidem patres in Eccleſia legi voluerunt; non tamen proferri ad authoritatem ex his fidei confirmandam.

Ex his itaque omnibus indubitanter habemus omnes, & ſingulos Petri Apoſtoli prærecitatos libros, nulla vi nullaue authoritate potiri, & quamuis Sophronius ex D. Hieronimo ſcribat *D*iuum Petrum vere horum librorum extitiſſe Authorem factum eſt, vt inter apochryphas ſint reiecta: Quinimmò ipſemet Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis hos quinque prærecitatos libros inter apochryphos reiicit.

Petri Itinerarium ſub nomine Clementis editum à Gelaſio Summo Pontifice tamquã apochryphum reiicitur.

Petri Apoſtoli circuitus, ſeu circuitiones, quibus vtuntur Ebionei hæretici, de quibus lib. 1. Panarii Epiphanius ſcribit; multa Ebioneus corrumpiſſe.

Petri Apoſtoli diſputatio contra appionem apochrypha conſpicitur.

Philacteria Angelorum, vtique Angelorũ non bonorum, ſed malorum ideo condemnata cernuntur à Gelaſio diſt. 15. vt apochrypha, & veluti à demonibus conficta. Continent enim magnifica amaleta, ideſt remedia aduerſus beneficia, infirmitates, pericula, & huiuſmodi quam plura ſuperſtitioſa magis quam naturalia.

Acta Pilati triplici generis eſſe componuntur, primum eſt eorum, qui Chriſtianos odiẽtes, multas falſitates aduerſum Chriſtum, & ſequaces confixerunt ſub titulo Pilati; ac ſi Pilatus Auctor extitiſſe. Verum id totum factum eſt Maximini Imperatoris opera, & ſtudio, vt Chriſti nomen de terra eraderet penitus, & vniuerſum Chriſtianorum genus deleret omnino. De quibus legendus eſt Euſebius lib. 9. ſuæ hiſtoriæ Scholaſticæ capit. 4. Origenes lib. 1. periarchon, & in Ioannem tom. 20, Sixtus Senenſis lib. 2. Bibliothecæ, & Baronius tom. 1. Annalium. Verum ex temporum ratione facilè huiuſmodi malignitas confutatur ab Euſebio lib. 1. ſuæ hiſtoriæ. Secundum genus eſt illorum, qui Sanctum Paſcha celebrandum eſſe ſentiunt, ſemper quartadecima die lunæ menſis Martii, quandoquidem ſic in eiuſdem actis reſcriptum reperitur: Chriſtum Dominum vigeſimo quarto die eiuſdem menſis paſſum fuiſſe. Vnde, & quarta decimani hæretici ſunt appellati. Tertium genus actorum Pilati eſt illorum, quorũ meminit S. Iuſtinus in apologia apud Antonium Pium, qui legendus eſt: Sed omnia ſunt apochrypha.

Præfatio ad lamentationes Ieremiæ Prophetæ apochrypha æſtimatur, quia apud hæbreos nunquam reperitur.

Pſalterii appendix, ſeu actuarium. Dicitur actuarium ab augendo, quia rei iam determinatæ aliquid ſupra adiicitur, quod aliis adiunctum eſt cum pſalterium, quod centum, & quinquaginta pſalmis conſtat; adiunctus eſt, neſcitur, à quo Authore Pſalmus, vt dicitur Dauidis, quem cecinit victo Golia Gigante; qui incipit: paruus eram inter fratres meos, & adoleſcentior in domo patris mei, paſcens oues patris mei, &c. apochryphum redditur actuarium, apochrypha redditur appẽdix tãquam ab oſcuro Authore appoſita.

Prouerbiorũ liber, Non ille, qui inter Canonicas ſcripturas connumeratur Salomoni tributus, ſed alius ab impiis conſcriptus, & Sancti Sixti nomine, & titulo præſignatus inter apochryphos, à Gelaſio reiicitur, & condemnatur.

Sanctorum Martyrum Quirici, & Iulitæ paſſio, quia ab hæreticis conſcripta reputatur, & multis mendaciis repleta cernitur, à Gelaſio diſt. 15. cum aliis conſimilibus apochrypha proſcribitur.

Quirici Septimũ, ſeu Aphricani Opuſcula à Gelaſio loco ſuprarecitato, & ab Origene tamquàm apochrypha condemnantur. Hic aduertendum eſt, quod Tertulliano prænomen extitit. Quintus Septimus. Sed vocabatur Tertullianus florens ob maximam, quam redolebat eloquentiam: quaſi ter Tullius, ter ſcilicet Tullium ſuperans florentiſſime. Operum ſuorum lectione maxime delectatus Sanctus Cyprianus; non erat dies, quod non aliquid ex illis excerperet: vocans eum ſuper alios Magiſtrum.

Regum liber alius, & diuerſus à quatuor Canonicis. Cum igitur de illis non ſit: manifeſte ſequitur eſſe apochryphum. Lege Siſtũ Senenſem in verbo Regum liber.

Reuelationes S. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ circa finem mundi, quæ à Sancto Cæcilio Diui Iacobi Apoſtoli diſcipulo commẽdatæ, in Turri Turpiana repertæ apud Montẽ Sanctum Granatenſem, quum non ſint authenticæ, tanquam ab Eccleſia minime approbatæ: Inter apochryphas ſcripturas reiici debent; Ex doctiſſimo Patre Grauina lib. 4.

de verbo Dei ſcripto Catholicarum præſcriptionum.

Salomonis clauicula apochrypha proclamatur, & à Gelaſio Pont. inter damnatas ſcripturas connumeratur: Salomoni tamen falſiſſimè attributa eſt in Indice librorum prohibitorum connumerata.

Salomonis contradictio ſimiliter ex Gelaſio diſt. 15. apochrypha proſcribitur.

Salomonis liber de Vmbris Idearum, nedum apochryphus æſtimatur, ſed impius tanquam magicas continens impietates.

Seth filii Adam libri ſeptem cum aliis ſeptem adiunctis: apochryphi omnes. Nam ex Epiphanio in primo panarii libro habemus Gnoſticorum hæreticorum opere effictos fuiſſe; vnde, & Sethiani nuncupati fuere: ſicuti, & qui alios addiderunt Archontici.

Sophoniæ Prophetæ aſſumptio, ne dum apochrypha, ſed ex Athanaſij Synopſi abſurdiſſima reputatur.

Stephani Protomartiris apocalypſis apochrypha, hac magno ſtudio, & veneratione Manichæi vtebantur ex Serapione. Quapropter à Gelaſio Papa diſtinctione præcitata Chriſtianis fidelibus vehementer interdicta eſt.

Tarſij, ſeù Tarii, alias Tatii, ſit quomodo liber ſufficit, quod illius opuſcula tamquam apochrypha à Gelaſio loco præcitato proſcribuntur.

Tatianus Syrus dum Sancti Iuſtini Philoſophi, & Martyris præceptoris ſui veſtigia ſecutus fuit, multa de fide Catholica ſcripſit: ita vt Diuus Hieronymus in Catalago Scriptorum Eccleſiaſticorum eius meminerit multa eum ſui laude. Verumtamen poſt Præceptoris mortem à Catholica fide defecit: dedit initium Encraticis hæreticis, quorum ipſe Caput, & Principem ſe proclamauit, magno cum ſui vituperio. vnum vero ſub nomine Euangelii intelligendum venit Diateſſaron, vnum ſ. ex quatuor: an vero proprium, quemadmodum, & alia Euangelia nomine huius, & alterius, incertum eſt. Nam in rigore proprium intelligendum venit, videndi ſunt Euſebius Cæſarienſis libro quinto ſuæ hiſtoriæ Scholaſticæ victor Epiſcopus Capuanus: Abbas Tritemius, & Sixtus Senenſis.

Teclæ actus an ſint illi, qui cum actibus Pauli Apoſtoli leguntur mixti, an ſint diſtincti, & ſeiuncti, ita vt ſit peculiaris liber à libro actuum Pauli Apoſtoli, & Teclæ diſtinctus; ſit quomodolibet; Nihiloſecius talis liber, à Gelaſio diſtinctione prærecitata, vt apochryphus reprobatur.

Theſaurus. Liber ſic inſcriptus innuens cōtineri multa ſcitu digna, veluti in Theſauro repoſita. Sed à Gelaſio animaduerſum, multis impietatibus repleri; tamquam apochryphus condemnatur.

Thomæ Apoſtoli actiones. Liber ſic inſcriptus ab Encraticis hereticis iuxta Epiphanium lib. 2. Panarii in vſu ſemper eſt habitus. Qui tandem liber ab Innocentio Papa I. in epiſtola ad Exuperium condemnatus perſpicitur. Porro autem inter alias actiones, quæ ibidem ſcribuntur, & à Beato Auguſtino recitatur (huius certe meminit libro 23. Contra Fauſtum, & in libro aduerſus Adimantū, & denique lib. 1. de ſermone Domini in Monte, quam Manichei vna eſt, ſuis in libris legebant: nempe quod cum exceptus eſſet Apoſtolus in quodam nuptiarum Conuiuio veluti peregrinus, & ignotus, à ſeruo in capite manu percuſſus; imprecatus percuſſori vindictam: euenit vt exiens ad fontem ad extrahendum aquam: irruit in eum immanis Leo, & abſtractam à corpore manum, cum quā percuſſerat Apoſtolum, in Conuiuio Canis attulit in conſpectu omnium, eſt falſiſſimum, & citra Sacram Scripturam.

Thomæ Apoſtoli Itinerarium, ſeu circuitiones, quod Apoſtolus Thomas multas peragrauerit Regiones pleraque itineta fecerit; iam manifeſtum eſſe, ac propterea reddit nō eſſe falſum itinerarium, nec circuitiones mēdacia: titulo, & inſcriptione. At vero cum multa falſa ridicula, & impoſturę in illo legantur libro, indigna certe Apoſtolo Sancto: arguit an hereticis eſſe conſcriptum; Athanaſius In Synopſi in librorum damnatorum numero conuertit.

Thomæ Apoſtoli apocalypſis inter apochryphas ſcripturas à Gelaſio diſtinct. 15.

Thomę Apoſtoli ad Clementem epiſtola. Thomę Apoſtoli Epiſtolam, quam ſcripſiſſe ferunt ad Clementem poſt Petrum Pontificē, certiorem eum facientem de rebus, quas apud Parthos; Medos, Perſides, Bactros, Hyrcanos, & Indos viderat eſſe apochrypham, ex eo patet: quoniam epiſtola hæc in nono recognitionum libro regiſtratur. Qui quidem libri omnes, & ſinguli apochryphi redduntur; tamquam ab hereticis conſpurcati: ac propterea quamuis Clemens huius meminerit; Incertum tamen eſt, an ipſemet Clemens inſeruerit; vel fuerit ſurreptitia. Sed non eſt putandum (& eſt alia cauſa) vt Apoſtolus hiſce rebus incumberet, atque vacaret: dum vix temporis, & ſpatium haberet manducandi, & bibendi propter onus Euangelicæ prędica-

dicationis, & conuerſionis gentium ad fidem.

Thobiæ iunioris liber excantationum, & magicarum quarundam imaginum eſt liber iſte omni ex parte apochryphus: quinimo hæreticus, cõtinet enim impia, & diuinæ ſcripturæ maxime aduerſantia. Habemus certè ex ſacro Thobiæ libro, Raphaelem Archangelum diuina diſpenſatione Thobiæ Iunioris comitem in via extitiſſe; ipſiuſque ope à ſacra ſponſa ſua demones expulſos: patrique ſuo oculorum lumen redidiſſe. Non igitur magicarum artium opere, & maleficio Thobiam Iuniorem hæc effeciſſe: dicendum eſt. Quare non immerito à S.R. Inquiſitionis Senatu inter Magicarum impietatum libros connumeratus, & proſcriptus eſt, tanquam à maleficis, & impiis confictus fuerit.

Tychonii Afri huiuſmodi opuſcula, an alterius; incertum quidem eſt. Hoc tamen ſcimus, quod aliqui ex Sanctis Patribus hunc Afrum multis laudibus extollunt: D. Auguſtinus, Iſidorus, Caſſiodorus, Venerabilis Beda, &c. At vero ſi coniecturari liber, arbitramur huiuſmodi virum talium opuſculorum fuiſſe Authorem. Et quamuis multa catholicè ſcripſerint: nihilo ſecius pleraque Donatiſtarum dogmata ſectator eſt. Quapropter ab Origene, & apochrypha proclamantur; quod in Gelaſii quoque diſtinct. 15. talia proſcribuntur, quod in poſtillis inſpicitur.

Verborum Domini liber. Ex omni parte apochryphus iudicatur liber iſte: ſi numquam dixerint, quod à Domino conſcriptus fuerit; falſa dicunt: quia Chriſtus libros nunquam edidit; ſi autem ab alio, tanquam ſuppoſitus æſtimatur, ac propterea apochryphus, incertus de Authore, maculoſus de materia, ſed alii rentur librum hunc illum eſſe, à quo Paulus Apoſtolus teſtimonium accipit ex act. 20, mementote verbi Domini Ieſu: quoniam ipſe dixit Beatius eſt dare, quam accipere, & aliud Lucæ 6. omni petenti da, & aliud, mutuũ dantes, nihil inde ſperantes.

Vita S. Brandani. Hiſtoria de vita S. Brandani ex Altiſiodorenſi in fauorem propoſitioni, nedum apochrypha à nobis æſtimatur, ſed aduerſa fidei Catholicæ. Inquiunt enim, quod videns S. Brandanus Iudam Iſchariotẽ per prata incedentem: quærens cur non eſſet in Inferno? reſpondit, quod propter aliqua bona, quæ in hac vita fecerat: conceſſum erat ei aliquod habere refrigerium; In hac parte apochrypha reputatur hiſtoria illa nullam habens authoritatẽ, & falſiſſima, ac propterea apochrypha redditur hiſtoria illa. Huiuſmodi poſitio ad Origenis opinionem accedit.

Adnotandum tamen, quod quemadmodũ pro damnatis orandum minime eſt, vt diximus. Ita, & pro Beatis orare, minime debemus: ſed nos illos orare, vt orationibus ſuis apud Deum efficaciter porrectis adiuuemur. Siquidem illi in ſtatu ſecuriſſimo ſtabiliti precibus noſtris, nullatenus indigent. Nos vero in miſeriis conſtituti, eorum auxiliis ſubleuari poſſumus, & liberari. Sed extat Diui Auguſtini elogium illud inſigne: Iniuriam facit Martyri: qui orat pro Martire. Porro autem ſi hæc, & ſimilia quis videre deſiderat Siſtum Senenſem legat lib. 6. ſuæ Bibliothecę Sanctæ tom. 2. annot. xlvij. & cccxi.

Gelaſius locis toties citatis nullas Sanctorum Patrum vitas recepit, approbatque niſi quas Sanctus Hieronymus ſcripſit his verbis.

Item vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir Beatiſſimus ſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus. Igitur quum itinerariũ hoc, & vitæ, quæ in quinto leguntur libro ab ipſiſmet Theofilo, Sergio, & Elchino ſint conſcriptæ, & primæ ſint ſuæ: nullam authoritatem habent; & tamquam non authenticæ, prorſus condemnantur, & reiiciuntur, qui, & quod in eodem libro arborem ligni vitæ deſcribunt; duos nimirum pedes habere, ac hominis ſimilitudinem, vſque ad vmbiculum exprimere: pectus verò Leonis manus denique Chriſtallinas; Quis eam vidit? vel cui reuelatum eſt: Nonne, & ſingula uenie exiſtunt? Quę illorum vitas apochryphas faciũt?

Zachariæ præcurſoris parentis liber ſub nomine aſſumptionis. Liber iſte nedum apochryphus æſtimatur; quia falſo Zachariæ attributus; verum etiam, quod multas falſitates, mendacia, impoſturas, atque blaſphemias etiam aduerſus Deum continet. Quare ex Athanaſio in Synopſi, veluti exectandus cõdemnatur, & reiicitur.

Philo hębreus ſub S. Marco Euangeliſta in Ægypto veteris teſtamẽti primus expoſitor.

Ioſeph hębreus adde hic de Scriptoribus in vetus teſtamentum, & nouum non apochryphis Catholicis contra hæreticos.

De Scriptoribus non Apochryphis abecedariys, & ideò apponuntur nomina propria.

POſt Geographos libros contra hæreticos poſt Canonicos, & Sacros libros, ſeu Sacram Scripturam veteris, & noui teſtamẽti contra hęreticos, poſt apochryphos contra hæreticos remanet de libris nõ apochryphis abecedariis, cum nominibus ſuis propriis Catholicis cõtra hæreticos, ſeu de Scriptoribus Eccleſiaſticis Catholicis cõtra hæreticos.

Ambroſius, qui fuit 374 poſt Chriſtum, Auguſtinus, qui fuit 400. poſt Chriſtum, qui ſunt quatuor DD. Eccleſiæ Angelicus Sanctus Thom. quintus Doctor, &c.

Albertus Magnus, Aloyſius Lippomanus, Abdias Babylonius, Achaiæ presbyteri, Adã Godſamus, Adelmannis, Ado Viennenſis, Adrianus VI. Æneas Gazęus Æneas Syluius Ægidius Romanus, Aimoinus, Albertus Krãtius, Albertus Magnus Albinua Alcuinus, Albericus Borgomenſis Alexander de Imola, Algerus Scholaſticus, Alphonſus Vargas, Alphonſus Tonſtatis, Amalarius Treuirenſis, Ambroſius Ansbertus, Ambroſ. Camaldulen. Ambroſius Catharinus, S. Ambroſius Mediolanenſis, Ammonius Alexandrinus, Amphilochius. Anaſtaſius Bibliothecarius, Anaſtaſius Nicenus, Anaſtaſius Sinaia, Andreas Barbatius, Andreaa Cæſarienſis, Angelomus, Angelus de Clauaſio, S. Anſelmus Canthuarienſia, Anſelmus Laudunenſis, Anſelmus Lucenſis, Anthelmus, *Ant*iochus, S. *A*ntonius abbas *A*ntonius *And*reæ, *A*ntonius Bonfinius, S. Antonius de Padua, *A*ntonius de Burtio, S. *An*tonius Florentinus, *A*ntonius Meliſſa, *A*pollinarius *A*pponius, Aratus, *A*rnobius *A*ter, *Ar*nobius alter, *A*rnoldus abbas, *A*ſteſanus, *S. A*thanaſius. *A*thenagoras, S. *A*uguſtinus Hipponenſis, *A*uguſtinus de *A*ncona, *A*uguſtinus de Roma, *A*uitus *A*lcimus, *A*urelius Prudentius. Aurelius Caſſiodorus, Auſonius.

Baptiſta Mantuanus, Baptiſta Platina, Baptiſta Trouamala Barlaamus, Bartholomęus Piſanus, S. Baſilius Magnus. Beda Venerabilis Berengoſius, S. Bernardinus, S. Bernardus, Berno Augienſis, Bertoldus, Beſſarion Cardinalis Ord. S. Baſilii, Blondus Flauius, Boetius Seuerinus, S. Bonauentura Bonifacius Magũtius, Bruno Carthuſianus. Burchardus.

Cerealis Maſſiliẽſis, Chriſtianus Druthmarus, Chromatius, Claudianus Viennen. Claudius Scotus, Clemens Alexandr. S. Clementia Romanus, Conradus Vrſpergẽſis, Conradus Koellim, S. Cornelius Papa, Conſtantinus Magnus, Cæſarius Arelatenſis.

S. Damaſus Papa, Diadochus Didymus Alexand. Diuus Mugellanus, Dionyſius Alexand. S. Dionyſius areopagita, Dionyſius Carthuſianus, Dionyſius Exiguus, Dominicus Iacobatius, Dominicus à Soto, Dorotheus Archimandrita, Dorotheus Tyrius, Durandus de S. Portiano.

Edmundus Cantuar. Egeſippus, Eginarthus, Eligius, Ennodius. Ephrem. S. Epiphanius, Eſaias abbas, Euagrius Scholaſticus, Eucherius, Eugippius, Ebeardus, S. Eologius Martyr, Euſebius Cæſarienſis, Euſebius Emeſenus, Euthymius Zigabenus.

Fauſtinus Diaconus, Fauſtus Regiẽſis, Felinus Sandeus, Ferrandus Diaconus, Finus Hadrianus. Flauius Blondus, Franciſcus Lycherus, Franciſcus Mayronis, Franciſcus Petrarcha, Franciſcus Thelmannus, Franciſcus Victoria, Franciſcus Zabarella, Freculphus Frodoardus, Fulbertus Carnot. S. Fulgẽtius.

Gad Propheta, Gaudentius Gelaſius Gyzicenus, Gelaſius Papa. Gennadius Maſſilienſis, Georgius, ſiue Gennadius ſcholarius, Georgiua Cedrenus Germanus Conſtantinop Gilda Sapiens Glaber Rodulphus, Gofridus Viſidocinẽſis, Gothefridus Viterbien. Gratianus, S. Gregorius Bęticus, Gregorius de ariminio, S. Gregor. Nazianzenus, S. Gregor. Nyſſenus, S. Gregor Papa I. S. Gregorius Papa II. S. Gregor. Papa VII. S. Gregor. Thaumaturgus, S. Gregor. Turonicus Gregor. Protoſyncellus, Guido archidiaconus, Guido Carmelita, Guido Papa. Guitmundus auerſan. Gulielmus antiſiodoren. Gulielmus Durantes, Mumus Neubrugen. Gulielmus Ockam. Gulielmus Pariſienſis, Gulielmus Tirius, Guntherus Monachus.

Hadrian. Papa I. Hadrian. Papa VI. Hatligarius Cameracen. Haimo albestrat. Hector Boetius, Helinandus, Helmoldus, Herman, ſiue Paſtor, Herman. Contractus, Henricus de Gandauo Henricus Harphius, Henricus de Haſſia, Henricus de Kalteiſen, Henricus Oſtienſis. Henricus Stero, Henricus Suſo, Henricus Vridonenſis. Herueus Brito, S. Hieronymus Stridonien. Hilarius arelatenſis, Sãctus Hilarius Pictauienſis, Hincmarus Remenſis. Hildebertus Turonen. S. Hildephonſus Toletanus Hilduinus, S. Hippolitus Martyr, Honorius auguſtudun. Hugo de S. Caro, Hugo de S. Victore. Hugo Etherianus, Humbertus Card. Humbertus Ord. Præd.

Iacobus almainus, Iacobus Philippus, Berg. Iacobus Sanazarius, Iacobus à Vitriaco, Iacobus de Valentia, Iacobus Latumus, Iacobus Vuimphelingius, Idacius Clarus, Idiota, S. Ignatius Martyr, S Ildephonſus Tolet. Ingulphus, Innocentius III. Innocent. IV. Innocent. V. Ioachimus abbas, Ioannes andreas, Ioannes Bachonius Ioannes Baſſolius Ioannes Caſſian. S. Ioannes Chriſoſt. Ioannes Capreolus, Ioannes Calderinus. Ioannes Climacus, Ioannes Curopalates, S. Ioannes Damaſcenus. Ioannes de anania. Ioannes Franciſcus Picus, Ioannes Diaconus. Ioannes Cochlæus. Ioannes de Capiſtrano, Ioannes de Imola, Ioannes de Driego, Ioannes de Turrecremata, Ioannes Duns Scotus, Ioannes Faber, Ioannes Gerſon, Ioannes Hircanus, Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Hieroſolim. *I*oannes Maior, *I*oannes Maxentius, Ioannes Moſchus, Ioannes Nauclerus, Ioannes Pariſienſis, Ioannes Polemar, Ioannes Picus, Ioannes Roffenſis, *I*oãnes Raguſinus, Ioannes Rusbrochius, Ioannes Tabienſis, Ioannes Taulerus, Ioãnes Trithemius, Ioannes Villauus, Ioannes Zonaras Ionas Aurelianen. Ionas S. Columbani, Ioſephus hæbreus, Ioſephus Methonenſis, *I*oſue Dux hæbreorum, S. Irenæus Martyr, *I*ſichius, S. Iſidorus Hiſpalenſis, Iſidorus Peluſiotes, Iulius Africanus, Iulius Firmicus, Iulianus Pomerius, S. Iulianus Toleranus. *I*unilius, Iuo Carnotenſis, S. Iuſtinus Martyr, S. Iuſtus Orgelitanus Iuuencus præsbiter.

*L*ambertus Schaphnaburg. Landulphus Carthuſ. Lanfrancus, Laonicus Chalcondila, Laurentius Iuſtinian. S. Leo Papa I. S. Leo Papa Nonus, Leo Sapiens Imp. Leo Oſtienſis. Leontius Bizantinus, Leontius alius, Liberatus Archidiac. S. Linus Papa, S. Lucas Euangeliſta, S. Lucianus Martyr, Lucifer Carahranus, Ludgerus Luitprandus, Lupoldus, Lactãtius firmi.

Manuel Caleca, Marcus Ant. *S*abellicus, Marcus Eremita, Marcellinus Comes, Marcellinus Præsbyter, Marius Victorinus, Marianus, Scotus, Martialis Lemouicen. Marſilius ab ing. Merſilius Ficinus, Martinus Bracaren. Martinus Polonus, Martinus Nauarrus Matthæus Palmerius, Matthæus Pariſ. Matthias Palmerius, S. Maximus Confeſſor, Sanctus Maximus Martyr, *M*elito Sardenſis, S. Methodius Martyr, Micrologus, Minutius Felix, Monaldus, Moſes Barcepha, Macharius ſenior.

Nicephorus Calliſtus, S. Nicephorus Conſtantinus, Nicephorus Gregoras, Nicetas Choniates, Nicetas Dauid, Nicolaus Abbas Panorm. Nicolaus Cabaſilas, Nicolaus de Cuſa, Nicolaus Gorram, Nicolaus de Lira, Nicolaus Papa I. Nilus Abbas, Nithardus.

Olympiodorus, *S*. Optatus Mileuitanus, Orſieſis Abbas, Origenes, Otho Friſingenſis Oecumenius.

Pacianus, Pacificus, Palladius, Paſchaſius Diaconus, Paſchaſius Rathbertus, Paulinus Aquileienſis, *S*. Paulinus Nolanus, *P*aulus Burgenſis, Paulus Diaconus, Paulus Middelburgius, Paulus Oroſius, Pelagius Aluarus, Petrus Aureolus, *P*etrus ab Ancharano, Petrus ab Alliaco, Petrus Bleſenſis, Petrus Cluniacenſis, Petrus Bertrandus, Petrus Chryſologus, Petrus Comeſtor, Petrus *D*amiani, Petrus Diaconus, Petrus Paludanus, Petrus Tarantaſienſis, Philo Carpathius, Philo Iudæus, Philaſtrius, Photius Conſtantinop. *S*. Policarpus Martyr, Pontius Diaconus, Primaſius, Prochorus, Proclus Conſtantinop. Procopius Gazæus, *S*. Proſper Aquitanus, Prudentius, *S*. Pachonius.

Radulphus Flauiacen. Raymundus Lullius *S*. Raymundus de Pennaforti, Remigius Antiſiodoren. Rhegino Abbas, Richardus Armachanus, Richardus de Mediauilla, Richardus Victorinus, Robertus Gaguinus, Robertus Holkot, Robertus *S*orbona, Rogerius de Houeden, Ruffinus Aquileienſis, Rupertus à Ruffia, Rupertus Tuitiẽſis, Rebanus Maurus.

*S*alonius, *S*aluianus, Samuel Matrochianus, *S*ebadius, Sedulius, Serapion, *S*euerianus Seuerus, *S*ulpitius, *S*idonius Apollinaris, *S*igebertus, *S*imon de Caſſia, *S*imeon Methaphraſtes, S. *S*imeon, *S*tilites, Siffridus Præsbiter, *S*. *S*ixtus Papa II. *S*ixtus Papa Tertius, *S*ocrates, *S*ophronius, *S*ozomenus, *S*tephanus Eduanſis, *S*trabus Fuldenſis, *S*ylueſter Prieras. *S*yneſius Ptolemaidis,

Tertullianus, Teodoretus, *S*. Theodorus *S*tudites, Theodorus de Raithu, Theodorus Balſamon, Theodulphus, Theophylactus, Theophilus Alexandrinus, S. Theophilus Antiochenus, Theonianus, S Thomas Aquinas, Thomas Cantapraten. Thomas de Argentina Thomas de Kempis, Thomas Morus, Thomas de Vio Caiet. Thomas Vualdenſis, Titus Boſtrenus, Tatianus.

Vndantius Fortunatus, Vernerus Veſphalus, Victor Africanus, Victor Capuanus, Victor Vricenſis, Victorinus Pictauienen. Vigilius, Vincentius Bellouacen. S. Vincentius Ferrerius, Vincentius Lirinenſis, Vſardus Monachus, Vualfridus Strabo, Vuitichindus, Vuillelmus Malmesberienſis, Vulfridus de Argentina.

Zacharias Cryſopolit. S. Zeno Veronenſis.

Sunt omnes Scriptores cum iis, qui in Anatomia pluſquam mille.

Sicut Bibliothæca Xiſti, Sanſuuinus, & Bellarminus ponunt inter *S*criptores Eccleſiaſticos poetam Sanazarum, quia fecit de partu Virginis, Petrarcam poſt amorem Lauræ, quia fecit ad inſtar Dauidis Septem pſalmos, & de contemptu mundi. Sic etiam poſſunt addi Torquatus Taſſus, qui fecit Hieruſalem liberatam, & conquiſitam, &c. Similiter Marinus, qui fecit Martyrium Innocentiũ dictum Strage ab ipſo, Eloquutiones ſacras, moralia, &c.

De libris totaliter prohibitis vſque hodie contra hæreticos, de libris prohibitis corrigendis de libris prohibitis, quia non habent nomen, de libris prohibendis per ſuas regulas ad ſenſum Regularum Patrum Concilii Trid.

Trid.quia obliti ab impreſſore, ideò ſunt additi hic breuiter.

Poſt libros geographos contra hæreticos poſt libros Canonicos contra hæreticos poſt libros apochryphos contra hæreticos poſt libros Catholicorũ cõtra hęreticos poſt libros non prohibitos cõtra hęreticos,ſeù de Scriptoribus Eccleſiaſticis cõtra hæreticos, remanebat de libris totaliter prohibitis donec corrigantur,de libris prohibendis,& corrigendis per ſuas regulas in hoç vltimò.

Quia vt ait M.Franciſcus Madalenus Ordinis mei Secretarius Congregationis indicis librorum prohibitorum in ſuo Elenco, quod librorum prohibitorum cognitio apprimè neceſſaria eſt ad conſcientiæ ſecuritatem, ſcientiæ adeptionem,& M. Franciſcus Ferrerius etiam Secretarius dictæ Congregationis ſatis antea dixit nihil vtilius fieri poſſe, & directorium inquiſitorum,Lucerna inquiſitorũ, Simanca,Paramus,Zinardus, Aloyſius Bariolus,Farinacius, Bonacina, Porrerta, Prierius, Diana,Ludouicus Stella,Riccardus,ſeu Monſtrum dicunt in ſancta inquiſitione librorum prohibitorum cognitionem eſſe neceſſariam, & in Praxi ſanctiſſimæ inquiſitionis; ſed quia libri prohibiti omnes, vſque hodie mirabili ordine,& labore faciliter citãdo omnes claſſes,& appendices Concilii Trident. & libros prohibitos per omnia decreta dictæ Sacræ Congregationis poſt Trident. vſque hodie non ſolum per cognomina, ſed etiam cum magno labore per nomina videndo in fonte Auctores in vno libro Abecedario breuiſſimo,ideò remitto Lectorem ad Helencum, ſeù librum omnium librorum prohibitorum Abecedarium, ponendo etiam nomina, & cognomina, vt Ariganum dicit vide Dauid, ideſt ſuum nomen Dauid,ſimiliter mira claritate, & diſtinctione, & ordine atteſtando primam,ſecundam,& tertiam claſſem Conc. Trid. vide dictum Helencum librorum prohibitorum vſque hodie, quo non reperitur melior, & habendo dictum librum Helencũ habes omnes libros prohibitos clarè, diſtinctè,& breuiter.

De Libris prohibitis donec illi corrigantur,quia poteſt fieri ab habente poteſtatem facillimè cum Briſſichella Romæ impreſſo,& Magiſtro Sacri Palatii Stella,& Magiſtro Moſtro cum ſuis indicibus aliis, dicendo dele in folio tali tot lineas, &c. ideo vide eos pro libris corrigendis, & mirabili labore pro noſtra facilitate.

Et nota, quod indices, & ſyllabi omnes particulares extra Vrbem ſunt prohibiti, ſi abſque authoritate approbatione ſacræ indicis Congregationis impreſſi poſt indicem communem Sacri Concilii Trid. Pij IV. auctoritate,poſtea verò à Xiſto V.auctum,tandem iuſſu Clementis VIII.recognitum,& publicatum in decreto 16. Martii 1621. dicit Franciſcus Madalenus Secretarius indicis in Elencho omnium librorum prohibitorum vſque hodie fol. 194 quod ſint prohibiti.

De libris prohibendis per regulas Patrum, Conc. Trid. in præfatione Magiſtri Franciſci Ferrerij,tunc Secretarii,vide in fine Tridentini, ac etiam in fine Elẽchi Madaleni decem regulas, vide etiam ſequentes obſeruationes ibi, nec non ſequentes inſtructiones, de libris prohibendis,tum expurgandis, & imprimendis ibi fol. 12.poſt Elenchum. ſeù vide etiam fine Trid.

Gloria defenſionis fidei Religionis S. Dominici Patriarchæ,ex Libris Apocryphis, ab Innocentio III.

PAramus Siciliæ Inquiſitor in libro integro de Origine inquiſitionis ab ipſius mundi primordiis fuiſſe eiuſdemque progreſſum,per omnes ætates,& ad noſtra vſque tempora maximis incrementis, & priuilegijs contra Hæreticorum inſanias, Deus primus Inquiſitor in Adamum, Euam, & Angelos malos,&c.primus verò legis Euangelicæ Inquiſitor; Chriſtus, Petro, & ſucceſſoribus ſuis communicans. Delegata vero incæpit anno 1216. ab Innocentiò III.anno vlt. eius Pontificatus; S. Dominicum inquiſitorem creando Eccleſiæ Columnam meę ſanctiſſimæ Religionis Patriarcham.

Ait Ioannes de Arnono in cõmentariorũ conſtitutionum Regni Prologo, quod commentarii dicuntur, in quibus res non latæ, neque diffuſæ, ſed ſub quodam verborum compendio explicantur,vt de commentarijs Numæ apud Liuium,Cicero in Brut.non eſt, inquit oratio,ſed quaſi rerum capita, & orationis commentarius,Seneca lib. 3. decla. ſine commentario,ideſt breuitate numquam dixit Seuerus Caſſius, Modeſtinus quoque in lab eſſe,ſecundum veram lectionem tituli,quibus ex cauſis maioribus in ff. Cœlius ad Ciceronem ſimiliter, Galenus in claſſe prima,& Cæſaris commentarii propter eorum breuitatem ſic nuncupantur, ait Carolicol. Piſanellus ſuper Regni capitulis, ideo ita fecit, Faurus in gorgiam Platonis cõmentator.

Dicunt omnes iſti Scriptores Eccleſiaſtici Abecedarij Commentarios, quod Geneſis prima pars veteris teſtamenti. In quo agitur de Mundo,& omnium creaturarum exordio,

de

Digitized by Google

de diluuio,& archa Noè, de confuſione linguarum,de electione Populi Dei,& de deſcēſu eiuſdem in Aegyptum, habet capit. 50. In quo agitur de decem plagis Pharaonis, exitu filiorum Iſrael de Aegypto,decem præceptis Iudicijs,& inſtructione Populi Dei,archa Fœderi,tabernaculo Altari, ac veſtibus Aaron,habet cap.40. In quo agitur de ſacrificiis,& hoſtijs offerendis,de vrna, & veſtibus Aaron,& de ordine, ac miſterio Leuitarum, cap.27.habet. In quo agitur de numeratione Populi,& ſiue tributum Iſrael,de Prophetia Balaam,de manſionibus factis in Eremo, atque cap.36. habet. In quo replicātur ea, quæ in quatuor libris prioribus tradita ſunt, & eſt velut compendium totius Philoſophiæ Cœleſtis, explanatio Decalogi, habet cap.3. In quo agitur de Principibus, & Iudicibus, ac de defenſione Populi Iſrael, & de victoriis, atque triumphis habitis contra hoſtes, habet cap.2. In quo agitur de matrimonio contracto inter Boaz,atque Ruth, ex quibus Chriſtus deſcendit.cap.4.habet. In quo tractatur de gubernatione Populi Iſrael per Iudices,& de electione Regis Saul,& de regimine geſtis,& morte ipſius,& habet cap.31.In quo agitur de regimine eiuſdem Populi per Regem Dauid,& de factis per ipſum,& habet cap. 24. In quo agitur de morte Regis Dauid, & ſucceſſione,& regimine ,ac geſtis Salomonis,aliorumque Regum Iuda, & Iſrael, & complectitur cap.22.In quo agitur de caſu Regni Iudę,& Iſrael propter Regnum ſuorū præuaricationem de captiuitate Populi, & ſubuerſione vrbis ,ac tēpli, & habet cap.25. In quo deſcribitur Geneologia Regis Dauid, & fit recapitulatio electionis, gubernationis, atque geſtorum ipſius,& habet cap. 29. In quo recapitulatur *R*egimen Populi per Salamonem,& alios Reges, Iuda, & Iſrael,habet cap.36. In quo tractatur de reductione Populi Iſrael, & captiuitate Babilonica, & de inſtructione Populi reducti per Eſdram legis Doctorem,& habet cap.10.In quo à Neemia Duce ædito, agitur de reædificatione muri Ciuitatis Hieroſolymæ, & de correctione malorum ſubortorum in abſentia Neemiæ, & habet cap. 23. In quo narratur eius probatio,& virtus multiplex,& miniſterium Archangeli Raphaelis,& inſtructio prolis,& honeſtas matrimonij,& habet cap. 14. In quo agitur de obſedione Hieroſolymæ, & Populi Iſrael,honeſtate,& probitate Iudith, de inſectione Holofernis, & liberatione Iſrael Populi, & habet cap. 16. In quo agitur de crudelitate Aman,& eius ſuſpenſione procurata per prouidentiam, & humilitatem Heſter,& de exaltatione Mardochei,& liberatione Iudæorum,& habet cap.41. In quo agitur de inſtructione, & diſciplina incipientiū ſeruire Deo de correctione morum, & informatione virtutum,atque complectitur c. 31. In quo traditur de mundi variatione, de vitiorum contemptu,& de profecto ambulantium in via Dei, & continet cap.12. In quo agitur de viri iuſti perfectione, de contemplatione animæ ſanctæ,& de coniunctione Chriſti,& Eccleſiæ, & habet cap. 8. In quo diſputatur de Regimine Prælatorum, & de conſeruatione iuſtitiæ, atque Idolorum contēptu,& aduentu, ac paſſione Chriſti,qui eſt vera ſapientia, habet cap.19. In quo agitur de obedientia ſubditorum de inſtructione bonorum morum, de Nobilitate Sapientiæ, & de laude Sanctorum,& habet cap. 51. *I*n quo agitur de prælijs inter Hebreorum Duces,& gentem Perſarum, & de liberatione Populi ſuo Matathia,*I*uda,*I*onatæ, & Simone, & habet cap. 16. *I*n quo recapitulantur quædam in primo libro dicta, deinde agitur de tribulatione Populi de conſtantia ſeptem fratrum,& matris eorum, & de liberatione Populi per *I*udam Machabeum, & habet cap.15. *I*n quo agitur de Chriſti Diuinitate, Humanitate,Paſſione, Reſurrectione, Aſcenſione,& Aduentu ad iudicium de pœnis peccatorum, & beneficijs Dei, ac laudibus eius, & habet Pſal. 150. *I*n quo agitur de reprehēſione *I*udæorum,& aduentu Chriſti in carnē, & de eius Paſſione,& vocatione gentium, & de Regno *I*uda,& *I*ſrael,& habet cap. 66. *I*n quo agitur de captiuitate *I*udæorum, atque deſtructione Ciuitatis Hieroſolym. de Plātu, & lamentatione propter deſtructionem ipſius,& habet cap. 52. treuique cap. 5. *I*n quo agitur de verbis, quæ legit captiuis in Babilonia, de pronunciatione, redditus Populi *I*ſrael,& eorum,quæ futura ſunt temporibus vltimis,& habet cap. 6. *I*n quo agitur de viſionibus ipſius,& de ſceleribus *I*udæorum,de ruina *I*eruſalem,de eius reprobatione,& habet cap.48. *I*n quo agitur de Mundi Monarchia,& de mutationibus temporū, de poteſtate, Aeternitatique, Regni Chriſti, de Hiſtoria Suſannæ,de ſtructione Bel, & infectione Dragonis cap. 14. Qui loquitur de *I*dolatria,Populi *I*ſrael ſignata per mulierem meretricem,de inundatione peccatorum, & de admonitione,& filij *I*ſrael ad Dominum conuertantur,& habet cap. 14. Qui loquitur de conſumatione terræ *I*udæorum, per eruncham,bruchum,locuſtam,& rubiginem,de inductione ad pœnitentiam,& de iudicio futuro,& habet cap. 3. Qui de ſceleribus *I*u-

dæo-

dæorum, & gentium loquitur de ira Dei, & vindicta ſuper eos ventura inducit quoque ad pœnitentiam, & prædicit finalem reparationem, & habet cap. 9. Qui de comminatione, & deſtructione Edon, & Eſaù perſonat, & habet cap. vnicum, & ſecundum alios cap. 2. Qui de naufragio *Ionæ* loquitur, & in hoc Chriſti Paſſionem præfigurans mundum ad pænitentiam reuocat, atque ſub nomine Niniuæ ſalutem gentium præfigurat, & habet cap 4. Qui prædicit Samariæ deuaſtionem, & captiuitatem, atque interitum Principum *Iſrael*, & Pſeudo Prophetarum, & de ingratitudine, & malitia eorumdem, & habet c. 7. Qui loquitur de ira Dei, vindictaque graui contra Niniuitas, qui ad prædicationem *Ionæ* pęnitentiā egerunt de peccatis, & poſtea fuerunt peccatis maioribus inuoluti, & habet cap. 3. Qui loquitur de diſputione, quam Propheta fecit cum Deo, & hoc mundo, & quomodo iuſti conculcantur, & proſperantur iniqui, & habet cap. 3. Qui de iudicio Dei contra *Iudeos*, & gentes extraneas loquitur, & de conſolatione Populi *Iſrael*, & habet c. 3. Qui prædicit reuerſionem *Iudæorum*, & de reædificatione templi, ac Ciuitatis renouatione, & habet cap. 2. Qui loquitur de liberatione *Iudæorum*, & de vindicta contra inimicos eorum, & de humilitate Aduentus Chriſti, & complectitur cap. 4. *In* nouo teſtamento vita, mors, & reſurrectio Chriſti in vltima parte noui teſtamenti; in quo agitur de reuelationibus factis *Ioanni* per Angelum in Pathmos *Inſula*, & de tribulationibus, quas Eccleſia Chriſti tunc patiebatur, & infuturum paſſura eſt, & præſertim tempore Antichriſti, & de ſuppliciis damnatorum, & præmijs Electorum, & habet cap. 22.

Contra Mamiſtas, Zoiliſtas, Paſquinantes, Marforiantes, & Vulpinatos, Vulpizantes:

IN antiquiſſima, & prima Accademia aliarum Accademiatum Momi, & Zoili, fuit problema (vt recitat Cælius Rodicinus) an liceat miſcere ſtilum ſcholaſticum, cum ſtilo eleganti; & reſpondet Iuſtilipſius cum Quintiliano, non; nam ſtilus elegans eſt obſeruandus in oratione, in Epiſtolis conſcribendis, in tractatu de Fraſibus Poeticis, & in ſcriptis de elegantiis, eum in Scholaſtica, vt ainnt Auguſtinus, vterque Viualdius, quid prodeſt anrea Clauis non aperiens, &c. Mercatus Magnus Medicus, elegantiam eſſe laqueum veritatis in ſcientiis, Sueſſanus in naturali Philoſophia melius eſt cum barbariſmo clarè eloqui, &c. Plutarcus de Placitis Philoſophorum laudando claritates aliquorum, dicit, quod fraſis eſt ſepultura ſcientiarum. Ammonius quod ſtilus elegans in ſcientiis ſemper parit obſcuritatem fugiendam. Licet tamen in paruula Poetica compoſitione aliqua clarè dicere, non vt dicebat Merlinus de Scholæ Magiſtris, contra Pedantes miſeros quærentes totia panis, ſed fortaſſe, vt quidam diſcipuli Martialis, & Ouidij faciebant. *Sit procul hinc Momus, procul ſit hinc lingua profana, Fac ſimile, aut melius poſt noſtros carpe labores. Non eſt quod rodas pia carmina Zoile dente. Gaudet candidula ſimplicitate Deus.* Ex his quilibet præter intentionem Authoris poteſt defendere contra malignantes, qui exterminabuntur, vt infra latius & abundantius.

Vide Fabricam Mundi Franciſci Alumni, Theatrum vitæ humanæ Corradi contra peſſimos homines maledicentes, Paſquiuantes, & Marforiantes, Regen. Tappiam in primo ſuo Opuſculo.

Vide Marmorata vituperia contra maledicentes poſt marmoratas laudes virtuoſorum Doctoris, & Lectoris in ſua lecturâ Domini Baldaſſarij de Gregorio Siculi Cammaratæ Prothonotarij Apoſtolici, Vicarii Generalis Malf, ex familiaribus Eminentiſſimi Cardinaiis Sabelli, cum Troiano Boccalino in ſua Elicona, & Parnaſſo, cum Archiepiſcopo Vrbini Santorii.

Gregorius in Moralibus authoritate Catonis: diſce ab omni opere, cum in Homine ſit imago, & ſimilitudo Dei, ſemper aliquid ingenij relucet.

At quoniam rationis capaces ſe reddere nolunt Momiſtæ ait Simmacus. Ideo contra ipſos inſurgit Rodicinus lib. 8. ſuarum antiq. lectionum, Petrus Crinitus in tertia, de honeſta diſciplina, Beroaldus cum Garzone vocantes illos Demoniacos Accademicos ex Paſquini ſchola: Peſtiferos Eſiodus cū Xenocrate aſſerentes linguam portis triginta ideſt dentibus præcludi: Et Seneca de moribus, Imago ſermo eſt, qualis vir, talis oratio: Plutarchus de cohibitione iracundię eos muribus, & formicis aſſimilat: Saluſtius omne vitium vident, ſeipſos non cognoſcunt mordendo bonum, vt rapaces, nigrum reddentes album ſecundum Senecam: Ouidius pectora felle viuent ſuffuſa veneno, & alibi crimen diffundere in omnes: Laertius appellat eos Midæ tonſores: Salomon mente captos, & contra ipſos Ariſt. 2. lib. animal. lingua parua eſt ratione loquamur: Anaparcus ad propoſitum duo pedes, manuſque duæ ſunt, &

oculi.

oculi duo, lingua vna eſt, at Momiſtæ de integro toti ſunt lingua: Biaus labia ſunt loquacium correctores: Salon appellat ſine ianua domos: Teophraſtus equos indomitos: Pitagora Philoſophus maledicentium lingua eſt lancea: Aphronius ſe melius cum feris, quam cum maledicentibus eſſe aiebat: Lidii maiori pœna murmuratores, quam homicidiarios afficiebant: Acarius omnes vita priuaſſet: Epimenides pictor interrogatus in Aſia quid vidiſſe magis ipſi diſplicuiſſet? Reſpondit murmuratores: Eſopus huc ſpectans cum vellet peiorem carnem animalium demonſtrare, linguam oſtendit: Chilo maledicus caſtigator eſt ſui ipſius: Lidia, teſte Plutarco, obſtringebatur lege, alios ex his relegere, alios ad remigandum damnare, prout D. Hieronymus narrat, Pittagorici ad ſilentiũ per ſex annos inuigilabant: ſecundum Platonem Aegyptii linguam incidebant cultello: Teolitus maledicus à Rege Antioco occiſus fuit: Dophita fuit crucifixus in Monte Torace: Anaparcus contuſus: Calliſtenes ab Alexandro condemnatus ferreis compedibus: Timaginea interdictus: ſic vero metet iſtorum exectandum genus.

Patres illis innumerabilia infamatoria tribuunt Victorinus aduerſus Atrium vocat illos ſuſpectos: Timotheus Florentinus pigros: Albertus Magnus in Lucam ſerpentes: Ambroſius Caluos: Teophilus Alexandrinus toros feroces: Teophilatus muſcas ſine memoria: Antonius Eremita in epiſtola Dæmonis filios: Tertullianus venenum: Areta in Apocalip. dicit eſſe illam beſtiam; Arnoldus in pſ. Pantheras: Rupert. Abb. peiores Baſiliſco: Athanaſius ſpinis aſſimilat: Auguſtin. Eugubinus Cicadis: Ricc. à S. Victore Nabucdonoſor: Baſilius Moſtris: Petrus Galarinus Coloquintidi: Origenes Niluo: Filo hebreus rabioſis canibus: Liranus proditoribus: Beda Colubris: Iſidorus filiis Momi: Caſſidorus Noctuis: Ioannes Briedus Scriptoribus falſis: Clemens Alexandrinus Nocti Chriſoſtomus febri malignæ: Clemens Papa cultellis: Ioannes Climacus linguis Viperinis: Ciprianus igni ardenti: Cyrillus latronibus: Epiphanius mentecaptis, & alij, quã plurima ipſis tribuunt: Stella, Stephanius, & patet Vincentius Maggius, qui ex Virgilii poemate collegit concordantias noui, & veteris teſtamenti dicere ſolebat iſtos eſſe cutes: D. Placitus Mirto in S. Caroli concione in ſua lectura ſuper illis verbis (diliges Dominum Deum tuum) cum authoritate Dauidis ex partibus vocat verba murmuratorũ aſſentium, putrefactio, & peſtis in labiis, in ore, in faucibus.

Caſiſtæ in verbo Detractores, Murmuratores, Maledicentes, Infamatores in Summa Tabiena, Silueſtrina, Angelica, Piſanella, Hoſtienſis, Raymonda, Caietana, Toleti, Nauarri, Soti de Iuſtitia, & Iure, Summa Corona, Armilla, Antonina, & in multis aliis quamplurima contra iſtos referunt.

Sermoniſtæ quoque lima peccatorum, Barletta, Pipinus, S. Vincentius cum modernis prædicatoribus: Diaz, Vforius, Pannicarola, Cornelius, Toſſignanus, Caracciolus, Flamma Barinus, Columbus, quid contra iſtos non dicunt? Riccus bonus ſtultos vocat, Eſpana ſine ſenſibus: Plautus gladios nõ facientes malum: Ennius fetores, Lucanus mortuos viuos, Propertius latrones incolumes furro: Tacitus ſpoliatores in propriis domibus: Iuſtinus peiores aſſaſſinis, cum ſit honor maioris momenti, quam vita, & opes: Varro cum Placido Grammatico Idræ ſimiles Tibullus & Catullus homines vilis conditionis: Popertius Corbulones Doſſuarios: Claudianus poſt flores fructus poſt maxima gaudia luctus: Hieronymus de Ruſſis relatus in Nobilitate Italiæ in Epiſt. ad Lectores vſurarios ſine capitale: Anguſtin. Panteus Aucupatores: Bartholomæus Spadafora Ebrios: Antonius Paganus ruſticos indomitos: Alexander Poeta vectores: Bartholomæus de Angelico aſſimilat eos fornacibus vitrariorum: Alexander Iuriſconſultus vocat eos præcones: Boerius Ianum: Andreas de Iſernia tripudios: Andreas Fana tyrannos: Baldaſſar Caſtiglione Fullones: Aratus Græcus textores infamiæ: Appianus Alexandrinus Balatrones: Tacitus Timpaniſtas: Aloyſios Epiſcopus Veronæ ſuſpectos: Alexander Medicus exploratores: Diaz Siluas nutrientes feras: Bartholomæus Cepolla Iuriſta Caminorum expurgatores: Demetrius Magnefius alterius famæ deſtructores: Dominicus à Sangeminiano milites lingua: Conſtantius Felix Spectacula verborum: Auicenna Sophiſtas: Diogenes Babilonicus infamiarum cenſuratores: Felinus Iuriſconſultus Stabularios: Andreas Giglio mediatores maledicentiæ: Ioannes Gerſon veritatis ſernos: Guglielmus pupillus bonitatis interfectores.

De his omnes libri male ſentiunt etiam Equitatus vt Amadis de Gaula, de Græcia, Speculum Principum, D. Floriſellus & Palmerinus de Oliua: Primaleo; Plattir, Flottir, Palmerinus à Brittania, Paſtoforeſta, Don Chriſtallinus ab Hiſpania, D. Beliacis de Grægia: Delphinus à Gallia, D. Valetianus de

Vnga-

Digitized by Google

Vngaria,Meſchinus,Reales Franciæ,Arſemidorus,Equites Antipodum, Amadis Taſſi, Militia Cęleſtis,Eques Solis,Eques Liſtæ Aureæ, Eques de Cruce Lancellottus de Lago, Triſtan de Leonis, Eques Ardente Spada, D. Rogellus, & alij contra Momiſticam ſectam.

Iitos Dæmonis Accabemicos, Anatomiſtas,Araldos Auaros,Aſſaſſinos,pueros à ſcolis, aquarum conturbarores, oſſium fabros, ortoſos in foris,Referendarios,latrones, Paſquinantes, Marphoriantes, piffaros honoris piratas,plumarum pullarios,Stigię Nauis gubernatores,Molitores,Sceleſtos,Mimas, Publicanos,gallanres,Lunariorum ſormatores, Lucernarum fractores, lignarios, gloſatores, hortorum cultores, maculatores, lanternarios,ſomniorum interpretes, carnifices duellantes, Profeſſores conciliorum, faſciarum factores Emblematum profeſſores, Ciſratores,fabulatores,ſtabularios, forbiciarios, carnifices,curruum Rectores,Cultellarios,cenſores,Clauiarios,detractores,diſtillatores,carbonarios,comicos,cauillatores, Alchimiſtas, Formatores Diariorum,legatos,balias,ſaltatores,Paleſtrarios,Architectos, Aritheticos, Bãnitos,Aromatarios,Annotatores, Deſſuarios,'Aſinarios vocant, & deniq; nulla eſt diſciplina,quę ipſos excuſet,vt benè ſcripſit Regens Tappia in opere, quod inſcribitur Speculum Murmuratorum, quod conſultant, vt ſe, defectus,& pęnas pro ſuis meritis ideant.

In tota verò noſtri ſermonis proſecutione neminem ſuo priuamus honore, perſonas (vt decet) vita probitate, ac eruditione præſtantes obſeruamus,ſed eorum, vel ſententias non ſuſcipimus vel verba corrigenda exiſtimauimus;bomines fraterna Chriſti charitate diligentes; eorumquè in orbe in proximorum ſalute comparanda commendamus profectum; ſed eruditionis quandoq; defectum oſtendimus ſiue in eorum ſententijs decernendis ſiue in obiectionibus aduerſus Bullarijſtas ſapientiam proponendis.

Cum autem rationalis naturæ operatio præcipua vel præſtantiſſima ſit intelligere, eiuſq; finis ſit veritas ipſa, meritò planè conſequitur, vt veritatem concupiſcat inquirat, adipiſcatur;poſſideat,ipſamq; acquiſitam tueri & conſeruare omni conatu totiſq; viribus enitatur. Sanè intellectui cuiq; ingenita proprietas eſt, veritatem quidem in vniuerſum perquirere,atq; defendere, nihilominus propria cuiq; veritas gratiſſima eſt, & iucundiſſima, quæ etiam eò gratior,& iucundior eſt, firmioriq; propenſione quæritur,poſſidetur.& conſeruatur quo à maioribus eſt, vel parentibus,vel præceptoribus tradita.Quantoque diuturnius permanſit, & ab antiquiori eſt profecta principio, tanto fortius retinetur, & conſtantius cuſtoditur.

Veres geſtas litterarum monimentis conſignare ſtudent, alij antiqua illa primorum hominum ſæcula proſequũtur,vt Moyſes Hebræus,Beroſus Chaldęus, Manethon Aegyptius; alij ab orbe condito ad ſua tempora hiſtoriam contexunt,vt Sabellicus,Nauclerus, Oroſius; alij Eccleſiaſticas hiſtorias poſt redemptum orbem explanant vt Euſebius,Nicephorus,Caſſiodorus, vſq; ad Baronium, alij multorum ſæculorum de toto penè orbe libros edunt, vt Trogus, Iuſtinus. Diodorus; alij vnius tantum gentis originem, & geſta deſcribunt, vt Liuius;Florus,Eutropius,qui res Romanas ab Vrbis primordio narrant; alij vnum bellum tantum diuulgare contendunt, vt Lucanus bellum ciuile Pompeianum,Saluſtius Iugurthinum, Egeſippus Iudaicum; alij ſuorum temporum acta enarrare conantur, vt Thucydides, Herodianus, Iouius; alij magnorum virorum vitas illuſtrant; Sed hi, Summorum Pontificum, vt Damaſus, Platina,Onuphrius;illi verò,Imperatorũ,vt Tranquillus,Capitolinus,Spartianus, nonnulli de viris illuſtribus opera compilant;& hi varie, vel enim de illuſtribus arte militari, & regendis populis,vt Plutarchus,Plinius iunior, Petrarcha;vel illuſtribus doctrina & ſcriptis; & rurſus, vel de ſcriptoribus Eccleſiaſticis; vt D.Hieronymus,Gennadius,Abbas Tritemius, Bellarminus,Siſtus Senenſis, & nos ideo omnia ſupradicta hic reperies etiam de libris Apochryphis, Geographis, Canonicis, &c.hæc dixiſſe volui candide Lector, vt noſtra ſincero ſuſcipias affectu: & ſi quid recti noſtris inſcriptis repereris,totum Dei Deiparæ,atq; S.Raimundi beneficio aſcribas. ſi quid autem offenderit,mihi tribuendum putes.

Eſt Aguſtinus in Epiſtola 57. ad Dardanum in fine. Si qua autem vitia mea perſpexeris, vt cariſſimus amicus ignoſcas, eadem ſinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis, & veniam. Vale finit Aug. ad Dardanum finit Author ad leggentes valete.

Ex libro primo Martialis in diſticho ad Ięliũ.

Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

Finis Curioſiſſimi Prœmij neceſſario legendi integrè pro intelligentia omnium operum.

Quid

Digitized by Google

Quid ſit Concilium. quotuplex ſit Concilium, & vnde dicatur Concilium contra hereticos. Ex primo Hieroſolimitano ſub diuo Petro vſque ad Tridentinum. Ex thomis magnis Conciliorum, ex paruo volumine Archiepiſcopi Tholetani, Bartholomei de Miranda etiam Conciliorum. Ex ſerie Synodorum Dominici Bannes, ex Eminentiſſimo Cardinali Baronio, et ex Eminentiſſimo Cardinali Bellarminio, ex hiſtoria Tripartita, ex hiſtoria Eccleſiaſtica Ruffini, ex hiſtoria Eccleſia Euſebij, ex Platina, ex Panuinio, ex Pighio de Eccleſiaſtica hierarchia, ex Epiphanio. ex Alfonſo de Caſtro, ex Seraſico Perretta, ex Bullario, ex Sacris Canonibus & eorum expoſitionibus, ex Theologis in ſententijs, ex ſumma Sancti Thome, & comentatoribus: ex expoſitoribus noui, & veteris teſtamenti, ex ſummis caſuum conſcientia ſub quibus Pontificibus, Imperatoribus, & quot Epiſcopi, & cæteri interfuerunt.

QVoniam omnis inſtitutio Auctore Cic. à definitione proficiſci debet, vt de quo tractetur, quid ſit; ſciant igitur cum tractaturi ſimus de Concilijs, & Bullis, &c. Ideo quid ſint, & quotuplicia, & vnde dicantur ſuppoſita definitione Concilij, quam prędicti Doctores aſſignant, ſcilicet, quod eſt conuentus, ſeu congregatio Epiſcoporum, Abbatum, & Generalium Ordinum ex gratia Sacerdotum in Epiſcopali, ſeu locali Synodo ad tractandum de Fide, & Religione, & Moribus auctoritate Summi Pontificis. Videatur Baronius in princ. 2. 1.

Et ſuppoſita diuiſione, quod Concilium eſt triplex generale, ad quod generaliter Epiſcopi conuocantur: Prouinciale, ad quod Epiſcopi vnius Prouinciæ, aut Regni Metropolitani auctoritate congregantur, Et Epiſcopale, quod faciunt Epiſcopi cum Sacerdotibus. Videantur Concilia Sinodalia S. Caroli Borromei. Tandem ſuppoſita alia diuiſione, ſcilicet, quod Synodorum, quædam ſunt congregatæ, & confirmatæ à ſummo Pontifice, quædam congregatæ tantum, & non confirmatæ, quædam non congregatæ, ſed confirmatæ, & quædam neque confirmatæ, neque congregatæ. Videantur Expoſitores Concilij Conſtantienſis, Ethimologiſtæ, dicunt, quod etiam dicitur Concilium à Conſedeo, quia ſimul ſedent, & Ideo dicitur ſeſſio prima, ſeſſio ſecunda, &c. etiam à conſulendo, & conſiliando, &c. adde folium primum.

Primum Concilium ſecundum aliquos.

DIcimus, quod quidam dicunt in principio nominati, primum Concilium fuiſſe contra Iudam in electione Matthiæ, vt in Actibus Apoſtolorum c. 1. ſub Diuo Petro in Hieroſolima cum cæteris Apoſt. poſt Aſcenſionem Chriſti. Viri fratres, &c. (dicit Petrus) de Iuda, &c. qui poſſedit agrum de mercede iniquitatis, &c. & orantes cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis. Ecce ex primo Concilio exiſtentia ſpiritus ſancti.

PRIMVM CONCILIVM ſecundum communem opinionem.

Summarium, de circunciſione non facienda vt abſtineant à contaminationibus ſimulacrorum, fornicatione, ſuffocatis, & ſanguine.

COncilium primum Hieroſolymis celebratũ eſt ſub Diuo Petro Apoſtolo, & reliquis Apoſtolis, tẽpore Claudij Tiberij, quod habetur in Actibus Apoſtolorum c. 15. quod modo ſequitur. Surrexerunt autem quidam de hęreſi phariſeorum, qui crediderunt dicẽtes, quia oportet circuncidi eos; præcipere quoque ſeruari legem Moyſis, conuenerunt q; Apoſtoli, & ſeniores videre de verbo hoc; cũ autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit per os meum gentes audire verbum Euangelij, & credere, & qui nouit corda Deus, & teſtimonium perhibuit, dans illis ſpiritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos, & illos purificans corda eorum: nũc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neq; nos portare potuimus, ſed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari; quemadmodum, & illis. Tacuit autem omnis multitudo, & audiebãt Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus feciſſet ſigna, & prodigia in gentibus per eos, & poſtquam tacuerunt

runt, reſpondit Iacobus dicens: Viri fratres audite me; Simon narrauit quemadmodum primum Deus viſitauit ſumere ex gentibus populũ nomini ſuo, & huic concordant verba prophetarum ſicut ſcriptum eſt: poſt hæc reuertar, & reedificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta eius reedificabo, & erigam illud; vt requirant cæteri hominum, & omnes gentes, ſuper quas inuocatum eſt nomen meum dicit dominus faciens hæc. Notũ à ſeculo eſt domino opus ſuum: propter ea ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, ſed ſcribere ad eos, vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine: Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus, qui eum prædicent in ſynagogis, vbi per omne ſabbathum legitur. Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus, & omni populo eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam, cum Paulo, & Barnaba, Iudã, qui cognominabatur Barſabas, & Silam viros primos in fratribus ſcribentes per manus eorum Apoſtoli, & ſeniores fratres his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus, ex gentibus ſalutem. Quoniam audiuimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis euertentes animas veſtras; iubentes vos circumcidi, & ſeruare legem, quibus non mandauimus; placuit nobis in vnum, eligere viros, & mittere ad vos cum cariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Miſimus ergo Iudã, & Silã, qui & ipſi vobis verbis referent eadem, viſum eſt enim Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris; quàm hæc neceſſario, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos benè agetis. Valete.

ii. Concil. anno 252.

Fuit Romanum ſub Cornelio Papa, & Decio Imperatore congregatum contra Nouatum conſtitutorẽ à ſexaginta Epiſcopis, & totidem presbyteris cum diconibus multis, vbi ſtatuitur Nouatum cum his, qui eum ſequerentur, alienum eſſe ab Eccleſia: Eos verò qui lapſi fuiſſent in certamine, fraterna commiſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos, & contra Catharos, mundos ſe appellantes.

iii. Concil. anno 303.

Fuit Ancyranum ab Ancyra Ciuitate Galatiæ dictum, poſt tempora Marcellini Papæ celebratum, paulo ante Nicenum, circà annũ Domini ſupradictum, quod facilè non inuenitur; fuit autem prouinciale Concilium, ſed tamen receptum in ſexta ſynodo generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata, vt patet ex 2. canon. ſextæ ſynodi; à Gratiano in decreto, Anchiranum dictum, à quibuſdam (vt ait Bartholomæus Carranza Aquiranum, & continet canones 24. contra eos, qui inuiti dijs turificabant, vel immolabant ſub Euſebio Papa, & Diocletiano Imperatore.

iv. Concil. anno 311.

Fuit Neocæſarienſe ſub Melchiade Papa (quamuis quidam dicant quod neſciatur ſub quo Pontifice, cui opinioni videntur adhærere Archiepiſcopus Toletanus) & ſub Conſtantino, Chloro, & Galerio Maximino Auguſtis in clara Neocæſarienſi Ciuitate, quæ nunc Trapetuntinum appellatur, vt ait Polemonius de origine Ciuitatum ſcriptor, & coſmographi recentiores enucleant, in prouincia Cappadociæ ſita, factum fuit paulo antè Nicenum, quoniam Epiſcopus hic, & illic deſignatus reperitur, in quo patres 17. conuenerunt; cuius canones ſexta ſynodus Conſtantinopolitana in Trullo celebrata probauit, vt ex ſecundo canone græcæ editionis conſtat, depoſitionem irregularitatem; tempus ordinandorum presbyterorum, numerum diaconorum, &c. obſeruari iubet.

v. Concil. anno 315.

Fuit Nicenum primum in Nicea Bithyniæ Ciuitate habitum, vt ait Polemonius, vbi cõgregati fuerunt, 318. Epiſcopi catholici fidem integram, ſanctam, Catholicam, immaculatam expoſuerunt, damnando Arrium, Sabellium, & Focinum hereticos ſub Diuo Syluestro, & magno Conſtantino.

vi. Concil. anno 320.

Fuit ſecundum Romanum, congregatũ intra thermas Domitianas ſub D. Syluestro, & Conſtantino Imperatore cum 275. Epiſcopis, iterum Arrium, Photinum, & Sabellium reprobando de gaudio mundationis Conſtantini de donatione Eccleſiæ, &c.

vii. Concil. anno 322.

Fuit Elibertinũ prouinciale apud Elibertũ Hiſpaniæ Ciuitatem celebratum ſub Conſtantino magno Imperatore, & Syluestro Papa, 19. Epiſcoporum, idola, & homicida prohibens, pœnam ponens matrimonium contemnentium, virginitatem laudans, vſuram eijciens lenocinium, &c.

viii. Concil. anno 323.

Fuit Arelatenſe primum, prouinciale ſub Conſtantino magno, & Syluestro Papa, auctoritate Pontificis confirmatum, cum fuiſſet prouinciale in Gallijs de obſeruatione paſcatis, de domicilio, de Epiſcopis, & de quorundam delictorum pœnis, &c. cum confirmatione primo in præfatione.

ix. Con-

Digitized by Google

ix. Concil. anno 324.

Fuit Grangrenſe in Paphlagonia, ſeù regione Pelaſgiorum, prouinciale, confirmatum in ſexta ſynodo generali Conſtantinopolitana in Trullo celebrata ſub eiſdem ex ſecundo canon. editionis græcæ Pariſina, vbi de nuptijs, de orationibus, de parentibus obediendo póſt epiſtolam, &c. tractat.

x. Concil. anno 328.

Fuit Arelatenſe ſecundum prouinciale, etiam ſub Syluestro Papa, & Conſtantino iubendo ne cum mulieribus cohabitetur, cum hæreticis non communicent, ne Neophitis clericis ordo detur, &c.

xi. Concil. anno 252.

Fuit Carthaginenſe primum ſub Syluestro Papa, & Conſtantino Imperatore, Prouinciale fuit in quo Carthaginem ex diuerſis Prouincijs Aphricanis plurimi conuenerunt Epiſcopi, & ſancit rebaptizationem non faciendam, martires nõ infamandos de ordine, &c.

xij Concil. anno 342.

Fuit Romanum ſecundum ſub Iulio primo in quo conuenerunt 116. Epiſcopi contra Arrium, cuius hæreſis inualeſcebat, quem damnarunt vna cum ſuis dogmatibus, & in ſynodo Nicena confirmarunt acta.

xiij. Concil. anno 346.

Fuit Colonienſe ſub Iulio primo Papa, & Conſtantino Imperatore, contra Euſtratrem blaſphemum hæreticum, Chriſtum negantem Deum eſſe, & cum fuiſſet Epiſcopus fuit priuatus, & damnatus.

xiv. Concil. anno 347.

Fuit Antiochenum ſub Iulio primo Papa, & Conſtantino Imperatore, cui concilio ſubſcripſerunt triginta Epiſcopi, qui in eodem conuenerunt, & probatum eſt in ſexta ſynodo generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata, vt in can. 2. græcæ editionis patet, vbi prohibetur cum iudæis celebrare, cum excummunicatis non communicare, & quæ facere non licet Epiſcopis.

xv. Concil. anno 351.

Fuit Sardicenſe à Sardinia dictum, congregatum eſt præcepto Conſtantij Imperatoris, ſub quo fuit factũ, & ſub Iulio Papa. vt Athanaſio liceret ad ſuam Eccleſiam redire, vnde fuit expulſus per hæreticos Epiſcopos Arrianos, vt in hiſtoria Tripartita in lib. 4. 6. 21. conuenerunt orientales Epiſcopi 76. occidẽtales quaſi 300. qui tamen continuo à Concilio diſcedentes, ſeorſum aliud Concilium fecere, in quo Arrij dogmata ſtatuerunt, eorum diſceſſus cauſa fuit, quod dicerent ſe nolle ad verba procedere niſi prius à Concilio ſummouerentur defenſores Pauli, & Athanaſij, quod occidentales pati, non potuerunt, cui Concilio adfuit Oſius Epiſcopus Carduhenſis, prius in Niceno de depoſitione Epiſcoporum, & de excommunicatione, &c. tractarunt.

xvj. Concil. anno 352.

Fuit Hieroſolimitanum ſecundum per Maximum eiuſdem loci Epiſcopum, cum Athanaſius litteris Conſtantij Imperatoris, & Iulij Papæ, ſub quibus fuit congregatum, fultus, vt ad ſuam reuerteretur Eccleſiam, & hoc per omnes Epiſcopos fuit intentum.

xvij. Concil. anno 343.

Fuit Sirmienſe ſub Iulio primo Papa, & Conſtantino Imperatore, quod Paulo poſt Coſtantius in Sirmio iuſſit congregari; vbi fratres regulas tradiderunt fidei orthodoxas contra Arrium, in quibus interpetrati ſunt locum illum Geneſis cap. 19. hic non prætereundum; pluit dominus à domino, vt ſit ſenſus non quod ipſe pater à ſemetipſo pluere dicatur; ſed pluit dominus filius à domino patre, vt habetur in hiſtoria Tripartita, in lib. 5. cap. 3.

xviij. Concil. anno 364.

Fuit Laodicenſe Prouinciale confirmatum in ſexta Synodo generali in Trullo celebrata præſente Conſtantino; cum ergo vigintiduo patres in Laodicea phrigiæ pacatianæ ex diuerſis prouincijs Aſię conueniſſent, ſtatuerunt canones 59. quibus regulas expoſuerunt eccleſiaſticas ſub Liberio Papa, & Conſtantio Imperatore, vbi de bigamia de pſalmis, & Euangelijs legendis in Eccleſia, & quod clerici ad tabernas, & ludos ire non audeant.

xix. Concil. anno 386.

Fuit Conſtantinopolitanũ ſub Damaſo Papa, & Cirillo Hieroſolimitano, Gratiano, & Theodoſio Imperatore concilium centum quinquaginta patrum fuit contra Macedonium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui Spiritum Sanctum Deum eſſe, negabat; Eſt autem ex quatuor principalibus concilijs, & quidem proximum poſt Nicenum, ſtatuerunt aliquot canones, & ſymbolum fidei non diuerſum ab eo, quod in Eccleſia cantatur, niſi quod addiderunt Spiritum ſanctum ex patre procedentem, ſubſcripſerunt ſe centum quinquaginta Epiſcopi.

xx. Concil. anno 386.

Fuit Valentinum prouinciale apud Gallias celebratum ſub Damaſo primo Papa, & Gratiano, & Valentiniano Imperatore in quo conuenerunt triginta Epiſcopi, et ediderunt canones quatuor de puellis, quæ ſe Deo vouerant, quod baptizati non debeant ſacrificijs demonum ſe miſcere, &c.

xxj.Concil.anno 393.

Fuit Teleníe apud Aphricam concilium prouinciale contra Iouinianum, & ſocios eius ſub Siricio Papa, Theodoſio primo, Arcadio, & Honorio Imperatore vbi perlectæ ſunt literæ pontificis, & ad eundem reſponſum factum, & etiam contra Manichæos,&c.

xxij.Concil.anno 396.

Fuit Carthaginenſe,& Prouinciale,ſed confirmatum in ſexta ſynodo generali Trulli, quod Carthaginenſe fuit ſub Siricio Papa, & Theodoſio Imper. vbi iubetur, vt prædicetur Trinitas, quod ſacerdotes,& clerici ſint caſti de diœceſibus,& vt parochi obediant,&c.

xxiij.Concil.anno 397.

Fuit Carthaginenſe tertium Prouinciale tamen confirmatum in ſexta ſynodo generali Trulli,vbi dicitur,vt ſingulis annis ſynodus ab Epiſcopis fiat,& cui quędam ſacramenta non conferenda; vetus, & nouum teſtamentum in Eccleſia legendum, & eorum partes,quæ ſint explicentur.

xxiv.Concil.anno 398.

Fuit Carthaginenſe quartum Prouinciale ſub Siricio Papa, & Arcadio Imperatore, cui interfuerunt 214. Epiſcopi confirmatum, deindè in ſexta ſynodo in Trullo celebrata, vbi recepta ſunt concilia in Carthagine habita de proprietatibus Epiſcoporum, & ordinandorum, & de alijs ordinibus de clericis,& virginibus ſanctimonialibus, quæ facere, & quæ non licet Epiſcopis, clericis, & viduis profeſſis.

xxv.Concil.anno 399.

Fuit Tauritanenſe prouinciale ſub Siricio Papa, et diuo Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſe, Arcadio, et Honorio Imperatoribus, quod totum conſumptum eſt in cauſarum quarumdam ciuilium cõpoſitione, quæ tunc inter Epiſcopos quoſdam, & aliquos presbyteros agitabantur, et ideo à multis, vt ab Archiepiſcopo Toletano, et à Bannes omnia derelinquuntur.

xxvj.Concil.anno 402.

Fuit Carthaginenſe quintum ſub Anaſtaſio Papa,et Arcadio Imperatore exiſtentibus 73. Epiſcopis; à quibus quindecim canones editi ſunt, de clericis, de non alienatione rerum Eccleſiarum, de idolatrijs deſtruendis,et cætera tractarunt.

xxvij.Concil.anno 403.

Fuit Toletanum primum Prouinciale ſub Anaſtaſio Papa,et Arcadio imper.auctoritate Leonis Papę primi confirmatum pręſentibus 19. Epiſcopis, Toletano Præſidente; vbi fuit determinatũ, ne ad ſchiſma ſubditi Epiſcopi perueniant, & vt nullus præter Epiſcopos chriſma conficiat, regulas fidei catholicæ,& aſſertio eiuſdem cont. a Priſcillianiſtas, &c.

xxviij.Concil.anno 408.

Fuit Mileuitanum ſub Innocentio primo Papa, atque Auguſtino Hipponenſi Epiſcopo Doctore Eccleſiæ, & capite Auguſtinianorum, Arcadio.& Honorio Imp.contra Pelagianos præſente Anſelmo Legato Eccleſiæ Romanæ, ſubdentes poſt, contra Pelagium dicentem; ſalutem euenire ex nobis; ne Epiſcopi ſint negligentes contra hæreticos, quando concilium eſt faciendum; & ibi fuit confirmatum ab Innocentio.

xxix.Concil.anno 423.

Fuit Carthaginenſe ſextum ſub Bonifacio primo Papa, & Honorio Imperatore,Prouinciale tamen à 217. Epiſcopis celebratum eſt decidentibus, vt ab Epiſcopis orientalibus petatur Concilium Nicenum, & recitarunt profeſſionem fidei,&c.

xxx Concil.anno 424.

Fuit Carthaginenſe ſeptimum Prouinciale ſub Bonifacio primo Papa, & Honorio Imperatore à 73.Epiſcopis editum,nihil habens quod ad noſtra tempora pertineat, quamuis multa in ſupraſcriptis,dicendis Concilijs tangantur.

xxxj.Concil.anno 428.

Fuit Epheſinum ſub Celeſtino primo Papa ſub quo mortuus eſt Auguſtinus ſupra dictus B.A (quorum fuit pater magnus Dominicus)etiam auctor.& Theodoſio Imp.quod concilium fuit ex quatuor principalibus contra Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum exiſtentibus 20. Epiſcopis. Qui Neſtorius purum hominem ex Sancta Maria Virgine natum aſſeruit Chriſtum, & aliam perſonam carnis, et aliam facere deitatem dicebat: cui ſynodo præfuit Cirillus Alexandriæ Epiſcopus, qui cum vniuerſo Concilio ad eundem Neſtorium eadem decreta tranſmiſit,vt habetur in epiſtola.

xxxij Concil.anno 436.

Fuit Rhegienſe Concilium Prouinciale ſub Sixto tertio Papa, & Theodoſio ſecundo imp. à tredecim Epiſcopis celebratum facientibus ſex canones; attingendo ad ea,quæ dicta ſunt in Concilio Tauritanenſe de hæreticis,et ſchiſmaticis Epiſcopis,quod in Niceno tetigit:de Epiſcopis tandẽ loquuntur,etc.

xxxiij.Concil.anno 438.

Fuit Agatenſe Prouinciale à Ciuitate Agata Galliæ à triginta quinque Epiſcopis, in quo de diſciplina, et ordinationibus clericorum,et Pontificum, et Eccleſiarum vtilitatibus,de prædicatione ſymboli; et ne ante miſſam expletam egredi populus præſumat, etc.

xxxiv.Con-

xxxiv. Cocil. anno 440.

Fuit Aquilcienſe Prouinciale contra Palladium, et Secundum Artianæ ſectæ defenſores ſub Sixto Papa tertio, et Theodoſio Imp. vbi damnatur eos partes, et adeſt damnationis forma, quod fecerunt cum quibuſdam Legatis aphrorum, et Gallorum, etc.

xxxv. Concil. anno 444.

Fuit Arauſicanum Prouinciale ſub Leone Papa, et Theodoſio ſecundo imperat. viginti quinque canones ad ædificationem Eccleſiæ, et ſtabilimentum, primo de chriſmate, de conuerſione hæreticorum in articulo mortis, et de cathecumenis, de libero arbitrio de miſericordia Dei, de adiutorio eius, de natura, et gratia, de peccato originali, quæ habentur in Concilio Trid.

xxxvj. Concil. anno 446.

Fuit Valenſe prouinciale per decem, & octo Epiſcopos celebratum, vbi fuit deciſum, quod proprij Epiſcopi chriſma recipiatur; de ſepulturis, de prædicationibus; vt Kyrie eleiſon in omnibus Eccleſijs dicatur, etc. ſub Leone I. Papa, et Theodoſio imp.

xxxvij. Cocil. anno 447.

Fuit Carpentoracteuſe prouinciale ſub Leone primo, et Valentiniano imp. fecerunt conſtitutiones contra Epiſcopos querelatos parum, aut nihil eorum, quæ à fidelibus Eccleſijs conferebantur dantes vt amplius non faciant, et ſimilia.

xxxviij. Concil. anno 453.

Fuit Arelatenſe tertium prouinciale à 34. Epiſcopis celebratum ſub Leone Papa, et Valentiniano imp. Martiano Auguſto, Opilione, & Vincomalo Conſulibus, de obſeruandis canonibus, de ætate diaconorum, & ſacerdotum ordinandorum, &c.

xxxix. Concil. anno 457.

Fuit Calcedonenſe generale vnum ex quatuor celeberrimis ſub Leone Papa, & Martiano imper. celebratum eſt à 630. patribus contra Eutichen Conſtantinopolitanum Abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere; & contra Dioſcorum eiuſdem defenſorem Alexandrinum Epiſcopum, damnando etiam Epiſcopos ordinationem per pecuniam facientes; de clericis, ne abſque dimiſſorijs miniſtrent, &c.

xl. Concil. eodem anno.

Fuit ſynodus Calcedonenſis 630. Epiſcoporum habita cõtra omnes hæreſes, & præcipuè contra Eutichen, & Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum per actiones decem, & octo; & concluditur inualidum eſſe concilium abſque Apoſtolicæ Sedis Legato, ſub Valentiniano, & Martiano imperatore, & Leone primo Papa, &c.

xlj. Cocil. anno 458.

Fuit Veneticum Prouinciale, in quo pauci Epiſcopi conuenerunt ſexdecim canones ſtatuentes, in quibus tractatur de regula Eccleſiaſtica, quæ ſacerdotibus, donante domino, credita eſt, & de diſtrictione, cuius cura non ſine culpa eorum torpeſcit; ſub Leone primo Papa, & Martiano imper. celebratum, &c.

xlij. Concil. anno 462.

Fuit Turonenſe Prouinciale primum, in quo fuerunt octo Epiſcopi continens tredecim canones quibus primo hortatur clericos ad caſtitatem: ſecundo ad abſtinentiam; in reliquo complectitur inſtitutionem regularem eorumdem clericorum, &c.

xliij. Concil. anno 466.

Fuit Romanum tertium Prouinciale ſub Hilario Papa, à 50. Epiſcopis congregatum potiſſimum ſtatuentibus, vt canones Niceni concil. & Apoſtolicæ Sedis decreta cuſtodiantur, & vt bigami ad gradus Eccleſiaſticos non accedant ſcilicet viduæ, aut corruptæ mulieris mariti, de Epiſcopis, & quod non eligant ſucceſſores.

xliv. Concil. anno 486.

Fuit Tarraconenſe Prouinciale à decem Epiſcopis celebratum ſub Felice tertio Papa, & Zenone imp. decidentibus ne clerici, & monachi commoriantur cum mulieribus; ne vendant carius, & vilius emant, ad criminalia ſe miſcere non audeant, de Epiſcopis, quod ſemel in anno viſitent, & nullum bis confirment.

xlv. Cocil. anno 494.

Fuit Eopanenenſe Prouinciale, in quo fuerunt 70. Epiſcopi ſub Gelaſio Papa, & Anaſtaſio imper. facientes 40. decreta ad inſtitutionem clericorum, & Epiſcoporum, vt in Agatenſe Conc. ſcilicet: vt Epiſcopi, & clerici venatores non ſint, illicitis horis non deambulent.

xlvj. Concil. anno 502.

Fuit Ilerdenſe Prouinciale, 8. Epiſcoporum ſub Symmacho Papa, & Anaſtaſio imperat. facientium quatuordecim canones iubentes, vt clerici à ſanguine humano abſtineant; ab abortu, & eius pœna, ab inceſtu, à ſtupro, & cæt. quæ à Gratiano de hoc concilio decreto de conſecrat. diſt. 4.

xlvij. Concil anno 510.

Fuit Valentinum per ſex Epiſcopos celebratum à Valentia Hiſpaniç dictum ſub Symmacho Papa, & Anaſtaſio imper. conſtituentes,

Digitized by Google

tes, vt Euangelium poſt Epiſtolam legatur, & quod Epiſcopus defunctus per viciniorem Epiſcopum honorificè ſepeliatur.

xxxvii.Concil.anno 512.

Fuit Aurelianenſe primum tempore Clodiuij Regis Francorum, cuius etiam extat Epiſtola ad eandem Synodum, in qua profitetur ſe pariturum Eccleſię, & Papæ præceptis, de non captiuandis clericis, monialibus, ſeruis Eccleſiarum; & ipſos reddere captiuatos; Ideo ad eundem Regem reſcribitur à Synodo, præter hæc de homicidis, adulteris, furibus &c. & ab Eccleſia abſtrahere non præſumant, quod præſcriptio non habet locum in Eccleſia de Quinquageſima, Sexageſima, Quadrageſima, de Litanijs, &c. tractatur.

xxxxix.Concil.anno 513.

Fuit Gerundenſe Prouinciale ſub Hoſmiſda Papa, & Iuſtino Imperatore conſtituente, vt quælibet prouincia in officio Eccleſiæ vnum teneant ordinem, de baptizatione Cathecumenorum in vigilia Paſchæ, & Pentecoſtes, vt dicatur oratio dominicalis de honeſtate, & vita clericorum, &c.

L.Concil.anno 520.

Fuit Cæſarauguſtanum Prouinciale duodecim Epiſcoporum ſub Hoſmiſda Papa, & Iuſtino imperatore iubentium, vt mulieres fideles ad cætum virorum alienorum non accedant, neque ad lectionem, & doctoratus nomen non vſurpetur, die dominico non ieiunetur.

Ll.Concil.anno 528.

Fuit Toletanum ſecundum anni quinti Almarici Regis ſub Ioanne primo Papa, & Iuſtino imperatore iubentes clericos ante ordinem ſacrum, & monacos ante profeſſionem ad nuptias accedere permittantur. Hæreticos poſt mortem poſſe anathematizari per teſtes Sanctorum patrum.

lii.Concil.anno 532.

Fuit Conſtantinopolitanum quintum generale à 105. patribus ſub Fælice quarto, Bonifacio Secundo, Ioanne Secundo, Agapite primo, Siluerio, & Vigilio Pontificibus; ſub Iuſtino imperatore contra Petrum, Antimum, Seuerum, & Ibam hæreticos, Petrus Archiepiſcopus Antiochenus aſſerebat in Triſagio hymno addendam eſſe Crucem, id eſt Trinitatem eſſe crucifixam; vt diceretur Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui crucifixus eſt pro nobis, vbi neceſſe erat, aut confundere perſonas Trinitatis, aut negare duas naturas in Chriſto; contra quos plures Epiſcopi orientales plura ſcripſerunt, quæ habentur in tom.2.Concil. fol.5. & infra, ſecundum impreſſionem noſtrorum Con.

liii.Concil.anno 534.

Fuit Aurelianenſe ſecundum Prouinciale ex vrbe aurelia, ex præceptione Francorum Regum; vt ibi patres de obſeruatione legis catholicæ tractarent, & quid de nouis dogmatibus ſentirent, & conſcriberent; quid obſeruandum in poſterum, cum vigintiquinque canonibus, de Epiſcopis Cummetropolitanis, vt concil Prouinciale congregent.

liv.Concil.anno 545.

Fuit Aurelianenſe tertium Prouinciale tempore childeberti Regis Francorum ſub Virgilio Papa, & Iuſtiniano Imperatore per canones 26. dicẽtes ne in ſacris conſtituti miſceant ſe ad vxores accipiendas. De electione Metropolitanorum contra Bonoſiacum hæreticum: de rebaptizatione.

lv.Concil.anno 550.

Fuit Auernenſe Prouinciale ſub Vigilio Papa, & Iuſtiniano Imperatore, addẽdo quædam noua, & repetendo aliqua ſupradicta ad emendationem vitæ, ad ſerenitatem regulæ, ad animarum remedium.

lvj.Concil.anno 556.

Fuit Aurelianẽſe quartũ Prouinciale ſub Pelagio primo Papa, & Iuſtiniano Imperatore, & Childeberto Rege Francorũ, determinando prius ſancita inuiolanda eſſe, de Quadrageſima, & feſtiuitate Paſchali plura dicendo.

lvij.Concil.anno 352.

Fuit Turonenſe ſecundum Prouinciale pro pace, & inſtructione Eccleſiæ ſub Pelagio primo Papa, & Iuſtiniano imp. per viginti canones determinando, vt laici in Eccleſia clericis non miſceantur: vt litis ſacula finiant, & vota pacis acquirant dicente Domino in Ioanne cap.14. pacem meam do vobis.

lviii.Concil.anno 567.

Fuit Pariſienſe primum pro vtilitate Eccleſiæ ſub Pelagio primo Papa, & Iuſtiniano imp. vt nemo res Epiſcopi, & Eccleſiæ confiſcare præſumat, excommunicatum ab alijs non debere admitti.

lix.Concil.anno 568.

Fuit Aurelianenſe ſecundum, in quo inter cætera Eutichetis, & Neſtorii dogmata iterum damnata ſunt, & quotannis, vt Concilium conuocaretur cautum, & per capita duodecim dicendo, vt nullus per cauſas leues ſuſpendatur, ſub Ioanne tertio Papa, & Iuſtino imp.concludit, &c.

lx.Concil.anno 584.

Fuit Hiſpalenſe primum ſub Pelagio ſecundo Papa, & Mauritio Imperatore robur habens à Sede Romana, vt in præfatione habetur; de diſponendis Eccleſiæ rebus cum ſubſcriptionibus aſſiſtentium.

lxi.Con-

lxi. Concil. anno 587.

Fuit Toletanum tertium, in quo Arrij hæreſis damnatur ſub Riccardo Rege, pelagio ſecundo Papa, & Mautitio Imperator per canones 22. & in ſecundo dicitur, quod in Eccleſia Dominicis diebus Symbolum recitetur, &c.

lxii. Concil. anno 587.

Fuit Matiſconenſe prouinciale primum ſub pelagio ſecundo papa, & Mauritio imperator, vt in Monaſterijs puellarum nullus ingrediatur non probatę vitę, de ieiunio aduentus, & cætera ordinans.

lxiii. Concil. anno 588.

Fuit Matiſconenſe ſecundum prouinciale ſub eiſdem, de obſeruantia diei dominicæ; de decimis per Canones 20. multa Eccleſiaſtica tractans.

lxiv. Concil. anno 616.

Fuit Artiſiodarenſe prouinciale ſub Theodoro, & Heraclito Imperatore contra ſtrigas diabolicas, contra ſortilegia, & ſuperſtitiones, de chriſmate, & ſanguine Chriſti, de vino conſecrando per quadraginta vnum canones.

lxv. Concil. anno 623.

Fuit Hiſpalenſe ſecundum prouinciale ſub Honorio papa, & Heraclito imperatore de præſcriptione, de Bigamia, de ingratitudine, & de duabus in Chriſto naturis.

lxvi. Concil. anno 636.

Fuit Toletanum quartum ab omnibus Hiſpaniæ, & Galitiæ Epiſcopis ſub eiſdem docentibus formulam conciliorum celebrandorũ; de oratione, & confeſſione fidei, de paſſione Chriſti. Quando cantandum alleluia, & hymnis, &c.

lxvii. Concil. anno 640.

Fuit Toletanum quintum prouinciale à viginti Epiſcopis celebratum, tempore Regis Gothorũ Sunintillæ ſub filio Heraclij Imperatoris, & Theodoro Papa de Lytanijs, quãdo ſint dicẽdæ, cum Epiſcopis, & eorũ Vicarijs.

lxviij. Concil. anno 642.

Fuit Toletanum ſextum Prouinciale in Eccleſia Leucadiæ Martyris à quinquaginta Epiſcopis Hiſpaniæ, & Galitiæ ſub Theodoro Papa, & Heracleo ne Imperator. Præſidente Eugenio Epiſcopo Toletano. De humanitate Chriſti aſſumpta, & ſubdit Regem Suniritillan expellere eos iuraſſe, cum quinquaginta duobus Epiſcopis.

lxix. Concil. anno 644.

Fuit Braccarenſe primum Tulge Gothorum Regis temporibus ab Epiſcopis Galitiæ ſub Theodoro, & Conſtante Imperator. In quo Concil. primo lectum eſt exemplar fidei cum capitulis, quę ab Epiſcopo Varraconenſe, Luſitano, & Betico contra hæreſim Priſcillianam per Canones 39.

lxx. Concil. anno 646.

Fuit Braccarenſe ſecundum Prouinciale tractans ea, quę ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent; De forma viſitationis Eccleſiæ ab Epiſcopis, quæ poſſunt, & non poſſint accipere. De conſecr. Eccleſiæ ſub Theodoro Papa, & Conſtant. Imperator. filio Conſtantini tertij.

lxxi. Concil. anno 648.

Fuit Toletanum ſeptimum à triginta octo Epiſcopis celebratũ, ſub Martino Pap. primo, & Conſtante Imp. De euentu infirmitatum in clerico miniſtrante. De exequijs, & ſimilia.

lxxii. Concil. anno 650.

Fuit Lateranenſe primum Romæ celebratum à 105. Epiſcopis contra Sergium, Pyrrhum, & Paulum Patriarchas Conſtantinopolitanos Cyrum Alexandrinum, & Theodorum, contra immaculatam fidem multa dicentes, cum ſubſcriptionibus Martini Pap. & dictorum Epiſcoporum.

lxxiij Concil. anno 653.

Fuit Toletanum octauum a quinquagintaquinque Epiſcopis celebratum. De incauto iuramento non faciendo. De caſtitate Epiſcoporum. De frangentibus ieiunium, & ſimilibus, ſub Martino Papa, & Conſtante imp.

lxxiv. Concil. anno 653.

Fuit Toletanum nonum. Prouinciale à ſexdecim Epiſcopis ſub ſupradictis imp. & pap. iubentibus, quod à correctione prælatorum eſt inchoanda ſynodus, & ab eiſdem danda eſt tertia pars Eccleſiæ, cętera, de filijs clericorum, &c.

lxxv. Concil. anno 654.

Fuit Toletanum ſub eiſdem decimum de celebritate annunciationis dominicæ de profeſſione, & habitu viduæ profeſſæ, &c.

lxxvi. Concil. anno 655.

Fuit Cabilonenſe Prouinciale in Gallis ſub Eugenio primo Papa, & Conſtantino imp. per decem, & nouem canones repetentes, quæ in Concilio Niceno: & quod canonum ſtatuta ab omnibus intemerata ſeruentur. De pœnitentia à confeſſore danda; Nè turpia in Eccleſia cantentur, &c.

lxxvii. Concil. anno 668.

Fuit Toletanum vndecimum ſub Vitaliano Papa, & Conſtante imper. De proceſſione Spiritus ſancti, de Trinitate, de Incarnatione, de Reſurrectione, & quod Epiſcopus debeat prędicare.

lxxviij. Concil. anno 669.

Fuit Braccarenſe Prouinciale tertium, ſub eiſdem, de pane, & vino excluſis opinionibus

Digitized by Google

bus ſchiſmaticis aqua permiſſo fiat ſacrificium in Miſſa,& in nouis vaſibus.De reliquijs quo modo geſtandis.

lxxix. Concil.anno 670.

Fuit Conſtantinopolitanum ſextum generale, & Oecumenicum iterum aduerſus Sergium, & cæteros, vt ſupra dicentes vnam voluntatem, v nam operationem in diſpenſatione incarnat ionis præſidente Conſtantinopolitano imp. & legatis miſſis ab Agatone Papa ſub eodem Conſtantino quarto, per actiones decem,& octo.

lxxx.Concil.anno 683.

Fuit Toletanum duodecimum ſub Leone ſecundo papa, & Conſtantino quarto imperat. & vt ait Caranza etiam ſub Agatone de pœnitentia,de auctoritate conceſſa Epiſcopo Toletano, & de pertinentibus ad Regem communicantem cum Eccleſia.

lxxxi. Concil.anno 690.

Fuit Toletanum tertium decimum ſub Sergio papa, & Iuſtiniano ſecundo imper. vbi quædam particularia, & quædam communia ſupradicta tanguntur.

lxxxij.Concil.anno 742.

Fuit Synodus mandato Apoſtolico à S.Boniſacio,& Epiſcopo Francorũ habita ſub Zacharia pap.& Carolo Magno Duce.Quę ſint prohibita Eccleſiaſticis, &c.& quod ad Epiſcopos pertinet eicere ſpurcitias gentilitatis.

lxxxiij.Concil.anno 781.

Fuit Nicenum ſecundum, quod græci generale appellant. In quo imaginum expreſſiones adorandas,& amplectandas relatione decretum eſt; & ſanctorum reliquias venerandas ſub Adriano Papa,& Conſtantino ſexto imperatore.

lxxxiv.Concil.anno 813.

Fuit Maguntiacum ad inſtaurandam Eccleſiam collapſam, ſedentes in prima Turma Epiſcopi cum quibuſdam Notarijs legentes, ac tractantes Euangelium, & Epiſtolas, actus Apoſtolorum; Canones, & opuſcula Sanctorum Patrum, & paſtoralem librum diuinum Gregorij per canones 57.

lxxxv.Concil.anno 815.

Fuit Vormatienſe prouinciale,ſub Leone tertio papa, & Carolo Magno imper.& pronunciata profeſſione fidei,per cauſam leuem non eſſe excommunicandum aliquem, de profeſſione Monacorum; quod miniſtri Dei ſint ſobrij,& menſæ Epiſcopatis parca.

lxxxvi.Concil.anno 816.

Fuit Rhemenſe prouinciale ſub Carolo Magno, & Leone tertio papa multa ad honeſtatem clericorum pertinentia, & quædam Sacramenta ſupratacta tangit.

lxxxviij.Concil.anno 870.

Fuit Conſtantinopolitanum octauum vniuerſale factum potiſſimum propter depoſitionem *I*gnatij Patriarchæ Conſtantinopolini,quẽ quidam Epiſcopi ab Eccleſia,cui iure præſidebat tyrannicè proiecerant, & Photinum ex foro ſecularis militiæ ſubito tonſuratum eidem Eccleſiæ contra ſacros canones præfecerunt ſub Adriano ſecundo papa, & Baſilio imp. Conſtantinopolitano.

lxxxix. Concil. anno 888.

Fuit Tributienſe prouinciale à viginti duobus Epiſcopis Germanorum, ad reformationem morum,& ſtatus non ſolum clericorum, ſed etiam laicorum.

lxxxix.Concil.anno 1215.

Fuit Lateranenſe ſecundum generale ſub *I*nnocentio tertio pap. & Philippo imp. cui interfuerunt Hieroſolymitanus, & Conſtantinopolitanus Patriarchæ Metropolitani,70. Epiſcopi 400. Abbates, 12. Priores Conuentuales, 80. Greci, & Romani *I*mper. Legati, Oratores Regum Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ: ſub quo,Papa Romanus moritur Peruſijs Põtificatus ſui anno 18. menſe ſeptimo die 26. cuius Pontificis virtutem, & doctrinam ſummopere iuuit Beati Dominici, & Beati Franciſci ſanctitas;à quibus Prædicatorum,& Minorum ordo tunc ortum habuit,Damnans libellum contra Magiſtrum Petrum Lombardum, excommunicans hæreticos omnes, & ſine licentia prædicantes, & quod ſemel in anno omnes confiteri teneantur per capita.69.

xc.Concil.anno 1313.

Fuit Viennenſe Generale probans conſtitutiones, quæ in volumine Clementinarum feruntur, ſub Clemente quinto, & Alberto imper. vbi determinarunt Feſtum Corporis Chriſti celebrari feria quinta poſt octauam Pentecoſtes, concedendo *I*ndulgentias exiſtentibus in Officio, & horis diuinis etiam octauæ, & quod anima rationalis ſit forma per ſe corporis humani, & eſſentialiter,damnando errores Begardorum, & Beguinarij:

xci.Concil.anno 1415.

Fuit Conſtantienſe ſub *I*oanne vigeſimo tertio papa,& Sigiſmũdo imperatore inchoatum tempore ſchiſmaticis tribus pontificibus exiſtentibus *I*oanne vigeſimo tertio, Benedicto tertio decimo, & Gregorio 12. pronunciando ſententiam damnationis *I*oannis Vuiglef cum ſuis 45.articulis per ſeſſiones 45.

xcii.Concil.anno 1431.

Fuit Baſilienſe inchoatum prius Senis, tranſlatũ deinde Baſileam ſub Martino quintopapa,& Sigiſmundo imperatore, & notandum,

dum, quod ait Bartholomæus Archiepiſcopus Toletanus hic, quod quæ in Conſtantienſi, & Baſilienſi dicuntur non habent aliquid auctoritatis, niſi quod in Bulla Martini Quinti, & Nicolai Quinti Pontificibus.

xciii. Concil. anno 1432.

Fuit Florentinum inchoatum Ferrariæ, & propter peſtem in Florentiam translatum; præſente Imperatore Græcorum, & Patriarcha Conſtantinopolitano, cum alijs Pontificibus, Abbatibus, Monachis, & Cruce ſignatis, per 25. ſeſſ. ſex habitas prius Ferrariæ, de proceſſione Spiritus ſancti à filio. De igne Purgatorij, de primatu Papæ. De Sacramentis ibi diſputatum eſt ſub Eugenio Quarto, & Sigiſmundo Imperatore.

xciiii. Concil. anno 1513.

Fuit Lateranenſe Tertium Generale ſub Iulio Secundo, & Leone Decimo Pontificibus, & Maximiliano Imperatore, pro reformatione Eccleſiæ, & pace inter Principes Chriſtianos componenda, iubendo etiam lectoribus philoſophiæ, & diſcipulis ſuis, vt veritatẽ fidei declarent, vt de creatione, de anima intellectiua, damnando Piſanum conciliabolum, legendo Bullas, Canones, & Sacram Theologiã, de officio præceptorũ, puerorum vt doceant pręcepta diuina, & articulos fidei.

De Concilijs, quæ extra ſeriem reperiuntur atteſtata tantum.

Ab Archiepiſcopo Toletano Concilium generale Viennenſe, & Lugdunen.

A Pannicarola in quadrageſimali, C. Aquenſe.

A Gratiano 6. q. 2. cap. quod autem, Concilium Varenſe.

Cap. ſi tantum Alſenſe Concilium.

Hermerianum.

Fauentinum.

Hipponenſe.

Genuenſe.

Mittenſe.

Miſietenſe.

Vrbarienſe.

Compendienſe.

Aliud, apud Sanctum Medardum habitum.

Aliud apud Beluacum de Con. diſt. 4.

A Dominico Bannes in fine ſuæ ſeriei Cõcilium Simenſe partim ſacrum, & partim ſacrilegum.

Ex Socrate in Hiſtoria tripartita, & Theodoreto ſimiliter.

Fuerunt facta ab Arianis alia decem, vt ait Atanaſius in Epiſtola ad Aphros: & Sozomenus in cap. 35. lib. 5. quæ ſupradicta tangunt.

Concil. anno 1545.

Fuit Vltimum Tridentinum Generale, & Oeconomicum ſub Paulo Tertio, Iulio Tertio, Marcello Secundo, Paulo Quarto, Pio Quarto, & Pio Quinto Põtificibus; ſub Carolo Quinto, & Ferdinando Imp. ad extinguendas hęreſes Martini Lutheri, in Germania, cõtra Indulgentias Pontificis hæreticè prædicãtis, & ſcribentis; contra primatum Eccleſiæ Romanæ, contra cœlibatum, & cæteros Ritus veteris Eccleſiæ, contra quem, & alios fuit aſſignatum Concilium primo Mantuam, deinde propter aliquas cauſas legitimas Vincentiã, Tertio Tridentum, nec tunc quicquam factũ eſt. Quarto rurſus anno 1545. inchoatum eſt tertiodecimo die Decembris Legatis Apoſtolicæ Sedis præſidentibus, cum tot Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Generalibus, Theologis, & Legiſtis, Oratoribus, à Regibus Chriſtianis, & principibus, etiã miſſis, vt patent in ipſo.

Quod Tridentinum diuiditur per vigintiquinque ſeſſiones, ideo quidam dicunt, quod Concilium dicitur à Conſedeo in prima ſeſſ. decretum de inchoando Concilio, in ſecunda ſeſſ. decretum de modo viuendi, & alijs in Concilio ſeruandis; in 3. de Symbolo fidei, in 4. decretum de Canonicis ſcripturis; in 5. decretum de peccato originali; in 6. decretum de iuſtificatione; in 7. de Sacramentis; in 8. decretum de translatione Concilij; in 9. Bononiæ celebrata decretum de prorogatione ſeſſionis: in 10. decretum ſimiliter de prorogatione ſeſſionis Bononiæ. 11. decretum de reſumendo Concilio. in 12. decretum prorogationis ſeſſionis. in 13. decretum de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. in 14. doctrina de Sanctiſſimis Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis Sacramentis. 15. decretum prorogationis ſeſſionis. in 16. de ſuſpenſione Concilij in 17. decretum de celebrando Concilio. in 18. decretum de librorum delectu, &c. in 19. decretum prorogationis ſeſſionis. In 20. decretum prorogationis ſeſſionis. in 21. doctrina de communione ſub vtraq; ſpecie, & paruulorum. in 22. doctrina de ſacrificio Miſſæ in 23. vera, & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis, &c. in 24. doctrina de Sacramento Matrimonij. in 25. decretum de purgatorio.

In magis tomis nonis, & vltimis impreſſis Conciliorum, erga finem, habentur ſex Concilia Mediolan. ſub Diuo Carolo, aliud eſt Aquilenſe ſub Clemente VIII. 1593. & Franciſco Barbaro Patriarcha eiuſdem Ciuitatis. De reformatione. De vitijs fugiendis, & virtutibus amplectendis. De vita, & honeſtate

clericorum, vt adimpleant Concilia, Canones,&c.ordinantur.

Hæc de Concilijs generalibus, & prouincialibus: de Epiſcopalibus autem, ſeu localibus,quæ anno quolibet,vt ait Cōcilium Carthaginenſe cap. 2.facienda, & augenda ſunt, nihil dicimus;& d.S.R.Eccleſiæ ſupponūtur, Santiſquè ſuis quibus honor, gloria, labor quinque annorum ex 1604. Calatiæ in die S. Stephani Confeſſoris Epiſcopi Calatini, vſq; ad 1611.in die S. Ferdinandi, etiam Epiſcopi Calatini, quorum auxilio Viridarium omniū ſcientiarum imprimere pollicemur, & Sacræ Scripturæ paradiſum,quem Deus nobis concedat.

Et quia canones fuerunt ante Concilium Tridentinum,& etiam ante aliqua alia Concilia, ideo primo accomodantur Concilium Tridentinum,& alia ad Sacros Canones.Decretales,cum citationibus etiam conſtitutionum Summorum Pontificum Tridentini, & aliorum Conciliorum.

De forma Conc. faciendi vide in Tolet.4.

Applicatio Conc.Trid. ad 1. decretalium.

Liber primus de Summa Trinitate,& Fide Catholica.

CItantur, ſeu applicantur primo huic titulo Decreta in ſeſſ 3.& 4. de Symbolo Fidei, & de Canonicis Scripturis, ac de æditione, & vſu ſacrorum librorum, & in ſeſſ.5. de peccato originali,ac ſeſſ.6.de iuſtificatione.& ſeſſ.25.de Purgatorio Florent.è tanta, c.cogit ſeſſ.25. c.cum dignitates ſ.prouiſ.24. ſeſſ.Extant Bulla Pij IV.ſuper forma iuramenti profeſſionis fidei,& à quibus, incip.Iniunctum,& in Sacroſancta,Tolet.&c.

De conſtitutionibus c.ſicuti publici expedit,ſeſſ.25.Toletanum vltimum.

De reſcriptis c. Quoniam ob malitioſam, ſeſſ.25.c.diſpenſationes,& c.in commutationibus.ſeſſ.22.c.& quoniam ſeſſ.13. Lateranēſe.

De electione c.ad Cathedralium ſeſſ.7.c.ſi in quibuslibet ſeſſ.24.Toletanum c.Quicunq; poſt hac ſeſſ.22. Extat conſtitutio Gregorij XIV. de forma faciendi proceſſus ſuper promouendis ad Cathedrales,incip Onus Apoſtolici Viennenſe c.in electione,&c. Abbatiſſa,ſeſſ.25.Extat Bulla Gregorij XIII. de Monialium præfectis non vltra triennium per Vniuerſam Italiam eligendis,incip.Expoſcit, Concil.Venetum c.inferiora,ſeſſ.7.c. cum dignitates,ſeſſ.24.Conſtantienſe c.expedit ſeſſ. 24.Ad cuius obſeruantiam extat Bulla Pij V. incip.In conferendis Lateranenſe tertium.

De ſupplenda negligentia Prælatorum c. 23. c.Epiſcopi etiam c. quia illiterati ſeſſ. 21. eadem ſ.in Monaſterijs; & c 2 ſ.ſi quæ verò ſeſſ 5.c.cauſæ omnes ſ. legati ſeſſ.24. c. quæcunq; in fine ſeſſ. 21. c. Capitulum Sede Vacante, ver. negligens ſeſſ.24. Monaſteria ver. quod ſi in his c.hæc omnia ver. & quia ſeſſ. 25. de regular. Remenſe c. Regularis ſeſſ.25. de regular.ſuper cuius decreti exequutione extat conſtitutio Clem. VIII. incip. ſuſcepti muneris.

De temporibus ordinationum,& qualitate ordinandorum De Sacramento Ordinis vide in ſeſſ. 23. & permutationum c. ordinationes ſeſſ.23.ferè per totam, c.cum honeſtius, c.& quoniā ſeſſ. 14.c.facultates de promouendo, c.facultates de nō promouēdo, c.ad maiores ſeſſ.7.c.Eccleſijs ſeſſ.23.& Conc.Toletan. 15. c.Nulli Epiſcopo ſeſſ.9.& fertur Sacram Cōgregationē declaraſſe, quod Epiſcopus alienus volens cōferre ordines in loco exempto, non ſolum requiritur licentia Superioris loci exempti, ſed etiam illius Epiſcopi intra cuius fines locus exemptus eſt conſtitutus,c.cum non decet ſeſſ 21. Extenſio huius decreti loquentis de clericis ſecularibus ad clericos regulares non profeſſos, vt non promoueantur ad ſacros.niſi ſeruata forma huius decreti,fuit facta à Pio V.per eius conſtitutionem, incip.Romanus Pontifex Concil. Bracharenſe c.non liceat ſeſſ 8.& con. Remenſe c. Abbatibus ſeſſ.23.con.Lateranenſe.

De ſcrutinio in ordine faciendo c. Sancta Synodus, &c. cum nullus cum alijs ſeſſ. 23. Quorum requiſita plura enumerantur in Bulla Sixti V.contra clericos male promotos.

De ætate,& qualitate, & ordine præficiendorum c.quicumq; ſeſſ.22.c.nullus prima tōſura,& c.nullus in poſterum,cum alijs ſeſſ.23. c.expedit ſeſſ 24.c.cum pleraq; ſeſſ.21.de regul.& Florent.

De ſacra Vnctione c. ſi quis dixerit confirmationem cum ſeq.ſeſſ.7.c.Viſum eſt,c.Inſtituta,c. Res porrò, &c. Iam verò ſeſſ.14. & Lateranenſe.

De filijs Presbyterorum c.vt paternæ, ſeſſ. 25.& Conc.Toletanum 9.

De peregrinis c.cum nullus ſ.nullus præterea ſeſſ.23.c.Quanta §.deinde ſeſſ.22.& Cōſil. Lateran.

De officio,& poteſtate Iudicis delegati c. inſuper cum nonnulli ſeſſ.14. & adde ad c.1. & fin.eod.tit.in 6.& con.Antiodoreto.

De officio ordinarij c.1.ver. & ne ſub ſpecie c quia verò,ſeſſ.5.c.prædicationis ſeſſ. 24. c.Eccleſiarum prælati c.capitula cathedraliū ſeſſ.6.c.1.in princ.ſeſſ. 13.de ref.c.omnes Eccleſiarum prælati ſeſſ.14. c.vt ſanctorum ſeſſ.

23.cap.

c. Epiſcopi etiam tanquam c. adminiſtratores ſeſſ. 22. c. cum ex notariorum c. Statuit ſancta Synodus ſeſſ. 25. c. Ordinarij c. Vniones c. Beneficia c. locorum ordinarij ſeſſ. 7. c. quæcunq; in diœceſi ſeſſ. 21. c. quæ alias c. Epiſcopi, vt aptius cap. prouincialia, & toleta 5. 7. & 8. 24. ſeſſ. c. patriarchæ, c. liceat Epiſcopis, c. vt fidelis, c. Apoſtolus ſeſſ. 24. c. in Monaſterijs, cap. Monaſteria ſanctimonialium ſeſſ. 25. cap. Epiſcopus quoſcunq; ſeſſ. 14. Conc. Flor. & Tol.

De maioritate, & obedientia, c. non poteſt Sancta Synodus, c. ſtatuit Sancta Synodus, c. 1. §. Epiſcopis, & c. poſtremo, ſeſſ. 25. & Con. Conſtantino c. controuerſias, ead. ſeſſ. 25. Extat conſtitutio Gregorij XIII. circa præcedẽtiam Fratrum Mendicantium, & Confraternitatum laicorum in proceſſionibus, incip. Expoſcit, & Con. Florent.

De pactis, c. nulla quoq; renunciatio ſeſſ. 25. de regular. & congruit huic tit. propter, c. quamuis pactum eod. tit. in 6.

Applicatio Concilij Tridentini ad lib. 2. decretalium.

DE foro competenti, c. cauſæ Epiſcoporũ, c. quoniam verò ſeſſ. 13. cap. non liceat, verſ. & ſic ordinati ſeſſ. 7. c. nullus prima tonſura ſeſſ. 23. Concil. Nicenum, c. cauſæ criminales, c. cauſæ omnes ſeſſ. 24. c. præterea, quia nonnulli ſeſſ. 14.

De ferijs, c. ab Aduentu ſeſſ. 24. c. mandat verſ. & Sanctorum celebrationes, & c. inſuper ſeſſ. 25. & Concil. Lateranen. c. cenſuræ §. dies, ead. ſeſſ. 25. incip. cum primum, Extat Pij V. Bulla de obſeruatione feſtorum, decretum Sacræ Congregationis.

De teſtibus, c. teſtes ſeſſ. 13. & Concil. Vienneſe.

De appellationibus, c. eadem §. in cauſis, c. à ſententia, & c. reus ab Epiſcopo ſeſſ. 13. c. legati ſeſſ. 22. c. Epiſcopi, ſit aptius §. nec in his ſeſſ. 24. c. quam turpe ver. nec ſeſſ. 25. c. expedit, ver. nec prædictorum ſeſſ. 24. cap. cauſæ omnes ſeſſ. 24. & Conc. Lateranenſe.

Applicatio Concilij Tridentini ad lib. 3. decretalium.

DE vita, & honeſtate Clericorum, c. ſacroſancta, §. Epiſcopos ſeſſ. 2. c. cum proprie Epiſcoporum ſeſſ. 14. c. optandum ſeſſ. 25. c. cum dignitates §. veſtitu ſeſſ. 24. cap. nihil eſt ſeſſ. 22. c. quia verò, & ſi habitu ſeſſ. 14. Extat Sixti V. conſtitutio contra non incedentes in habitu incip. Cum ſacroſanctam, & Cõcilium Toletanum, & Florentinum.

De cohabitatione Clericorum, & mulierũ c. quàm turpe ſeſſ. 25. & Conc. Florent.

De Clericis coniugatis, c. nullus prima §. in Clericis, & c. vt Sanctorum, in fine, ſeſſ. 23. & Lateranen.

De Clericis non reſidentibus, c. eadem ſacroſancta, c. Epiſcopis inferiores ſeſſ. 6. c. inferiora, c. cum beneficia ſeſſ. 21. c. cum præcepto ſeſſ. 23. c. Epiſcopi etiam ſeſſ. 22. c. cum dignitates §. præterea, & §. diſtributiones ſeſſ. 24. & Toleta 4.

De præbendis, & dignitatibus c. nemo, c. inferiora, c. quicunq; c. Ordinarij ſeſſ. 7. c. ratio poſtulat c. ſtatuit el 2. ſeſſ. 25. c. & quia iure, c. regularia ſeſſ. 14. c. cum pleraq; ſeſſ. 24. c. cum Eccleſiaſticus ſeſſ. 24. Faciunt etiam decreta de vnione loquentia in c. vniones ſeſſ. 7. c. & quia ſeſſ. 14. c. vt etiam ſeſſ. 21. c. quoniam pleræq; ſeſſ. 24. & c. ſicuti §. inſuper ſeſſ. 25. Lateranenſe 1. & ſecundo.

De Clerico ægrotante, c. cum in beneficijs, §. in coadiutorijs ſeſſ. 25. & Florentinum.

De inſtitutionibus, c. præſentati ſeſſ. 7. cap. concedit §. in prædictis ſeſſ. 25. de regular. facit tex. in cap. auctoritate eo. titul. & Concil. Coſtan.

De conceſſione præbendæ, & Eccleſiæ nõ vacantis, c. decernit ſancta Synodus mandata de prouidendo ſeſſ. 24. c. cum in beneficijs ſeſſ. 25. & Con. Florent.

Ne Sede vacante aliquid innouetur, c. non liceat ſeſſ. 7. c. Abbatibus §. pœnam ſeſſ. 23. c. Capitulum Sede vacante ſeſſ. 24. & Con. Lateranen.

De his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, c. ſtatuit el 1. ſeſſ. 25.

Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, c. quoniam plæraq; §. ad hæc in poſterum ſeſſ. 24. & Con. Auraſicanum.

De rebus Eccleſiæ alienandis, vel non cap. magnam ſeſſ. 25. contra verò vſurpatores, c. ſi quem clericorum ſeſſ. 22. multa Con.

De teſtamentis, et vltimis voluntatibus, c. Epiſcopi etiam ſeſſ. 22. concordat, c. tua eod. tit. et aquiliente.

De ſepulturis, c. decernit ſancta Synodus ſeſſ. 35. et addit. ad clement. dudum de ſepult. et ad c. de quarta de præſcript. et Con. Cartag.

De Parochijs, et alienis Parochianis, cap. quoniam plereq; §. in Parochialibus, et §, in his quoq; ſeſſ. 24. c. Epiſcopi etiam ſeſſ. 21. c. quanta §. moneant ſeſſ. 22. c. prædicationis, §. moneatq; ſeſſ. 24. et Con. Lateranen.

De decimis c. non ſunt ferendi ſeſſ. 25. Con. Tol.

De regularibus, et tranſeũtibus ad Religionem, c. quoniam cum ſequentibus, ſeſſ. 25. de

regularibus, cap. quia verò regulares ſeſſ.14. et Con.Florent.

De ſtatu regularium congruunt huic titulo decreta d.Concilij ſeſſ.25.de monialibus præcipuè loquentia, veluti c.Bonifacij viij. c.Abbatiſſa, c.Monaſteria ſanctimonialium, c.attẽdant, c.inquacunq; & c.libertati. Pro maiori obſeruantia d.c.Bonifacij VIII.extant conſtitutiones Pij V.& Gregorij XIII.relatę in verbo Monaſteria monialium, & Concil. Toletanum.

De ſtatu Monachorum, & Canonicorum Regularium, c.nemini, & c.Monaſteria omnia cæteraq; capita in d.ſeſſ.25.de regularibus.

De Religioſis domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiectæ, c.curent ſeſſ.7. c.admonet ſeſſ.25.& Concilium Viennenſe.

De iurepatronatus, c.nemo, & c.non liceat ſeſſ.14.c.Patriarchæ, §.patroni ſeſſ.24. cap.ſi quem clericorum, verſ.quod ſi ſeſſ.22.c.expedit verſ. porrò, & verſ. ſi verò ſeſſ.24. c.ſicuti iura ſeſſ.25.& Con.Toletanum.

De cenſibus, exactionibus, & procurationibus, c.Patriarchæ §.interimq; ſeſſ.24.& Cõcil.Florent.

De Celebratione Miſſarum; Sacramento Euchariſtiæ, & diuinis Officijs, vide in ſeſſ.13 21.& 22.c.quãta ſeſſ.22.cap.ſacroſancta verſ. Epiſcopos ſeſſ.2. cap.qui pie §. curet ſeſſ.23. c.cum dignitates §.omnes verò ſeſſ.24.c.cõtingit ſæpè ſeſſ.25.c. attendant §. quod verò ſeſſ 25.de regul.

De baptiſmo, & eius effectu. Vide in ſeſſ.7. Lateranenſe, & Florentinum, & multa alia Concilia.

De Reliquijs, & veneratione Sanctorum, c.mandat ſancta Synodus ſeſſ.25.c.vt fides §. fin.ſeſſ.5. Extat Pij V.conſtitutio. Ne in popularibus concionibus diſputetur de Conceptione glorioſæ Dei Genitricis Mariæ fol. 274 incip.Super ſpecula.

De obſeruatione ieiuniorum, cap.inſuper hortatur ſeſſ.25.Romanum.

De Eccleſijs ædificandis, vel reparandis, c. cum illud quoq; c. Epiſcopi etiam ſeſſ.21.c. concedit in fine ſeſſ.25.Extat conſtitutio Clement.VIII.præſcriptionis normæ dandi licẽtiam ab Ordinarijs ad ædificanda in poſterum Regularia monaſteria, incip. Quoniam, fol.590.

De immunitate Eccleſiarum, c.quanta §. ab Eccleſijs ſeſſ.22.c.cupiens ſeſſ.25.

Ne Clerici, vel Monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant. Congruunt huic titulo citata ſupra in tit.de vita, & honeſt.cler.

Applicatio Concilij Tridentini ad 4.lib. decretalium.

DE Sponſalibus, & matrimonijs. Vide ſeſſ. 24.de Sacramento matrimonij. Florentinum, c.multi ſunt, qui vagantur, c.ita plerunq; ſeſſ.24.c.iuſtitiæ publicæ honeſtatis, d.ſeſſ.24. de ref. matrim. Extat declaratio Pij V. incip. Ad Romanum fol.284.

De Clandeſtina deſponſatione, c. tametſi ſeſſ.24.Florenti, & Tolet.

De Cognatione ſpirituali, c.docet experiẽtia ſeſſ.24.Extat Pij V.declaratio incip. cum illius vicem fol.283.

De Conſanguinitate, & affinitate, c.ſi quis intra gradus ſeſſ.24.& adde ad clem.vni.eod. tit. Tolet. C.præterea ſancta Synodus eadem ſeſſione. Extat declaratio Pij V.incip.Ad Romanum ſol 285.& congruit etiam tit. de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſæ.

De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ c. tametſi S. qui aliter ſeſſ. 24. Florentinum Lateranenſe.

Applicatio Conc. Trid. ad 5.lib. decretalium.

DE Simonia, c.quoniam ſeſſ.21.c.expedit, §.caueantq; ſeſſ.24.c.in pluribus Eccleſijs ſeſſ.24.Ad corroborationem huius decreti extat Pij V.Bulla reuocatoria priuilegiorũ, & conſuedinum Eccleſiarum aliquid recipiendi in collatione, aut alia prouiſione ſeu admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum, incip.Durum nimis, fol.484.

Ne Prelati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu cõcedant, c.magnum §. non liceat ſeſſ.23.

De Magiſtris, c. eadem ſacroſancta ſeſſ.5. c.cum adoleſcentium ætas ſeſſ.23.c.prædicationis §.ijdem etiam ſeſſ.24.

De Homicidio, c.cum etiam qui per induſtriam ſeſſ.14.Romanum, Aquenſe.

De pugnantibus in duello, cap.deteſtabilis ſeſſ.25. Ampliatur hoc decretum per conſtitutionem Gregorij XIII. incip. Ad tollendũ, & alteram Clementis VIII.incip. Illius vices fol.228.

De Adulteriis, c. graue peccatum ſeſſ.24. de ref.matrim.vbi etiam de concubinariis.

De Raptoribus c.decernit ſancta Synodus ſeſſ.24.de ref.matrim.Pariſienſe.

De Clerico venatore, c.cum dignitates, §. veſtitu ſeſſ.24.Tarragonenſe.

De Clerico per ſaltum promoto, c.qui piè §.fin.ſeſſ.23.Lateranen.

De eo, qui furtiuè Ordines ſuſcepit, c.Ordina-

dinationes, §. quod ſi quis ſeſſ. 23. Florentinũ.

De Priuilegiis c. in exemptorum cauſis ſeſſ. 7. c. Eccleſiarum Prælati ſeſſ. 6. c. inſuper, & c. prætetea quia ſeſſ. 14. c. quoniam priuilegia ſeſſ. 24. Ad corrobationem huius decreti extat Gregorii XIII. conſtitutio incip. Circumſpecta fol. 402.

De Pœnis, c. cum verò tam grauia ſeſſ. 13. c. inſuper §. poſt hæc ſeſſ. 4. Concil. Conſtant. Roman.

De pœnitentiis, & remiſſionibus. Congruũt huic titulo de ſanctiſſimo Pœnitentiæ Sacramento ſeſſ. 14. c. cũ Catholica ſeſſ. 25. c. Apoſtolus monet, & c. liceat Epiſcopis ſeſſ. 24. c. Quamuis Presbyteri ſeſſ. 23. Extat declaratio Pii V. ſuper approbatione Regularium ad audiendas Cõfeſſiones ſecularium, incip. Romani Pontificis, ſol. 175. c. quia verò ſeſſ. 5. in fine, c. cum multa ſeſſ. 21. c. cum poteſtas ſeſſ. 25. Extat Pii V. conſtitutio reuocatoria indulgentiarum pro quibus conſequendis manus adiutrices ſunt porrigendæ, & quæ quæſtuandi facultatem quomodolibet continẽt, incip. Et ſi Dominici, fol. 969. in Bullario. Et pertinet ad Ordinarium loci præſcribere formam colligendi eleemoſynas, & alia oblata Chriſtianæ charitatis ſubſidia, remotis tamen menſis, peluibus, & capſis per Conſtitutionẽ Clemen. VIII. incip. Quæcunq; fol. 612. & vide Concilium Prouinciale Mediolanen. V. in tit. de indulgentiis, vbi prouiſum eſt, ne indulgentiarum liberæ inſcriptiones earum nomine exaratæ, eo loco vbi capſa ad eleemoſynã colligendam apparata eſt, etiam extra Eccleſiam proponantur, aſſignẽturuè, ſed vel in Altari maiori, vel in alio vbi indulgentiæ cauſa ſtatio, oratione conſtituta eſt, & c. Si verò aliquando Epiſcopi conceſſu capſa in quam eleemoſyna Fidelium coniiciatur, palam ponitur; intus in Eccleſia loco longè ab Altari, vbi indulgentiæ ſtatio agitur, decore collocetur, &c.

De ſentẽtia excommunicationis, c. quamnis excommunicationis gladius ſeſſ. 25. de ref. Ad cuius declarationem vide Pii V. ordinationem fol. 241. c. cenſuræ, cap. anathemati ſeſſ. 25. de regular. c. ſi quem Clericorum ſeſſ. 22. c. ita plerunq; ſeſſ. 24.

De verborum ſignificatione, c. cupiens ſeſſ. 24. c. tanta §. quod ſi in his, ſeſſ. 25. Circa declarationem Conc. Trid. extat Pulla Pii IV. incip. Benedictus Deus fol. 182. Pii V. Sixti V. Greg. XIII. Clement. VIII. Pauli V. Vrbani VIII. vide eos in ſequentibus aphoriſmis bullarum pro aliis materiis non tam pratticabilibus Clementinarum ſeſti, & extrauagantiũ vide in noſtris margaritis, & iacintis Concilii Tridentini.

Decretorum, & Canonum Conciliÿ Tridentini, Concordantia & applicatio ſecunda per ſingulas ſeſſiones continuas.

IN Seſſione ſecunda, ſub Decreto de modo viuendi, & aliis in Concilio ſeruandis, verſ. In ſententiis vero dicendis iuxta Toletani Cõcilii ſtatutum, habetur c. in loco 5. q. 4. ibi. In loco benedictionis conſidentes Domini Sacerdotes, nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbare. Nullus etiam fabulis vanis, vel riſibus agi, & (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim (vt Apoſtolus ait) putat ſe religiuſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed seducẽs cor ſuum, huius vana eſt religio. Cultum enim ſuum Iuſtitia perdit, quando ſilentia iudiciorum obſtrepentium turba confundit, dicente Propheta: Erit cultus iuſtitiæ ſilẽtium. Debet ergo quidquid aut confidentiũ conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima relatione verborum proferri, vt nec contentioſis vocibus ſenſus audientium perturbent, nec iudicij vigorem tumultu eneruent; quicunq; ergo in conuentu concilij hęc, quæ pręmiſſa ſunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumelijs, vel riſibus conciliũ perturbauerit iuxtà diuinę legis edictum quo præcipitur: Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore de confeſſione abſtractus à communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis ſententiã ferat.

In Seſſione tertia, ſub Decreto de Symbolo fidei, verſ. Patrum exempla in hoc ſecuta, habetur ad initia aliorum conciliorum ſicut habetur c. 1. de Summ. Trin. & fide cathol. ibi. Firmiter credimus. & ſimpliciter confitemur, quod vnus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis omnipotẽs, & ineffabilis: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino, Pater à nullo, Filius a Patre ſolo, ac Spiritus Sanctus pariter ab vtroq; abſq; initio ſemper, ac ſine fine, Pater generans; filius naſcens, & Spiritus ſanctus procedens conſubſtantiales, & coęquales, & coomnipotentes, & coęterni, vnum vniuerſorum principium, creator omnium viſibilium, & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium, qui ſua omnipotẽti virtute ſimul ab initio temporis vtramq; de nihilo condidit creaturam ſpiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam; ac deindè humanam quaſi communem ex ſpiritu, & corpore conſtitutam: Diabolus

Digitized by Google

enim, & alij Demones à Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. Homo vero diaboli ſuggeſtione peccauit. Hæc Sancta Trinitas ſecundum communem eſſentiam indiuidua, & ſecundum perſonales proprietates diſcreta: primo per Moyſem, & Sanctos Prophetas, alioſq; famulos ſuos iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporum doctrinam humano generi tribuit ſalutarem, & tandem vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus à tota Trinitate communiter incarnatus ex Maria ſemper Virgine Spiritus ſancti cooperatione conceptus verus homo factus eſt: ex anima rationali, & humana carne compoſitus, vna in duabus naturis perſona, viam vitæ manifeſtus demonſtrauit. Qui cum ſecundum Diuinitatem ſit imortalis, & impaſſibilis, idẽ ipſe ſecundum humanitatem factus eſt mortalis, & paſſibilis. Qui etiam pro ſalute humani generis in ligno Crucis paſſus, & mortuus deſcendit ad inferos reſurrexit à mortuis, & adſcendit in Cœlum: ſed deſcendit in anima, & reſurrexit in carne: aſcenditq; pariter in vtroq; venturus in fine ſæculi iudicaturus viuos, & mortuos, & redditurus ſingulis ſecundum opera ſua tam reprobis, quam electis, qui omnes cum ſuis proprijs reſurgent corporibus, quæ nunc geſtant, vt recipiant ſecundũ opera ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala: illi cum Diabolo pęnam perpetuam, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam. Vna vero eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur. In qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Ieſu Chriſti: Cuius corpus, & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinẽ poteſtate Diuina: vt ad perficiendum myſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc vtiq; ſacramẽtum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui ritè fuerit ordinatus, ſecundum claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. Sacramentum vero Baptiſmi (quod ad Dei inuocationem, & Indiuiduæ Trinitatis, videlicet, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti conſecratur in aqua) tam paruulis, quam adultis in forma Eccleſię à quocũq; rite collatum proficit ad ſalutem. Et ſi poſt ſuſceptionem Baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram poteſt ſemper pœnitentiam reparari. Non ſolum autem Virgines, & continentes, verum etiam coniugati per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

In ſeſſione quarta ſub Decreto de Canonicis ſcripturis, verſ. Orthodoxorum Patrum exempla ſecuta, habetur ad infraſcriptos Canones ad Can. 84. Apoſtolorum ibi. Sint vobis omnibus clericis, & laicis libri venerandi, & ſancti veteris quidem teſtament. Moyſis quinq; &c. Et ad Concil. 3. Carthag. c. 47. ibi. Item placuit vt præter ſcripturas Canonicas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine Diuinarum ſcripturarum: Sunt autem canonicæ ſcripturæ, Geneſis, &c. Et ad Innoc. 1. Epiſt. 3. c. 7. ibi. Qui vero libri recipiantur in canone ſanctarum ſcripturarum breuis annexus oſtendit. Hæc ſunt ergo, quæ deſiderata moneri voce voluiſti. Moyſis libri quinque id eſt Geneſis, &c.

In eadem ſeſſione quarta ſub decreto de editione, & vſu ſacrorum librorum, verſ. Et pœnis à iure ſtatutis puniantur, habetur ad pęnas iuris, quæ eſt in Concil. Later. ſub Leone X. in ſeſſione 11. ibi. Si qui autem contra præmiſſorum aliquod committere quidquã auſi fuerint, vltra pœnas contra tales à iure ſtatutas excommunicationis etiam ſententiam, a qua non niſi à Romano Pontifice, pręterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui poſſint, eos incurrere volumus.

In eadem ſeſſione quarta ſub eodem decreto de editione, & vſu ſacrorum librorum, verſ. Sub pęna anathematis, & pecunię in Canone Concilij nouiſſimi Lateranenſis appoſita, habetur iſta in ſeſſ. 10. Concil. Later. ſub Leone X. ibi. Qui autem ſecus præſumpſerit, vltra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe ſine ſpe remiſſionis ſolutionem, ac anni continui exercitij impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodatus exiſtat, ac demum ingraueſcente contumacia taliter per Epiſcopum ſuum, vel Vicarium noſtrum reſpectiue per omnia iuris remedia caſtigetur; quo alij eius exemplo ſimilia minimè attentare pręſumant.

In ſeſione quinta ſub decreto de peccato originali in fine, habetur in cap. graue in extr. comm. de reliq. & ven. ſanct. lib. 7. ibi. Graue nimis gerimus, & moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibuſlibet Eccleſiaſticis perſonis referuntur; ſed in eorum, qui ad euangelizandũ Verbum Dei ſunt deputati exceſſibus prædicando commiſſis, eo grauius prouocamur, quo illi periculoſius remanent incorrepti. Cũ facile deleri nequeant, qui multorum cordibus ſic publicè prædicando diffuſius, & damnabilius imprimuntur errores. Sanè cum Sancta Romana Eccleſia de intemerata ſemperq; Virginis Mariæ conceptione publicè ſe-

feſtũ ſolemniter celebrer, & ſpeciale, ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit.

In ead.ſeſſ.quinta ſub decreto de reformatione c. 1.verſ. Pontificum, & probatorum Conciliorum,habetur ad c.quia de magiſtris ibi:Quia nonnullis propter inopiam, & legẽdi ſtudium, & opportunitas; proficiendi ſubtrahitur in Lateran. Concilio pia fuit conſtitutione prouiſum, ut per vnamquamq; Cathedralem Eccleſiam magiſtro,qui eiuſdem Eccleſiæ Clericos,alioſq; ſcholares pauperes gratis inſtrueret aliquod competens beneficium præberetur,quo, & docentis releuaretur neceſſitas, & via pateret diſcentibus ad doctrinam.Verum quoniam in multis Eccleſijs id minimè obſeruatur: Nos prædictum roborantes ſtatutum adijcimus, vt non ſolum in qualibet Cathedrali Eccleſia, ſed etiam in alijs, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus à Prelato cum capitulo, ſeu maiori, & ſeniori parte capituli eligendus, qui clericos Eccleſiarum ipſarum gratis in grammatica facultate, ac alios inſtruere poſſit. Sanè Metropolis Eccleſia Theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes,& alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet,quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur.Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum à capitulo vnius præbendæ prouentus, & pro theologo à Metropolitano tãtundem,non quod propter hoc efficiatur Canonicus, ſed tandiù redditus ipſos percipiat, quandiù ſteterit in docendo; quod ſi forte de duobus Eccleſia Metropolis grauetur,Theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat: Grammatico vero in alia Eccleſia ſuæ Ciuitatis, ſiue diœceſis, quæ ſufficere valeat, faciat prouideri.

In eadem ſeſſione quinta,ſub eodẽ Decreto,de reformatione in eodẽ c. 1.verſ.A iure cõmuni, habetur ad ius commune, quod eſt in c.fin.de Magiſtris ibi.Super ſpecula,& infra volumus,& mandamus, vt ſtatutum in Conc. generali,de magiſtris Theologis per ſingulas Metropoles ſtatuendis inuiolabiliter obſeruetur, ſtatuentes vt quia ſuper hoc propter raritatem magiſtrorum ſe poſſunt forſitan aliqui excuſare,ab Eccleſiarum Prælatis, & capitulis,ad Theologicæ profeſſionis ſtudium aliqui docibiles deſtinentur: qui cum docti fuerunt in Dei Eccleſia velut ſplendor fulgeãt firmamenti, ex quibus poſtmodum copia poſſit haberi doctorum, qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri ad iuſtitiam valeant plurimos erudire: quibus ſi proprij prouentus Eccleſiaſtici non ſufficiunt prædicti neceſſario ſubminiſtreat. Docentes vero in Theologica facultate, dum in ſcholis docuerint,& ſtudentes in ipſa,integre per annos quinq; percipiant de licentia Sedis Apoſtolic.prouentus præbendarum,& beneficiorum ſuorum,non obſtante aliqua alia conſuetudine,vel ſtatuto, cum denario defraudari non debeant in vinea Domini operantes.

In eadem ſeſſione quinta ſub Decreto de reformatione c.2.verſ.iuxta formam generalis Concilij,habetur in cap.inter cętera de officio Iudicis ordinarij ibi.Inter cętera,quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani,pabulum verbi Dei permaximè ſibi noſcitur eſſe neceſſarium,quia ſicut corpus materiali,ſic anima ſpirituali cibo nutritur, eo quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei: Vnde cum ſępè contingat, quod Epiſcopi propter ſuas occupationes multiplices, vel in valetudines corporales,aut hoſtiles incurſus,ſeu occaſiones alias(ne dicamus defectum ſcientię,quod in eis reprobandum eſt omnino,nec de cętero tolerandum)per ſe ipſos non ſufficiunt miniſtrare verbum Dei populo,maximè per amplas diœceſes,& effuſas,generali conſtitutione ſancimus, vt Epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant potentes in opere,& ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorũ (cum per ſe ijdem nequiuerint)ſolicite viſitãtes eas verbo ædificent, & exemplo, quibus ipſi cum indiguerint congrue neceſſaria ſubminiſtrent, ne pro neceſſariorum defectu compellantur deſiſtere ab incepto. Vndè præcipimus, tam in Cathedralibus, quam in alijs conuentualibus Eccleſijs viros idoneos ordinari, & quos Epiſcopi poſſint coadiutores, & cooperatores habere nõ ſolum in prædicationis officio; verum etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentijs iniungendis, ac cęteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum.Si quis autem hoc adimplere neglexerit,diſtrictè ſubiaceat vltioni.

In eadem ſeſſione quinta ſub Decreto de reformatione in c.2.verſ.Secundum iuris diſpoſitionem,habetur ad iuris diſpoſitionem, quæ eſt in c. ad abolendam de hæreticis ibi. Ad abolendum,& infra. Vniuerſos qui de ſacramento Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti,vel de Baptiſmate,ſeu de peccatorum confeſſione;matrimonio,vel reliquis Eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentire,aut docere non metuunt, quam Sacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat, & generaliter quoſcunq; eadem Eccl. vel ſinguli Epiſcopi per diœceſes ſuas cum conſilio clericorum,vel clerici ipſi ſede vacante,

cum

Digitized by Google

cum cõſilio (ſi oportuerit) vicinorum Epiſcoporum hereticos iudicauerint, vinculo perpetui anathematis innodamus, & infra. Præſenti nihilominus ordinatione ſancimus, vt quicunq; manifeſte fuerit in hæreſi deprehenſus, ſi clericus eſt, vel cuiuſlibet religionis obumbratione fuſcatus, totius Eccleſiaſtici; ordinis prærogatiua nudetur, & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico ſecularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendus, niſi continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis illius publicè conſenſerit abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere. Laicus autem niſi (prout dictum eſt) abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam, ſæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem, & infra. Qui verò inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad arbitrium Epiſcopi iuxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemq; perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, ſimili ſententiæ ſubiacebunt. Illos quoq; qui poſt abiurationem præfati erroris, vel poſtquam ſe (vt diximus) proprij Antiſtitis examinatione purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſeculari iudicio ſine vlla penitus audientia decernimus relinquendos, & infra. Statuimus inſuper, vt Comites, Barones, Rectores, & Conſules Ciuitatum, & aliorum locorum iuxta commonitionem Epiſcoporum, præſtito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter, & efficaciter, cum ab eis fuerint requiſiti, Eccleſiam contra hæreticos, & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium, & poſſe ſuum. Si vero id obſeruare noluerint honore, quem obtinēt ſpolientur, & ad alios nullatenus aſſumant; eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipſorum interdicto Eccleſiæ ſupponendis. Ciuitas autem, quæ his inſtitutis duxerit reſiſtendum: vel contra commonitionē Epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes; aliarū careat commercio Ciuitatum, & Epiſcopali ſe nouerit dignitate priuandam, & infra. Si qui vero fuerint qui à lege Diœceſanæ iuriſdictionis exempti ſoli ſubiaceant Sedis Apoſtol. poteſtati, nihilominus in his quæ ſunt contra hæreticos inſtituta, Epiſcoporum ſubeant iudicium, & eis in hac parte tamquā à Sede Apoſtol. delegatis (non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegijs) obſequantur.

In ſeſſione ſexta ſub Decreto de reformatione in c. 1. verſ. ſecundum Venerabiles Beatorum Patrum ſanctiones, habetur ad c. nihil eſt de elect. ibi. Nihil eſt quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quam quòd indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo neceſſariam adhibere medelam, irrefragabili conſtitutione ſancimus, quatenus cum quiſquam ad regimen animarum fuerit electus is, ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligenter examinet, & electionis proceſſum, & perſonam electi, vt cum omnia rite concurrerint munus ei confirmationis impēdat. Quod ſi ſecus fuerit incaute præſumptū, non ſolū deijciēdus eſt indignè promotus, verū ēt indignè promouens puniēdus: ipſū quoq; decernimus hac animaduerſione puniri, vt cūde ipſius cōſtiterit negligētia, maximè ſi hominē inſufficiētis ſciētiæ, vel inhoneſtæ vitæ, vel ætatis illegitimæ approbauerit: nō ſolum confirmādi primum ſucceſſorē, illius careat poteſtate, verū etiam (ne aliquo caſu pœnam effugiat) à perceptione proprij beneficij ſuſpendatur, quouſq; (ſi æquum fuerit) indulgentiam valeat promereri. Si verò conuinctus fuerit in hoc per malitiam exceſſiſſe grauiorī ſubiaceat vltioni. Epiſcopi quoq; tales ad ſacros ordines, & Eccleſiaſticas dignitates promouere procurent, qui cōmiſſum ſibi officium dignè valeant adimplere, ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere vltionem. Cæterum qui ad Rom. pertinent immediate Pontificem; ad percipiendam ſui confirmationem officij eius ſe conſpectui (ſi cōmodè fieri poteſt) perſonaliter repreſentent, aut perſonas tranſmittant idoneas, per quas diligens inquiſitio ſuper electionibus, & electis poſſit haberi: vt ſic demùm per ipſius circumſpectionem conſilij ſui plenitudinem officij aſſequantur, cum eis nihil obſtiterit de canonicis inſtitutis: ita ꝙ interim valdè remoti, videlicèt vltrà Italiam conſtituti, ſi electi fuerint in concordia, diſpenſatiuè propter neceſſitates Eccleſiarum, & vtilitates in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrent: ſic tamen vt de rebus Eccleſiaſticis nihil penitùs alienent. Munus verò benedictionis, ſeù conſecrationis recipiant, ſicut hactenus recipere conſueuerunt, & ad c. 2. 61. diſt. ibi. In ſacerdotibus eligendis, vel ordinandis curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis; longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula cōmittuntur Eccleſiæ.

In eadem ſeſſione ſexta ſub eodem decreto in eodem capitul. 1. verſ. antiquos Canones. habetur ad antiquos Canones videlicèt ad capit. 1. de cler. non reſid. ibi. Non liceat Epiſcopo de Ciuitate ſua tranſire ad aliam,

Ma-

feſtũ ſolemniter celebret, & ſpeciale, ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuerſorum ordinum prędicatores, in ſuis ſermonibus ad populum publicè per diuerſas Ciuitates, & Terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidiè prædicare non ceſſant, omnes illos, qui tenẽt, aut aſſerunt eamdem Glorioſam, & Immaculatam Dei Genitricem abſq; originalis peccati macula fuiſſe cõceptam, mortalitèr peccare, vel eſſe hæreticos: eiuſdem Immaculatę Conceptionis officium celebrantes, audientesq; ſermones illorum, qui eã ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmant peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum aſſertionibus, & prædicationibus non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & maiora merito exoriri formidantur in dies. Hos igitur huiuſmodi temerarijs auſibus, ac peruerſis aſſertionibus, ac ſcandaloſis, quæ exindę in Dei Eccleſia exoriri poſſunt (quantum nobis ex alto conceditur) obuiare volentes Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia huiuſmodi aſſertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eos qui crederent, aut tenerent eandem Dei Genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiuſmodi officium conceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſermones audientes alicuius peccati reatum incurrere vtpotè falſas, & erroneas, & à veritate penitus alienas: editoſq; deſuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reprobamus, & damnamus, ac Motu, ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quod prædicatores verbi Dei, & quicunq; alij cuiuſcunq; ſtatus, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cętero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populum, ſeu alias quomodolibet aſſirmare huiuſmodi ſic per nos improbatas, & damnatas aſſertiones, veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere; poſtquam de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant: a qua ab alio, quam à Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, ſimili pœnæ, ac cenſuræ ſubicientes eos, qui auſi fuerint aſſerere contrariam opinionem tenentes: videlicèt Glorioſam Virginem Mariam, cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen, vel peccatum incurrere mortale; cum nondum ſit à Romana Eccleſia, & Apoſtolica Sede deciſum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcunq; quibus communiter, vel diuiſim à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non faciẽtes plenam, ac expreſſam, ac de verbo ad verbum de indultu huiuſmodi mentionem. Et ne de præmiſſis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quod locorum Ordinarij requiſiti præſentes litteras in Eccleſijs conſiſtentibus in eorum Ciuitatibus, & ſuarum diœceſum, & locis inſignibus dum maior ibi multitudo populi ad Diuina conuenerit, ſermonibus ad populum mandent, & faciant puplicari. Præterea quia difficile foret præſẽtes litteras, ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit, deferre, etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earundem litterarum trãſumpto manu publici notarij cõfecto, & autentico alicuius Prędati Eccleſiaſtici ſigillo munito, vbiq; ſtetur prout ſtaretur eiſdem originalibus litteris, ſi forent exhibitę, vel oſtẽſæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ reprobationis, damnationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, M.CCCCLXXXVIII. Pridie nonas Septembris Pontificatus noſtri anno XIII.

In ead. ſeſſ. quinta ſub decreto de reformatione c.1. verſ. Pontificum, & probatorum Conciliorum, habetur ad c. quia de magiſtris ibi: Quia nonnullis propter inopiam, & legẽdi ſtudium, & opportunitas proficiendi ſubtrahitur in Lateran. Concilio pia fuit conſtitutione prouiſum, vt per vnamquamq; Cathedralem Eccleſiam magiſtro, qui eiuſdem Eccleſiæ Clericos, alioſq; ſcholares pauperes gratis inſtrueret aliquod competens beneficium præberetur, quo, & docentis releuaretur neceſſitas, & via pateret diſcentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis Eccleſijs id minimè obſeruatur: Nos prædictum roborantes ſtatutum adijcimus, vt non ſolum in qualibet Cathedrali Eccleſia, ſed etiam in alijs, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus à Prælato cum

capitulo, ſeu maiori, & ſeniori parte capituli eligendus, qui clericos Eccleſiarum ipſarum gratis in grammatica facultate, ac alios inſtruat iuxta poſſe. Sanè Metropolis Eccleſia Theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes,& alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet,quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum à capitulo vnius præbendæ prouentus, & pro theologo à Metropolitano tãtundem,non quod propter hoc efficiatur Canonicus,ſed tandiu redditus ipſos percipiat, quandiu ſteterit in docendo; quod ſi forte de duobus Eccleſia Metropolis grauetur,Theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat: Grammatico vero in alia Eccleſia ſuæ Ciuitatis, ſiue diœceſis, quæ ſufficere valeat, faciat prouideri.

In eadem ſeſſione quinta, ſub eodẽ Decreto,de reformatione in eodẽ c. 1.verſ.A iure cõmuni, habetur ad ius commune, quod eſt in c.fin.de Magiſtris ibi.Super ſpecula,& infra. volumus,& mandamus, vt ſtatutum in Conc. generali,de magiſtris Theologis per ſingulas Metropoles ſtatuendis inuiolabiliter obſeruetur, ſtatuentes vt quia ſuper hoc propter raritatem magiſtrorum ſe poſſunt forſitan aliqui excuſare,ab Eccleſiarum Prælatis, & capitulis,ad Theologicæ profeſſionis ſtudium aliqui docibiles deſtinentur: qui cum docti fuerunt inDei Eccleſia velut ſplendor ſulgeãt firmamenti, ex quibus poſtmodum copia poſſit haberi doctorum, qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri ad iuſtitiam valeant plurimos erudire: quibus ſi proprij prouentus Eccleſiaſtici non ſufficiunt prædicti neceſſario ſubminiſtrent. Docentes vero in Theologica facultate, dum in ſcholis docuerint,& ſtudentes in ipſa,integre per annos quinq; percipiant de licentia Sedis Apoſtolic.prouẽtus præbendarum,& beneficiorum ſuorum,non obſtante aliqua alia conſuetudine,vel ſtatuto, cum denario defraudari non debeant in vinea Domini operantes.

In eadem ſeſſione quinta ſub Decreto de reformatione c.2.verſ.iuxta formam generalis Concilij,habetur in cap.ìnter cętera de officio Iudicis ordinarij ibi. Inter cętera,quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani,pabulum verbi Dei permaximè ſibi noſcitur eſſe neceſſarium,quia ſicut corpus materiali,ſic anima ſpirituali cibo nutritur, eo quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei: Vnde cum ſępè contingat, quod Epiſcopi propter ſuas occupationes multiplices, vel in valetudines corporales,aut hoſtiles incurſus,ſeu occaſiones alias(ne dicamus defectum ſcientię,quod in eis reprobandum eſt omnino,nec de cętero tolerandum)per ſe ipſos non ſufficiunt miniſtrare verbum Dei populo,maximè per amplas diœceſes,& effuſas,generali conſtitutione ſancimus, vt Epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorũ (cum per ſe ijdem nequiuerint)ſolicite viſitãtes eas verbo ædificent, & exemplo, quibus ipſi cum indiguerint congrue neceſſaria ſubminiſtrent, ne pro neceſſariorum defectu compellantur deſiſtere ab incępto. Vndè præcipimus, tam in Cathedralibus, quam in alijs conuentualibus Eccleſijs viros idoneos ordinari, & quos Epiſcopi poſſint coadiutores, & cooperatores habere nõ ſolum in prædicationis officio; verum etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentijs iniungendis, ac cęteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit,diſtrictè ſubiaceat vltioni.

In eadem ſeſſione quinta ſub Decreto de reformatione in c.2.verſ.Secundum iuris diſpoſitionem,habetur ad iuris diſpoſitionem, quæ eſt in c. ad abolendam de hæreticis ibi. Ad abolendam,& infra. Vniuerſos qui de ſacramento Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti,vel de Baptiſmate,ſeu de peccatorum confeſſione;matrimonio,vel reliquis Eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentire,aut docere non metuunt, quam Sacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat, & generaliter quoſcunq; eadem Eccl. vel ſinguli Epiſcopi per diœceſes ſuas cum conſilio clericorum,vel clerici ipſi ſede vacante, cum cõſilio(ſi oportuerit)vicinorum Epiſcoporum hęreticos iudicauerint,vinculo perpetui anathematis innodamus,& infra. Præſenti nihilominus ordinatione ſancimus, vt quicunq; manifeſte fuerit in hæreſi deprehenſus, ſi clericus eſt,vel cuiuſliber religionis obumbratione fuſcatus,totius Eccleſiaſtici; ordinis prærogatiua nudetur, & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico ſęcularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendus, niſi continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis illius publicè conſenſerit abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere. Laicus autem niſi (prout dictum eſt) abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam,ſæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris

vltio-

Manifeſta eſt enim cauſa, pro qua facere hoc attentat, cum nullus ſit inuentus Epiſcopus, qui ad minorem de maiori Ciuitate tranſiret.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione cap. 2 habetur ad iuris diſpoſitionem, quæ eſt in cap. ex tuæ, de cler. non reſid. ibi. Ex tuæ deuotionis, & infra: In Eccleſijs eorum, qui ſe fraudulenter abſentāt, nec ad illos valeat citatio peruenire, trinæ citationis edictum facias publicari; & ſi nec ſic curauerint obedire, & vltra ſex mēſes ſuas deſeruerint Eccleſias, iuxtà ſanctiones canonicas eis debent merito ſpoliari. Contra eos etiam procedatur, vt ipſos per ſuſpenſionis, & excommunicationis ſentētiam ad tuam obedientiam venire compellas. Quod ſi e, nec ſic eorum malitia poterit emolliri eos B. tit. Sanctæ Suſannæ Presbyter Cardin. Ap. ſed leg. à ſpiritualium adminiſtratione remoueat, & quibus præſunt Eccleſijs de perſonis idoneis faciat prouideri, ſed in eos degradationis ſententiam non promulget, vt cum eis miſericorditer (ſi expediat) facilius agi poſſit.

In ſeſſione ſeptima ſub tertio decreto de reformatione, verſ. iuxtà conſtitutionem, habetur in cap. cum in cunctis de electione in principio, ibi. Cum in cunctis ſacris ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſterijs ſint ætatis maturitas, grauitas morum, & litterarum ſcientia inquirenda: multo fortius in Epiſcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorū poſitus, in ſeipſo debet oſtendere qualiter alios in domo Dei oporteat conſeruari, ea propter ne quid de quibuſdam pro neceſſitate temporis factum eſt trahatur à poſteris in exemplum. Præſenti Decreto ſtatuimus, vt nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui iam 30. annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio ſit natus qui etiam vita, & ſcientia commendabilis demonſtretur. Cum vero electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit; ac Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit: decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis à canonibus definito, is ad quem ſpectant beneficia, quæ habebat de illis diſponendi, liberam habeat facultatē.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione c. 2. verſ. contra Sacrorum Canonum inſtituta, habetur ad ſacros Canones, videlicet ad cap. vnio x. q. 3. in §. ſed & hoc ibi. Sed & hoc neceſſarium inſtituere duximus, vt plures Eccleſiæ vni nequaquam committantur presbytero; quia ſolus per totas Eccleſias, nec officium valet perſoluere, nec rebus earum neceſſariam curam impendere, Et ad cap. 1. xxi. q. 1. ibi. Clericus ab infanti tempore non connumeretur in duabus Eccleſijs. Negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri proprium commodum, & ab Eccleſiæ conſuetudine penitus alienum, audiuimus enim ex ipſa Dominica voce, quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſubſtinebit, & alterum contemnet, vnuſquiſq; enim, ſecundum Apoſtolicam vocem, in quo vocatus eſt in hoc debet manere, & in vna locari Eccleſia, & ad c. 2. eadem §. ibi. Clericū in duarū Eccleſijs Ciuitatū cōſcribi nō oportet.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione c. 3. verſ. iuxtà conſtitutionem, habetur cap. quia nonnulli de cleric. non reſid. ibi. Quia nonnulli modum auaritiæ non imponentes dignitates diuerſas Eccleſiaſticas, & plures Eccleſias Parrochiales contra ſacrorum canonum inſtituta nituntur accipere, vt cum vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vendicent plurimorum: ne id de cetero fiat diſtrictius inhibemus. Cum igitur Eccleſia, vel Eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſe ipſam valeat exercere. Quod ſi aliter factum fuerit, & qui receperit, quod contra ſacros Canones accepit, amittat; & qui dederit, largiendi poteſtate priuetur.

In eodem loco, verſ. in generali Lugdunenſi Concil. habetur ad cap. licet Canon. de elect. 6. ibid. Licet Canon à felicis recordationis Alexandro Papa III. prædeceſſore noſtro editus inter cętera ſtatuerit, vt nullus regimē Eccleſiæ Parrochialis ſuſcipiat, niſi xxv. annū ætatis attigerit, ac ſcientia, & moribus commendandus exiſtat. Quod quæ talis ad regimen aſſumptus huiuſmodi, ſi monitus non fuerit præfixo à canonibus tempore in Presbyterum ordinatus à regiminis eiuſdē amoueatur officio, & alij conferatur. Quia tamen in obſeruatione canonis memorati ſe multi exhibent negligentes nos periculoſam illorum negligentiā volētes iuris executione ſuppleri, præſenti Decreto ſtatuimus: Vt nullus ad regimen Parrochialis Eccleſię aſſumatur niſi ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate. Decernētes Collationes de Parrochialibus Eccleſijs, ijs qui non attigerint vigeſimum quintum annum, de cętero faciendas viribus omnino carere. Is etiam qui ad huiuſmodi regimen aſſumetur, vt gregis ſibi crediti diligentius curam gerere poſſit, in Parrochiali Eccleſia, cuius rector extiterit, reſidere perſonaliter teneatur, & intra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum, ſe faciat ad ſacerdotium promoueri. Quod ſi intra id tempus promotus non fuerit, Eccleſia ſibi commiſſa (nul-

Digitized by Google

la etiam pręmiſſa monitione) ſit præſentis cõſtitutionis auctoritate priuatus. Super reſidentia verò (vt præmittitur) facienda, poſſit Ordinarius gratiam diſpenſationis ad tempus facere, prout cauſa rationabilis id expoſcit.

In eodem loco, verſ. quæ incipit, habetur ad cap. graue nimis de præb. ibi. Graue nimis eſt, & abſurdum quod quidam Eccleſiarum Prælati cum poſſint viros idoneos ad Eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos: quibus nec morũ honeſtas, nec litteratum ſciẽtia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, nõ iudicium rationis. Vndè quanta Eccleſijs damna proueniant, nemo ſanę mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi præcipimus, vt prætermiſſis indignis idoneos aſſumant, qui Deo, & Eccleſijs velint, & valeant gratum impendere famulatum; fiatq; de hoc in prouinciali concilio diligens inquiſitio annuatim, ita vt qui poſt primam, & ſecundam, correctionem fuerit repertus culpabilis à beneficijs conferendis per ipſum concilium ſuſpendatur; inſtituta in eodem concilio perſona prouida, & honeſta, quę ſuſpenſi ſuppleat defectum in beneficijs conferendis, & hoc ipſum circa capitula, quæ in his deliquerint obſeruetur. Metropolitani verò delictum ſuperioris iudicio relinquatur ex parte concilij nuntiandum. Vt autem hæc ſalubris prouiſio pleniorem conſequatur effectum: huiuſmodi ſuſpenſionis ſententia, præter Rom. Pont. auctoritatem, aut proprij Patriarchæ minimè relaxetur: vt in hoc quoq; quatuor Patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub Decreto de reformatione in c. 4. verſ. Et præſertim conſtitutionis, habetur in cap. de multa de prębend. ibi. De multa prouidentia fuit in Cõcilio Lateranẽſi prohibitum, vt nullus diuerſas dignitates Eccleſiaſticas, vel plures Eccleſias Parrochiales reciperet contra ſacrorum canonum inſtituta, alioquin recipiens, ſic acceptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens priuaretur, quia vero propter pręſumptiones, & quorundam cupiditates, nullus hactenus, aut rarus de prædicto ſtatuto fructus prouenit, nos euidentius, & expreſſius occurrere cupientes, præſenti decreto ſtatuimus: vt quicunq; receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, eo ſit ipſo iure priuatus, & ſi fortè illud retinere contenderit, etiam alio ſpolietur, is quoq; ad quem prioris ſpectat donatio illud poſt receptionem alterius liberè conferat, cui merito viderit conferendum, & ſi vltra ſex menſes conferre diſtulerit, non ſolum ad alios ſecundum Lateranen. Concil ſtat. eius collatio deuoluatur, verum etiam tantum de ſuis cogatur prouentibus in vtilitatem Eccleſiæ, cuius eſt illud beneficium, aſſignare quantum à tempore vacationis ipſius conſtiterit eſſe perceptum. Hoc idem in perſonatibus eſſe decernimus obſeruandum: Addentes, vt in eadem Eccleſia nullus plures dignitates, aut perſonatus habere præſumat, etiam ſi curam non habeant animarum. Circa ſublimes tamen, & litteratas perſonas, quæ maioribus ſunt beneficijs honorandæ: cum ratio poſtulauerit per Sedem Apoſtolicam poterit diſpenſari.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub Decreto de reformatione in c. 5. verſ. iuxtà conſtitutionem, habetur in cap. ordinarij de officio ord. in 6. ibi. Ordinarii locorum ſubditos ſuos plures dignitates, vel Eccleſias, quibus animarũ cura imminet obtinentes, ſeu perſonatum, aut dignitatem, cum alio beneficio, cui cura ſimilis eſt annexa, diſtrictè compellant diſpẽſationes auctoritate quarum huiuſmodi Eccleſias, perſonatus, ſeu dignitates canonice tenere ſe aſſerunt intra tempus pro facti qualitate ipſorum ordinariorum moderandum arbitrio exhibere. Quod ſi fortè iuſto impedimento ceſſante nullam diſpenſationem intra idem tempus contigerit exhiberi, Eccleſiæ, beneficia, perſonatus, ſeu dignitates, quæ ſine diſpenſatione aliqua eo ipſo illicitè detineri conſtabit, per eos ad quos eorum collatio pertinet libere perſonis idoneis conferantur. Cęterum ſi diſpenſatio exhibita ſufficiens euidenter appareat exhibens nequaquã in beneficijs huiuſmodi, quæ canonice obtinet moleſtetur. Prouideat tamen Ordinarius, qualiter nec animarum cura in eiſdem Eccleſijs perſonatibus, ſeu dignitatibus negligatur, nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur: ſi verò de diſpenſationis exhibitæ ſufficientia dubitetur, ſuper hoc erit ad Sedem Apoſtolicam recurrendum. Cuius eſt extimare quem modum ſui beneficij eſſe velit. In cõferendis inſuper perſonatibus, dignitatibus, & alijs beneficijs curam habentibus animarum annexam: ijdem ordinarij diligentiam illam obſeruent, vt perſonatum, dignitatem, vel aliud beneficium ſimilem curam habens animarum alicui plura ſimilia obtinenti, non antè conferre præſumant, quam eis ſuper obiectis diſpenſatio euidenter ſufficiens oſtendatur. Qua etiam oſtenſa, ita demùm ad collationem procedi volumus, ſi appareat per eandem, quod is cui eſt collatio facienda huiuſmodi perſonarum, dignitatem, vel beneficiũ retinere libere valeat cum obtentis: vel ſi ea,

quæ

quæ ſic obtinet libere, ac ſponte reſignet. Aliter autem de perſonatibus, dignitatibus, & beneficijs talibus facta collatio nullius penitus ſit momenti.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione c. 8. verſ. iuris remedijs, habetur ad iuris remedia, quæ ſunt c. decernimus x. q. 1. ibi. Decernimus, vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus Diœceſes ab Epiſcopo viſitentur, & ſi qua forte baſilica fuerit reperta destituta ordinatori eius reparari præcipiatur, ſicut antiqua constitutione nouimus eſſe ſtatutum, & ad c. Epiſcopum x. q. 1. ibi. Epiſcopum per cunctas Diœceſes, Parrochiaſq; ſuas per ſingulos annos ire oportet, vt exquirat quomodo vnaquæq; baſilica in reparatione ſui indigeat. Quod ſi ipſe aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus adimplere nequiuerit, Presbyteros probabiles, aut Diaconos mittat, qui redditus Baſilicarum, & reparationes, & miniſtrantium vitam inquirant.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione, c. 9. verſ. à iure ſtatutum, habetur ad diſpoſitionem iuris, quę eſt in cap. Quoniam 100. diſt. ibi. Quoniam quidem Metropolitanorum fidem ſuam ſecundum priſcam conſuetudinẽ Sanctæ Sedi Apoſtolicæ exponere detrectantes vſum pallij, neq; expetunt, neq; percipiunt, ac per hoc Epiſcoporum conſecratio viduatis Eccleſijs non ſine periculo protelatur. Placuit vt quiſq; Metropolitanus vltra tres menſes conſecrationis ſuæ ad fidem ſuam exponendam pallium q; ſuſcipiendum ad Apoſt. ſedem non miſerit, commiſſa ſibi careat dignitate: ſitq; Metropolitanis alijs licentia poſt ſecundam, & tertiam commonitionem viduatis Eccleſijs cum conſilio Rom. *Pont.* ordinando Epiſcopum ſubuenire. Si verò conſecrandi Epiſcopi negligentia prouenerit, vt vltra tres menſes Eccleſia viduata conſiſtat, communione priuetur, quouſq; aut loco cedat, aut ſe conſecrandum offerre non differat. Quod ſi vltra quinq; menſes per ſuam negligentiam retinuerit viduatam Eccleſiam, neq; ibi, neq; alibi conſecrationis donũ percipiat, immo Metropolitani ſui iudicio cedat.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione c. 10. verſ. tam ex iuris communis, habetur ad ius commune, quod diſponit in cap. cum nullus §. Epiſcopo de temp. ordin. ibi. Epiſcopo autem in remotis agente, ipſius in ſpiritualibus Vicarius Generalis, vel, Sede vacante, capitulum, ſeu is, ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritualium noſcitur pertinere: dare poſſunt licentiam ordinandi.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione, c. 12. verſ. in caſibus à iure expreſſis, habetur ad caſus iuris, qui ſunt in cap. cum ex eo, de elect. 6. ibi. Cum ex eo, quod felicis recordationis Gregorius Papa X. prędeceſſor noſter, ſtatuit in concilio Lugdunenſi, vt ad regimen Parroch. Eccleſiarum aſſumpti, ſe ad ſacèrdotium promoueri faciãt intra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore connumerandum. Et perſonaliter reſideant in eiſdem, alioquin, ſi intra idem tempus promoti non fuerint, huiuſmodi Eccleſijs abſq; monitione alia ſint priuati. Nonnullis ex tũc Parrochiales Eccleſias recuſantibus acceptare legendi, & proficiendi cum eis facultates non ſuppetant, nec ab Eccleſiarum prælatis, de alijs beneficijs in pleriſq; mundi partibus interdum prouideatur eiſdẽ oportunitas ſit ſublata, in grande Vniuerſalis Eccleſiæ (quæ ad ſui regimen viris litteratis permaximè noſcitur indigere) diſpendium, & iacturam. Nos ſuper hoc multorum inſtãtia excitati frequenter volentes cupientibus in ſcientia proficere: vt fructum in Dei Eccleſia ſuo tempore afferre valeant oportunum: vtiliter prouidere, præſenti conſtitutione ſancimus, vt Epiſcopi eorumq; ſuperiores cũ ijs, qui huiuſmodi ſubiectas ſibi Eccleſias obtinent, vel obtinuerint in futurũ diſpenſare poſſint libere, ꝙ vſq; ad ſeptenniũ litterarum ſtudio inſiſtentes promoueri minimè teneantur, niſi ad ordinem Subdiaconatus dumtaxat, ad quem intra prædictum annum recipiendum (ne ſicut à multis de Chriſti patrimonio ſublimatis olim factum eſſe dignoſcitur à ſtatu retrocedere valeãt clericali) omnino adſtringi volumus, & niſi receperint, pœna contenta in dicto Concilio eo ipſo percelli. Porrò ſeptennio prædicto durante ijdem Epiſcopi, & ſuperiores ſolicite prouidere procurent, vt per bonos, & ſufficientes Vicarios ab eis in huiuſmodi Eccleſijs deputando, animarum cura diligenter exerceatur, & deſeruiatur laudabiliter in diuinis. Quibus de ipſarum Eccleſiarum prouentibus neceſſaria congruè miniſtrentur. Elapſo vero dicto ſeptennio iſ, cum quibus fuerit (vt præmittitur) diſpenſatum ad Diaconatus, & Presbyteratus ordines intra annum ſe faciant promoueri: alioquin ex tunc dictam pœnam (niſi iuſta eos cauſa id omiſerint) ipſo iure ſe nouerint incurſuros.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione c. 14. verſ. Conſtitutio Innocentij, habetur ad c. 1. de priuilegijs 6. ibid. Volentes libertatem, quam non nullis Apoſt. Sedes priuilegio exemptionis indulxit,

ſic integram obſeruari, vt illam alij non infringant, & ipſi eius limites non excedãt, declaratione irrefragabili definimus, quod quarumcunq; ſic exemptæ gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſiue contractus, aut rei de qua contra ipſos agitur rite poſſunt coram locorum ordinarijs conueniri, & illi quo ad hoc ſuam in ipſos iuriſdictionem (prout ius exegit exercere) numquid ergò carent omnino in his commodo libertatis? non vtiq; quia nec coram ordinarijs ipſis, dummodo ſit in loco exempto cõmiſſum delictum, vel contractus initus, aut res litigioſa, nec vbi domicilium habent, ſi alibi delinquant, vel contrahant, aut res ipſa conſiſtat, conueniri poſſunt aliquatenus ſuper illis, nec domiciliorum prætextu locorum diœceſani (ſi vbi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipſa conſiſtit illi cõueniantur) remittendi eos illuc, vel ipſis vt illic reſpondeant iniungendi habeãt aliquã poteſtatem: ſaluis nihilominus caſibus alijs, in quibus eos Epiſcoporum iuriſdictioni ſubeſſe, canonica præcipiũt inſtituta. Et id ipſum decernimus circa illos, quibus vt non niſi ſub vno certo Iudici teneantur, de ſe conquerentibus reſpondere, Apoſtolico priuilegio eſt conceſſum. In eos autem quibus ne interdici, ſuſpendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à Sede Apoſtolica eſt indultum (ſicut ſunt religioſi quamplures) in quorum priuilegijs continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus monaſteriorũ ſuorum monachos pro vlla cauſa, vllonè loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat: iidem Ordinarij iuriſdictionem ſuã, quantum ad iſta vbicunq; illi fuerint, penitus exercere non poſſunt. Niſi forſan ipſi Monachi, ad monaſteriorum ſuorum prioratus ordinarijs eiſdem ſubiectos (vt vel gerant eorum regimen, vel in eis tamquam proprij locorum ipſorum monachi reſideant) fuerint deſtinati: tunc enim, & ſi libere poſſint ad eadem monaſteria reuocari, ac tam illorum, quam ipſorum Prioratu Monachi reputentur (cum non ſit inconueniens aliquem vtrobiq; locum habere monaſticum) vnum alteri ſubeſſe Monaſterio, vel ab ipſo noſcitur dependere ratione, tamen eorundem prioratuum dicti ordinarij ſua iuriſdictione in ipſis etiam quo ad præmiſſa (quamdiù morantur in illis) licite vti poſſunt.

In eadem ſeſſione ſeptima ſub eodem Decreto de reformatione in cap. fin. habetur in clem. quia contingit de religioſis domibus, ibi. Quia contingit interdum, quod xenodochiorum, leproſariarum, eleemoſinariarum, ſeu hoſpitalium rectores locorum ipſorum cura poſtpoſita, bona, res, & iura ipſorum interdum ab occupatorum, & vſurpatorum manibus excutere negligunt. Quin immo ea collabi, & deperdi, domos, & ædificia ruinis deformari permittunt, & non attento quod loca ipſa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerint, vt pauperes, infectiq; lepra reciperentur inibi, & ex prouentibus ſuſtentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, prouentus eoſdem in vſus ſuos damnabiliter conuertentes, cum tamen ea, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant non ad alium (ſalua quidem Sedis Apoſt. auctoritate) conuerti. Nos autem incuriam, & abuſum huiuſmodi deteſtantes, hoc Sacro Concilio approbante ſancimus, vt ij ad quos id de iure; vel ſtatuto in ipſorum fundatione locorum appoſito, aut ex conſuetudine præſcripta, legitimè, vel priuilegio Sedis Apoſtolicæ pertinet, loca ipſa ſtudeant in prædictis omnibus ſalubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebite in ſtatum reduci debitum faciant, & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem, & ſuſtentationem debitã iuxta facultates, & prouentus locorum ipſorum, rectores prædictos compellere nõ omittant. In quo ſi forte commiſerint negligentiã, vel defectum, Ordinarijs locorum iniungimus, vt etiam ſi pia loca prædicta exemptionis priuilegio munita conſiſtant, per ſe ipſos, vel alios impleant omnia præmiſſa, & ſingula, & rectores eoſdem vtiq; non exemptos propria; exemptos vero, & alios priuilegiatos Apoſt. ad id auctoritate compellant. Contradictores cuiuſcumq. ſtatus, aut cõditionis exiſtant, ac præbentes eiſdem circa præmiſſa conſilium, auxilium, vel fauorem, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alijs iuris remedijs cõpeſcendo. Nullum tamen per hoc exemptionibus, ſeu priuilegijs ipſis, quo ad alia præiudicium generando. Vt autem præmiſſa promptius obſeruentur, nullus ex locis ipſis ſæcularibus Clericis, in beneficium conferatur, etiam ſi de conſuetudine (quam reprobamus penitus) hoc fuerit obſeruatum, niſi in illorũ fundatione ſecus conſtitum fuerit, ſeu per electionẽ ſit de rectore locis huiuſmodi prouidendum. Sed eorum gubernatio, viris prouidis, idoneis, & boni teſtimonij committatur, qui ſciant, velint, & valeant loca ipſa, bona eorũ, ac iura vtiliter regere, & eorũ prouẽtus, & redditus in perſonarũ vſum miſerabiliũ fideliter diſpenſare, & quos in vſus alios bona prædicta conuertere præſumptio veriſimilis non exiſtat: in quibus ſub oſtentatione Diuini iudicij, illorum ad quos dictorum locorum

com-

Digitized by Google

commiſſio pertinet conſcientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio, ſeu adminiſtratio committeretur, ad inſtar tutorum, & curatorum iuramentum præſtare, ac de locorum ipſorum bonis inuẽtaria conficere, & ordinarijs, ſeu alijs, quibus ſubſunt loca huiuſmodi, vel deputãdis ab eis, annis ſingulis de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem, quod ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum; collationem, prouiſionem, ſeu ordinationem ipſam carere decernimus omni robore firmitatis. Præmiſſa vero ad hoſpitalia militarium ordinum, aut religioſorum etiam aliorum extendi minimè volumus, quorum tamen hoſpitalium rectoribus, in ſanctæ obedientiæ virtute mandamus, vt in illis ſecundum ſuorum ordinum inſtituta, & antiquas obſeruationes prouidere pauperibus, & hoſpitalitatẽ debitam in illis tenere pro curẽt, ad quod per ſuperiores eorum arcta diſtrictione cogantur, ſtatutis, aut conſuetudinibus quibuſlibet nõ obſtantibus in pręmiſſis Cęterum noſtræ intentionis exiſtit, quod ſi qua ſint hoſpitalia, altare, vel altaria, & cæmeterium ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes, & ſacramenta Eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes, ſeu ſi Parrochiales rectores conſueuerint in illis exercere præmiſſa: antiqua conſuetudo ſeruetur, quo ad exercenda, & miniſtranda ſpiritualia ſupradicta.

In ſeſſione decima tertia c. 5. in verſ. Eccleſiam inductũ, de cult. & vener fol. 9a habetur ad clem. 1. de reliq. & ven. ſanct. ibi. Si Dominum in ſanctis eius laudare iubemur, dignum profecto iuſtum, & ſalutare nobis exiſtit, vt ſibi in ſui quo nos quotidiè ſpiritualiter reficit memoriam corporis, laudes feſtiuæ venerationis, & gratias referamus. ¶ Hac igitur conſideratione inducti, conſtitutionem à bonæ memorię Vrbano Papa Quarto prædeceſſore noſtro ſuper hoc editam, de Fratrum noſtrorum conſilio diſtrictè præcipimus obſeruati, cuius tenor ſequitur in hæc verba. ¶ Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis, ¶ Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, cum tempus ſuæ paſſionis inſtaret ſumpta Cœna, in memoriam mortis ſuæ inſtituit ſummum, & magnificum ſui Corporis, & Sanguinis Sacramentum, corpus in cibum, & ſanguinem in poculum tribuendo. Nam quoties hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annunciamus. In inſtitutione quidem huius ſacramenti dixit ipſe Apoſtolis, Hoc facite in meam commemorationem: vt præcipuum, & inſigne memoriale ſui amoris eximij, quo nos dilexit, eſſet nobis hoc præcluſum, & venerabile ſacramentum: memoriale, inquam; mirabile, ac ſtupendum, delectabile, ſuaue, tutiſſimum, ac ſuper omnia prætioſum, in quo innouata ſunt ſigna, & mirabilia immutata in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitas, ipſaq; dulcedo Domini deguſtatur, in quo vtiq; vitæ ſuffragium conſequimur, & ſaluis. Hoc eſt memoriale dulciſſimum, memoriale ſacratiſſimum, & memoriale ſaluificum, in quo gratam redemtionis noſtræ recenſemus memoriam, in quo à malo retrahimus, & in bono conſortamur, & ad virtutum, & gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipſius corporali præſentia Saluatoris. ¶ Alia namq; quorum memoriam agimus, ſpiritu menteq; complectimur: Sed non propter hoc realem eorum præſentiãm obtinemus. In hac vero Sacramẽtali Chriſti commemoratione Ieſus Chriſtus præſens ſub alia quidem forma in propria vero ſubſtantia eſt nobiſcum. Aſcenſurus enim in Cœlum dixit Apoſtolis, & eorum ſequacibus, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſæculi: benigna ipſos promiſſione confortans, quod remaneret, & eſſet cum eis etiam præſentia corporali. ¶ O digna, & numquam intermittenda memoria: in qua mortem noſtram recolimus mortuam, noſtrumq; interitum interijſſe, ac lignum viuificum ligno crucis affixum fructum nobis attuliſſe ſalutis ¶ Hęc eſt commemoratio glorioſa quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari, & cum infuſione lætitiæ deuotionis lacrymas ſubminiſtrat. Extulamus nimirum noſtram memorando liberationem, & recolendo paſſionem Dominicam, per quam liberati ſumus, vix lacrymas continemus. In hac itaq; ſacratiſſima commemoratione adſint nobis ſuauitatis gaudium, ſimul, & lacrymæ: quia & in ea congaudemus lacrymantes, & lacrymamus deuote gaudentes, lætas habendo lacrymas, & lætitiam lacrymantem, nam, & cor ingenti perfuſum gaudio, dulces per oculos ſtillat guttas. ¶ O Diuini amoris immenſitas, Diuinæ pietatis ſuperabundantia: Diuinæ affluentia largitatis: dedit .n. nobis Dominus omnia quæ ſubiecit ſub pedibus noſtris, & ſuper vniuerſas terrę creaturas contulit nobis dominij principatum. ¶ Ex miniſtris etiam ſpirituum ſuperiorum nobilitat, & ſublimat hominis dignitatem. Adminiſtratorij namq; ſunt omnes in miniſterium propter eos, qui hæreditatem ſalutis capiunt deſtinati, & cum

tam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tam copioſa fuerit erga nos eius munificentia volēs adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem charitatem præcipua libertate monſtrare, ſemetipſum nobis exhibuit, & tranſcēdens omnem plenitudinem largitatis, omnem modū dilectionis excedens attribuit ſe in cibum. ¶ O ſingularis, & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cum datore. Quam larga, & prodiga largitas, cum tribuit quis ſe ipſum? Dedit igitur nobis ſe in pabulum: vt quia per mortem homo corruerat, & per cibum, ipſe releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferum: releuatus eſt homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit eſca mortis: in iſto pependit vitæ alimentum. Illius eſus meruit læſionē, iſtius guſtus intulit ſanitatem, guſtus ſauciauit, & guſtus ſanauit. Vide quia vnde vulnus eſt ortū, prodijt & medela, & vnde mors ſubijt, exinde vita euenit. De illo ſiqui dem guſtu dicitur, quacumq; die comederis, morte morieris. De iſto vero legitur, Si quis comederit ex hoc pane viuet in æternum, hic eſt cibus, qui plenè reficit, vere nutrit, ſummeq; impinguat: non corpus, ſed cor: non carnem, ſed animam: non ventrem, ſed mentem. Homini ergo, qui ſpirituali alimonia indigebat, ſaluator ipſe miſericors de nobiliori, & potētiori huius mundi alimento pro animæ refectione pia diſpoſitione prouidit, decēs quoq; liberalitas extitit, & conueniens operatio pietatis, vt Verbum Dei æternum, quod rationabilis creaturæ cibus eſt, & refectio, factum caro, ſe rationabili creaturæ carni, & corpori homini videlicet in edulium largiretur: panē enim Angeſorum manducauit homo, & ideò Saluator ait, Caro mea vere eſt cibus. Hic panis ſumitur, ſed non vere conſumitur, manducatur, ſed non tranſmutatur: quia in edentem minimè transformatur: ſed ſi digne recipitur, ſibi recipiens conformatur. ¶ O excellentiſſimum ſacramentum. O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconijs exaltandum, cunctis honorandum ſtudijs, deuotis proſequendum obſequijs, & ſynceris mentibus retinendum. ¶ O memoriale nobiliſſimum intimis commendandum præcordijs, firmiter animo alligandum, diligenter reſeruandum in cordis vtero, & meditatione, ac celebratione ſedula recenſendum. ¶ Huius memorialis continuam debemus celebrare memoriam, vt illius cuius ipſum fore memoriale cognoſcimus, ſupermemores exiſtamus: quia cuius donum, vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur. ¶ Licet igitur hoc memoriale ſacramentum in quotidianis miſſarum ſolemnia frequentetur: conueniens tamen arbitramur, & dignum, vt de ipſo ſemel ſaltem in anno ad confundendam ſpecialiter hæreticorum perfidiam, & inſaniam memoria ſolemnior, & celebrior habeatur. In die namq; Cœnæ Domini quo die ipſe Chriſtus hoc inſtituit ſacramentum, vniuerſalis Eccleſia pro pœnitentiū reconciliatione, ſacri cōfectione Chriſmatis, ad impletionem mandati circa lotionem pedum, & alijs quamplurimum occupata, plenè vacare non poteſt celebrationi huius maximi ſacramenti. Hoc enim circa ſanctos quos per anni circulum veneramur, ipſa obſeruat Eccleſia, vt (quamuis in litanijs, & miſſis, ac alijs etiam ipſorum memoriam ſæpius renouemus) nihilominus tamen ipſorum natalitia certis diebus per annum ſolemnis recolat, feſta propter hoc eiſdem diebus ſpecialia celebrando. Et quia in his feſtis circa ſolemnitatis debitum aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut alias ex humana fragilitate omittitur, ſtatuit ipſa Mater Eccleſia certam diem in qua generaliter omniū ſanctorum commemoratio fieret: vt in hac ipſorum celebratione communi, quidquid in proprijs ipſorum feſtiuitatibus omiſſum exiſteret, ſolueretur. ¶ Potiſſimè igitur exequēdum eſt erga hoc viuificum ſacramentum corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti, qui eſt ſanctorum omnium gloria, & corona, vt feſtiuitate, ac celebritate præfulgeat ſpeciali, quatenus in eo quod in alijs miſſarum officij circa ſolemnitatem eſt forſitam prætermiſſum deuota diligentia ſuppleatur, & fideles (feſtiuitate ipſa inſtante) intra ſe præterita memorantes, id quod in ipſis miſſarum ſolemnijs ſæcularibus forſan agendis impliciti, aut alias ex negligētia, vel fragilitate humana minus plenè geſſerunt: tunc attente in humilitate ſpiritus, & animi puritate reſtaurent. ¶ Intelleximus autem olim dum in minori eſſemus officio conſtituti, quod fuerat quibuſdam catholicis diuinitus reuelatum feſtum huiuſmodi generaliter in Eccleſia celebrandum. ¶ Nos itaq; ad corroborationem, & exaltationem Catholicæ Fidei, dignè ac rationabiliter duximus ſtatuendum, vt de tanto ſacramento præter quotidianam memoriam quam de ipſo facit Eccleſia, & ſolemnior, & ſpecialior annuatim memoria celebretur; certum ad hoc deſignantes, & deſcribentes diem, videlicet feriam quintam proximam poſt octauam Pentecoſtes, vt in ipſa quinta feria deuotæ turbæ fidelium propter hoc ad Eccleſias affectuoſe concurrant, & tam clerici quam populi gaudētes in cantica laudum ſurgant,

tunc enim omnium corda, & vota, ora, & labia hymnos perſoluant letitiæ ſalutaris: tunc pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat, iubilet chorus puritas iucũdet, tunc ſinguli alacri animo, pronaq; voluntate conueniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo tanti feſti ſolemnia celebrantes: & vtinam ad Chriſti ſeruitium ſic eius fideles ardor inflammet, vt per hęc, & alia profitentibus ipſis meritorum cumulis apud eum, qui ſeſe dedit pro eis in pretium tribuitq; ſe ipſis in pabulum, tandem poſt huius vitæ decurſum eis ſe in præmium largiatur. ¶ Ideoq; vniuerſitatem veſtram monemus, & hortamur in domino, & per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus in remiſſionem peccaminum iniungẽtes, quatenus tam excelſum, & tam glorioſum feſtum prædicta quinta feria ſingulis annis deuote, ac ſolemniter celebratis, & faciatis ſtudioſe per vniuerſas Eccleſias Ciuitatum veſtrarum, & diœceſum celebrari: ſubditos veſtros in Dominica dictam quintam feriam proximè præcedente ſalutaribus monitis ſollicite per vos, & per alios exhortantes, vt per veram, & puram confeſſionem, eleemoſynarum largitionem attentas, & ſedulas orationes, & alia deuotionis, & pietatis opera taliter ſe ſtudeant præparare, quod huius prætioſiſſimi ſacramenti mereantur fieri participes illa die, poſſintq; ipſum ſuſcipere reuerenter, ac eius virtute augmentum conſequi gratiarum. ¶ Nos enim Chriſtifideles ad colendum tantum feſtum, & celebrandum donis volentes ſpiritalibus animare, omnibus vere pænitentibus, & confeſſis qui matutinali officio feſti eiuſdem in Eccleſia in qua idem celebrabitur interfuerint, centum: Qui vero miſſę totidem: Qui autem in primis ipſius feſti veſperis interſuerint ſimiliter centum: Qui vero in ſecũdis totidem, illis vero qui primæ, tertiæ, & ſextę, nonę, ac completorij officijs interfuerint, pro qualibet horarum ipſarum quadraginta. Illis autem qui per octauas illius feſti matutinalibus, veſpertinis, miſſæ, ac prędictarum horarum officijs interfuerint, centum dies ſingulis octauarum ipſarum diebus de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum eius Petri, & Pauli auctoritate confiſi de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxamus, & in cap. ſequenti verſ. in multis concilijs, habetur ad cap. primum de cuſt. euchar. ibi. Statuimus vt in cunctis Eccleſijs Chriſma, & Euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis cõſeruentur: ne poſſit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel neſaria exercenda. Si verò is ad quem ſpectat cuſtodiam, ea incaute reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur, & ſi per eius incuriã aliquid nefandum indè contigere grauiori ſubiaceat vltioni, & in cap. Presbyter de conſecration. diſtin. 2 ibid. Presbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratam, vt quando quis Infirmatus fuerit ſtatim eum cõmunicet, ne ſine communione moriatur, & in cap. ſeq. dicto loco ibi. Qui bene non cuſtodierit ſacrificium, & mus, vel aliud aliquod animal illud comederit 40. diebus pœniteat, qui autem perdiderit illud in Eccleſia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit: triginta dies pœniteat.

In eadem ſeſſione decimatertia in canone 1x. verſ. iuxtà præceptum Eccleſiæ, habetur ad præceptum Eccleſiæ quod eſt in cap. omnis de pœnitent. & remiſſ. ibid. Omnis vtriuſq; ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam proprijs viribus ſtudeat adimplere ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentũ, niſi fortè de proprij Sacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendum; alioquin, & viuens ab ingreſſu Eccleſię arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſiis publicetur, ne quiſquam ignorantię cęcitate, velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat à proprio Sacerdote cum aliter ipſe illum non poſſit abſoluere, vel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, vt more periti medici ſuperinfundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligẽter inquirens, & peccatoris circumſtantias, & peccati, quibus prudenter intelligat quale debeat ei præbere conſilium, & cuiuſmodi remedium adhibere diuerſis experimentis vtendo ad ſaluandum ægrotum. Caueat autem omnino ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo aliquatenus prodeat peccatorem, vel ſi prudentiori cõſilio indiguerit illud abſq; vlla expreſſione perſonæ cautè requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolum à Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudendum.

In eadem ſeſſione decima tertia ſub Decreto de reformatione c. 1. verſ. ſacrorum, & antiquorum canonum, habetur ad antiquos canones, videlicet ad cap. vt debitus de appellat

pellat. ibi. Vt debitus honor deferatur iudicibus,& litigatoribus, conſulatur ſuper laboribus,& expenſis. Statuimus vt ſi quis coram idoneo iudice conuenerit aduerſarium, ille antè ſententiam ad ſuperiorem iudicem abſq; rationabili cauſa non prouocet,ſed coram illo ſuam iuſtitiam proſequatur, non obſtante ſi dicat,quod ad ſuperiorem iudicem nuntiũ deſtinauerit, aut litteras impetrauerit ab eodem, prius quam delegato fuerint aſſignatæ. Cum autem ex rationabili cauſa putauerit appellãdum coram eodem iudice, cauſa probabili appellationis expoſita, tali videlicet, quod ſi foret probata, deberet legitima reputari, ſuperior de appellatione agnoſcat. Et ſi minus rationabiliter eum appellaſſe conſtiterit,illum ad inferiorem remittat,& in expẽſis alteri parti condemnet; alioquin ipſe prouideat, ſaluis conſtitutionibus de maioribus cauſis ad Sedem Apoſtolicam referendis.

In eadem ſeſſione decima tertia, ſub eodẽ Decreto de reformatione in c.4. verſ. ſecundum ſacros canones, habetur ad ſacros canones videlicet ad cap. degradatio de pœn. 6. ibi. Degradatio qualiter fieri debeat à nobis, tua fraternitas requiſiuit, ſuper quo tibi taliter reſpondemus, quod verbalis degradatio, ſeu depoſitio ab ordinibus, vel gradibus Eccleſiaſticis,eſt à proprio Epiſcopo ſibi aſſiſtẽte in degradatione clericorum in ſacris conſtitutorum ordinibus certo Epiſcoporum numero definito canonibus facienda: quamquam proprij Epiſcopi ſententiam ſine aliorum Epiſcoporum præſentia ſufficiat in degradatione eorum, qui minores dumtaxat ordines receperunt. Actualis vero, ſiue ſolemnis,cęleſtis militiæ militis,ideſt clerici degradatio (cum ad eam fuerit procedendum)fiet, vt ex auctorizatio eius, qui militiæ deſeruit armatæ, cui militaria detrahuntur inſignia, ſicq; à militia remotus caſtris reicitur priuatus conſortio,& priuilegio militari. Clericus igitur degradandus,veſtibus ſacris indutus in manibus habens librum,vas,vel aliud inſtrumentum,ſeu ornamentum, ad ordinem ſuum ſpectans,ac ſi deberet in officio ſuo ſolemniter miniſtrare, ad Epiſcopi præſentiam adducatur,cui Epiſcopus publice ſingula ſiue ſint veſtes,calix,liber,ſeu quæuis alia (quæ illi iuxtà morem ordinandorum clericorum in ſua ordinatione ab Epiſcopo fuerint tradita, ſeu collata)ſingulariter auferat ab illo veſtimento,ſeu ornamento,quod datum,vel traditum fuerat vltimo incohãdo,& deſcẽdẽdo gradatim, degradationem continuet vſq; ad primã veſtem,quæ datur in collatione tonſuræ, tũq; radatur caput illius, ſeu tondeatur,ne tonſuræ, ſeu clericatus veſtigium remaneat in eodem. Poterit autem Epiſcopus in degradatione huiuſmodi vti verbis aliquibus ad terrorem illis oppoſitis, quæ in collatione ordinum ſunt prolata, dicendo presbytero hæc, vel ſimilia verba in remotione planetæ: Auferimus tibi veſtẽ ſacerdotalẽ,& te honore ſacerdotali priuamus, ſicq; in remotione reliquorũ inſigniũ,ſimilibus verbis vtẽs,in oblatione vltimi, q in collatione ordinũ fuit primũ infraſcripto,vel alio ſimili modo pronuntiet,ſiue dicat, Auctoritate Dei Omnipotẽtis, Patris,& Filij,& Spiritus ſancti, ac noſtra tibi auferimus habitũ clericalẽ,& deponimus,degradamus,ſpoliamus,& exuimus te omni ordine,beneficio, & priuilegio clericali, & in cap. ſi quis tumidus decimaquinta q.7. ibi. Si quis tumidus,vel contumelioſus extiterit in maiorem natu,vel aliquam cauſam habuerit, à tribus vicinis Epiſcopis ſi Diaconus eſt qui arguitur,ſi presbyter à ſex,ſi Epiſcopus à duodecim Sacerdotibus audiatur. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt,contundi debet contumacia, & ſuperbia in omnibus frangi, cauſę vero pro perſonis ab his ſtatuto numero audiantur, & in cap.felix,eadem quæſt. ibi Epiſcopus ne in crimine maneat à 12. Epiſcopis audiatur, & à ſex presbyteris,& à tribus Diaconis cum proprio ſuo Epiſcopo, & ad cap. fin. ead. quæſt. ibi. Epiſcopus,ſacerdotibus,ac miniſtris ſolus honorem dare poteſt, ſed ſolus auferre non poteſt.

In ſeſſione 14. ſub Decreto de neceſſitate, & inſtitutione ſacramenti pœnitentię cap. 1. verſ. Vniuerſorum patrum, habetur ad cap. vt conſtitueretur 50. diſt. ibi. Alioquin contra claues Eccleſię datas diſputabitur,de quibus dictum eſt; Quæcumq; ſolueritis ſuper terrã, ſoluta erunt, & in Cęlis.

In ſeſſione 14. ſub Decreto de confeſſione cap. 5. verſ. In Conc. Lateran. habetur in cap. omnis vtriuſq; ſexus de pœn. & remiſſ. quem textum retuli ſupra in relatione 28.

In eadem ſeſſione 14. ſub Decreto de caſuum reſeruatione c.7. verſ. in Eccleſia Dei, habetur ad c.2. de pœn. & remiſſ. 6. ibi. Si Epiſcopus ſuo ſubdito conceſſerit, vt ſibi poſſit idoneum eligere confeſſorem, ille quem ipſe elegerit in caſibus qui eidem Epiſcopo ſpecialiter reſeruantur nullam habet penitus poteſtatem,cum in generali conceſſione,illa nõ veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Nulla quoq; poteſt conſuetudine introduci quod aliquis præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat,qui eum poſſit ſoluere,& ligare.

In

In eodem loco, verſ. Pontificis maximi pro ſuprema pot. habetur ad decreta ſummorum Pont. qui ſibi ipſis caſus plures abſoluendos reſeruarunt, vt in cap. ſi quis ſuadente 17. q. & ſimil. ibi. Si quis ſuadente Diabolo huius ſacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerint, anathematis vinculo ſubiaceant, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſoluere, niſi mortis vrgẽte periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.

In eodem loco in verſ. Eccleſia Dei ſemper cuſtoditum fuit, habetur ad cap. quamuis de ſentent. excommunic. & ad plures alios ſimil. ibid. Quamuis incidens in canonem latæ ſententiæ propter violentam manuum iniectionem iuxta proprias facultates eis ſatiſfaciat, quibus iniurias irrogauit, non tamen aliter, quam per Sedem Apoſt. vel eius legatum abſolutionis poteſt beneficium obtinere, niſi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, aut inopia, puerili, vel ſenili ætate, fragilitate ſexus, ſeu alia corporis impotentia, ſiue quolibet impedimento canonico retraharur, quominus Rom. Pont. poſſit adire, vel niſi iuris beneficio à labore huiuſmodi excuſetur. Cæterum quibuſdam prædictorũ, videlicet qui temporali impedimento laborant (exceptis pueris) ſub debito iuramento (quod ſecundum Eccleſiæ formam præſtare tenentur) conſueuit iniungi, vt impedimento ceſſante, ad Apoſt. Sedem accedant mandatũ ipſius humiliter ſuſcepturi.

In eadem ſeſſione 14. ſub Decreto de ſatiſfactionis neceſſitate, & fructu, verſ. Quemadmodum à patribus noſtris, habetur ad Decreta Patrum, videlicet ad cap. ſatisfactio de pœnitent. diſtinct. 3. ibid. Satisfactio pęnitentiæ eſt peccatorum cauſas excidere, nec earũ ſuggeſtionibus aditum indulgere, & ad capit. perfecta eadem diſtinct. ibi. Perfecta pœnitẽtia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre, & infra in corde eius contritio, in ore eius confeſſio, in opere tota humilitas, hæc eſt fructifera pœnitentia.

In eodem loco verſ. Antiqui patres refert ſe ad dicta antiquorum patrum, videlicet ad cap. cępiſti 11. q. 3. ibi. Cœpiſti habere fratrẽ tuum tamquam publicanum, ligas illum in terra, ſed vt iſte alliges vide. Nam iniuſta vincula dirumpit iuſtitia, quem ſolueris (inquit) in terra ſolutus erit in cœlo, & ad cap. manet 24. q. 1. ibi. Manet ergo Petri priuilegium vbicunq; ex ipſius æquitate fertur iudicium, nec nimia ſeueritas, vel remiſſio eſt, vbi nihil erit ligatum, vel ſolutum, niſi quod Beatus Petrus, aut ligauerit, aut ſoluerit, & ad capit. quodcunq; eadẽ q. ibi. Quodcũq; ligaueris ſuper terram, erit ligatũ, & in cęlis. Si hoc Petro tantũ dictũ eſt, non hoc facit Eccleſia, ſi aũt, & in Eccleſia fit vtiq; quæ in terra ligantur, & in Cęlo, & quę ſoluũtur in terra, ſoluta ſunt & in Cęlo. Quia cum excommunicat Eccleſia in terra, in Cœlo ligatur excommunicatus; cum reconciliat Eccleſia, & in Cœlo ſoluitur reconciliatus, ſi ergo hoc in Eccleſia fit, Petrus quando claues accepit, Eccleſiam Sanctam ſignificauit. Si ergo in perſona Petri ſignificati ſunt in Eccleſia boni, & in Iudæ perſona ſignificati ſunt mali in Eccleſia.

In eadem ſeſſione 14. ſub Decreto de inſtitutione Sacramenti extremæ vnctionis c. 1. verſ. Eccleſia didicit, habetur ad conſtitutionem Eccleſiæ, quæ eſt in c. 1. de ſacra vnct. §. ſcire ibi. Scire te volumus duas eſſe ſpecies vnctionis exteriorem, quæ materialis eſt, & viſibilis, & interiorem, quæ quidem ſpiritualis eſt, & inuiſibilis. Exteriori viſibiliter iniungitur corpus, interiori inuiſibiliter inungitur cor. De prima Iacobus Apoſtolus ait. Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eũ oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum. De ſecunda Ioannes Apoſtolus ait, Vos vnctionem quã accepiſtis ab eo maneat in vobis; & non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos, ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus. Vnctio viſibilis, & exterior ſignum eſt interioris, & inuiſibilis vnctionis. Vnctio vero inuiſibilis, & interior non ſolum eſt ſignum, ſed etiam ſacramentum, quia ſi digne ſumitur, vel agit, vel auget abſq; dubio quod deſignat.

In eodem loco in verſ. Intellexit enim Eccleſia, refert ſe ad Eccleſiam, quæ circa hoc in Concilio Florentino ita diſponit ibi. Quintũ Sacramentum eſt extrema vnctio cuius materia eſt oleum oliuæ per Æpiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet, qui in his locis vngendus eſt, in oculis propter viſum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum, vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter ingreſsũ, in renibus propter delectationem ibidem vigentem: forma huius Sacramenti eſt hęc: Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per viſum, &c. Et ſimiliter in alijs membris. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, effectus vero eſt mentis ſanatio, & in quantum autem expedit ipſius etiam corporis.

In eadem ſeſſione decimaquarta in canone 8.de Sanctiſſimo pœnitentiæ Sacramento verſ.Iuxtà magni Concil.Lateran.habetur in cap. omnis vtriuſq; ſexus de pœn. & remiſſ. quem retuli ſupra in relat.28.& relat.32.

In eadem ſeſſione decimaquarta, ſub Decreto de reformatione c.4.verſ.iuxtà canonicas ſanctiones,habetur ad canonicas ſanctiones nempè ad cap. irrefragabili de offic. ord. ibi.Irrefragabili conſtitutione ſancimus, vt Eccleſiarum prælati ad corrigendos ſubditorum exceſſus, maximè Clericorum, & reformandos mores prudenter,ac diligenter intẽdant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur, vt autem correctionis, & reformationis officium libere valeant exercere, Decreuimus,vt executionem ipſorum nulla conſuetudo, vel appellatio valeat impedire, niſi formam in talibus exceſſerint obſeruandam. Exceſſus tamen canonicorum cathedralis Eccleſiæ,qui conſueuerunt corrigi per capitulũ, per ipſum in illis Eccleſijs,qui talem hactenus conſuetudinem habuerunt, ad commonitionem, vel iuſſionem Epiſcopi corrigantur, intra terminum competentem ab eo præfigendum, alioquin ex tunc Epiſcopus Deum habens præ oculis ipſos, vt animarum cura requirit,per cenſuram Eccleſiaſticam corrigere non poſtponat.Cæterum ſi canonici abſq; manifeſta, & rationabili cauſa (maximè in contemptũ Epiſcopi) ceſſauerint à Diuinis, Epiſcopus ſi voluerit nihilominus celebret in Eccleſia Cathedrali, & Metropolitanus ad querelam ipſius tanquam ſuper hoc delegatus à nobis taliter per cenſuram Eccleſiaſticam cognita veritate caſtiget, quod pœnæ metu talia de cætero non præſumant. Prouideant,itaq; diligenter Eccleſiarum Prælati,vt hoc ſalutare ſtatutum, ad quæſtum pecuniæ, vel grauamen aliud non conuertant, ſed iſtud ſtudioſe, ac fideliter exequantur, ſi canonicã velint effugere vltionem, quoniam ſuper his Sedes Apoſtolica auctore Domino attentiſſime vigilabit.

In eadem ſeſſione decimaquarta ſub Decreto de reformatione in cap.6. verſ. Conſtitutionem Clementis V. in Concilio Viennenſi,habetur in clem.quoniã de vita, & honeſt. Cler.ibi.Quoniam qui abiectis veſtibus proprio congruentibus ordini alias aſſumere, & in publico portare rationabili cauſa ceſſante præſumit,profeſſorum illius ordinis prærogatiua ſe reddit indignum,præſenti conſtitutione ſancimus, quod quicunq; Clericus virgata,vel partita veſte publicè vtetur (niſi cauſa rationabilis ſubſit) ſi beneficiatus extiterit per ſex menſes à perceptione fructuum beneficiorum quæ obtinet,ſit eo ipſo ſuſpenſus. Si verò beneficiatus non fuerit in ſacris,tamẽ ordinibus citra Sacerdotium conſtitutus:per idem tempus reddatur eo ipſo inhabilis, ad Eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Idem quoq; cenſemus de Clericis alijs veſtem talem ſimul, & tonſurã publicè deferentibus clericalem.Dignitatem vero perſonatum, ſeu beneficium aliud obtinens,cui cura immineat animarum,nec non cęteri in Sacerdotio conſtituti, ac religioſi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinſeci motum intrinſecam honeſtatem oſtendere,ſi (præterquam ex cauſa rationabili, publicè veſtẽ ferant huiuſmodi, aut infulam, ſeu pileum lineum publicè portent in capite, ſint eo ipſo beneficiati,videlicet à perceptione fructuum beneficiorum,quæ obtinent, ſuſpenſi per annum. Cæteri vero Sacerdotes,& Religioſi quilibet, per idem tempus reddantur inhabiles, ad quodcunq; beneficium Eccleſiaſticum obtinendum.Sed & tales,& cæteri quicunq; Clerici vtentes epithogio, ſeu tabardo foderato vſq; ad oram,& ita breui,quod veſtis inferior notabiliter videatur:epithogium ipſum ſæculares Clerici, & Religioſi adminiſtrationem habentes,teneantur intra menſem dare pauperibus. Cæteri vero religioſi adminiſtrationem non habentes, intra idem tempus, illud teneantur ſuis ſuperioribus aſſignare in pios vſus aliquos conuertendum. Alioqui beneficiati ſuſpenſionis, cęteri verò inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus ſe nouerint incurriſſe. Huic inſuper adijcimus ſanctioni, vt clerici præſertim beneficiati caligis ſcacatis rubei, aut viridibus publice non vtantur.

In eadem ſeſſione decimaquarta ſub Decreto de reformatione in c. 7. verſ. iure quodammodo diſpenſatio debeatur, habetur ad diſpenſationem iuris,quæ eſt in clem. vnica de homicid. vol. & inuoluntario ibi. Si furioſus,aut infans, ſeu dormiens hominem mutilet,vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit,& item de illo cẽſemus, qui mortem aliter vitare non valens ſuum occidit, vel mutilauit inuaſorem.

In eadem Seſſione decimaquarta ſub eodẽ Decreto de reformatione cap.9. verſ.Quia iure,habetur ad ius videlicet ad cap.1.13.q.1. ibi.Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus Parrochias,& cœmeteria eis diuiſimus & vnicuiq; ius proprium habere ſtatuimus; ita videlicet,vt nullus alterius Parrochiæ terminos aut ius inuadat. Sit vnuſquiſq; terminis ſuis contentus,& taliter Eccleſiam,& plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, vt ante tri-

bunal

bunal æterni indicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat, & non iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus percipiat.

In eadem ſeſſione decima quarta ſub eodem Decreto de reformatione, in c.13. verſ. iure pertineret, habetur ad ius nempè ad cap. illud de iur.patron.ibi. Illud prætereundum non duximus quod ſi laicus inconſulto Epiſcopo Eccleſiam non vacantem concedat religioſæ domui, & poſtea cum vacauerit ad præſentationem eiuſdem laici clericus ibi fuerit per Diœc. Epiſc. inſtitutus prior conceſſio ſecundam inſtitutionem, quominus habeatur rata, & firma non poteſt aliquatenus impedire, cum illa conceſſio de iure nullius poſſit eſſe momenti, tum quia de re non vacante facta eſt, tum quia laicus ſine auctoritate Epiſcopi nemini poteſt Eccleſias dare, licet Religioſo loco ius patronatus conferẽdi liberam habeat facultatem Si vero ius patronatus vacante Eccleſia Religioſo loco cõtulerit, & aliquis ſine præſentatione fratrum eiuſdem loci, fuerit in ipſa Eccleſia inſtitutus, eius ſecundum rigorem iuris eſt inſtitutio irritanda, & in cap. relatum eod. tit. ibi. Relatũ eſt nobis quod nonnulli occaſione laicę recognitionis non requiſita Epiſcopi audientia beneficia Eccleſiaſtica ſibi præſumunt in Parrochijs veſtris vendicare, quoniam igitur huiuſmodi perſonæ non intrant per oſtium, ſed aliundè conſcendunt, ac per hoc indigni ſunt Paſtoris nomine, vel prærogatiua gaudere. Mandamus quatenus eos ſic commoniti prędicta minimè reſignauerint (niſi Epiſcopali conceſſione moniti fuerint ab officio reddatis, & beneficio alienos.

In ſeſſione vigeſima prima ſub Decreto de communione ſub vtraq; ſpecie, & paruulorũ cap.1. in verſ. Eccleſiæ iudicium, habetur ad iudicium Eccleſiæ, quod eſt in Concil. Conſtantien. ſeſſ. 13. ibi. Committatur, & mandetur auctoritate huius Sacri Concilij, ſub pœna excommunicationis, vt effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum ſub vtraq; ſpecie panis, & vini, exhortati fuerint, & ſic faciẽdum eſſe docuerint.

In eadem ſeſſione vigeſima prima ſub eodem Decreto de reformatione c.1. verſ. Pœnas à iure inflictas, habetur ad pœnas iuris, quæ ſunt in c.1. & ſeq. de ſymonia ibi. In ordinandis, & infra. Sicut non debet Epiſcopus manum quam imponit, ita nec miniſter, vel notarius in ordinatione eius vocem, vel calamum vendere. Pro ordinatione igitur, vel vſu pallij, ſeu cartis, atq; paſtellis eum qui ordinatur omnino aliquid dare prohibemus.

In eadem ſeſſione vigeſſima prima, ſub eodem Decreto de reformatione cap.2. verſ. antiquorum canonum, habetur ad antiquos canones nempè ad cap. cum ſecundum de præb. ibi. Cum, ſecundum Apoſtolum, qui altari ſeruit, viuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur repelli non debeat à mercede, patet à ſimili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur, vt ipſa nominis ratio perſuadet. Cũ enim à Cleros quod eſt ſors, vel hæreditas Clerici appellentur, quia in ſui ordinatione, vel aſſumuntur in hæreditatem domini, vel aſſequuntur hæreditatem in ipſo, vt vere poſſint pſallere cum Propheta dicente; Dominus pars hæreditatis meæ, &c. dignum eſt vt Eccleſiæ ſtipendijs ſuſtententur, in qua, & per quam Diuinis obſequijs adſcribuntur, licet autem prædeceſſores noſtri, ordinationes eorum qui ſine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantium irritas eſſe voluerint, & inanes, nos tamen benignius agere cupientes tamdiù per ordinatores, vel eorum ſucceſſores prouideri volumus ordinatis, donec per eos Eccleſiaſtica beneficia conſequantur, & in cap. non liceat eodem tit. ibi. Non liceat vlli Epiſcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias præſtare: ſed duorum alterum eligat, vel non faciat clericos, vel ſi fecerit det illis vndè viuere poſſint, & in cap. Epiſcopus eod. tit. ibi Epiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinauerit, tamdiù ei neceſſaria ſubminiſtret donec in aliqua Eccleſia ei conuenientia ſtipendia militię clericalis aſſignet. Niſi talis ordinatus de ſua, vel de paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere.

In eadem ſeſſione vigeſima prima ſub eodem Decreto de reformatione, verſ. Iuxtà iuris, & ſacrorum canonum diſpoſitionem cap.3. habetur ad diſpoſitionem canonum, quæ eſt in cap. Cum ad hoc de cleric. non reſiden. ibid. Cum ad hoc ſint Eccleſiaſtica beneficia deputata, & infra. Sanè nobis innotuit, quod Eccleſia Antiochena multis ex ſeruitoribus eius abſentibus eſt ferè deſtituta miniſtris vndè mandamus quatenus non obſtantibus Apoſtolicis indulgentijs prædeceſſorum ſuorum licentia abſentes canonicos, & aſſiſios reuoces ad reſidendum in Eccleſia ſupradicta, & ſi non venerint, tu de ipſorum beneficijs dum abſentes fuerint ipſi Eccleſiæ facias congruè deſeruiri in vtilitatem eiuſdem quod ex præfatis beneficijs ſuper fuerint conuertendo, & in cap. ſeq. eod. tit. ibi. Clerici in Eccleſijs tuæ iuriſdictionis beneficia quæ re-

ſidentiam exigunt aſſecutos, ſi ad alterius Diœceſim abſq; licentia tua morandi cauſa tranſierint, liceat tibi ſi moniti non redierint dictis beneficijs (niſi excuſationem rationabilem oſtenderint) ſpoliare.

In eadem ſeſſione vigeſima prima ſub eodem decreto de reformatione, cap. 4. verſ. Iuxtà formam conſtitutionis, habetur in cap. ad audientiam de Eccl. ædific. ibi. Ad audientiam noſtram noueris perueniſſe, quod villa, quæ dicitur A. tantum perhibetur ab Eccleſia parrochiali diſtare, vt tempore hyemali, cum pluuiæ inundant, non poſſint Parrochiani ſine magna difficultate ipſam adire, vnde non valent congruo tempore Eccleſiaſticis officijs intereſſe. Quia igitur dicta Eccleſia, ita dicitur redditibus abundare, quod præter illius villæ prouentus miniſter illius valeat ſubſtentationem habere. Mandamus quatenus ſi res ita ſe habet, Eccleſiam ibi ædifices, & in ea Sacerdotem ſublato appellationis obſtaculo ad præſentationem Rectoris Eccleſiæ maioris cum Canonico fundatoris aſſenſu inſtituas ad ſuſtentationem ſuam eiuſdem villæ obuentiones Eccleſiaſticas percepturum, prouidens tamen, vt competens in ea honor pro facultate loci matrici Eccl. ſeruetur, quod quidem fieri poſſe videtur cum eiuſdem villæ Dominus xx. acras terræ frugiferæ velit ad vſus Sacerdotis conferre. Si vero perſona matricis Eccleſiæ virum idoneum præſentare diſtulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum, appellationis ceſſante diffugio inſtituere non omittas.

In eadem ſeſſione vigeſima prima, ſub eodem Decreto de reformatione c. 5. verſ. Iuxtà formam iuris, habetur ad formam iuris, quæ eſt cap. ſicut de exceſſ. præl. ibi. Sicut vnire Epiſcopatus, atq; poteſtati ſubijcere alienę, ad Summum Pontificem pertinere dignoſcitur, ita Epiſcopi eſt Eccleſiarũ ſuę Diœceſis vnio, & ſubiectio earundẽ. Cum itaq; prior grandẽſis Monaſteriũ ſuũ q́ eſt in tua diœceſi de tuo debet ordinari conſenſu, Monaſterio de Accato (tuo aſſenſu minimè requiſito) ſubiecerit, ſiue vnierit quod fecit te inconſulto tibi liceat auctoritate noſtra (ſicut iuſtum fuerit) infirmare. Non obſtante aſſenſu, vel cõfirmatione quam Metropolitanus interpoſuiſſe proponitur, cum in Diœceſi ſui ſuffraganei, abſq; ipſius aſſenſu, non debeat aliquid contra conſtitutiones canonicas attentare, nos quoq; id decernimus irritandum.

In eodem cap. verſ. A iure expreſſis refert ad caſus expreſſos in iure nempè ad cap. & temporis 16. q. 1. ibid. Et temporis qualitas, & vicinitas nos locorum inuitat, vt Cumanam, atq; Muſitanam vnire debeamus Eccleſias quoniam nec longè à ſe itineris interuallo ſeiunctæ ſunt, nec (peccatis facientibus) tanta multitudo populi eſt (vt ſicut olim fuit) duos habere debeant Sacerdotes, quia igitur Cumani Caſtri Sacerdos curſum huius vitæ expleuit, vtraſq; nos Eccleſias præſentis auctoritatis pagina vniſſe, tibiq; commiſiſſe cognoſcas; vtratumq; etiam Eccleſiarum ſcio te eſſe proprium Pontificem. Et ideo quæcumq; vel de earum patrimonio, vel cleri ordinatione, promotioneuè iuxta canonum ſtatuta viſa fuerint ordinare, atq; diſponere habebis, vt proprius re vera Sacerdos liberam ex noſtrę auctoritatis conſenſu, atq; permiſſionem licentiam; vbi vero commodius, atq; vtilius perſpexeris ibi habitato: ita ſane vt alteram Eccleſiam, cui corporaliter præſens non es, ſolicita, prouidentiq; cura diſponas quatenus illic Diuina Miniſteria ſolemniter Domino præſtante peragantur, & in Concil. vltim. Lateranen. ſeſſ. 9. de reform. Curiæ ibid. Ordinamus etiam, nec Eccleſiarum, ac quorumcumq; Monaſteriorum membra à ſuo capite (quod eſt abſurdum) abſq; legitima, & rationabili cauſa diſiungantur, aut ſeparentur. Vniones perpetuæ præterquam in caſibus à iure expreſſis, vel ſine rationabili cauſa nequaquam fiant.

In eadem ſeſſione vigeſima prima, ſub eodem decreto de reformatione, cap. 6. verſ. iuxtà ſacrorum canonum conſtitutiones, habetur ad conſtitutiones ſacrorum veterum canonum nempè ad cap. 1. de vit. & honeſt. Cler. 6. ibi. Clerici qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes ſe ioculatores, ſeu goliardos faciunt, aut bufones; ſi per annum artem illam ignominioſam exercuerint ipſo iure ſint infames. Si autem tempore breuiori, & tertio moniti non reſipuerint careant omni priuilegio clericali.

In eadem ſeſſione vigeſima prima ſub eodem decreto de reformatione cap. fin. in principio, habetur ad hęc cõcilia nempè ad cap. cum ex eo de pœn. & remiſſ. ibi. Cum ex eo, & infra eleemoſynarum quoq; quæſtores, quorum quidem ſe alios mentiendo abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt admitti (niſi Apoſtolicas, vel Diœceſani Epiſcopi litteras veras exhibeant) prohibemus, & tunc præter id quod in ipſis continebitur litteris nihil populo proponere permittantur. Formam vero quam communiter talibus Apoſtolica Sedes indulget, duximus exprimendam, vt ſecundum eam Diœceſani Epi-

ſcopi

Digitized by Google

ſcopi ſuas litteras moderentur, & ſi quidem talis eſt. Quoniam (vt ait Apoſtolus) omnes ſtabimus antè tribunal Chriſti, recepturi pro vt in corpore geſſimus, ſiuè bonum fuerit, ſiue malum: oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam ſpem, fiduciamq; tectam tenẽtes, quoniam qui parce ſeminat, parce, & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam æternam. Cum igitur ad ſuſtentationem fratrum, & egenorũ ad tale confluentium hoſpitale propriæ non ſuppetant facultates, vniuerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, atq; in remiſſionem vobis iniungimus peccatorum quatenus de bonis vobis à Deo collatis pias eleemoſynas, & gratis eis charitatis ſubſidia erogetis, vt per ſubuentionem veſtram ipſorum inopiæ conſulatur, & vos per hæc bona, & alia, quæ Domino inſpirante feceritis ad æterna poſſitis gaudia peruenire. Qui autem ad quærendas eleemoſynas deſtinatur, modeſti ſint, & diſcreti, nec in tabernis, aut in alijs locis incongruis hoſpitentur, nec inutiles faciant, aut ſumptuoſas expenſas, cauentes omnino ne falſæ Religionis habitum geſtẽt. Ad hæc quia per indiſcretas, & ſuperfluas indulgentias, quas quidam Eccleſiarum prælati facere non verentur, & claues Eccleſię contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio eneruatur: decernimus, vt cum dedicatur baſilica non extendatur indulgentia vltra annum, ſiue ab vno ſolo ſiue à pluribus Epiſcopis dedicetur, ac deindè in anniuerſario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remiſſio non excedat, & infra. Hunc quoq; dierum numerum indulgentiarũ litteris præcipimus moderari, quæ pro quibuſlibet caſibus aliquoties conceduntur, cum Rom. Pont. qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamen conſueuerit obſeruare, & in clement. Abuſionibus de pœnitent. & remiſſ. ibi. Abuſionibus, quas non nulli eleemoſynarum quæſtores in ſuis proponunt prædicationibus, vt ſimplices decipiant, & aurum ſubtili, vel fallaci potiùs ingenio extorqueant, ab eiſdem: cum in animarum cedat periculũ, & ſcandalum plurimorum viam (prout eſt nobis poſſibile) præcludere cupientes, iuxtà ſtatuta Concilij generalis, duximus prohibendũ diſtrictè, ne quæſtores aliqui, niſi Apoſtolicas, vel Diœceſani Epiſcopi litteras exhibuerint, quomodo admittantur, nec permittantur, cũ ſolum ipſis competat indulgentias ſibi conceſſas inſinuare populo, & charitatiua poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eodem, vllatenus ipſi populo prædicare, nec aliud exponere, quam quod in litteris continebitur ſupradictis: litteras quoq; Apoſtolicas Diœceſani Epiſcopi (ne quid fraudis committi, valeat per eaſdem) antequam admittant, quæſtores ipſos examinent diligenter. Ad hæc cum aliqui ex huiuſmodi quæſtoribus, ſicut ad noſtram audientiam eſt perlatum nõn ſine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu ſuo proprio de facto concedant, ſuper votis diſpenſent à periurijs, homicidijs, & peccatis alijs ſibi confitentes abſoluant, male ablata incerta (data ſibi aliqua pecunię quantitate) remittant tertiam, aut quartam partem de pœnitentijs iniunctis relàxent: animas tres, vel plures parentum, vel amicorum illorum, qui eleemoſynas eis conferunt, de purgatorio (vt aſſerunt) mendaciter extrahant, & ad gaudia Paradiſi perducant, benefactoribus locorum, quorum quæſtores exiſtunt, remiſſionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipſis eos à pœna, & à culpa (vt eorum verbis vtamur) abſoluant; Nos abuſus huiuſmodi, per quos cenſura vileſcit Eccleſiaſtica, & clauium Eccleſiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimodè aboleri volentes: ea per quoſcunq; quæſtores fieri vel attentare de cætero diſtrictius inhibemus. Omnia, & ſingula priuilegia, ſi qua ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo ſint aliquibus locis ordinibus, vel perſonis, quæſtorum huiuſmodi quomodocunq; conceſſa (ne ipſorum prætextu ſit eis materia talia, vlterius præſumendi) auctoritate Apoſtolica quantum ad præmiſſa penitus reuocantes. Quæſtores autem, qui deinceps in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum deliquerint, vel alias etiam quibuſcunq; ſuis priuilegijs abuſi fuerint, ſic per locorũ Epiſcopos puniri volumus (nullo prorſus eiſdem quæſtoribus in hac parte priuilegio ſuffragante, quod à ſuis temerarijs auſibus, qui vbiq; (vt communis habet aſſertio) nimium exercuerunt, pœnæ formidine propenſius compeſcantur, & in Conc. Lugdun. 2. c. 2. ibid. Id etiam de Epiſtolis placuit captiuorum, vt ita ſint Sancti Pontifices cauti, vt in ſeruitio Pontificibus conſiſtentibus, qui eorum manu, vel ſubſcriptione agnoſcat Epiſtolæ, aut quęlibet inſinuationum litterę dari debeant, quatenus de ſubſcriptionibus nulla tatione poſſit Deo proprio dubitati, & Epiſtola commendationis pro neceſſitate cuiuſpiam promulgata dies datarum, & pretia cõſtituta, vel neceſſitates captiuorum, quos cũ

Epi-

Epiſtolis dirigunt, ibidem inſerantur, & in cap.1.de pœn.& remiſſ.6.ibi.Super benigna vero ipſorum receptione, ac ſubuentione ipſi fabricæ facienda, poſſunt eoſdem ſuffraganeos, & alios Chriſti Fideles Remenſis Prouinciæ charitatiue monere in concedendis quoq; indulgentijs non excedat Rem. Archiep. ſtatutum Concilij Generalis Roman. Eccleſ. & infra, quæſtoribus autem fabricæ Rem. Eccleſ. Rem. Archiep. ſeu eius officiales citandi ſuffraganeorum ipſius Eccl. ſubditos, quos ijdem quæſtores ſibi reſiſtere aut nolle parere dixerint, vt ſuper hoc compareant coram ipſis nequaquam tribuant poteſtatem.

In ſeſſione vigeſima ſecunda, ſub Decreto de reformatione cap.1.verſ. A Summis Pontificibus, & à Sacris Concilijs, habetur ad decretales Pontificum, & ad decreta Concilior. nempè ad capit.à crapula de vita, & honeſt. cler.ibid. A crapula, & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant, vndè vinum ſibi temperent, & ſe vino: Nec ad bibendum quiſpiã incitetur. Cum ebrietas, & mẽtis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum, vndè illum abuſum penitus decernimus abolendum, quo in quibuſdam partibus, ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores; & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem ſuper his ſe culpabilem exhibuerit: niſi à ſuperiore commonitus ſatisfecerit ab officio, & beneficio ſuſpendatur, & in cap.ſeq.eod.tit. ibi. Clerici officia, vel commercia ſæcularia non exerceant maximè inhoneſta. Nimijs, iocularibus, & hiſtrionibus non intendant. Et tabernas prorſus euitent, niſi fortè cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint. Coronam, & tonſuram habeant congruentem. Et ſe in officijs Eccleſiaſticis, & alijs bonis ſtudijs exerceant diligenter.

In eadem ſeſſione vigeſima ſecũda ſub eodem Decreto de reformatione, cap.2. verſ. A Sacris canonibus, habetur ad ſacros canones, nempè ad cap.cum in cunctis de elect. quem textum retuli ſuper in ſeſſ. 14.

In eadem ſeſſione ſub eodem Decreto c.3. verſ. iuxtà ſacrorum canonum conſtitutiones, habetur ad Conſtitutiones ſacrorum canonum, nempè ad cap. cum ad hoc de præbend. & dignit. quem textum appoſui ſuperius in ſeſſ.49.

In eadem ſeſſione ſub eodem Decreto, c.4. verſ. iuxtà conſtitutionem Concil. Viennẽſis, habetur c.2. in clem. de ætat. & qualit. & ordin. præficiendorum, ibi. Vt ij qui Diuinis in Cathedralibus, vel collegiatis ſæcularibus, vel regularibus Eccleſijs ſunt mancipati officijs, vel mancipabuntur in poſterum, ad ſuſcipiendos ſacros ordines propenſius inducantur; Statuimus vt nullus de cœtero in huiuſmodi Eccleſijs vocem in capitulo habeat (etiam ſi hoc ſibi ab alijs libere concedatur) niſi ſaltem in Subdiaconatus ordine fuerit conſtitutus. Illi vero, qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines ſunt annexi, pacifice nunc obtinent, in eiſdem Eccleſijs, vel obtinuerint in futurum: niſi iuſto impedimento ceſſante ad huiuſmodi ordines ſe promoueri fecerint intra annum ex tunc, donec ad eos promoti fuerint; nullo modo vocem in capitulo habeant earundem. Ipſiſq; diſtributionum, quæ dantur his, qui certis horis intereſſunt pars dimidia ſubtrahatur, non obſtãtibus quibuſlibet conſuetudinibus, vel ſtatutis pœnis alijs, quæ contra tales promoueri ad ordines recuſantes, ſtatuuntur in iure, nihilominus in ſuo robore permanſuris.

In eadem ſeſſione vigeſima ſecunda, ſub eodem Decreto de reformatione cap.7. verſ. Et præſertim Innocentij IV. habetur in cap. Romana de appell. ibi. Romana Eccleſia, & infra: Cum ſuffraganeorum Rem. Eccleſiæ, ſuorumq; officialium (qui generaliter de cauſis ad ipſorum forum pertinentibus eorum vices ſupplendo cognoſcunt, vnum, & idem Conſiſtorium, ſiue auditorium ſit cẽſendum, ab ipſis officialibus non ad dictos ſuffraganeos (ne ab eiſdem ad ſe ipſos interponi appellatio videatur) ſed de iure ad Remen. & curiam appellandum. Ab Archidiaconis vero, alijſq; inferioribus prælatis ſuffraganeis ſubiectis eiſdẽ, & eorum officialibus, ad ſuffraganeos ipſos, debet & non ad eandem curiam (omiſſis dictis ſuffraganeis) appellari, niſi aliud Remenſi Eccleſiæ de conſuetudine competat in hac parte. Cum autem ad præfatam curiam ab eorundem ſuffraganeorum, vel ſuorum officialium audientia fuerit appellatum, Remen. Archiep. (qui pro tempore fuerit, vel officialis ipſius, nullatenus in appellationis cauſæ interpoſitæ, antè definitiuã ſententiam citent partes, nec etiam alijs illam committant appellationis eiuſdem cauſa probabili, ſeu legitima nõ expreſſa. Si vero vocatis partibus, vel nullatenus, aut non intra x. dies poſt interlocutoriam, vel definitiuam ſententiam appellatum fuiſſe, ſeu aliquid ſimile. Sicq; non eſſe appellationem ad eundẽ Archiep. vel eius officialem deuolutum negotium proponatur: ijdem) niſi prius ipſis conſtiterit, cauſam ipſam ad eos totaliter fuiſſe

dela-

delatam)prohibere,ne in cauſa illa, vel ne ad executionem procedatur ſententiæ,non præſumant,quod ſi obijciatur ex iniuſta cauſa, ſeu minus legitima ante ſententiam appellationem interpoſitam extitiſſe, & ex eo non eſſe appellationem huiuſmodi admittendam, nequeunt prædicti Archiep.vel eius officiales prohibere ne procedatur in cauſſa, niſi prius appellatione recepta,velut emiſſa ex cauſſa probabili,cognoſcere incipiant de cauſſa huiuſmodi an ſit vera. Si autem poſt ſententiam in caſibus à iure prohibitis, vtpotè à ſententia ſuper manifeſto, & notorio crimine, vel de quo quis in iure confeſſus extitit,promulgata,vel conſimilibus appellatum fuiſſe dicatur,poſſunt ne ſententia executioni mandetur, poſt quam cognoſcere cęperunt vtrum ſit recipienda, vel nō appellatio ab eo interpoſita,inhibere. In alium quoque qui circa rem, de qua inter appellantem, & appellatum cōtrouerſia vertitur aliquid poſt eorum inhibitionem attentat, non valet occaſione huiuſmodi iuriſdictionem aliquam vendicare.Cum verò is qui ad Remen.Curiam ſuper aliqua cauſſa vocem appellationis emittit, nihilominus in cauſis alijs ordinarij ſui iuriſdictioni ſubijciatur.Remen.Archiepiſcopus, vel officialis ipſius nequaquam iuriſdictionē ipſam in alijs impediant, vt ab eiuſdem ordinarij poteſtate totaliter eximant taliter appellantem.Debet autem ad eos ab Epiſcopis præfatæ prouinciæ ſuper cauſis, in quibus tēporalem Iuriſdictionem exercent, niſi forte de conſuetudine,aut priuilegio,ſiue iure alio ſpeciali,ſit appellandum ad alium, appellari. Sententias quoq; interdicti, vel ſuſpenſionis, ſeu excommunicationis in appellantem ab eo à quo appellatum proponitur promulgatas,nullatenus,niſi vocatis partibus, & de appellatione legitime cognito, reuocent, aut denunciēt eſſe nullas.Cum autem ad Remen. Archiep.ad audiētia ſuffraganei ſui ſuper aliqua cauſſa fuerit ante ſententiam appellatum. Idem Archiepiſcopus, poſtquam de appellatione legitime cognito conſtiterit eam minus rationabilem extitiſſe, cauſam ipſam ad eundem ſuffraganeum remittere non poſtponat.

In eadem ſeſſione vigeſima ſecunda ſub Decreto de reformatione cap. octauo, verſ. in caſibus à iure expreſſis habetur ad caſus à iure prouiſos,vt in cap. ſi hæredes de teſtam. ibi.Si hæredes iuſſa teſtatoris non adimpleuerint ab Epiſcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta eſt,canonice interdicatur,cum fructibus,& cęteris emolumentis,vt vota defuncti adimpleantur,& in cap.tua eod.tit.ibi.Tua nobis .f. intimauit, quod nonnulli, tam religioſi,quam Clerici, ſæculares, & laici pecuniam,& alia bona, quæ per manus eorum ex teſtamentis decedentium debent in vſus pios expendi,non dubitant alijs vſibus applicare. Cum igitur in omnibus pijs voluntatibus ſit per locorum Epiſcopos prouidendum: vt ſecundum defuncti voluntatem vniuerſa procedant, licet etiam à teſtatoribus id contingeret interdici. Mandamus quatenus executores teſtamentorum huiuſmodi, vt bona ipſa fideliter, & plenariè in vſus prædictos expendant, monitione præmiſſa compellas, & in capitulo finali eodem tit.ibi. Ioannes Cler. & P.Laicus executores vltimæ voluntatis. O. Clerici Sanctæ Crucis qui venerabilibus pijs locis de bonis ſuis, in vltima voluntate legauit,mandans inſuper ſatisfieri creditoribus per eoſdem: Poſt mandatum ſuſceptum per Diœceſanum cogi debet teſtatoris explere vltimam voluntatem.

In eodem loco, verſ. Iuxtà Sacrorum Canonum refertur ad Sacros canones nempè ad Clem.quia contingit de relig.dom. quem textum retuli ſupra in ſeſſ.26.

In Seſſione vigeſima tertia,ſub Decreto de Sacramento Ordinis c.2 verſ. A Sacris Concilijs,habetur in cap.miramur de ſeruis non ordin.ibi.Miramur non modicum, cum certū ſit in conſtitutionibus antiquorum; quando ſerui in gradus Eccleſiæ ordinati debeant in ſeruitutem, vel non debeant reuocari, & infra.De Subdiaconali ordine(quia de eo non ſit mentio in patrum ſtatutis) expreſſe videtur nobis, quod & is cum Diaconali gradu priuilegio gaudet eodem, nam licet ſacer ordo non reperiatur in primitiua Eccleſia, tamē à conſtitutione Gregorij, atq; Vrbani ſecundum moderna tempora,ſacer gradus eſſe minimè dubitatur.

In eadem ſeſſione vigeſima tertia ſub tertio Decreto de Sacramento Ordinis, verſ. Et patrum vnanimi, habetur ad Conſenſum patrum,in Concil.Flor.ſub Eugenio IV. ibi. Sextum ſacramentum eſt ordinis,cuius materia eſt illud per cuius traditionem confertur ordo, ſicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino,& patenę cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri Euangeliorum dationem, Subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem, & ſimiliter de alijs per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem: forma ſacerdotij talis eſt.Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis, atq; defunctis, In nomine Patris,Filij, & Spiritus Sancti,& ſic de aliorum ordinum formis,pro-

ut

ut in Pontificali Romano latè cõtinetur. Ordinarius miniſter huius ſacramenti eſt Epiſcopus. Effectus, augmentum gratiæ, vt quis ſit idoneus miniſter.

In eadem ſeſſione vigeſimatertia ſub Decreto de reformatione c. 1. verſ. Vigore Eugenianæ, habetur in cap. Diuina de priuil. in extrau. com. lib. 5. ibi. Diuina in eminenti Sede Apoſtol. Speculo diſponente clementia conſtituti ad ea libenter intendimus per quæ officiales prædictæ ſedis obſequijs eius (ad quã veluti fidelium omnium matrem pro animarum ſalute quęrenda, & iuſtitia proſequenda, de diuerſis mundi partibus confluit multitudo,) tutios, & quietius ſe promptiores valeant exhibere. Hinc eſt quod nos ex certis rationabilibus cauſis moti etiam nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, diſtrictius inhibemus locorum ordinarijs, nec non commiſſarijs, & delegatis eorum, cęteriſq; vniuerſis, & ſingulis quacunq; poteſtate, & auctoritate præfulgeant, cuiuſcumq; dignitatis, gradus, præeminentiæ fuerint: nec contra officiales præfatos, quocunq; nomine nuncupentur, in noſtri, & dictæ Sedis obſequijs, nunc & pro tempore exiſtentes nec nõ quoſcunq; alios, pro ſuis, & eorum cauſis, vel negotijs proſequendis, ad Sedem prædictam venientes, ac in ea durante negotiorum, & cauſarum huiuſmodi proſecutione, moram trahentes, & concedentes ab eadem procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorum, ſeu quamuis aliam ſententiam promulgare præſumant. Nos enim omnes, & ſingulos proceſſus, & ſententias contra tenorem, & mentem noſtræ inhibitionis huiuſmodi latas, & habitas, & in poſterum habendas, ac etiam promulgandas, & quæcunq; indè ſecuta: declaramus nulla, irrita, & inania: nulliuſq; extitiſſe, vel exiſtere roboris, vel momenti. Nec non quidquid in contrarium à quoquam quauis auctoritate ſciẽter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contingerit attentari; etiam decernimus irritum, & inane. Et nihilominus in omnes, & ſingulos ordinarios, & officiales, commiſſarios, & delegatos eorum, qui ſe de dignitatibus, ac beneficijs Eccleſiaſticis quibuſcumq; officialium, aut negotia huiuſmodi apud dictam Sedem proſequentium prædictorum eos illis forſan priuando, atq; priuatos decernendo, ſeu declarando, vel cuiuſcunq: priuationis prætextu, illa perſonis alijs conferendo, ſeu de illis, in eos quomodolibet ſe intromittendo, tam in dantes, quam in recipientes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas ſententias promulgamus: quas volumus, eos ipſo facto incurrere. A qua quidem excommunicationis ſententia abſolui nequeant, niſi à nobis, vel per nos deputãdis, præter quam in mortis articulo conſtituti.

In eadem ſeſſione vigeſimatertia, ſub eodem Decreto de reformatione cap 6. verſ. ſeruetur Conſtitutio Bonifacij VIII. habetur in c. 1. de Cleric. coniug. 6. ibid Clerici, qui cum vnicis, & virginibus cõtraxerint (ſi tonſuram, & veſtes deferant clericales) priuilegium retineant canonia ab Innocentio Papa Secundo prædeceſſore noſtro editi in fauorem totius ordinis clericalis, & cum iuxtà Pariſienſe Cõcilium, nullus Clericus diſtringi, aut condemnari debeat à Iudice ſæculari: præſenti declaramus edicto huiuſmodi clericos coniugatos pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis, trahi non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſæculare, nec ab ipſis ſæcularibus iudicibus, eos debere perſonaliter, vel etiam pecunialiter ne per vnam viam concedatur eiſdem iudicibus, quod per aliam denegatur, vllatenus condemnari. In cęteris autem vel, niſi vt præmittitur, tonſuram, vel veſtes deferant clericales etiam in præmiſſis eos gaudere nolumus priuilegio clericali.

In eadem ſeſſione 23. ſub eodem Decreto de reformatione cap. 7. verſ. antiquorum canonum veſtigijs inhærendo, habetur ad antiquos canones, nempè ad cap. quando 24. diſt. ibi. Quando Epiſcopus ordinationes facere diſponit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem vocandi ſunt ad Ciuitatem, vna cum Presbyteris, qui eos repreſentare debẽt, & tunc Epiſcopus à latere ſuo eligere debet Sacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros Diuinę legis, exercitatos in Eccleſiaſticis ſanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, inſtitutionẽ, locum vbi educati ſunt, ſi ſint bene litterati, ſi inſtructi in lege Dei antè omnia diligenter inueſtigent, ſi fidem catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi autem quibus cura committitur cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunq; muneris cupiditate illecti à vero deuient, vt indignum, & minus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos, Epiſcopi manibus applicent. Quod ſi aliter fecerint, & ille qui indigne acceſſerit ab altari remouebitur, & illi qui donum Sancti Spiritus vendere conati ſunt, coram Deo iam condemnati Eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, & ſic ſabbato, qui pro-

bati

Digitized by Google

bati ſunt Epiſcopo repræſententur. Alias autem ſine clericorum, videlicet conſilio,& populi teſtimonio, nullum Epiſcopus ordinare præſumat, & cap.ſeq.ibi. Epiſcopus ſine conſilio clericorum ſuorum clericos non ordinet ita vt Ciuium conniuentiam, & teſtimonium quærat.

In eadem Seſſione vigeſima tertia ſub eodem Decreto de reformatione cap. 8. verſ. a iure temporibus,habetur ad diſpoſitionem iuris circa tempus ordinandi, quæ diſpoſitio reperitur in c.3. de temp.ord.ibi. De eo autẽ quod quæſiuiſti an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in Oſtiarios, Lectores,Exorciſtas, vel Acolytos, aut etiam Subdiaconos promouere, T. R. quod licitum eſt Epiſcopis dominicis, & alijs feſtiuis diebus vnum, aut duos ad minores ordines promouere. Sed ad Subdiaconatum niſi in quatuor tempotibus, aut Sabbato Sancto, vel in Sabbato ante Dominicam de paſſione nulli Epiſcoporum præter quam Roman. Pontif. licet aliquos ordinare,Et in cap.ſi.75.diſt.ibi. Ordinationes presbyterorum, & diaconorũ niſi certis temporibus,& diebus exerceri non debent,id eſt quarti menſis ieiunio, & ſeptimi, & decimi. Sed etiam quadrageſimalis initij,ac medianæ hebdomadæ,etiam Sabbati ieiunio circa veſperas ipſas ordinationes nouerint celebrandas, nec cuiuslibet vtilitatis cauſa, ſeu presbyterum, ſeu diaconum his præferre audeant, qui ante ipſos fuerint ordinati.

In eadem ſeſſione vigeſima tertia,ſub eodẽ Decreto de reformatione capit.16. verſiculo Sexti Canonis. Habetur in capit. 1. diſtinct. 70.ibidem. Neminem abſolute ordinarij iubemus presbyterum, neque diaconum, nec quemlibet in eccleſiaſtica ordinatione conſtitutum, niſi manifeſte in eccleſia ſuæ Ciuitatis, ſiue poſſeſſionis,aut in martyrio,aut in monaſterio hic qui ordinator, mereatur ordinationis publicæ vocabulum. Eos autem qui abſolute ordinantur decreuit Sancta Synodus vacuam habere manus impoſitionẽ, & nullum tale factum valere, ad iniuriam ipſius,qui eum ordinauit.

In eadem ſeſſione vigeſima tertia, ſub eodem Decreto de reformatione, capit.17.verſic. Iuxta Sacros Canones.Habetur ad ſacros canones, nempe ad cap. 1.25.diſt. Perlectis Sanctitatis tuæ litteris,gauiſus ſum,quod optatam ſalutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, quæ in conſequentibus inſinuare eloquij tui ſermo ſtuduit, gratias ago Deo, quod ſolicitudinem officij Paſtoralis impendis,qualiter, & quomodo eccleſiaſtica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia prudentiæ tuæ ſint cognita: tamen quia affectu fraterno me conſuluiſti,ex parte, qua valeo expediam, & de omnibus eccleſiæ gradibus quid ad vnumquemq; pertineat eloquar.

Ad Oſtiarium namque pertinent claues eccleſiæ,vt claudat, & aperiat templum Dei: & omnia quæ ſunt intus, extraq; cuſtodiat; fideles recipiat, excommunicatos, & infideles excipiat.

Ad exorciſtam pertinet exorciſmos memoriter tenere, manuſq; ſuper energumenos,& cathecumenos in exorcizando imponere.

Ad Acolitum pertinet præparatio luminariorum in ſacrario ipſe certum portat: ipſe ſuggeſta pro Euchariſtia Subdiaconibus præparat.

Ad Pſalmiſtam pertinet officium canendi, ſcilicet dicere benedictiones, laudes, ſacrificium, reſponſoria, & quidquid pertinet ad canendi peritiam.

Ad Lectorem pertinet lectiones pronuntiare,& ea quæ Prophetæ vaticinarunt populis prædicare.

Ad Subdiaconum pertinet Calicem,& Patenam ad Altare Chriſti deferre, & Leuitis tradere, eiſq; miniſtrare, vrceolum quoq; & aquam,manile,& manutergium tenere. Epiſcopo, Presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere.

Ad Diaconum pertinet adſiſtere ſacerdotibus,& miniſtrare in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Chriſti: in Baptiſmo, ſiue in Chriſmate, & patena, & calice: oblationes quoq; inferre,& diſponere in altari: componere etiam menſam Domini, atque veſtire, Crucem ferre, & prædicare Euangelium, & Apoſtolum ad populum, nam ſicut Lectoribus vetus teſtamentum,ita Diaconibus nouum prædicare præceptum eſt. Ad ipſum quoque pertinet officium,precum, & recitatio nominum. Ipſe præmonet aures habere ad Deum, ipſe hortatur clamare, ipſe donat pacem,& ipſe annuntiat.

Ad Presbyterum pertinet ſacrificiũ Corporis, & Sanguinis Domini in Altari Dei conficere,orationes dicere,& benedicere dona Dei.

Ad Epiſcopum pertinet baſilicarum conſecratio,vnctio Altaris, & conſecratio Chriſmatis, ipſe prædicta officia,& ordines eccleſiaſticos diſtribuit,ipſe ſacras Virgines benedicit,& dum præcefferit vnuſquiſq. in ſingulis ordinibus: iſte tamen eſt præordinator in cunctis. Hi ſunt ordines, & miniſteria Clericorum. Et in cap,Subdiaconus,23.diſt.ibi.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum, de manu vero Archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua, manile, & manutergium. Et in cap. Acolythus ead. diſt. ibi. Acolythus cum ordinatur ab Epiſcopo quidē doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat: Sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari: accipiat, & vrceolum vacuum ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti, & in cap. Exorciſta ead. diſt. ibi. Exorciſts, cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicēte ſibi Epiſcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum, ſiue catechumenum, & in cap. Lector. eadem diſt. ibi. Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Epiſcopus ad plebem indicans eiuſdem fidē, ac vitam, atq. ingenium, poſt hoc ſpectante plebe tradat ei codicem, in quo lecturus eſt dicens: Accipe, & eſto relator verbi Dei, habiturus ſi fideliter, & vtiliter impleueris officium tuum, partem cum eis qui verbum Dei miniſtrauerunt, & in cap. Oſtiarius ead. diſt. ibid. Oſtiarius cum ordinatur poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claues eccleſiæ de altari, dicens ei: Sic age, ſic viue quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur, Et in cap. Pſalmiſta eadem diſt. ibid. Pſalmiſta, id eſt cantor poteſt abſq. licentia Epiſcopi ſola iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cantādi, dicente ſibi presbytero: Vide vt quod ore cantas, corde credas: & quod corde credideris, operibus compleas.

In eadem Seſſione vigeſimatertia, ſub eodem Decreto de reformatione cap. fin. verſic. Iuxta conſtitutionem Concilij. Habetur in Clement. quia contingit de relig. dom. quem textum retuli ſuperius in Seſſione vigeſima ſexta, & in Seſſione 61.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta ſub Decreto de doctrina matrimonij, verſ. Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio, habetur ad Concilia, nempè ad Concilium Florentinum ſub Eugenio IV. ibi. cap. abolentam dehæret, Septimum eſt ſacramentum matrimonij, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti, & Eccleſiæ ſecundum Apoſtolum dicentem: Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia: Cauſa efficiens matrimonij regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus. Adſignatur autem triplex bonum matrimonij Primum eſt proles ſuſcipienda, & educanda ad cultū Dei. Secundum eſt fides quam vnus coniugū alteri ſeruare debet. Tertium indiuiſibilitas matrimonij propter hoc, quod ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, quamuis aut ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cum matrimonij vinculum legitime contracti perpetuum ſit.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub canone nono de Sacramento matrimonij, verſ. Non obſtante lege Eccleſiaſtica, habetur ad l. Eccleſiaſticam, nempè ad cap. Presbyteris 20. diſt. ibid. Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus, & Monachis, concubinas habere, ſeu matrimonia contrahere penitus interdicimus; contracta quoq; matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi, & perſonas ad pœnitentiā redigi debere iuxta ſacrorum canonum definitionem iudicamus.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub Decreto de reformatione matrimonij c. 1. verſ. Sacri Lateranenſis Concilij, habetur in cap. fin. de clandeſtina deſponſatione ibi. Cum inhibitio copulæ coniugalis ſit in vltimis tribus gradibus reuocata, eam in alijs volumus diſtrictè ſeruari, vnde prædeceſſorum noſtrorū veſtigijs inhærendo, clandeſtina coniugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talibus intereſſe præſumat, quare ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem ad alia generaliter proroganda ſtatuimus, vt cum matrimonia fuerint contrahenda in Eccleſijs per Presbyteros publicè proponantur competenti termino præfinito: vt intra illum qui voluerit, & valuerit legitimum impedimentum opponat, & ipſi Presbyteri nihilominus inueſtigent vtrum aliquod obſiſtat impedimentum, cum autem apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam contractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo manifeſtius conſtiterit. Si quis documentis vero huiuſmodi clandeſtina, vel interdicta coniugia inire præſumpſerit in gradu prohibito etiam ignoranter ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia, nullum habitura ſubſidium, cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ, vel ſaltē affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum, preter omne interdictum,

etiam

etiam in conſpectu Eccleſiæ contrahere præſumpſerunt. Sanè ſi Patrochialis Sacerdos, tales coniunctiones prohibere cōtempſerit, aut quilibet ēt regularis, qui eis præſumpſerit interesse, per triennium ab officio ſuſpendatur, grauius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed ijs qui taliter copulari præſumpſerint, etiam in gradu conceſſo, condigna pœnitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam malitioſe impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet vltionem.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub eodem Decreto de reformatione matrimonij in c. 2. verſ. iuxtà ſacrorum canonum, habetur ad inſtituta ſacrorum canonum nempè in cap. non plures de conſecrat. diſt. 4. ibid. Non plures ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantē accedant, quam vnus, ſiue vir, ſiue mulier. In confirmatione quoq; idipſum faciat, & in cap. fin. de cogn. ſpirit. lib. 6. ibi. Quamuis non plures, quam vnus vir, vel vna mulier accedere debeant ad ſuſcipiendum de Baptiſmo infantem, iuxta ſacrorum canonum inſtituta: ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritualis cognatio inde contrahitur matrimonia contrahenda impediens, & etiam poſt contracta diſſoluens. De confirmatione inſuper quantum ad hoc, idem iudicium eſt habendum.

In eadém ſeſſione vigeſimaquarta ſub eod. Decreto de reformatione matrim. c. 8. verſ. Alijs pęnis contra adulteros, habetur ad alias pęnas iuris, nēpè ad tit. de adult. ibid. per totū.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta ſub eodem Decreto de reformatione c. 1. verſ. iuxtà ſacros canones, habetur ad ſacros canones, nempè ad cap. cum in cunctis de elect. quem retuli ſuperius in ſeſſ. 14. & in ſeſſ. 56.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub eodem Decreto de reformatione cap. 2. verſ. Ex ſacris canonibus, habetur ad cap. ſicut olim, de accuſat. ibid. Sicut olim à Sanctis Patribus noſcitur inſtitutum, Metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis Prouincialia non dimittant concilia celebrare: in quibus de corrigendis exceſſibus, & moribus reformandis, præſertim in clero diligenter habeant cū Dei timore tractatum: canonicas regulas maximè, quæ ſtatutæ ſunt in hoc generali Concilio relegentes, vt eas faciant obſeruari, debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo. Vt autem id valeat efficacius adimpleri, per ſingulas Diœceſes ſtatuant perſonas idoneas, prouidas, videlicet, & honeſtas, quæ per totū annum ſimpliciter, & de plano, abſq; vlla iuriſdictione ſolicita inueſtigent, quę correctione, vel reformatione ſunt digna, & ea fideliter perſerāt ad Metropolitanum, & ſuffraganeos, & ad alios in Concilio ſubſequenti, vt ſuper his, & alijs (prout vtilitati, & honeſtati congruerit) prouida deliberatione procedant, & quæ ſtatuerint faciant obſeruari, publicaturi ea in Epiſcopalibus Synodis annuatim, per ſingulas Diœceſes celebrandis; quiſquis autē hoc ſalutare ſtatutum neglexerit adimplere, à ſui executione officij ſuſpendatur.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub eodem decreto de reformatione in eodem cap. verſ. Pœnas ſacris canonibus ſancitas, habetur ad pœnas ſacrorum canonum, quæ ſunt in cap. ſi quis autem 18. diſt. ibi. Si quis autem Synodo adeſſe neglexerit, vel cætum fratrum antè quam concilium diſſoluatur crediderit eſſe deſerendum, alienum ſe à fratrum communione agnoſcat, nec eum recipi liceat, niſi in ſequenti Synodo fuerit abſolutus.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub eodem Decreto de reformatione cap. 3. verſ. Concilij generalis, habetur in cap. exigit de cenſib. lib. 6. ibid. Exigit peruerſorum audacia, vt non ſimus ſola delictorum prohibitione contenti, ſed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Conſtitutionem itaq; felicis recordationis Innocentij Papæ Quarti, prædeceſſoris noſtri editam ſuper non recipiendis in pecunia procurationibus, ac ſuper receptione munerum viſitantibus, eorumq; familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire volentes inuiolabiliter obſeruari, eam decernimus pœnæ adiectione iuuandam. Statuentes, vt vniuerſi & ſinguli, qui ob procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam à volente recipere, vel alias conſtitutionem ipſam recipiendo munera, ſine viſitationis officio non impenſo procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occaſione violare præſumpſerint, duplum eius quod receperit Eccleſiæ, à qua id receptum fuerit, intra menſem reddere teneātur. Alioqui ex tunc Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, duplum ipſum vltra prędictum tempus reſtituere differentes ingreſſum ſibi Eccleſiæ ſentiant interdictum. Inferiores vero ab officio, & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos, quouſq; de duplo huiuſmodi grauatis Eccleſijs plenariam ſatisfactionem impēdant, nulla eis hoc dantium remiſſione, liberalitate, ſeu gratia valitura.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta ſub eodem decreto de reformatione cap. 5. verſ. In Concilio generali. Habetur in cap. qualitèr, & quando de accuſat. ibid. Qualiter, & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum,

& puniendum ſubditorum exceſſus ex auctoritatibus noui, & veteris teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſteà proceſſerunt canonicæ ſanctiones, ſicut olim aperte diſtinximus, & nunc ſacro approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominū ſuum quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris amplius villicare. Et in Geneſi Dominus ait: Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifeſte probatur, quod non ſolum cum ſubditus, verò etiam cum prælatus excedit, ſi per clamorem, & famam ad aures Superioris peruenerit, non quidem à maleuolis, & maledicis, ſed à prouidis, & honeſtis, nec ſemel tantùm, ſed ſæpe, quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, debet coràm Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligētius perſcrutari, vt (ſi rei popoſcerit qualitas) canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tamquam idē ſit accuſator, & Iudex, ſed quaſi denuntiante fama, vel deferēte clamore officij ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis, diligentius tamen eſt obſeruandum in prælatis: quia quaſi ſignum poſiti ſunt ad ſagittam. Et quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio ſuo teneantur non ſolùm arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Et ideò Sancti Patres prouide ſtatuerunt, vt accuſatio prælatorum non facile admittatur, ne concuſſis columnis corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminationi ianua præcludatur. Verum ità voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuſte, vt tamen cauerent, ne delinquerent inſolenter: contra morbum vtrunque inuenientes medicinam congruam; videlicet vt criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis idest degradationē intenditur, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, vt iam clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari abſq; dubitationis ſcrupulo ad inquirēdum, & puniendum eius exceſſus non ex odij fomite, ſed charitatis procedatur affectu. Quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino: quod eſt ſecundum ſententiam Euangelicam à villicatione villicum amoueri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem. Debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentaret, & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendēdi ſe ipſum, & non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei (vt quid, & à quo ſit dictum appareat) publicanda: nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ: ne per ſuppreſſionem nominum infamandi, per exceptionum verò excluſionem deponendi falſum audacia præbeatur. Ad corrigēdos itaquè ſubditorum exceſſus, tantò diligētius debet prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas. Contra quos, vt de notorijs exceſſibus taceatur, & ſi tribus modis poſſit procedi per accuſationem, videlicet denunciationem, & inquiſitionem ipſorum, tamen vt diligena adhibeatur in omnibus cautela, nè forte per leue compendium, ad graue diſpendium veniatur, ſicut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio, ſic & denuntiationem charitatiua monitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire, illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxtà formam iudicij, ſententiæ quoquè forma dictetur. Hunc tamen ordinem contra regulares perſonas non credimus vſquequaq; ſeruandum, quæ (cum cauſa requirit) facilius, & liberius à ſuis poſſent adminiſtrationibus amoueri.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta ſub eo decreto de reform. cap. 10. verſ. iuxtà canonum ſanctiones. Habetur ad ſanctiones canonum nempè ad cap. transmiſſam de elect. ibi. Tranſmiſſam, & infrà, quæſiuiſti quid faciendum ſit tibi ſuper eo, quod clerici tuæ diœceſis cum pro ſuis exceſſibus ſuſpenſionis, vel interdicti, vel excommunicationis ſententia percelluntur, paruipendentes eam, dimittunt Eccleſias, & trāſferunt ſe ad mercimonia laicorum, nonnulli quoquè ipſorum habitu clericali poſtpoſito veſtes induunt laicales, & ſicut laici mercatores, ſe turpibus quæſtoribus implicantes, conſimilium ſibi laicorum manus aſſociant, & correctionem Eccleſiaſticam per contemptum eludunt, dicentes, quod poteſtatem non habeas eos, niſi tibi ſpecialiter Apoſtolica Sedes indulſerit, corrigendi, & infrà. Reſpondemus igitur, quod ex quo electionis tuæ confirmationem accepiſti de talibus, & conſimilibus præter ea quæ maioris inquiſitionis diſcutionem exigunt, & miniſterium conſecrationis deſiderant, quod iuſtum eſt, & Eccleſiaſticæ conuenit vtilitati, ſtatuēdi habeas liberam facultatem.

In

Digitized by Google

In eadem ſeſſione 24. ſub eodem Decreto de reformatione c. 11. verſ. iuxtà conſtitutionem, habetur in cap. cum Cappella de priuileg. & exceſſ. priuileg. ibi. Cum Cappella Ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiuſmodi priuilegio, quod nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus in perſonas canonicorum eiuſdē Cappellæ ſuſpenſionis, vel excommunicationis, aut interdicti ſententias audeat promulgare: quidam Cappellæ ſupradictæ canonici, qui Parrochiales Eccleſias à te tenent occaſione priuilegij prælibati, in his etiam quarū iuriſdictio ad te pertinet, ita ſe dicunt exemptos, vt quantumcunq; grauiter interdum excedant, tuæ correctionis recuſant, & ſententiæ ſubiacere, vnde edoceri à nobis humiliter poſtulaſti, qualiter tibi erga rebelles huiuſmodi ſit procedendum. Quo circa mādamus, quatenus in quantum exempti ſunt eiuſdem rationem Cappellæ, Apoſtolicis priuilegijs deferas reuerenter: Sed in quantum ratione Parrochialium Eccleſiarum, vel alias iuriſdictionem tuam reſpicere dignoſcuntur, officij tui debitum in eoſdem libere proſequaris.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta ſub eodem Decreto de reformatione c. 11. verſ. Vigore Eugenianę. Habetur in cap. diuina in extrauag. de priuileg. quam retuli ſuper in ſeſſ. 64.

In eadem ſeſſione vigeſſima quarta, nec nō ſub eodem decreto de reformatione cap. 12. verſ. in Concilio Lateranen. habetur in cap. cum in cunctis de elect. cuius principium retuli ſuperius in ſeſſione 14. modo ſequitur ità. Inferiora etiam miniſteria, vt purà Decanatum, Archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omninò ſuſcipiat, ſed nec Parrochialis Eccleſiæ regimen, niſi iàm 25. annum ætatis ſuæ attigerit, & ſcientia, & moribus commendandus exiſtat. Cum autem aſſumptus fuerit, ſi Archidiacon. in Diaconum, & Decanus, & reliqui admoniti non fuerint præfixo à canonibus tempore in presbiteros ordinati, & ab iſto remoueantur officio, & alijs conferantur, qui & velint, & poſſint illud conuenienter implere. Nec proſit eis appellationis refugium ſi forte in conſtitutionis iſtius tranſgreſſionem per appellationem voluerint ſe tueri. Hoc ſanè non ſolum de promouendis, ſed etiam de his qui iàm promoti ſunt, ſi canones non obſiſtãt præcipimus obſeruari, Clerici ſanè ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligē di tunc poteſtate priuatos, & ab Eccleſiaſticis beneficijs triennio nouerint ſe ſuſpenſos. Dignum eſt enim, vt quos Dei timor à malo nō reuocat, Eccleſiaſticæ ſalutem coerceat ſeueritas diſciplinæ, Epiſcopus autem ſi contra hæc fecerit, aut conſenſerit fieri, in conferendis prædictis officijs, & beneficijs poteſtatem amittat, & per capitulum, aut per Metropolitanum (ſi capitulum concordare nequiuerit) ordinentur.

In eodem loco verſ. A iure: refert ſe ad tēpus iuris, quod eſt in cap. licet Canonum de election. 6. quem textum retuli ſuper ſeſſ. 17. & in cap. cum ex eo, eod. tit. de elect. 6. quem retuli ſuper in ſeſſ. 24.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub eodem decreto de reformatione, in eodem cap. 12. verſ. iuxtà ſacrorum canonum, habetur ad Sacros Canones, nempè ad cap. fin. de Cleric. non reſiden. ibid. Clericos in Eccleſijs tuę Iuriſdictionis beneficia, quæ reſidentiam exigunt aſſecutos, ſi ad alterius Diœceſim abſq; licentia tua morandi cauſa tranſierint, liceat tibi ſi moniti non redierint dictis beneficijs (niſi excuſationem rationabilem oſtenderint) ſpoliare.

In eod. loco verſ. iuxta Bonifacij VIII. conſtitutionem, habetur in cap. 1. de Cleric. non reſiden. ibid. Conſuetudinem, quæ in quibuſdam partibus inoleuit, qua canonici, & alij beneficiati, ſeu clerici cathedralium, & aliarū collegiataru Eccleſiarum diſtributiones quotidianas (quæ alias manualia beneficia, ſeu victualia nuncupantur, & tantum reſidētibus tribuuntur) qualitercunq; in Ciuitatibus, ſeu alijs locis, in quibus ipſæ conſiſtunt Eccleſiæ, ſint preſentes, licet Diuinis officijs non interſint, ex integro percipiunt, ac ſi continue ipſis Eccleſiis in eiſdem officijs deſeruirent penitus improbantes: Statuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianę in quibuſcumq; rebus conſiſtant canonicis, ac alijs beneficiatis; & Clericis Eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſijs adfuerint, tribuantur iuxtà Eccleſiæ cuiuſlibet ordinationem rationabilem iam factam, ſeu etiam faciendam. Qui vero aliter de diſtributionibus ipſis quidquam receperit, exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuxta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſaret, rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciteas ſuas, immo ad omnium reſtitutionem, quę contra huiuſmodi noſtram conſtitutionem receperit teneatur. De diſtributinnibus etiam pro defunctorum anniuerſarijs largiendis, idem decernimus obſeruandum.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub eodem Decreto de reformatione c. 14. verſ. ſacris canonibus, habetur ad ſacros canones,

nec

nec non ad Pontificum conſtitutiones nempè ad cap. cum omnis 1. q. 1. ibid. Cum omnis auaritia idolorum ſit ſeruitus, quiſquis hanc, & maximè in dandis Eccleſiaſticis honoribus vigilanter non præcauet, infidelitatis perditioni ſubijcitur, etiam ſi tenere fidem verbis (quam negant facto) videatur, & in cap. ſicut de ſymonia ibi. Sicut ſymoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos vincit, ita ſine dilatione, mox vt eius ſigna per aliquam perſonam claruerint de Eccleſia Dei debet eliminari, atq; expelli, & cap. cum ſuper de confeſſis, cum ſuper electione Bethelmiranæ Eccleſiæ inter R.P. quæſtio verteretur, & infra. Quoniam 5. Canonicus Bethelemit. fuit in iure confeſſus, quod pro pręſtando alterius electioni conſenſu quingentorum ſaracenorũ obligationem receperat, & mediator extitit ſymoniacæ prauitatis. Nos quoniam vitium huiuſmodi perſequi volumus, vt debemus, ipſum per diffinitiuam ſententiam duximus ab omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico deponendum.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta ſub eodem Decreto de reformatione c. 17. verſ. ſacris canonibus, habetur ad ſacros canones, nempè ad c. 1. & ſeq. 21. q. 1. ibi. Clericus ab inſtanti tempore non connumeretur in duabus Eccleſijs. Negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri proprium commodum, & ab Eccleſię conſuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipſa dominica voce, quod nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſubſtinebit, & alterum contemnet, vnuſquiſq; enim (ſecundum Apoſtolicam vocem) in quo vocatus eſt, in hoc debet manere, & in vna locari Eccleſia, quæ enim propter turpe lucrum in Eccleſiaſticis rebus efficiuntur aliena conſiſtunt à Deo ad vitæ vero huius neceſſitatem ſtudia ſunt diuerſa. Ex his ergo qui voluerit, acquirat corpori oportuna, ait enim Apoſtolus, ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ, & hoc quidem in hac Vrbe ſeruãdum, cœterum in villis, quę foris ſunt propter inopiam hominum indulgeatur, & cap. fin. eodem loco ibid. Vnum Abbatem duobus Monaſterijs pręſidere interdicimus. Poteſt etiam vtriq; tamquam titularo præeſſe, ſed iure ſpeciali, non communi, & cap. ad hæc de Præb. ibi. Ad hæc licet, & infra. Illud eſt omni rationi contrarium, vt vnus clericus, in vna, vel diuerſis Eccleſijs plures dignitates, vel perſonatus obtineat: Cum ſingula officia in Eccleſijs aſſiduitatem exigant perſonarum, & in cap. ſeq. eod. tit. ibid. Pręterea de G. qui, in Tholoſana Eccleſia eſt Archidiaconus inſtitutus, & in vtraq; Eccleſia regulariter profeſſus. Mandamus quatenus eundem altero quem maluerit Archidiaconatu facias eſſe contentum: & in cap. ſeq. eod. tit. ibid. Cum non ignores quod vna Eccleſia vnius debeat eſſe Sacerdotis, & infra. Cum igitur Nuntius Presbyteri, qui in duabus Eccleſijs locum habere contendit, & quidam Clerici alterius Eccleſiæ ad noſtram præſentiam acceſſerint contra eum, nos attendentes non eſſe conueniens, vt idem presbyter locum habeat in duabus Eccleſijs. Mandamus quatenus ipſum beneficio quod habet, facias manere contentum. Quod ſi fortè Archipresbyter, & clerici alterius Eccleſiæ in eum conſenſeriut, eis nũc diſſentientibus, cum ipſorum ſcandalo non debet locum in ipſa Eccleſia quærere, vel habere.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub eodem decreto de reformatione c. 20. verſ. iuxtà canonicas ſanctiones, habetur ad canonicas ſanctiones, nempè ad cap. maiores de baptiſmo ibid. Maiores noſtræ Eccleſiæ cauſas, præſertim articulos fidei contingentes, ad Petri ſedem referendas intelligit, qui eum quærenti Domino quem diſcipuli dicerent ipſum eſſe, reſpondiſſe notabat. Tu es Chriſtus filius Dei viui, & pro eo Dominum exoraſſe, ne deficiat fides eius. Quibuſdam igitur quæſtionibus, quas contra Catholicos hæretici mouerant, nos poſtulas reſpondere, & in cap. præceptis 12. diſt. ibi. Præceptis Apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ à Sancta Rom. Eccl. & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutifere impleantur: ſi eiuſdem Sanctæ Dei Eccleſiæ (quæ eſt caput veſtrum) communionem habere deſideratis. Non nouum aliquid præſenti iuſſione præcipimus, ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus, cum nulli dubium ſit, quod non ſolum Pontificalis cauſatio, ſed omnis Sanctę Rom. Eccl. & Religionis relatio ad Sedem Apoſtolicam, quaſi ad caput omnium Eccleſiarum, debuit referri: Et inde normam aſſumere vndè aſſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis videatur omitti: Cuius auctoritatis ſanctionem omnes teneant Sacerdotes; qui noluerint ab Apoſtolicæ Petræ (ſuper quam Chriſtus vniuerſalem fundauit Eccleſiam) ſoliditate conuelli. Si quis hæc Apoſtolicæ Sedis præcepta non obſeruauerit, pręcepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur.

In eadem ſeſſione vigeſima quarta, ſub eodem decreto de reformatione c. 20. verſ. A iure, habetur ad caſus in quibus de iure poteſt appellari, & profecto etiam in minimis, vt in

cap.

cap. de appellationibus, de appellation. ibid. De appellationibus pro cauſis minimis interpoſitis, volumus te tenere, quod eis pro quacumq; leui cauſa fiant, non minus eſt, quã ſi pro maioribus fierent deferendum, & cap. placuit 2. q. 6. ibid. Placuit vt à quibuſcumq; Eccleſiaſticis iudicibus ad alios iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas prouocatum fuerit, audientia non negetur.

In ſeſſione vigeſimaquinta ſub Decreto de Purgatorio, verſicul. A Sanctis patribus, habetur ad ſacros canones, & ad Concilia, nempè ad cap. qualis 25. diſt. ibi. Qualis hinc quiſq; egreditur, talis in iudicio apparebit, vel repræſentabitur: ſed tamen de quibuſdam culpis eſſe antè iudicium purgationis ignis credendus eſt pro eo quod veritas dicit. Quia ſi quis in Spiritum ſanctum blaſphemias dixerit, neq; in hoc ſæculo remittetur ei, neq; in futuro. In qua ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſæculo quaſdam in futuro poſſe relaxari, quod autem de vno negatur, conſequens intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur. Sed tamen (vt prædixi) hoc de paruis, minimiſq; peccatis fieri poſſe credendum eſt, ſicut eſt aſſiduus, & otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ familiaris, quod vix ſine culpa, vel ab ipſis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant ſciunt. Quæ etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in vita poſitis minimè in morte fuerint relaxata, & in Concil. Florent. ſeſſione final. in fine ibid. Item ſi vere pœnitẽtes in Dei Charitate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint eorũ animas pœnia purgatorij poſt mortem purgari, & vt à pœnia huiuſmodi releuentur prodeſſe eis fidelium virorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſinas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum Eccleſiæ inſtituta.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta, ſub decreto de inuocatione, veneratione, & reliquijs ſanctorum, & ſacris imaginibus, habetur ad cap. vnicum de reliq. & vener. Sanct. 6. ibid. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis, & in maieſtate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudẽtiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura iudicij cæleſtia pariter, & terrena diſponit, & ſi cunctos eius miniſtros magnificet, altia decoret honoribus, & cæleſtis efficiant beatitudinis poſſeſſores, illos tamen (vt dignus digni rependat) potioribus attollit inſignijs dignitatum, & præmiorum veriori retributione proſequitur, quos digniores agnoſcit, & commendat ingentior excellentia meritorum. Sic & alma mater Eccleſia, eius ſacra veſtigia proſequẽs & exemplo ducta laudabili, licet vniuerſos in regnis cęleſtibus conſtitutos ſtudijs honorare ſolicitis, & ſonoris efferre præconijs non deſiſtat, glorioſiſſimos tamen Chriſtianæ Fidei Principes, athletas, Dei electos, iuſtos ſæculi iudices, lumina vera mundi videlicet, Chriſti redemptoris, Apoſtolos numero duodeno contentos, qui viuentes in carne prædictam Eccleſiam ſuo pretioſo ſanguine plantauerunt, ipſam erigendo ſublimiter, & diſciplinis ſanctiſſimis dirigendo: Reuerendiſſimos etiam Patres, viroſq; clariſſimos quatuor Euãgeliſtas Domini, per quorum diligentiſſima, & fideliſſima ſtudia eidẽ Eccleſiæ ſacra euangelia illuxerunt: egregios quoq; ipſius Doctores Eccleſiæ Beatos, Gregorium, qui meritis inclitus Sedis Apoſtolicæ curam geſſit, Auguſtinum, & Ambroſium venerandos antiſtites, ac Hieronymum Sacerdotij præditum titulo, eximios confeſſores ſummis attollere vocibus, laudibus perſonare præcipuis, & ſpecialibus diſponit honoribus venerari. Horum quippè doctorum perlucida, & ſalutaria documenta, prædictam illuſtrarunt Eccleſiam, decorarunt virtutibus, & moribus informarunt, per ipſos prętetea quaſi luminoſas, ardenteſq; lucernas ſuper candelabrum, in domo Domini poſitas (errorum tenebris profugatis) totius corporis Eccleſiæ tamquam ſydus irradiat matutinum, eorum etiam fœcundia cœleſtis irrigui gratia influẽte, ſcripturarum enigmata reſerat, ſoluit nodos, obſcura dilucidat, dubiaq; declarat: profundis quoq; ac decoris illorum ſermonibus ampla ipſius Eccleſiæ fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, & verborum elegantia ſingulari glorioſius ſublimata coruſcat. Ideoq; circumſpecta prudentia dictæ ſedis (quæ actibus intenta ſalubribus, & operibus expoſita pietatis, libenter, & ſolerter exequitur quæ ſunt Dei) præmiſſa ſolicite, digneq; conſiderans, & debita meditatione perluſtrãs ad Diuini nominis honorem, & gloriã exaltationem catholicę fidei, ſalutemq; fidelium merito cenſuit, riteque prouidit Apoſtolos, Euangeliſtas, & Confeſſores eoſdem vniuerſali Eccleſia honorificentiæ potioris impendijs attollendos, vt ab ea tanto propenſius honorari ſe ſentiant, quanto ipſam præ cæteris excellentius illuſtrarunt. Nos itaq; pijs ducti concilijs, digniſq; ſtudijs excitati, nonnullos prædeceſſores noſtros Romanorum Pontificum (qui ſpecialis deuotionis proſequentes affectum, aliquorum feſta ſanctorum ſub duplici ordinauerunt officio celebranda) imita-

imitati ſollicite intendentes, eorundem Apoſtolorum, Euangeliſtarum, & Confeſſorum feſtiuitates præcipuas (de fratrum noſtrorum Conſilio, & aſſenſu) ſub officio duplici per Vniuerſas Orbis Eccleſias volumus, ſtatuimus, & præcipimus annis ſingulis perpetuis futuris temporibus, ſolemniter celebrari, & in cap. cum ex eo eod. tit. de rel. & ven. Sanctor. ibid. Cum ex eo quod quidam ſanctorum reliquias exponunt vænales, & eas paſſim oſtendunt Chriſtianæ Religioni detractũ ſit ſæpius: Ne in poſterum dettahatur, præſenti decreto ſtatuimus, vt antiquę reliquię amodo extra capſam nullatenus oſtendantur, nec exponantur vænales. Inuentas autem de nouo, nemo publice venerari præſumat, niſi prius auctoritate Rom. Pontiſ. fuerint approbatæ. Prælati vero non permittant, eos qui ad eorum Eccleſias cauſa venerationis accedunt, varijs figmentis, aut falſis documentis decipi: ſicut in pleriſq; locis occaſione quæſtus fieri conſueuit.

In eadem ſeſſione 25. ſub eodem Decreto de inuocatione, veneratione, & reliquijs ſanctorum verſ. Pręſertim vero ſecundæ Nicenę, habetur in Concil. Niceno 2. act. 6. ibid. Traditionem itaq; Eccleſiæ recipiamus legiſlationem eiuſdem venetemur, ne floccipendamus piam, & Diuinam conſuetudinem in vetera, & priſca iudicia, ne ſimus curioſi; omne enim, quod in recordationem Dei erigitur, acceptum illi eſſe conſtat qui autem ſe excludunt ab iſta traditione, quam acceptauerunt, quicunq; germani in Eccleſia Catholica filij fuerant an non ſunt nothi, & minimè legitimi? An non ſentimus, probam, & laudabilem eſſe imaginum [illegible] ctionem? an non ſentimus ſpiritualiter nos per eas referri ad prototiporum recordationem? ſanè ſentimus, & in fine eiuſdem ibid. Qui vero dicunt ſufficere vſum imaginum ad memoriam ſolum, non vero ad ſalutationem eas habendas, illud quidem recipientes, hoc vero recuſantes ſemiprobi quandotecus, & ſalſoueri vt ita dicam deprehenduntur, altera quidem partem veritatem confitentes, ex altera vero peruerſe agentes, deinde dicitur ibi. Igitur cum timore Dei omnia agamus, poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deiparæ, & ſemper Virginis Dominæ noſtræ Marię, item Sanctorum Angelorum, omniumq; Sanctorum, Salutandas, & venerandas illorum reliquias, vt nos ſanctitudinis eorum ſiamus participes. Sic enim reddemur perfecti in omne opus bonũ in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

In eadem ſeſſione vigeſima quinta, ſub decreto de regularibus, & monialbus cap. 5. in principio, habetur in c. 1. de ſtatu regularium 6. ibid. Periculoſo, & deteſtabili quarundam monialium ſtatui (quæ honeſtatis laxatis habenis, & monachali modeſtia ſexuſq; verecũdia impudẽter abiectis extra ſua monaſteria, non nunquam per habitacula ſæcularium perſonarum diſcurrunt, & frequenter intra eadem monaſteria, perſonas ſuſpectas admittunt, in illius, cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea deuouerunt, grauem offenſam, in religionis opproprium, & ſcandalum plurimorum, prouidere ſalubtiter cupientes præſenti conſtitutione perpetuo irreſragabiliter valitura, ſancimus vniuerſas, & ſingulas moniales præſentes, atq; futuras cuiuſcumq; religionis ſint ordinis, in quibuſlibet mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in ſuis monaſterijs debere de cœtero permanere clauſura, ita quod nulli earum religionum tacitè, vel expreſsè profeſſæ ſit, vel eſſe valeat, quacunq; ratione, vel cauſa (niſi fortè tanto, & tali morbo euidenter earum aliqua laborare conſtaret, quod non poſſet cum alijs abſq; graui periculo, ſeu ſcandalo commorari) Monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas, nulliq; aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtę (niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius ad quem pertinuerit ſpeciali licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem, vt ſic à publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omnino ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuiendi opportunitare ſublata eidem corda ſua, & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire. Sanè vt hoc ſalutare ſtatutum, commodius valear obſeruari diſtrictius inhibemus, ne in Monaſterijs ordinum non mendicantium aliquæ recipiãtur de cœtero in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum Monaſteriorum bonis, ſiue prouentibus abſq; penuria ſubſtentari, ſi ſecus actum fuerit irritum decernentes, verum quãdo Abbatiſſa, vel Prioriſſa cuiuſuis Monaſterij pro feude, quod monaſterium ipſum tenet ab aliquo Principe, ſeu Domino temporali ſibi debebit homagium, vel fidelitatis ſacramentum præſtare, niſi quod per Procuratorem illud præſtet, poſſit efficere apud eum, de monaſterio cum honeſta, & decenti ſocietate exite poterit eo caſu licenter, homagio facto, quam primum commodè poterit, ſeu fidelitatis præſtito Sacramento, ad ipſum Monaſterium è veſtigio reuerſura: ſic quod in fraudẽ reſidentiæ, ſiuè moræ clauſtralis nihil fiat omnino, Poſ [illegible] o ne moniales cauſam, ſeu occaſionem habeant euagandi, Principes ſæculares, ac alios Dominos temporales rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericor-

cordiæ Ieſu Chriſti, eiſdem in remiſſionem peccaminum: nihilominus ſuadentes, quod Abbatiſſas ipſas, & Prioriſſas, ac moniales quaſcumq; Monaſteriorum ſuorum curam administrationem, negotiare gerentes, quibuſcumq; nominibus: cenſeantur per procuratores in ſuis tribunalibus,ſeu curijs, litigare permittant, ne pro conſtituendis procuratoribus,qui atornati in aliquibus partibus nuncupantur,ſeu alijs huiuſmodi, eaſdem oporteat euagari. Si qui vero contra præſumpſerint,exhortationi huiuſmodi rationabili, atq; ſanctæ obtemperare nolentes, cum ſit iuri contrarium quod mulieres(prȩſertim religioſæ) per ſe ipſas litigare cogantur, & à via decent honeſtatis,& periculũ animarũ inducat, ad hoc per ſuos ordinarios Eccleſiaſticos cẽſura eccleſiaſtica cõpellantur,Epiſcopis aũt,& alijs prælatis ſuperioribus,& inferioribus quibuſcumq; iniungimus,ꝙ & ipſi cauſas,ſeu negotia,quæ præfatæ moniales habebunt agere coram ipſis,aut in curijs eorundem, ſiue ſint homagia, fidelitatis ſacramenta, lites, vel quidquid aliud,ipſe per procuratores earum fieri faciant,& tractari. Et quoniam parum eſſet condere iura, niſi eſſent qui ea executioni debitæ demandarent Patriarchis,Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vniuerſis diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ ſub obteſtatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo mandamus,quatenus eorum quilibet in Ciuitate, ac Diœceſi propria, in Monaſterijs monialiũ ſibi ordinario iure ſubiectis ſua, in iis vero, quæ ad Romanam immediatè ſpectant Eccleſiam Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Abbates vero, & alii tam exempti, quam non exẽpti prælati Eccleſiarum Monaſteriorum, & ordinum quorumcumq; in Monaſteriis huiuſmodi ſibi ſubiectis de clauſura conueniẽti vbi non eſt ipſorum Monaſteriorum expenſis,& fidelium eleemoſinis, quas ad hoc procurent diligentius facienda,& de ipſis monialibus includendis, quam primum commodè poterunt prouidere procurent: ſi Diuinæ, ac noſtræ indignationis voluerint acrimoniam euitare:contradictores,atq;rebelles,per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc (ſi opus fuerit)auxilio brachii ſȩcularis. Per hoc autẽ in monaſteriis exemptis ordinarii locorum, quoad alia nullam ſibi credant iuriſdictionem, vel poteſtatem aliquatenus attributam.

In eadem ſeſſione vigemaquinta ſub Decreto de regularibus, & monialibus c.8. verſ. iuxtà formam conſtitutionis,habetur in cap. in ſingulis de ſtat.Monach.ibid.In ſingulis regnis,ſiue prouinciis fiat de triennio in triennium (ſaluo iure Diœceſanorum Pontificum) commune capitulum Abbatum,atq; Priorum Abbates proprios non habentium, qui non conſueuerunt tale capitulum celebrare: ad quod vniuerſi conueniant præpeditionem canonicam non habentes,apud vnum de monaſteriis ad hoc aptum. Hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plus quam ſex euectiones,& octo perſonas adducat. Aduocent autem in huiuſmodi nouitatis primordiis, duos Ciſterc. Ordin. vicinos Abbates ad præſtandum ſibi conſilium, & auxilium opportunum, cum ſint in huiuſmodi capitulis i celebrandis ex longa conſuetudine plenius informati:qui abſq; contradictione,duos ſibi de ipſis aſſocient; quos viderint expedire,ac ipſi quatuor præſint capitulo vniuerſo, ita quod ex hoc nullus eorum ſibi auctoritate prælationis aſſumat, vndè cum expedierit prouida poſſit deliberatione mutari.Huiuſmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue iuxta morem Ciſter.Ord. celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis,& obſeruantia regulari. Et quod ſtatutum fuerit, illis quatuor approbantibus inuiolabiliter obſeruetur, omni excuſatione, contradictione,& appellatione remotis.Prouiſo nihilominus vbi ſequenti termino debeat capitulum celebrari. Et qui conuenerint vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter ſimul omnes communes expenſas, ita quod ſi non omnes poterunt in eiſdem, ſaltem plures ſimul in Diœceſis domibus commorentur.

In eodem cap. verſ. quæ in ſacris canonibus,habetur in dicto cap. in ſingulis de ſtatu monach.in §.ordinentur ibi.Ordinentur etiã in eodem capitulo religioſæ, ac circumſpectæ perſonæ,quæ ſingulas Abbatias eiuſdem Regni, ſeu Prouinciæ non ſolum Monachorum, ſed etiam monialium ſecũdum formam ſibi præfixam, vice noſtra ſtudeant viſitare corrigentes, & reformantes, quæ correctionis,& reformationis officio viderint indigere: ita quod ſi rectorem loci cognouerint ab adminiſtratione penitus admonendum, denuntient Epiſcopo proprio, vt illum amouere procuret. Quod ſi non fecerit viſitatores hoc referant ad Apoſtolicæ ſedis examen. Hoc ipſum regulares canonicas ſecundum ordinem ſuum nolumus, & præcipimus obſeruare. Si vero in hac nouitate quidquam difficultatis emerſerit, quod per prædictas perſonas nequeat expediri ad Apoſt. Sedis iudicium abſq; ſcandalo referatur cœteris irrefra-

F gabi-

ſtabiliter obſeruaris, quę concordi fuerint deliberatione prouiſa. Porrò Diœceſani Epiſcopi Monaſteria ſibi ſubiecta ita ſtudeant reformare, vt cum ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plus in illis inueniant, quod commendatione quam quod correctione ſit dignum, attentiſſime præcauentes, ne per eos dicta Monaſteria in debitis oneribus aggrauentur: quia ſicut volumus ſuperiorum iura obſeruari, ita inferiores nolumus iniurias ſuſtinere. Ad hoc diſtricte præcipimus tam Diœceſanis Epiſcopis, quam perſonis, quæ præerunt capitulis celebrandis, vt per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compeſcant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores, & conſules, magnates, & milites, ſeu quoſlibet alios, ne Monaſteria præſumant offendere in perſonis aut rebus; & ſi forſan offenderint, eos ad ſatisfactionem compellere non omittant, vt liberius, & quietius Deo valeant famulari.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta, ſub eodem Decreto de regularibus, & monialibus cap. 18. verſ. in caſibus à iure expreſſis, habetur ad caſus expreſſos in iure, nempè ad cap. ſignificauit de conuerſ. coniug. ibi. Significauit nobis A. mulier quod cum ipſa F. viro ſuo coram Decano Sancti Quiriaci vice Archiepiſcopi Senon. in hac parte fungente licétiam conceſſerit religionem intrandi, continentiæ tamen voto eidem iniuncto, & recepta fide ab ipſa, quæ perpetuo contineret, idē decanus poſt factam profeſſionem à viro prædicto in Monaſterio in quo habitum aſſumpſerat monachalem, aſſeruit ipſam debere religionem intrare, quamquam id primo non expreſſiſſet eidem, & hoc expreſſo illi licentiam non dediſſet, & infra. Quo circa mandamus, ſi eſt ita, & eſt talis ætatis, de qua ſuſpicio, haberi non poſſit ipſam votum continentiæ obſeruantem intrare Monaſterium compelli non permittatis inuitam, & in cap. ſeq. eod. tit. ibid. Gaudemus in Domino, & infra. Mulieres vero, quæ relicto maritali thoro lapſo carnis ceciderunt, ſi mariti earum à te diligenter commoniti, eas ad frugem melioris vitæ conuerſas, noluerint recipere propter Deum in clauſtris cum Religioſis mulieribus ſtudeas collocare, vt perpetuam pęnitentiam ibi agant.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta ſub Decreto de reformatione, c. 1. verſ. in Concilio Carthaginenſi, habetur in cap. Epiſcopus 41. diſt. ibi. Epiſcopus vilem ſupellectilem, & méſam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatē, fidei, & vitæ meritis quærat: hoſpitium quoq; non longè Eccleſia habeat.

In eodem loco verſ. Canones prohibeant, refert ſe ad Canones, nempè c. 39. Can. Apoſt. ibi. Omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, vt ea velut Deo contemplante diſpenſent, nec ei liceat ex eis aliquid omnino contingere, aut parentibus proprijs, quæ Dei ſunt condonare: quod ſi pauperes ſunt tamquam pauperibus ſubminiſtrent, nec eorum occaſione Eccleſiæ negotia deprædentur, & in cap. Epiſcopi 12. q. 1. ibi. Epiſcopi de rebus proprijs, vel acquiſitis, vel quidquid de proprio habent hæredibus ſuis (ſi voluerint) derelinquant, quidquid vero de prouiſione ſuæ Eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus, omnia in iure Eccleſiæ reſeruare cenſuimus.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta ſub Decreto de reformatione c. 2. verſ. A ſacris canonibus, habetur ad ſacros canones videlicet in cap. excommunicamus il primo de hęreſ. ibi. Excommunicamus itaq; & anathematizamus omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus hanc ſanctam orthodoxam, & catholicā fidem, quam ſuperius expoſuimus condemnantes hæreticos vniuerſos quibuſcumq; nominibus cenſeantur, facies quidem diuerſas habentes, ſed caudas ad inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipſum.

In eodem cap. verſ. Secundum formam ſacror. canon. habetur ad ſacros canones, nempè ad cap. Certum 11. q. 3. ibi. Certum eſt pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere, cum ad Synodum canonice vocatus venire contemnit, aut ſi poſtquam illuc venerit, ſacerdotalibus reſpuit obedire præceptis, aut ſi ante finitam cauſæ ſuę examinationem à Synodo abire præſumat.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta, ſub eodem Decreto de reformatione cap. 7. ver. quæ à iure, habetur ad ius, quod eſt in cap. 1. de cler. ægrot. 6. ibi. Paſtoralis officij debitum exequentes declaramus, atq; ſtatuimus coadiutorum Epiſcoporum, & ſuperiorum prælatorum dationem intelligendam eſſe de cauſſis maioribus, & referendam ad Sedem Apoſt. ac ab ea (conſuetudine non obſtante contraria) tantummodo poſtulādam. Verum ne hoc prætextu Eccleſiæ (exiſtentes præcipuè in remotis) diſpendia patiantur. Nos earum in hac parte indemnitatibus præcauere volentes, hac generali conſtitutione ſancimus, vt Epiſcopus ſenio, aut valetudine corporali grauatus, vel etiam alias adeò impeditus perpetuo vt officium ſuum nequeat exercere: poſſit de ſui conſilio, & aſſenſu capituli, vel maioris partis ipſius, vnum, vel duos auctoritate

tate Apoſt. coadiutores aſſumere ad dictum officium exequendum. Si verò Epiſcopus demens fuerit, & quid velit; aut nolit exprimere neſciat, vel non poſſit: tunc eius capitulum, vel duæ ipſius partes eadem auctoritate vnū, aut duos coadiutores aſſumant idoneos, qui eius officium exequātur. Si autem Epiſcopus ſenio, aut incurabili morbo grauatus, vel perpetuo impedimento detentus ad ſui executionem officij reddatur inutilis, & coadiutorem aſſumere, vel habere noluerit, licèt à capitulo requiſitus proprio ſe illius non indigere ſuffragio forſitan aſſerendo: tunc nil per capitulum innouetur: ſed hoc caſu, & etiam proximo idem capitulum Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ conditionem, & ſtatum, de facti circūſtantias vniuerſas, quam citò poterit fideliter, & explicite referat ad notitiam dictæ ſedis recepturi humiliter, & efficaciter impleturi quod ſuper hoc, per ſedem ipſam contigerit ordinari. Præſenti quoq; adijcimus ſanctioni, vt coadiutores huiuſmodi de prouentibus prælatorum, in quorum aſſumentur auxilium ſumptus recipiant moderatos, ab alienatione qualibet de bonis Eccleſiaſticis prelatorum ipſorum, vel Eccleſiarum ſuarum quomodolibet facienda penitus abſtinentes: rationem non ſolum in diſtricto examine; Sed, & Prelatis eiuſdem (ſi ſanę mentis extiterint) ac capitulis eorundem, ſeu etiam ipſorum Prælatorum ſucceſſoribus (ſi hoc antea non fecerint) plenariam reddituri. Cœterum quod de Epiſcopis præmittitur, ad Superiores etiam Prelatos eſſe volumus, & intelligimus referendū, & c. 1. 7. q. 1. ibi. Scripſit mihi dilectio tua me Reuer. Fratri meo Ioanni primæ Iuſtinianæ Sedis Epiſcopo pro ægritudine capitis, quam patitur Epiſcopum præcipere ſuccedere: ne fortaſſe dum Epiſcopis iura eadem Ciuitas non habeat (quod abſit) ab hoſte depereat. Et quidem nuſquam canones præcipiunt, vt pro ægritudine Epiſcopi, Epiſcopus ſuccedat, & ideo iniuſtum eſt, vt ſi moleſtia corporis irruat, honore ſuo priuetur ægrotus. Sed ſuggerendum eſt, vt ſi quis in regimine ęgrotat diſpenſator illi talis requiratur qui poſſit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine Eccleſię (ipſo non depoſito) conſeruare, vt neq; Deus omnipotēs offendatur, neq; Ciuitas neglecta eſſe inueniatur.

In eadem Seſſione vigeſimaquinta cap. 8. ſub Decreto de reformatione cap. Hoſpitalē 42. diſt. ibi. Hoſpitalem vero ſacerdotem eſſe oportet ne ſit de numero eorum, quibus in iudicio dicetur. Hoſpes fui, & non recepiſtis me, qui enim Apoſtolum ſecutus fuerit alios ad hoſpitalitatem debet inuitare, quomodo hoſpitalitatis exhortator poterit eſſe, qui domum propriam hoſpitibus claudit? & in clem. quia contingit de relig. dom. quæ eſt ſuper relat. 26.

In eodem loco verſ. iuxta conſtitutionem Concilij Viennenſis, habetur in clem. quia contingit de relig. dom. quem textum retuli ſuperius in relat. 26. & in relat. 61.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta ſub Decreto de reformatione in c. 9. & alijs iure requiſitis, habetur ad iuris requiſita videlicet ad cap. piæ mentis 16. q. 7. ibi. Piæ mentis amplectenda deuotio eſt, qua ſe Iulius nobis in re Iuliana ſui iuris fundaſſe perhibet Eccleſiam, quam in honorem Sancti Viti confeſſoris eius nomine cupit conſecrari. Hanc igitur frater cariſſime (ſi ad tuam diœceſim pertinere non ambigis) ex more conuenit dedicari, collata prius donatione ſolemni, quam miniſtris Eccleſiæ deſtinaſſe prefati muneris teſtatur oblator, ſciturus ſine dubio p̄ter proceſſionis aditum, qui omni Chriſtiano debetur, nihil ibidē ſe proprii iuris habiturum. Et in cap. nobis de iure patr. ibi. Nobis fui, & inf. Inquiſitioni T. tale damus reſponſum, quod ſi quis Eccleſ. cum aſſenſu diœceſani Epiſc. conſtruxerit ex eo ius patron. acquirit. Cęterum in conuentuali Eccleſia, non electioni prælati faciendæ, ſed iam factæ honeſtius patroni poſtulatur aſſenſus, niſi aliter de ſua iuriſdictione obtineat, vt partes ſuas interponere debeat electioni tractandæ. Secus tamen eſt in cappella, in qua vnus presbyter a patrono eligitur, & pro inſtitutione habenda loci Epiſcopo præſentatur. Pro fundatione quoq; Eccleſiæ honor proceſſionis fundatori ſeruatur, & ſi ad inopiam vergat, ab Eccleſia illi modeſtè ſuccurritur, ſicut in ſacris eſt canonibus inſtitutum.

In eodem loco ver. contra canon. ſanction. Habetur ad canon. ſaction. nempè ad capit. quia de iur. patron. ibid. Quia clerici quidam aduocationes Eccleſiarum comparant, vel quocunquè modo poſſunt acquirunt, vt poſtmodum eorum filij, vel nepotes ad eaſdem Eccleſias præſententur, præcipimus vt id arctius inhibere procures, eoſdem aduocationibus taliter acquiſitis appellatione poſtpoſita ſpoliando. Et in cap. de iure eod. tit. ibi. De iure verò patron. & inſ. Mandamus quatenus ſi R. illud comparauit, cum inconueniens ſit vendi ius patron. quod eſt ſpirituali annexum contractum illum irritum eſſe decernimus.

In eadem ſeſſione 25. ſub eodem Decreto de reformat. cap. 10. verſ. iuxta Conſtitut. Bonifacij, habetur in c. ſtatutum de reſcrip 6. ibi. Statutum quod circa Iudices à Sede Apoſtol. deputandos nuper edidimus: cum quædam

contenta in eo, quæ pro communi vtilitate credebantur inducta (ſicut experiẽtia docuit) tendere dignoſcantur ad noxam ſanctione præſenti (quam irrefragabilitèr obſeruari mãdamus) ſuadente vtilitate in melius duximus reformandum. Sancimus igitur, vt nullis, niſi dignitate præditis, aut perſonatum obtinentibus, ſeu Eccleſiarum cathedralium canonicis, cauſſæ auctoritate literarum Sedi Apoſtolicę, vel legatorum eiuſdem de cętero committantur, nec audiantur alibi, quam in ciuitatibus, vel locis inſignibus, vbi poſſit commodè copia peritorum haberi.

In eadem ſeſſione 25. ſub eodem Decreto de reformat. cap. 11. verſ. Contra canonicas ſanctiones, habetur ad canonicas ſanctiones videl. in cap. de reb. Eccl. non alien. 6. ibi. Hoc conſultiſſimo prohibemus edicto vniuerſos, & ſingulos prælatos, Eccleſias ſibi commiſſas, bona immobilia, ſeù iura ipſarũ laicis ſubmittere, ſubijcere, ſeu ſupponere abſq; capituli ſui conſenſu, & Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, & in cap. 1. §. quia eod. tit. ibi. Quia etiam tractatus ſolemnis, & diligens, qui in talibus conceſſionibus perpetuis, & alienationibus rerum Eccleſiaſticarum exigitur, non fuit habitus in eandem ordinationem, & conceſſionem ipſam (prẹſertim cum euidens neceſſitas, quarè fieri deberet, vel vtilitas non ſubeſſet) de fratrum noſtrorum conſilio, decernimus non valere.

In eadem ſeſſione vigeſima quinta ſub eodem Decreto de reform. cap. 12. verſ. Ad quas de iure, habetur ad ius, quod eſt in cap. non eſt de decimis, ibi, non ẹſt in poteſtate hominum cum. Non eſt in poteſtate hominum cum plãtant arbores, vel aliqua ſemina terræ mandant, & inf. Re vera ſicut S. Patres in ſuis tradiderunt ſcripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus hortis negotiatione, de ipſa etiam militia, de venatione, & de omnibus bonis, decimæ ſunt miniſtris Eccleſiæ tribuendæ, itá, vt qui de his eas ſoluere neglexerint Eccleſiaſt. diſtrictione debeant percelli, & inf. volumus ergò, & diſtricte præcipimus, quatenus antequam vllas deducatis de bonis prædictis expenſas, decimas Eccleſijs, ad quas pertinent, cum integritate debita perſoluatis.

In eadem ſeſſione 25. ſub eodem decreto de reform. c. 14. verſ. à ſacris canon. habetur ad ſacros canones, nempè ad cap. 1. & ſeq de cohab. cler. & mul. ibi. Inhibendum eſt, vt nullus Sacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe retineat. Sed neq; illas, quas canones cõcedunt, matrem amitam, & ſororem: quia inſtigante diabolo, & in illis ſcelus perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem. Sed ſi qua de his neceſſitatem habuerint presbyteri habeant in vico, aut in villa domum longe à ſua conuerſatione, & ibi eis, quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrent. Prohibendum quoq; eſt, vt nulla fœmina ad altare præſumat accedere, aut presbytero miniſtrare, aut intra cancellos ſtare, ſiuè ſedere.

In eodem loco, verſ. iuxtà ſacros canon. refert ſe ad ſacros canon. nempè ad cap. ſi quis amodo 81. diſt. ibi. Si quis amodo Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit, à proprio gradu decidat, vſq; dùm ad ſatisfactionem veniat, nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus Eccleſiaſticis habeat, & in c. ſi autem de cohab. cler. & mulier. ibi. Si autem clerici tuæ iuriſdictionis (ſiuè in ſacris ordinibus, ſiuè in inferioribus conſtituti) fornicarias detinent, niſi eas ad ſecundam, vel tertiam cõmonitionem à ſe dimiſerint, eaſdem de cętero contempturi; liceat tibi eos Eccleſijs, vel earũ portionibus appellatione poſtpoſita ſpoliare officio ipſis nihilominus interdicto.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta, ſub 15. decreto de reformatione, verſ. Et canonicarũ ſanctionum. habetur ad canon. ſanction. nempè ad cap. 2. de filijs presbyterorum, ibid. Ad præſentiam noſtram accedens R. Presbyter tacito, quod eſſet filius ſacerdotis, impetrauit a nobis, vt in Eccleſia in qua pater eius miniſtrauerat exiſteret cappellanus. Ideoq; mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quod memoratus R. ſit in ſacerdotio genitus, & quod pater in eadem Eccleſia miniſtrauit non obſtantibus prædictis literis noſtris ipſum amoueas ab eadem. Et in cap. ad extirpandas eodem titulo, ibid. Ad extirpandas ſucceſſiones, & infr F. tuæ mandamus quatenus ſi qui filij presbyterorum prouincię tuæ teneant eccleſias in quibus patres eorum tanquam perſonæ, vel vicarij nulla perſona media miniſtrarunt: eos, ſiue geniti ſint in ſacerdotio, ſiue nõ, ab eiſdem Eccleſijs non differas amoueri.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta, ſub eod. Decreto de reformatione cap. 17. verſ. ſacros canones, habetur ad ſacros canon. nempe ad cap. quis dubitet 96. diſt inc. ibid. Quis dubitet ſacerdotes Chriſti, Regum, & Principum, omniumq; fidelium patres, & magiſtros cenſeri? Non ne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubijcere à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cęlis ſe ligari poſſe, & ſolui?

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta, ſub eod. De-

Decreto de reformatione cap. 18.verſ.Sacratiſſimos canones.Habetur hoc in loco ſacros canones ab omnibus ſeruandos eſſe facit, ad hoc cap.1.de conſt. ibi. Canonum ſtatuta cuſtodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus,vel iudicijs eccleſiaſticis,ſuo ſenſu,ſed eorum auctoritate ducatur. Et in cap.enimuero 19.diſtinct. ibi.Enimuero quia in ſpeculum, & exemplum S.R.E. cui nos Chriſtus præeſſe voluit, propoſita eſt, ab omnibus, quidquid ſtatuit,quidquid ordinauit,perpetuo quidem, & irretragabiliter obſeruandũ eſt.Et in c. ſic omnes eadem diſtinct.ibi.Sic omnes ſanctiones Apoſtolicæ Sedis accipiendæ ſunt tanquã ipſius diuina voce Petri firmatæ.

In eadem ſeſſione vigeſimaquinta, ſub eodem Decreto de reformatione cap.19.verſic. iuxta ſacros canones. Habetur ad ſacros canones,nempè ad cap. Monomachiam 2. q. 4. ibid. Monomachiam verò in lege non aſſumimus, quam præceptam fuiſſe non reperimus: quam licet quoſdam iniiſſe legimus,ſicut Dauid ſanctum, & Goliam ſacra prodit hiſtoria, nuſquam tamen,vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſanxit auctoritas,cum hæc, & huiuſmodi ſectantes,Deum ſolummodo tentare videantur. Et in cap.de clericis pugnantibus in duello,ibi. Porrò ſi clericus alicui ſponte duellum obtulerit,vel oblatum ſuſceperit,ſiuè victus fuerit de rigorè iuris,eſt merito deponendus. Sed quantomcunquè eius in hoc grauis ſit,& enormis exceſſibus, euadere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi cum ipſo ſuus Epiſcopus duxerit miſericorditer diſpenſandum,dummodo ex illo duello homicidium, vel membrorum diminutio non fuerit ſubſecuta.

In eadem ſeſſione vigeſima quinta, ſub eodem Decreto de reformatione cap. 20. verſ. ſacr.canon. & concil.omnia, habetur ad can. & concil.videlicet ad cap.quamquam de cenſibus 6. ibid. Quamquam pedagiorum exactiones tam iure canonico,quam ciuili,regulariter merito ſint damnatæ: tanto tamen diſtrictius, ne ab Eccleſia, & perſonis eccleſiaſticis talia exigantur, prohiberi oportet quanto ſi id fiat maioris inde tranſgreſſionis reatus incurritur, & offenſa videntior comprobatur. Cum igitur Eccleſ. eccleſiaſticæq; perſonæ, ac res ipſarum, non ſolum iure humano,quinimmò & diuino,à ſecularium perſonarum exactionibus ſint immunes conſtitution.felic.record.Alexandr.Papæ IV.prædeceſſoris noſtri, qui ſtatuit Eccleſias,& perſonas eccleſiaſticas,ad pedagia,& guidagia penitus non teneri,nec ad exhibendum, vel ſoluendum talia pro rebus ſuis proprijs,quas non cauſa negotiandi deferunt,vel deferri faciunt,ſeu tranſmittunt,volentes propter multorum inſolentiam, & abuſum pœnæ adminiculo adiuuare, adijcimus diſtrictius inhibendo (contraria conſuetudine quorumcumq; corruptela dicenda eſt verius non obſt.) vt nec collegium, nec vniuerſitas, nec aliqua ſingularis perſona,cuiuſcumq; ſit dignitatis, conditionis aut ſtatus, a præfatis Eccleſ. aut perſonis pro perſonis ipſis, aut rebus prædictis talia exigat,vel extorqueat per ſe,vel per alium,ſuo nomine, vel etiam alieno, aut eas ad huiuſmodi perſoluenda compellat.Qui vero contrafecerint ſi perſonæ fuerint ſingulares,excommunicationis;ſi autem collegium, vel vniuerſitas Ciuitatis caſtri, ſeu loci alterius cuiuſcumq; ipſa Ciuitas caſtrum, vel locus,interdicti ſententias ipſo facto incurrant: nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolutionem obtineant: donec exacta plenarie reſtituerint, & de tranſgreſſione ſatiſfecerint competenter,& in tot.tit.de immun.Eccl.

In eadem ſeſſione 25. ſub Decreto de indult.verſ.Et ſacror.can.habetur ad ſacros canones videlicet ad cap.abſit 50.diſt.ibi. Abſit à Rom. Eccl. vigorem ſuum tam profana facilitate dimittere,& neruos ſeueritatis euerſa fidei maieſtate diſſoluere,vt cum adhuc non tamen iaceant in peccatis, ſed etiam cadant euerſorum fratrum ruinę propterea nimis remedia communicationum vtiq; non profutura præſtentur, vbi enim poterit pœnitentiæ medicina procedere,ſi etiam ipſe medicus intercepta pœnitentia indulget periculis? Hoc non eſt curare,ſed (ſi verum dicere volumus) occidere,& de indulgentijs retuli ſuper relat. 54.& in cap.fin.de pœn.& remiſſ.6.ibi.Indulgentiæ,quæ ab vno,vel pluribus Epiſcopis in Eccleſiarum dedicationibus, vel alijs quibuſcumq; caſibus conceduntur, vires non obtinent ſi ſtatutum exceſſerit conc.gen.

In eadem ſeſſione 25.ſub Decreto de delecto ciborum,ieiunijs,& diebus feſtis,ver.Quã in alijs œcumen.ſtatuta ſunt, habetur ad alia concilia, nempe ad concil. Aquiſgranenſe 1. c. 94. ibi. Tantum tibi ieiuniorum impone quantum ferre potes.Sint tibi ieiunia pura, caſta,ſimplicia,moderata,& non ſuperſtitioſa,&c. Deindè dicit,fortiſſimum ieiunium eſt aqua,& panis,& in toto tit.de obſeru.ieiuniorum, quatenus autem refert ſe ad feſtorum dierum celebrationem, habetur hoc in cap. fin. de ferijs,ibi.Conqueſtus eſt nobis,& infra. Quamuis non prorogari, ſed expediri deceat quæſtiones, debet tamen iudicialis ſtrepitus diebus conquieſcere feriatis,qui ob reuerentiã Dei noſcuntur eſſe ſtatuti,ſcilicet Natalis Do-

Domini, S. Stephani, Ioann. Euangeliſt. Innocentium, S. Sylueſtri, Circunciſione, Epiphaniæ, ſeptem diebus Dominicæ paſſionis, Reſurrectionis cum ſeptem ſequentibus, Aſcenſionis, Pentecoſtes cum duobus qui ſequuntur, Natiuitate S. Ioann. Baptiſt. feſtiuitatum omnium Virgin. glorioſæ duodecim Apoſtol. & præcipuè Petri, & Pauli, B. Laurentij, dedicationis B. Michael. ſolemnitatis omnium Sanctorum, ac diebus dominicis, cœteriq; ſolemnitatibus, quas ſinguli Epiſcop. in ſuis diœceſibus, cum clero, & populo duxerint ſolemniter venerandas, quibus vtiq; ſolemnibus ferijs, niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat, vſq; adeò conuenit ab huiuſmodi abſtinere, vt conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, quam cõtingi diebus huiuſmodi promulgari. Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum, vel meſſium ob neceſſitates hominum indulgentur, procedi valeat, ſi de partium proceſſerit voluntate.

Applicatio omnium Bullarum ad Sacros Canones, & Concilia, ex quibus poteſt fieri ſeptimus, vt dicit Card. Tuſcus, &c.

CVr eiuſmodi Pontificiarum legum, diplomatumq; & reſcriptorum Collectio Bullarij nomen ſortita eſt, & qui Pontifices eas.

Reſpondetur Bullæ ſignificatio multiplex eſt, vt recenſet Rebuff. in prax. benef. in tit. 3. pars Signaturæ §. nunc videamus Petr. de Gregor. lib. 17. Syntag. iur. c. 25. n. 21. & in decretalibus in tit. de reſcrip. c. 45. lib. 1. Crauet. ad Veſtrium in pract. Rom. Cur. lib. 1. c. 4. nu. 23. & nouiſſimè Sebaſtian. à Coſta in ſuo cõmentar. ſuper Bulla Cruciatæ quæſt. 1. vbi antiquiores cumulat, ſed vſu, & conſuetudine Rom. Curiæ vſurparum eſt, vt Bulla Pontificum Diploma ſignificet, eo quod à Bulla plũbea cordis pendentibus affixa, & SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum Capita inſculpta habent firmamentum recipiat ſecundum grediẽdos, & apud Curiales tritiſſimum eſt. Hæc itaq; collectio, in qua plurima extant eiuſmodi diplomata, Bullæ nuncupata, Bullarij nomen ſortita eſt. Vide in fine Bullarij Sanctæ Inquiſitionis praxis noſtræ multa alia, &c. Viualdus poſt multas Ethimologias, quod accipitur Bulla pro toto Diplomate. Dionyſius, Athanaſius, quod dicitur Bulla ſimilitudinariè à Bulla, quæ portabatur in pectore pendens à nobilibus Romanis, vide in fine noſtri Summarij Bullarum Sanctæ Inquiſitionis multa.

Quot ſunt Pontifices, qui fecerunt concilia, & quot ſint Concilia, & vnde dicantur cõcilia modo iam dictum eſt.

Quot ſint Pontifices Romani, qui fecerunt bullas conſtitutiones, & quot ſunt iſtæ conſtitutiones, ſeu bullæ, ſeu diplomata. Reſpondetur ſunt pluſquam ſeptuaginta Pontifices, vt Leo primus qui fecit duas conſtitutiones, Gelaſius primus vnam cõſtitutionem, Pelagius 2. vnam, Ioannes 15. vnam, Leo 9. duas, Alexander 2. vnam, Gregorius 7. vnam, Vrbanus 2. vnam, Paſchalis 2. tres, Caliſtus 2. vnam, Honorius 2. vnam, Innocentius 2. duas, Eugenius 3. tres, Anaſtaſius 4 duas, Alexander 3. nouem, Vrbanus 3. vnam, Gregorius 8. vnam, Cœleſtinus 3. tres, Innocentius 3. duodecim, Honorius 3. octo, Gregorius 9. quatuordecim, Innocentius 4. viginti vnam, Alexander 4. vigintitres, Vrbanus 4. octo, Clemens 4. quatuordecim, Gregorius 10. tres, Nicolaus 3. duas, Martinus 4. vnam, Honorius 4. duas, Nicolaus 4. ſex, Cœleſtinus 5. vnam, Bonifacius 8. decem, Benedictus 11. duas, Clemens 5. quatuor, Ioannes 22. quindecim Benedictus 12. ſeptem, Clemẽs 6. quinque Innocentius 6. duas, Vrbanus 5. duas, Gregorius 11. decem, Vrbanus 6. tres, Bonifacius 9. quinq; Innocentius 7. vnam, Gregorius 12. tres, Ioãnes 23. vnam, Martinus 5. ſexdecim Eugenius 4. vigintinouem, Caliſtus 3. quatuor, Pius 2. vndecim, Paulus 2. ſeptem, Siſtus 4. vigintiquatuor, Innocentius 8. decemnouem, Alexãder 6. duodecim, Iulius 2. triginta vnam, Leo 10. quadraginta ſeptem, Adrianus 6. quinque, Clemens 7. quadraginta vnam, Paulus 3. quadraginta nouẽ, Iulius 3. vigintiquinque, Paulus 4. viginti vnam, Pius 4. centum, & ſex, Pius 5. centum, quinquaginta vnam, Gregorius 13. centũ, & duas, Sixtus 5. cẽtum, & ſeptem, Gregorius 14. decem, & nouem, Innocentius 9. duas, Clemens 8. centum viginti tres, Paulus 5. nonaginta octo Vrbanus 8. pluſquamcentum.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

COnſtitutio ſuper ritibus Græcorum qui tolerari, vel non tolerari poſſunt. Habetur in verbo Græcorum Ritus Innoc. 4.

Super vnione Græcorum ad S. R. E. in bullario Patriarchæ Conſtantinopolitani. Defenſio quinq; capitum, quæ in Sancta, & œcumenica Florentina Synodo continẽtur. De proceſſione Spiritus Sancti. De Sacrificio in azimo, vel fermentato. De Purgatorio. De fruitione Sanctorum. De primatu Papæ, & dictus liber fuit ex Græco in Latinum tranſlatus, ac

Ro-

Romæ impreſſus anno 1579. vbi ſectione 15. fol. 141. deplorat, & deſcribit excidium Conſtantinopolitanum dicens Græcos propter ſchiſma veniſſe in manus Turcarum. De Andronico Paleologo ſe Imperatorem Græcorum nominante ſchiſmatico denunciato excommunicato, vide extrauag.comm, clem. 5. Ad certitudinem de ſent.excomm. Idem Eugenius in eodem Concil. Armenis, & Iacobitis ſe vnientibus S.R E. per duas conſtitutiones veritatem Catholicæ fidei eos inſtruit incip. Cantante Domino, & alia incip. Exultate Deo infra bulla 10. Eug. 4.

Profeſſio orthodoxæ fidei à Græcis facienda iuſſu fel.recor. Greg. Papæ xiii. edita habetur in eodem verbo, & adde ad cap. vnic. de Summa Trin. in 6. infra in Bulla Greg. 13.

Ex ſententia congregationis ſuper aliquibus ritibus Græcorum, &c. Et hæc de Græcis ad hunc titulum pertinentia, quę ad huc non ſunt in bullario, ſed in eo habes dictam conſtitutionem Eugenij Quarti, in generali Concilio Florentino. Capita in eo diffinita habentur in dicta profeſſione fidei à Græcis faciēda ſupra. Aduertendum tamen eſt, quod circa articulum in eodem Concilio diffinitum ſicut alia bulla Nicolai Quinti non reperitur in bullario. De fruitione Sanctorum aderat antea extrauagans Benedicti xii. incip. Benedictus Deus, quæ etiam non eſt in bullario, ſed eam refert per extenſum Alphonſus de Caſtro in libro contra hæreſes in verbo Beatitudo ſupra in Florentino.

Super forma iuramenti profeſſionis fidei.

De fidei profeſſione emittenda in ordinatione, & promotione Doctorum, & aliorum cuiuſuis artis, & facultatis profeſſorum infra Pij 4.

De Conſtitutionibus confirmatio æcumenici generalis Concilij Trid.

Declaratio temporis ad obſeruandum decreta dicti Concil. Trid. in bullario incip. ſicut ad ſacrorum, & ſunt impreſſæ in fine eiuſdem Concilij, & vide in verbo Concilium Trid. vbi de alijs conſtitutionibus facientibus ad hunc titulum infra Pius 4.

De non publicandis conſtitutionibus Conciliorum Prouincialium abſq; Sedis Apoſtolicæ approbatione habetur in verbo Conciliū infra Siſtus V.

De electione contra prouiſos apud Sedem Apoſtolicam dantes, aut promittentes nuntiatoribus infra Greg. 11. Iulius 3.

Contra prouiſos retinentes beneficia Eccleſiaſtica abſq; literis Apoſtolicis, & breue Pij v. ibidem allegatum habes per extenſum.

Quod Archiepiſcopi, & Epiſcopi cuiuſcumquè ordinis profeſſiores ad Clauſtra ſuorum ordinum redeuntes ad dignitates, & officia aſſumi non poſſint, infra Paulus IV. Pius iv.

Reformatio conclauis in electione Romani Pontificis in bullario incip. In eligendis, & contra aſpirantes ad papatū ſimoniace adeſt conſtitutio Iulij 2, Cum tam Diuino, & vide aliam Clem. 7. de electione Romani Pontificis, cum chariſſimus, & eiuſdem Pontificis innouatio litterarum ſuarum ſuper electione Rom. Pont. Licet varie, & præcedentes conſtitutiones adde ad diſpoſita in cap. licet de vitanda de elect. &c. vbi periculum eod. tit. in 6. & clem. ne Romani dict. tit. & contra ambientes ad papatum vide Pauli 4. conſtitutionem in bullario incip. Cum ſecundum Apoſtolum.

Super collatione Parochialium Eccleſiarum in Pio v. infra.

De Abbatiſſis, & alijs Monaſteriorum monialium præfectis non vltra triennium per Vniuerſam Italiam in futurum eligendis Gregor. 13.

De Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinaliū creandorum numero, ordine, ætate, tempore, qualitate, & officio, incip. poſtquàm.

Super noua ordinatione titulorum, & Diaconiarum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, incip. Religioſa.

Contra ineuntes ſponſiones ſuper vita, & morte, & futura electione Summi Pontificis, ac promotione S.R.E. Cardinalium.

De forma faciendi proceſſus, & inquiſitiones ex pręſcripto Concilij Trident. ſuper promouendis ad regimina Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum Superiorum, ſeu Monaſteriorum, atq; ad cæteras dignitates, de quibus in Conſiſtorio prouidetur infra Greg. 14.

De renunciatione, relaxatio prohibitionis de non admittendis reſignationibus per Ordinarios cū modificationibus conſtitutio de modo, & forma publicandi reſignationes, & ceſſiones Pij v. Greg. 13. infra.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum contra promotos ante legitimam ætatem, aut extra tempora, aut ſine dimiſſorijs Pius 2.

Extenſio decreti Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. quod incipit, cum non deceat loquentis de clericis ſæcularibus ad clericos regulares non profeſſos, quod non promoueantur ad ſacros niſi ſeruata, forma dicti decreti Pius v.

Moderatoris Bullę fel.rec. Sixti Papæ v. cōtra clericos male promotos, ac in Epiſcopos in ordinum collatione peccantes.

De

De ordinatione Regularium, & collatione ordinum ab Abbatibus Clem. viii.

De Sacra vnctione congruunt huic titulo conſtitutiones Summorum Pontificum, & decreta Sacrorum Conciliorum Florent. & Trid. quæ habentur in verbo græcorum Ritus Sacræ Congreg.

De Filijs Præsbiterorum, & alijs illegitime natis, quod filij Sacerdotum nullo pacto, aut quouis quæſito colore in beneficijs parentum ſuorum ſuccedere poſſint Clem. 7.

Reuocatio facultatum teſtandi, & diſponendi de rebus Eccleſiaſticis feudalibus, & emphyteoticis in illegitimos pij v.

Contra illegitimos, legitimatos, &c. ad religionem tranſire volentes Siſti v.

Declaratio præcedentis conſtitutionis.

Moderatio prædictarum conſtitutionum Sixti v. contra illegitimos regulares Greg. 14.

De officio iudicis deleg. De aſſeſſore aſſumendo à Iudice iurium non Doctore de conſeruatore eligendo per Regulares Leonis 10.

De officio Iudicis ordin. prohibitio imprimendi libros abſq; approbatione Vicarij, & Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici in Vrbe; ac Epiſcoporum, & Inquiſitorum hæreticæ prauitatis in alijs Ciuitatibus fol. 190. in bullar. incip. Inter ſollicitudines, & vide Conc. Trid. ſeſſ. 4. §. ſed & impreſſoribus, ac regulas Iudicis librorum prohibitorum c. 10. & Nauar. in manual. confeſſ. c. 27. n. 148.

Litteræ in forma breuis, per quas Eccleſiæ Græcorum, earumq; Prælati, & adminiſtratores viſitationi, ac ſuperioritati Ordinatiorum ſubijciuntur, ac faciunt tex. in cap. quoniam de off. ord. & allegata in princ. vcibi Græcorum ritus Pij 4.

Præceptum omnibus Epiſcopis vtriuſq; Siciliæ, vt conficiant quotannis inuentarium actorum criminalium ſuæ curiæ Pij 5.

Vt bonorum Eccleſiaſticorum archiuium teneantur facere Prælati in eorum Diœceſibus, & adminiſtratores Eccleſiarum Sixti 5.

De Maioritate, & obedientia in Conc. Lateranen. de pulſatione campanæ in Sabbato Sancto Leon. 10.

De præcedentia fratrum Mendicantium, & confraternitatum Greg. 13.

Decretum, quo declaratur Epiſcopis in Eccleſijs Regularium Pontificalia exercentibus licere baldachinum erigere, Clem. 8.

Applicatio omnium Bullarum ad Sacros Canones, & Concilia, ex quibus poteſt fieri ſeptimus, vt dicit Card. Tuſcus, &c.

De iudicijs de nullitatibus alias quam ex defectu iuriſdictionis, citationis, aut mandati non attendendis Clem. 8.

De foro competenti, contra perſonas Eccleſiaſticas, alias, perſonas Eccleſiaſticas ad forum laicale trahentes in bullario incip. Ad reprimendas, vbi alterantur pœnæ, de quibus in cap. ſi diligenti de foro competenti, & contra Iudices vide etiam bullam cœnæ Domini c. 15. & de pœna clerici, qui conquæritur coram indice ſæculari de prælato eſt tex. in c. grauem de exceſſ. prælat. Clem. 8.

De feriis de obſeruatione feſtorum vide decreta Sacræ Congregationis Pij 5.

De ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuũ facultas iudicum lite pendente decernendi ſequeſtra ſuper fructibus beneficiorum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, ſiue affectorum; & ordinaria, vel alia authoritate nulliter collatorum, & pœna deſuper litigantium Pij 4.

Quod fructus beneficiorum lite pendente deponi debeant apud perſonam à Iudice eligendam, non obſtantibus quibuſcumq; ſtatutis diſponentibus, quod Capitula, & Canonici percipiant Pij 5.

De iureiurando, innocatio conſtitutionis Nicolai tertij, & aliarum ſanctionum contra iurantes, & iurare facientes illicita, impoſſibilia, damnoſa, & Eccleſiaſticæ libertati, ac decretis Concilij Tridentini aduerſantia Greg. 13.

De viſitandis liminibus Apoſtolorum poſſet etiam ſituari ſub titulo de maior. & obedient.

Liber tertius de vita, & honeſtate Clericorum, de habitu, & tonſura per clericos ſeu milites beneficia, vel penſiones obtinentes deferendis, & pœnis contra inobedientes inflictis Sixti 5.

Conſtitutionis prædictæ moderatio.

Cõtra Eccleſiaſticas perſonas Regni Neapol. bannitorum receptatores, & delinquentium, ac debitorum.

De Clericis non reſidentibus, ſuper reſidẽtia Epiſcopali, Pij 4.

Contra non reſidentes.

Declaratio, quod gratiæ de non reſidendo, & percipiendo fructus ratione ſtudij non valeant ſine conſenſu ordinarij.

Super reſidentia in Parochialibus per obtinentes eas, ac canonicatum, aut dignitates, aut aliud beneficium Pij 5.

De præbendis, & dignitatibus, quod Iudices cauſarum beneficialium, vel criminalium ptiuationem beneficiorum concernentium, eorumq; affines, & familiares beneficia illa impetrare non poſſint Pii 4.

De pœnis confetentiũ beneficia Sedi Apoſtolicæ reſeruata.

Re-

Reſeruatio beneficiorum, & de beneficijs propter hæreſim, ſeu certo modo vacantibus Pij 5.

Declaratio portionum, quæ aſſignari debent Vicarijs perpetuis in vnione beneficiorum incip. Ad exequendum in bullarium, ſed per conſtitutionem Greg. xiii. incip. In tanta relata reuocatur, & reducitur ad terminos iuris communis, & decretum Concil. Trid. quod vide in ſeſſ. 7. de refor. c. 7. & ſeſſ. 25. de refor. c. 16. de quibus Vicarijs habetur in clem. 1. de iur. patr. & in cap extirpandæ §. qui vero, cap. auaritiæ, &c. de Monachis de præben. eod. tit. in 6. & extrauag. Ioann. 22. de præben. & ibi gloſ. in verb. vicarios, cap. ad hæc de offic. vicar. clem. vnic. eod. tit. c. 1. de cap. monach. in antiq. & in 6. ac extat Petri Rebuffi tract. cōgruę portionis beneficiorum Vicarijs maximè debitæ Pij 5.

Decretum de nullitate omnium diſpoſitionum beneficialium, quæ fiunt perſonis prohibitis propter genus, ſeu hæreſim, aut à fide apoſtaſiam contra ſanctiones, ſtatuta, vel priuilegia Greg. 13.

Reſeruatio menſium Apoſtolicorum, & de alternatiua prò Epiſcopis reſidentibus in ver. Regulæ cancellariæ, vbi de alijs reſeruatis Sedis Apoſtolicæ Clem 8.

Erectio Eccleſiæ Bononien. in Metropolim, & Archiepiſcopatum in bullario incip. Vniuerſi, vbi enumerat aliqua de anctoritate Archiepiſcopi Greg. 13.

De Clerico Ægrotante, vel debilitato, Congruunt huic titulo declarationes Sacrę Congregationis ſacrorum rituum de facultate, quam habent Epiſcopi coadiutores cum futura ſucceſſione, & quænam exercere poſſint relatę in ver. Archiepiſcopi auctoritas.

Ne ſede vacante aliquid innouetur. Congruunt hùic titulo diſcuſſa in verbo capitulū ſede vacante.

De rebus Eccleſię non alienandis. De alienatione bonorum Eccleſiaſticorum non facienda, fuit relata Paul. 2.

De officio commiſſariorum in examinandis cauſis alienationum rerum Eccleſiaſticarum, quę à Sede Apoſtolica in forma ſi in euidentem vtilitatem cedant delegantur Pij 4.

Reductio ad viam iuris communis literarum Pauli 4 ſuper alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, cum ſatis abundè per anteriores canones fuerit prouiſum in bulla. incipien. prouida. Clem. 8.

Confirmatio conſtitutionis ſanctę mem. Pij Papa V. de ciuitatibus, terris, & locis S.R.E. non infeudandis, & declarationis ſel. rec. Innocentij Papę IX. deſuper factę incip. Romani.

De emptione, & venditione. Vt incolę, & habitatores, ac vniuerſitates Regnorum Siciliæ citra, & vltra Pharum contractus cenſuales modo tamen, & forma de qua in d. conſtitutione inter ſe contrahere libere, & licite poſſint Nicol. 5.

Super forma creandi cenſus Pij 5.

Breue ſuper confirmatione dict. conſtitutionis Nicolai V. Iſtud breue non reperitur in bullario Greg. 13.

De rerum permutatione. Conſtitutionem in ea parte, quæ ad permutationem attinet, vide in verbo beneficium permutatio. Pij 5.

De peculio clericorum declaratio circa bona quæ non veniunt ſub nomine ſpoliorū Pij 5.

Declaratio quod bona regularium extra clauſtra degētium ad Cameram Apoſtolicam ſpectent, & quòd in omnibus ſpolijs eadem camera eſt verè, & propriè hęres, & faciunt ad hunc titulum alię conſtitutiones Summorum Pontificum relatę in verbo ſpolia clericorum Greg. 13.

De teſtamentis, & vltimis voluntatibus. Quòd teſtamenta, donationes, & quæcumq; aliæ diſpoſitiones per Eccleſiaſticas perſonas facultatem ab Apoſtolica Sede non habentes etiam in fauorem piorum locorum facta de rebus Eccleſiaſticis nulla ſint in bullar. incip. graue nobis Pij 4.

Reuocatio facultatum teſtandi, & diſponendi de rebus Eccleſiaſticis, feudalibus, & emphyteoticis in illegitimos Pii 5.

Applicatio fabricæ Sancti Petri de Vrbe medietatis relictorum piorum non exactorū per triennium cum declarationibus.

De ſepulturis. Vt capſę omnes, & depoſita, ſeu alia cadauerum conditoria ſuper terram exiſtentia omnino amoueantur, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur in bullar. incip. cum primum §. & vt in Eccleſiis.

Ne liceat regularibus leuare defunctorum funera, ſine proprio defuncti Parocho, Decretum Concil. Lateran,

De regularibus, & tranſeūtibus ad religionem. Quod Religioſi, etiam cappellani Sedis Apoſtolicæ, eorum Superioribus in omnibus, & per omnia ſint ſubiecti, in bullar. incip. per Romani poteſt Greg. 7.

Reuocatio indultorum præter iuris communis diſpoſitionem conceſſorum recipiendi, vel retinendi Religioſos alterius Ordinis, etiam laxioris, Pii 5.

De trium votorum profeſſione ab iis emit-

tenda, qui in congregationibus ſub obedientia voluntaria viuunt, quorum habitus à ſæcularibus Presbyteris eſt diſtinctus, in bull. incip. lubricum.

Reuocatio omnium licentiarum ingrediēdi Moſteria, & domos Cartuſien. & aliorum quorumcunq; regularium Ordinum, etiam Mendicantium quibuſuis mulieribus conceſſarum.

Declaratio præcedentis conſtitutionis.

Contra illegitimos, legitimatos, crimino- ſos, & reddendis rationibus obnoxios ad aliquam Religionem tranſire volentes, & contra regulares abſq; ſuperiorum licentia de prouincia in prouinciam euntes, ſeu tranſmigrātes, Sixti V.

Super dubijs in priori conſtitutione emergentibus de admittendis ad habitum, & profeſſionem regularibus.

Moderatio prædictarum conſtitutionum Sixti V. contra illegitimos regulares Gregor. 14.

Reductio ad terminos iuris, & ſacrorum canonum vnius ſuper qualitatibus, ac modo, & forma recipiendorum religioſorum, & alterius illius declaratoriæ conſtitutionum fel. rec. Sixti Papæ V. quoad nullitates profeſſionum, ſaluis pœnis contra ſuperiores, &c. Clem. 8.

Contra Regulares delinquentes extra clauſtra.

Decretum de nouitijs ad regularem habitum non recipiendis, niſi in Monaſterijs, & locis deſignandis.

Decretum ſuper forma recipiēdi nouitios Regularium ad habitum, & profeſſionem.

Inſtitutiones ſuper receptione, & educatione nouitiorum religioſorum in Monaſterijs, & conuentibus deſignatis, vel deſignandis.

Contra regulares ad Vrbem temerè, leui ex cauſa accendentes abſq; eorum licentia.

De ſtatu regularium. Super clauſura, & reformatione quarumcunquè monialium, Pij V.

Prędictę conſtitionis declaratio, & de eleemoſynis monialibus præſtandis. Greg. 13.

Declaratio ſuper facultate quam habent Ordinarii, & alij monialium ſuperiores ingrediendi earum Monaſteria.

Reuocatio omnium licentiarum ingrediendi Monaſteria monialium, & virorum, & prohibitio, non habentes licentias ab Epiſcopis, vel ſuperioribus in caſibus neceſſarijs ingrediantur Monaſteria monialium, niſi vrgentibus neceſſitatibus.

Contra Moniales exeuntes à clauſura, & dantes licentiam, comitantes, & receptantes. Pij 5.

Quod Religioſi ad monialium Monaſteria cuiuſcunque Ordinis accedere prohibentur.

Ordinationes pro reformatione monialiū. Clem. 8.

De largitione munerum vtriuſq; ſexus Regularibus interdicta.

Declaratio quomodo ſint ſoluendæ eleemoſynæ pro monialibus ſupra numerum recipiendis, & quando poſſint concedi, vel promitti loca, in monaſterijs puellis habitum regularem ſuſcipere volentibus.

De celebratione miſſarum, & diuinis officiis.

Reuocatio licentiarum, ac facultatum celebrandi Miſſas veſpertino tempore. Pii. 5.

Reuocatio licentiarum Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu Miſſas, ac alia diuina officia celebrandi hactenus conceſſarum. Leo. X.

Contra beneficiatos non recitantes horas canonicas. Pii. 5.

De fructibus quos amittunt, qui horas canonicas non recitant. Clem. 8.

Decretum circa litanias obſeruandum.

De ſpectantibus ad Parochum exiſtentem in eccleſias extauritæ, ſeu magiſtrorum.

De reliquiis, & veneratione Sanctorum. Conſtitutio, ne in popularibus concionibus diſputetur de Conceptione glorioſę Dei Genitricis Mariæ. Pii 5.

Ne Agnuldei benedicti minio inficiantur, nec vænales proponantur, Greg. 13.

Decretales Literæ canonizationis S. Raymundi Ordinis Prædicatorum. Clem. 8.

De cenſibus, & exactionibus. Vtriuſq; ſexus perſonis Religionis Mendicātium exemptiones ab exactionibus, gabellis, pedagiis, & vectigalibus, Pii 5.

De Eccleſiis ædificandis. Præſcriptio normæ dandi licentiam ab ordinariis ad ædificanda in poſterum Regularia Monaſteria, Clem. 8.

De immunitate Eccleſiarum. Contra deambulantes per Eccleſias, pauperes per eas Mendicantes, ac alios in eis illicita facientes, vbi de feneſtris Eccleſias introſpicientibus fabricandis, Pii 5.

Super immunitate Eccleſiarum, Greg. 14.

Ne clerici, vel Monaci ſecularibus negotiis ſe immiſceant. De ſtudio Philoſophiæ, aut Poeſis, quando conſtitutis in ſacris non liceat Leo X.

Appli-

Applicatio omnium Bullarum ad 4. lib. decret. ad Sacros Canones, & Concilia, ex quibus poteſt fieri ſeptimus, vt dicit Cardin. Tuſcus, &c.

DE ſponſalibus, & matrimoniis decreti Sacri Concilii Trid. ſuper impedimento publicæ honeſtatis, & circa Sacramentum matrimonii, quoad Græcos, vide infra in bullis pii v. & Clem. viii.

De cognatione ſpirituali, decreti Concil. Trid. de cognatione ſpirituali, vt ſupra.

De eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſæ, declaratio decreti Concil. Trid. de impedimento affinitatis ex fornicatione proueniente in bullis Pii v. infra.

De conſanguinitate, & affinitate diſpenſatione non concedendi contrahentibus matrimonia ſcienter in gradibus prohibitis in Bulla incip. Quia. Vide Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. matrimonii cap. 5. & clem. vnicam de conſang. & aff. De cauſis diſpenſationis, vide Abb. in cap. quocirca dict. tit. Felin. in cap. nihil de præſcrip. Nauar. in manual. confeſſ. cap. 22. num. 87. Mandoſ. de ſignatu. gratiæ tit. diſpenſationes matrimoniales, & ſupra in eodem verbo. & bulla Clem. 7.

De frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi.

De Matrimonii nullitate propter Eunuchos, & ſpadones infra in bulla Pauli iv.

Applicatio omnium bullarum ad lib. 5. decretal. ad Sacros Canones, & Concilia, ex quibus poteſt fieri ſeptimus, vt dicit Cardin. Tuſcus, &c.

DE ſimonia contra eos, qui pro obtinendis beneficiis ſeipſos pro aliis examinandos ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, vt ab eis aliquid conſequantur, vel pro ſeipſis, vt aliis poſtea cum penſione reſignent infra in bullis Pii v. Contra quoſcunq; Eccleſias, & beneficia Eccleſiaſtica quæcumq; in confidentiam retinentes, ſeu recipientes vbi ſupra Pii iv.

Innouatio cenſurarum, & pœnarum contra ſimoniacos.

Renouatio priuilegiorum, & conſuetudinū Eccleſiarum aliquid recipiendi in collatione, aut alia prouiſione, ſeu admiſſione, an poſſeſſionem beneficiorum infra in bullis Sixti v.

Contra promouentes, & promotos ad Ordinem ſimoniace etiam ad primam tonſuram.

De Magiſtris decretum obſeruandum à Magiſtris, & præceptoribus ſcholarium, infra.

De Iudæis, & Saracenis, quod Iudæi, cæteriq; infideles ad agnitionem Catholicæ fidei venientes bona patrimonialia, maternaliaq; & omnia eorum conſuetudine acquiſita, ſeu quæ verum dominum habere non teminiſcūtur etiam viuis, & innitis parentibus habere, tenere, & poſſidere valeant in bulla incip. cupientes, & vide cap. Iudæi el 2. dict. titul. & extrauag. comm. Io. xxii. incip. Dignum eod. tit. & ſi bona ipſa ex vſura, aut alio illicito, quæſtu fuerint acquiſita, & notę ſint perſonæ, quibus eorum fuerit de iure facienda reſtitutio, illis reddi debent, quia non remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum; perſonis vero non extantibus prædictis, quia bona ipſa eſſent per manus Eccleſiæ in pios vſus conuertenda, bona huiuſmodi eiſdem Iudæis, & aliis infidelibus in fauorem ſuſcepti baptiſmatis tanquam in pium vſum libere concedimus, eaq; ad ipſos ſit conuerſos Iudæos, & alios infideles remanere decernimus inquit Paulus iii. in dict. conſtitutione, vbi in materia Iudæorum habes, conſtitutiones pertinentes allegatas.

De blaſphemiis Iudæorum, in quas hęreticę prauitatis Inquiſitores animaduertunt, in bullis infra Greg. 13.

Quod Medici Hebręi, vel infideles ad Chriſtianorum curam non admittantur.

Contra impia ſcripta, & libros Hebręorum, publicata Romę die 3. Apr. 1594. incip. Cum Hebręorum malitia Clem. 7.

De prędicatione facienda Iudæis ſemel in hebdomada incipit. Sancta Mater infra Greg. 13.

De hæreticis, excommunicatio in primo capite Bullæ Cœnę Domini contra hęreticos eſt tenoris ſequentis. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotẽtis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, authoritate quoq; Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra quoſcumq; Huſſitas, Vinclephiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Vgnottos, Anabaptiſtas, Antitrinitarios, & à Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios hęreticos quocumq; nomine cenſeantur, & cuiuſcumq; ſectę exiſtant, ac eorum credentes, receptatores, fautores, & generaliter quoſlibet illorum defenſores, ac eorum libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes ſine authoritate noſtra, & Sedis Apoſt. ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, aut quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore, necnon ſchiſmaticos, & eos,

Digitized by Google

qui ſe à noſtrà, & Romani Pontificis pro tẽpore exiſtentes obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt. Abſolutio à dict. excommunicatione ſoli Summo Pontifici reſeruatur, vt in fine dictæ Bullæ habetur, & declaratur per Nauar. in manua. confeſſ. cap. 27. & in ea parte quo ad libros hæreticorum fuit relata.

Approbatio Indicis librorum prohibitorũ cum regulis confectis per patres à Triden. Synodo electos, à Sixto V. aucti, & à S. D. N. Clem. VIII. recogniti, & publicati, & adde ad dict. cap. fraternitatis d. tit. Sixti 5.

Inuocatio conſtitutionis fel. rec. Pauli Papę IV. contra negantes Trinitatem, aut diuinitatem Ieſu Chriſti, aut conceptionem de Spiritu Sancto aut eius mortem, vt nos redimeret, aut virginitatem Beatiſſimæ ſemper Virginis Dei Genetricis Mariæ, vt infra Clem. 8.

Conſtitutio cõtra offendentes ſtatum, res, perſonas Sacræ Inquiſitionis hæreticæ prauitatis officij Pii v.

Declaratio, & conſtitutio; quod ſententiæ in eorum inquiſitorum fauorem per quoſcumq; Iudices contra diſpoſitionem, vel ſtylum iuriſdictionis officij ſanctiſſimæ Inquiſitionis latæ, & ferendæ, nunquam tranſierint, nec in futurum in rem iudicatam tranſire poſſint in bulla incip. Inter multiplices.

Quod principes, Iudices, & iuſtitiæ miniſtri mandatis Cardinalium Inquiſitorum generalium in concernentibus officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis pareant, & obediant in Bullar. incip. Sanctiſſimus. Alias conſtitutiones ad hunc titulum pertinentes habes in Directorio Inquiſitorum nuper impreſſo cum additionibus Domini Franciſci Pegne nunc Rotę Romanæ Auditoris, quæ etiam habentur in alio libro ſeparato ſic inſcripto literę Apoſtolicæ diuerſorum Rom. Pontif. pro officio Sanctiſſimę Inquiſitionis Innoc. 3. Pont. Max. vſq; ad hęc tempora; & in noſtra praxi Sanct. Inquiſitionis.

De apoſtatis, congruunt huic titulo relata in verbo Apoſtata bulla Greg. 13. &c.

De homicidio cõtra abortum procurantes, conſulentes, & conſentientes. Eiuſdem moderatio Siſti v.

De torneamentis ſuper prohibitione taurorum, & ferarum agitatione infra Pius v.

Eiuſdem cõſtitutionis moderatio pro Regnis Hiſpaniarum infra Clem. 8.

De pugnantibus in duello contra pugnantes in duello, & dominos, & quoſuis alios dãtes eis campum, eiſq; auxilium præſtantes, duelloq; intereſſentes cum inſertione litterarum Iulij 2. & multarum pœnarum, adiectione in bullarum incip. Quam Deo, Leo x.

Contra pugnantes in duello, & dantes eis auxilium, & fauorem in Bulla incip. conſueuit infra Clem. 7.

Confirmatio conſtitutionum prædeceſſorum Pontificum ſuper prohibitione duellorũ incip. in Bulla, Ea quæ infra pij 4.

Conſtitutio, quæ Conc. Trid. pœnis ſubijciuntur in duellum priuatim committentes, locum dantes, ac etiam ſuadẽtes, auxiliantes, & ſpectantes, Greg. 13. infra.

Confirmatio, declaratio, & extenſio conſtitutionum Apoſtolicarum, & decreti Concil. Trid. contra pugnantes in duello publice, vel priuatim, nec non contra mittentes, ſcribentes, aut diuulgantes, & chartulas prouocatorias aut ſcripta quæ dicuntur manifeſta, eorumq; fautores, & complices, confeſſarij priuilegiati à quibus caſibus poſſint abſoluere, vide in caſibus reſeruatis noſtris.

De vſuris. De montibus pietatis, infra Leo 10.

Super exercendis cambijs, infra Pius V.

Super contractibus ſocietatum ad caput ſaluum, infra.

De ſortilegijs. Contra exercentes Aſtrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcumq; diuinationum genera, libroſq; de eis legentes, ac tenentes Siſtus v. Vrbanus 8.

De maledicis. Contra clericos blaſphemantes, infra pij v.

De clerico non ordinato miniſtrante. Contra eos, qui cum ad Sacrum Presbyteratus ordinem minime promoti ſint, Sacerdotis tamen authoritatem temere ſibi aſſumere, Miſſarum celebrationem vſurpare, & Sacramentum pænitentiæ Chriſti fidelibus miniſtrare præſumunt, vt infra.

De exceſſibus Prælatorum, & ſubditorum. Contra grauamina Prælatorum in fauorem Ordinum Mendicantium, in Bull. incip. Etſi mendicantium, & de grauaminibus in corpore iuris inſertis, vide in cap. nimis cum ſeq. de exceſſ. prælat. clemen. vnic. dict. titul. in clem. dudum, de ſepult. & in extrau. com. Sixti 4. de treg. & pace, ac extrau. com. de ſepul. & in extrauag. com. 1. de indic. atq; in extrauag. com. Inter cunctos, de priu. circa vero in eis, & cle. dudum diſpoſita, ad ver. libere valeant clero, & populo prædicare, vide Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. c. 2. & ſeſſ. 24. de reform. gen. cap. 4. Item ad §. ſtatuimus, & ordinamus authoritate prædicta, vide in dict. Concil. ſeſſ. 23. reform. c. 15. & conſtitutionem Pii v. ſuper cap. confeſſorum approbatione, Item ad §. huiuſmodi, verſ. verum, vide dict. Concil. ſeſſ. 25. de reform. c. 13. quæ Pii V. conſtitutio contra

gra-

Digitized by Google

granamina prælatorum ſuit deinde reuocata per Greg.XIII.per conſtitutionem relatam in verbo priuilegia regularium,Pii V.

Conſtitutio de priuatione clericorũ propter incontinentiam, & eorum traditione brachio ſæculari,infra Pius V.

De priuilegiis,& exceſſibus prælatorum. Faciunt ad hunc titulum cõſtitutiones Summorum Pontificum, decreta Sacrorum Conciliorum,& declarationis relatæ in verbo priuilegia Regularium.

De his quæ obſeruari debẽt à Prædicatoribus,& poteſt ſituari ſub hoc titulo,quia prędicationis officium priuilegiatum eſt.c.quod Dei timorem,de ſtatu monach.Leo X.

Pius 4.reuocat facultates Hoſpitali Sancti Spiritus in Saxia, & Monaſteria S. Sebaſtiani ad Cathecumbas, & Capitulo S. Ioannis Lateran.de Vrbe conceſſas erigendi Eccleſias, & Confraternitates, vel illas in eorum membra cum facultatum,& indulgentiarum communicatione recipiendi, & ſubiicit illas, eorumq; Sacerdotes,Miniſtros, & bona iuriſdictioni Ordinariorum,& Rectorum parochialium,in Bull.incip.Regimini,& adde d.c. recipimus,de priuil.infra,Pii 4.

Quod omnes,qui impetrabunt aliqua priuilegia,gratias,facultates, licentias, & indulta,aut conceſſiones, quæ aliqua ex parte intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernere cenſebuntur,debeant illa infra tres menſes à die illarum impetrationis in eadem Camera pręſentare, & ibi regiſtrari facere ſub pœna illorum nullitatis, & inualiditatis, in bulla incip. Ingens.infra.

Super modo,& forma per quoſcunq; regulares Ordines,Religiones,inſtituta,ſeu Archiconfraternitates, & Congregationes, &c. Clem.8.

De pœnis.Extenſio Conſtitutionis Bonifacii Papæ 8.quæ incip.Infecis eod.titul.in 6.ad ſcientes,& non reuelantes eos, qui offendunt S. R. E. Cardinales,in bull.incip. Infelicis ſęculi Pii 5.

De pœnitentiis,& remiſſionibus ſuper cõmunione in paſchate,Euge.4.infra.

Reuocatio indulgentiarũ,pro quibus conſequendis manus adiutrices ſunt porrigendę, & quæ continent quæſtuandi facultatem, in bulla incip.Et ſi Dominici.infra Pii 5.

Conſtitutio per Medicos obſeruanda in infirmorum curatione.

Super approbatione Regularium ad confeſſiones,& Pii 5.infra.

Decretum ſuper confeſſione Sacramentali,infra Clem.8.

Decretũ ſuper caſuum reſeruatione ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandũ, infra Clem.8.

Decretum,& eiuſdem declaratio quo prohibetur abſolutio à caſibus reſeruatis,infra.

Bulla indictionis ſancti Iubilei,incip.Annus Domini placabilis,infra.

Bulla ſuſpenſionis Indulgentiarum plenariarum etiam perpetuarum quibuſcunq;conceſſarum durante anno ſancto Iubilei.incip. Cum ſancti *I*ubilei.

De ſententia excommunicationis. Super declaratione quæ ſit leuis, grauis, vel enormis iniuria,*I*oan.22.

Decretum de abſolutione ab excommunicationis per Confeſſarios priuilegiatos, infra Leo X.

De excommunicatorum vitatione,Leo X. infra.

Quod nulla Ciuitas,Caſtrum,Villa, Locus, Territorium, vel diſtrictus pro debito pecuniario Eccleſiaſtico interdicto ſupponi poſſit,in bulla incip.Licet, & vide extrau. com. Bonifac.8.incip.prouidè,de ſent.excomm.infra Clem.7.

Contra Nuncios Apoſtolicos ne à principibus ad quos mittuntur debeant mendicare fauores,infra Pii 4.

De excommunicationibus ad finem reuelationis Pii 5.

De datis,&promiſſis pro iuſtitia,vel gratia obtinenda, Congruunt deniq; huic titulo relata in verbo Bona Eccleſiæ vſurpantes, & bona naufragantium rapientes,& in ver. Vectigal,ac cętera diſpoſita in Bulla Cœnę Domini,quam quicunq;audiunt confeſſiones habere debent,infra Greg.13.

De verborum ſignificatione.Familiares,& continui commenſales Rom. Pontificis, qui intelligantur,in bulla, incip. Sanctiſſimus, & vide aliam *I*ulii 3.& adde ad c. fin. d.tit. in 6. Paul.3.

Declaratio quod Ordines Sancti Dominici, Sancti Franciſci, ac Eremitarum Sancti Auguſtini,& Carmelitarum,ſeruorumq; Beatæ Marię ſint propriè Mendicantes, & eorũ priuilegiis gaudeãt etiam ſi in communi bona ſtabilia poſſideant in bull.incip.Romanus Pont.inter quos connumeratur etiam Ordo minimorum, & Religio Societatis *I*eſu, & adde ad cap.vnic.*§*.ſanè de religio. dom.ſub quo tit.poſſet etiam ſituari, non enim eſt inconueniens.vt vna decretalis,ſeu lex ponatur ſub diuerſis,titulis gloſ.in extrauag.comm.de vita,& honeſt.cleric.Pii V.

Breue ſuper ordinatione ad titulum ſeruitii Eccleſię ad tit.de temp.ord.Siſti 5.infra.

De

De pręeminentia inquiſitorum Generaliũ hæreticæ prauitatis, & obedientia eiuſdem ab omnibus præſtanda, & adde ad tit. de maior. & obed. Pij 5.

De matrimonij nullitate per eunuchos, & ſpadones, & adde ad tit. de frigid. & malef. & impot. coeun. Siſti 5.

De prædicatione facienda Iudæis ſemel in hebdomada in bull. incip. Sancta Mater, & adde ad tit. de Iudæis, Greg. 13.

Contra Confeſſarios ad turpia ſollicitantes, & adde vna cum ſeq. titul. de hæreticis Pij 4.

Vt Itali extra Italiam agentes non habitẽt niſi in locis, vbi liber, & publicus cultus, ſiue vſus Catholicæ Religionis exiſtat Clem. 8.

Quando per Metropolitanos Suffraganeis ſit inhibendum, & adde ad titul. de appell. in lib. 2.

Sanctiſſimi D.N. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. Iubileum ad diuinam opem initio ſui Pontificatus pro ſalutari Catholicæ Eccleſiæ regimine, & præſentibus neceſſitatibus imploran. incip. Quod in omni vita adde tabulam bullarij Flaminij, & bullarij Laertij, & bullarij Angeli Mariæ alias conſtitutiones, quæ ſunt poſteriores, ſeu bullæ prius alijs Põtificibus cum non inſertę ſint in Sacris Canonibus per materias ordinate, & iſte bullæ, vt ait Riccius poſſunt nuncupari ſeptimus, vt Clemens incepit facere, & Paulus, cum Concilijs Bullarum Greg. 7. hęc de bullis applicatis ad Sacros Canones.

Primo Summaria omnium Bullarũ vſq; ad Gregorium VII. & etiam vſq; ad pręſentem Pontificem, ex Franciſco Petrarcha pluſquam 100. *annis ante Platinam, Sancto Antonino in annalibus, ex Beluacenſi in Hiſtoriali, Platina, Tarcagnotto, Petro Meſſia, Ciacconio, Iacobo Philippo de Bergamo, Simonetto Guicciardino, Honophrio Panuinio, Thoma Coſta, Tempeſta, Antonio Ciccarello, Bartholomeo, Dionyſio Campano Bardo, Baronio, Ioanni Baptiſta Caualerio M. Alphonſo Ciacconio Biacenſi Ord. Præd. pænitentiario Apoſtolico Tranuſio Cabrena morali, & Andrea Vidorello Baſſanenſi Docto Theol. Victorello, & Ferdinando Vchello Florent. Abbate Ord. Ciſtercienſis Theologo ex Mſſ. præſertim monumentis Hieronimo Alexandro Primo C. & alijs Ciacconianum opus, &c. Excronologia Card. Bellarminij.*

Secundo erit expoſitio omnium Bullarum Laconica, & Paraphraſtica vſq; ad præſentem Summum Pontificem.

Quiddã Abbas, & Riccius, &c. incipiẽdo à Diuo Petro Primo Sũmo Pontifice, qui quadrageſimo quarto anno ſuperauit Simonẽ Magum poſt Chriſtum ordinauit ieiunium quadrageſimale, &c. Franciſcus Petrarca in vitis Pontificum in fine vitę Sancti Petri dicit quod tunc apparuit phœnix in Ægipto caudę rubeę, dorſi purpurei coloris, colli aurei, magnitudinis Aquilæ, & viuit diuturnius quam cœtera animalia, vt regeneratur in ſuo nido ſimiliter, Linus Secundus Pontifex ordinauit mulieres non ingredi Eccleſias niſi honeſte cum velo in capite, etiam Cletus Tertius Papa ordinauit, quod dicatur, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quartus Papa Clemens Primus ordinauit, quod nullus Epiſcopus poſſit celebrare ſine Diacono, & quod cõfirmentur Chriſticolę quanto citius. Quintus Papa Anacletus Primus ordinauit, quod Cathedra Epiſcopalis apponatur in loco eminenti. Sextus Papa Euariſtus Primus ordinauit, quod Matrimonia non fiant occulta, & diuiſit titulos Præsbyteris qui modo dicuntur Cardinales, ſeptimus Papa Alexander Primus inſtituit aquam Sanctam Benedictam in Eccleſia. Octauus Papa Siſtus primus, quod non tangatur res ſacra, niſi à ſacris, & Sanctus Sanctus adderetur in Miſſa, & corporale lineum, & altare. Nonus Papa Teleſphorus Primus ſtatuit in Natiuitate Domini tres Miſſas celebrandas, cum Gloria in excelſis. Decimus Papa Iginus primus ſtatuit in baptiſmate interuenire Compatrem, & Commatrem, & quod Eccleſiæ conſęcrentur, & quod Miſſa cantetur 11. Papa Pius primus ordinauit pœnas his, qui cadere faciebant Sanctiſſimũ 12. Papa Anicetus primus decreuit, quod Sacerdotes non portent capillos longos, vt Apoſtoli 13. Papa Soterus primus, quod Moniales Sacrificium turibulo non faciant, nec res ſacras tangerent 14. Papa Eleuterius primus prohibuit multas ſuperſtitiones in Comedendo 15. Papa Victor primus, quod quælibet aqua naturalis in baptiſmo ſit bona 16. Papa Zepherinus, quod conſecratio in vaſe vitreo, & non in ligneo fieret, & quod ſemel in anno cõmunem reciperent 16. Papa Cœleſtinus primus ſtatuit quatuor anni tempora ieiunando 18. Papa Vrbanus primus, quod Eccleſia reciperet poſſeſſiones oblatas à fidelibus pro beneficio communi clericorum, &c. 19. Papa Pontianus primus ordinauit, vt cantentur pſalmi, & in principio Miſſæ dicatur Confiteor, &c. 20. Papa Anterus primus ordinauit poſſe fieri permutationem Epiſcopatus cum altero, & quod ſcribantur vitæ Martryum 21. Papa Fabianus primus, quod in

ferie

ſeria quinta Cœnę tenouetur Chriſma 22.Papa Cornelius primus damnauit hereſim Nouatianam 23. Papa Lutius primus, quia erat Martyrizandus totam ſuam poteſtatem tradidit Stephano eius Archidiacono 24.Papa Stephanus primus, quod veſtibus ſacris tantummodo in Sacrificijs, & in Eccleſijs vterētur 25. Papa Siſtua ſecundus, quod Miſſa in Altari tantummodo 26. Papa Dionyſius primus diſtribuit parochias apponendo terminos,& contra idolatriam Herculis iuxta portaa,quod depingatur S.Chriſtophorus 27 papa Fœlix primua, quod celebrentur Martyrū feſtiuitates 28. papa Eutichianus primus, quod benedicantur primi fructus 29. papa Gaius primus diſtinxit declarando in Eccleſia oſtiariatum, lectoratum, & cæteros ordines 30. papa Marcellinus primua loquutus fuit cum Diocletiano talixelo,vt Martyrio fit coronatus, cum tribus Diaconis, & contra idolatriam Martis falſi Dei,quod depingatur S.Michael Archangelus, cum enſe, & cæteris armis 31. papa Marcellus primus propter baptiſmos faciendos ordinauit 25.parochias 32. papa Euſebius primus ordinauit, quod laici non poſſint vocare Epiſcopum in iudicio 33. papa Melchiades 1. quod in dominica contra gentiles non ieiunetur 34.papa Syluester primua Baptizauit Conſtantinum Imperatorem, ex quo tanta beneficia habuit Eccleſia,&c.35. papa Marcua primus, vt in feſtiuitatibus cantetur Credo 36.papa Iulius primus,quod Sacerdotes niſi in foro Eccleſiaſtico cognoſcantur, & fecit prothonotarios Apoſtolicoa 37. papa Liberius primus de antiquiſſima,& nobiliſſima familia Sabella, vt patet per ſua gentilitia,ſeu ſtemmata creauit præsbiteros,& Epiſcopos virtuoſiſſimos, & contra falſum Deum Baccum, ſeu baccanalia ſtatuit feſtiuitatem ſanctorum Martir. Fœlix ſecundus non fuit receptus in pontificem ſecundum patnuinium, ſecundum platinam ſic 38.papa Damaſus primus ordinauit, vt pſalmi cantentur in Eccleſia, ijs addendo Gloria patri 39. papa Siricius primus, quod aqua baptiſmalis fieret Sabbato ſancto 40. Papa Anaſtaſius primus ſtatuit, vt cum legeretur in Eccleſia Euangelium, circumſtantes aſſurgerent 41.papa Innocentiua primus expulit Roma hæreticos Catafrigos, 42 papa Zoſimus primus, vt diaconi in celebrando vterentur Manipulo apponendo in ſiniſtro brachio 43. papa Boniſacius primus confirmauit decretum Soteris circa mulieres factū de non tangendis rebus ſacris, & ſtatuit flores in feſtiuitate Spiritus ſancti contra Deam Flotam 44. papa Cœleſtinus primus addidit in Miſſa,Iudica me Deus, &c. 45.papa Siſtus tertius ædificauit Eccleſiam S. M. Maioris cum donorum elargitione,& contra feſtum gentilium ſtatuit feſtum Candelæ M.Virginis 46. papa Leo primus addidit in Miſſa Sanctū Sacrificium, &c.47. Hilarius primus, quod pontifices non ſubſtituerent ſucceſſores 48. papa Simplicius primus quod clerici non recipiant beneficia à laicis 49. papa Fœlix tertiua,quod ſoli Epiſcopi debeant conſecrare Eccleſiam 50.papa Gelaſius primus compoſuit hymnos multos ſicut fecit S. Ambroſius 51.papa Anaſtaſius ſecundus excommunicauit Anaſtaſium Imperatorem 42. papa Simacus primus,quod cantetur Gloria in excelſis Deo in Miſſa 53.papa Hormiſda primus elecit Manicheos, tempore magni Boetij Seuerini 54.papa Ioannes primus reſtaurauit Cœmeteria,&c.55.Felix tertius,ſeu quartus executionem extremę vnctionis tempore priſciani, qui fecit Euangelia verſū heroico 56. papa Bonifacius tertius, quod in Eccleſia clerici ſint ſeparati à laicis 57. papa Ioannes ſecundus recepit à Iuſtiniano Imperatore munera aurea danda Eccleſiæ Sancti Petri 58. papa Agapitus primus pacificauit Iuſtinianum, cum Theodato 59. papa Siluerius primus tempore Gotorum fuit obſeſſus, & induit ſe habitum monachalem, &c. 60. papa Vigilius primus in Sicilia mortuus eſt, Syracuſis poſt perſecutionem, &c.61. papa Pelagius primus prohibuit vias illicitas ad ordines 62.papa Ioannes ſecundus placauit iram Marſetis pro Romanis 63. papa Benedictus primus propter penuriam, in Italia, & ipſe nutriuit Romam abundanter 64. papa Pelagius ſecundua de ſua domo fecit hoſpitale 65.papa Gregorius primus ſe ſubſcripſit primo ſeruus ſeruorum Dei.In miſſa addidit Kyrie eleiſon, &c. Alleluia, Litanias maiores, &c.totum ordinem officij inſtituit multa ſcripſit,&c.66.papa Sabinianus primus,quod in Eccleſia ſint lampades accenſæ 67. papa Boniſacius 3. quod Epiſcopus non eligatur, niſi poſt diem mortis Epiſcop.præteriti antecedentis 68. papa Bonifacius 4. conſecrauit templum Cibale, & Panteon Mariæ Virgini, & Martyribus 69.papa Deodatus primus nō accipiatur filia baptizantis in vxorem 70.papa Bonifacius v. incipiente peſſimo ſectatore Mahometto, quod ab Eccleſia nullus extrahatur 71. papa Honorius primus ordinauit exequendo proceſſiones,&c.72.papa Seuerinus primus tempore ſuo Eraclius duxit Sanctiſſimam Crucem è Hieruſalem Conſtantinopolim 73. Ioannes 4.ducere fecit corpora Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij Romam

ne

ne barbari, &c. 74. papa Theodorus. primus ædificauit aliquas Eccleſias 75. papa Martinus primus fecit Synodum, &c. 76. papa Eugenius primus, quod Monaci non egrediantur ſine licentia ſuperioris 77. papa Vitalianus primus compoſuit regulam Eccleſiaſticum ordinando cantum, &c. 78. papa Deodatus ſecundus fecit proceſſiones propter tonitrua, & pluuias 79. papa Donus primus lapidauit, ſeu marmorauit cortile diui Petri 80. papa Agatonius primus ſiculus panormitanus fecit ſextam Synodum Conſtantinopolitanam 81. papa Leo 3. magnus muſicus; quod danda ſit pax populo in Miſſa 82. papa Benedictus ſecundus, quod Summus Pontifex non indigeat coronatione Imperatoris 83. Ioannes v. ſcripſit de dignitate pallij 84. Canon primus nutritus in Sicilia propter ſuam pietatem, & ſapientiam electus 85. papa Sergius primus, quod dicatur Agnus Dei, &c. ter in Miſſa 86. papa Ioannes 6. ordinauit Columnas in altari S. Petri, &c. 87. papa Ioannes 7. Calaber adornauit Cœmiterium Damaſi, &c. 88. papa Siſinius primus vixit 20. diebus 89. papa Conſtantinus primus fecit ſynodum, &c. 90. papa Gregorius ſecundus per gentilitia dicunt fuiſſe de nobiliſſima familia *S*abelli, qui reſtaurauit Eccleſia, & Moenia Ciuitatis, vide *S*anſiuinum Calzaranum Benedictũ Cron. 91. papa Gregorius 3. quod celebretur quotidiè in *S*ancto Petro ex presbyteris, & Monacis 92. papa Zaccarias primus calaber conſignauit ſuos redditus pro oleo lampadũ Eccleſiæ, &c. traducendo in Græcum *S*anctũ Gregor 93. Papa *S*tephanus ſecundus creatus à populo poſt mortem Stephani ſecundi in 3. die fuit electus Stephanus Tertius, qui eſt 94. papa tempore longobardorum faciendo proceſſiones, & canendo litanias, 95. papa Paulus primus corpus S. Petronillæ tranſtulit in Vaticanum, &c. 95. Papa Stephanus, 3. electus, laicus populus dedignatus, elegit *S*tephanum Quartum ſiculum fecit decretum quod nullus laicus poſſit eſſe Pontifex 96. papa Hadrianus primus reſtaurauit ruinam Tiberis 98. papa Leo 4. edificauit hoſpitale, & qui ſacerdos non impeditus celebrare debere quotidie 99. papa Stephanus 4. duxit ex Gallia crucẽ aureã 100. papa Paſchalis 1. corpora *S*anctorum intus Ciuitatẽ retulit 101. papa Eugenius ſecundus primus ex Cardinalibus creatus papa, & tunc parochi Romæ ſunt nũcupati Cardinales vſq; hodie, &c. 102. papa Valentinus primus ordinauit templa gentiliũ dilapidari, & dirui, 103. papa Gregorius inſtituit feſtiuitatem omnium ſanctorum, 104. papa *S*ergius ſecundus dictus antea Oſoporcinum ſecundum platinam; & ex tunc cœperunt mutari nomina pontificum, 105. papa Leo 4. per ſuas orationes eiecit ab Eccleſia *S.* Luciæ Romæ Baſiliſcum peſtiferum, qui multos occidebat 106. papa Benedictus 3. plorando nolebat acceptare ſe inhabilem faciendo, & ideò ordinauit multas res *S*anctas 107. papa Nicolaus primus conuertit ad Regem Bulgari, & cum Imperatore eiecit *S*aracenus 108. papa Hadrianus ſecundus, qui miraculum fecit de multiplicatione nummiſmatum pauperibus, &c. 109 papa Ioannes 8. ex Italia cum auxilio principum eiecit Saracenos, &c. 110. papa Martinus *S*ecundus ſecundum pamuinium, per potentiam, electus 111. papa Hadrianus 3. quod electio pontificis nõ ſit *S*enatorum, & populi Romani. *S*ed libera à clero, &c. 112. papa *S*tephanus V. ſeu ſextus ſecundum quoſdam, tempore Normandorũ deſtruentium Galliam coronauit Romę Guidonem Regem *I*taliæ 113. papa Formoſus 3. habuit antipapam *S*ergium 3. 114. papa Bonifacius 6. qui vixit per quindecim dies 115. papa *S*tephanus 6. voluit annullare facta prędeceſſorum 116. papa Romanus Galeſinus primus annullauit decreta Stephani 117. papa Theodorus ſecundus vixit viginti diebus 118. papa Ioannes 9. fecit ſynodum Rauennæ Laborantibus Aphricam *S*aracenis, 119. papa Benedictus 4. dicebat quod ſedes Petri erat potius occupata, quam poſſeſſa ſuo tempore, 120. papa Leo V. per quadraginta dies mortuus prę triſtitia, dum Vnni damnificabãt in Italia, 121. papa Chriſtophorus primus violenter fuit depoſitus 7. menſe, & in monaſterio ſe ipſum clauſit propter potentiam Berengarij 122. papa Sergius 3. reſtaurauit Eccleſiam Lateranenſem, & poſuit Chriſtophorum in carceribus 123. papa Anaſtaſius 3. dicebatur irrepręhenſibilis propter ſuam bonitatem 124. papa Landus nihil de eo ſcribitur tempore ipſius fuit bellum inter Galliam, & *I*taliam, per imperium, & Germaniam, 125. papa *I*oannes 10. ait Cicarellus quod carceratus, & ſuffocatus, ſucceſſit ei alter *I*oannes qui ſtatim fuit depoſitus, & ideo non annumeratur, ait coſta 126. papa Leo 6. tempore corrupto dedit ſe cultui Diuino, 127. papa Stephanus 8. alias 7. religione, & manſuetudine plenus 128 papa *I*oannes 11. tempore quo capta à Mauris *I*anua, & vngaris in *I*taliam adſtantibus ſanguinis fons compatuit, 129. papa Leo 7. propter reuolutiones ait Ciacconius nihil dicitur 130. Stephanus 9. alias 8. fuit vulneratus ex ſeditione, &c. 131. papa Martinus 3. reſtaurauit Eccleſias, 132. papa Agapitus ſecundus imitatus fuit ſuos

bo-

bonos prædeceſſores, vt ait Ciacconius 133.
papa Ioannes 12 propter ſuum regimen Romani
crearunt eius loco Benedictum, ait Petrus
M ſſias, & ab Ottone confirmare fecerũt
deponendo Ioannem 134. papa Leo 6. ſeu 8.
ſecundum Pamuinium Schiſmaticus per inconſtantiam
Romanorum 135. papa Ioannes 13: fecit
Capuam Metropolitanam in tot Romanorum
reuolutionibus coronando Imperatores
Occidẽtales duos 136. papa Benedictus V. ait
Pamuinius, & Giaconius quod fuit carceribus
mancipatus in caſtro Sancti Angeli, & aliqui
dicunt violenter ſuffocatum 137. papa Donnus
ſecundus propter reuolutiones nihil de ipſo
ſcribitur 138. papa Bonifacius 7. qui aufugit, &
malè mortuus, eſt reiectus, &c. 139 papa
Benedictus 7. poſt eiectionem Bonifacij fuit
electus, & propter ſeditionem Imperatorum
Græcorum nihil dicitur 140. papa Ioannes 14.
ſtatim à Romanis carceratus in caſtro Sancti
Angeli, 141. papa Ioannes 15. natus in vico
gallinæ albæ primo incepit diſpenſare parentibus,
142. papa Ioãnes 16. propter Creſcentium
Conſulem, qui de Regem volebat facere
Romanorum exulauit in Hetruria 143. papa
Gregorius V. decreuit quod ſoli Germani debent
eligere Imperatorem. 144 papa Ioannes Antipapa
iniuſtè ait platina numeratur inter pontifices 145.
papa Silueſter 2. platina dicit eſſe peſſimum,
& nigromantem. pamuinius negat, 146. papa
Ioannes 18. ſepultus in Monaſterio Sanctæ
Sabinæ vide platinam, 147. papa Ioannes 19.
ſimiliter 148. papa Sergius 4. cum principibus
ex Sicilia eiecit Saracenos 149. papa Benedictus
8. coronauit Henricum primum de Bauera,
150. papa Ioannes 19. coronauit Imperatorem
Conradum Sueuum, 150. Benedictus 9. fuit
depoſitus à Romanis 151. papa Gregorius 4.
dicunt aliqui non eſſe eum annumerandum
inter pontifices 152. papa Clemens 2. fecit
iurare Romanos non debere interuenire ad
electionem pontificum, 153. Damaſus ſecundus
anno 1048. eduxit è Gallia, & Germania
gentilitia ſtemmata in Italiam, 154. papa Leo
9. habet duas bullas, 155. Victor ſecundus
fecit Synodum florentinam 156. papa Stephanus
4. ex Abbate Montis Caſſin. fuit electus
pontifex vniuit Eccleſiam Mediolanenſem
ſeperatam per biſcentum annos Eccleſiæ
Romanæ, 157. Nicolaus ſecũdus poſt Benedictum
X. antipapam fecit Cõcilium, & fecit
renunciare Antipapam, & ordinauit quod non
poſſit eligi pontifex ſine concordia
Cardinalium, 158. papa Alexander ſecundus
ſecundum pamuinium poſt Honorium Antipapam,
ex qua actione fuit mortalitas in prælio,
159. papa Gregorius 9. captus dum miſſam
cantabat in nocte Natiuitatis Domini, liberatus
deindè à popul. 160. papa Victor 3.
excommunicando Henricum mortuus eſt in Monte
Caſſino venenis, & propter terremotum tunc
Syracuſis Eccleſia maior cecidit, 161. papa
Vrbanus ſecundus fecit ſinodum tempore
Normandorum Placentiæ contra liberos prælatos,
& aliam in Claro Montæ Galliæ inflammando
principes ad liberationem Terræ Sanctæ, &
30000. milites cruce ſignatas cum famoſiſſimo
Goffredo, 162. papa Paſchalis ſecundus ſub quo
Chriſticulæ ceperunt Hieruſalem eligendo
Regem Dominum Goffredum 163. papa Gelaſius
ſecundus quo tempore fuit quidam Gregorius
Antipapa 164. papa Calixtus ſecundus noluit
recipere dignitatem niſi eſſet confirmatus à
Cardinalibus conſtituendo Concilium Lateranenſe
900. prælatorum relegando Antipapam 165. papa
Honorius ſecundus Mecenas litteratorum, a
populo, & à clero electus, 166. papa Innocentius
ſecundus abijt Galliam, & in claro Monte
Concilium iniuit, damnando Anacletum 167. papa
Cœleſtinus ſecundus de familia Caſtell. antiquiſſima,
in Catanea Siciliæ excluſo populo ad eligendum
pontificem, & clero, data eſt auctoritas
tantummodo Cardinalibus, & tunc Balduinus cum
duobus filijs potitus eſt Regno Hieruſalem,
168. papa Lucius ſecundus ad Sancti Bernardi
hortationem fecit nouam cruciatam, 169. papa
Eugenius 3. Monacus Sancti Bernardi perſuaſit
Regem Ludouicum pro Aſia, 170. papa Anaſtaſius
4. tunc Aſtolphus Rex Hiſpaniarum in redeundo
à Hieruſalem capta, mortuus eſt, ait
valuacenſis tunc floruit Gratianus, Petrus
Lombardus, & Petrus Comeſtor, 171. papa
Adrianus 4. abſtulit à Senatoribus regimen
Ciuitatis excommunicando populum quia
vulnerauerat Cardinalem Sanctæ prudentiæ, &
fuit primus habitans Oruieti, 172. papa
Alexander 3. abſtulit quatuor Antipapas
viuendo annis 22. & dies 23. 173. papa Lucius
3. hortatus eſt principes ad ſuccurredum in
Aſia 174. papa Vrbanus 3. concordare quærebat
diuiſiones principũ Aſiæ, & tunc Saladinus
reacquiſiuit Hieruſalem, 175. papa Gregorius 7.
per mare, & per terram quærebat recuperationem
Hieruſalem conuocatis ad hoc principibus
Chriſtianis, 176. papa Clemens 3. ſimiliter cum
Regibus, & potentatibus, 177. papa Cœleſtinus
3. priuauit Tancredem Regno Siciliæ, &
conceſſit monialem conſtantiam de monteorio
pro vxore Henrico Imperatori ſub ſpe
recuperandi Hieruſalem 178. Innocentius 3.

ſimiliter fecit Innocentius 3. exhortando, & mittendo milites etiam contra Saracenos inuadentes Hiſpaniam 179. Honorius 3. è primis familijs Romæ coronauit Imperatorem Conſtantinopolis, miſit Cardinalem legatum in Aſiam, &c. Scripſit Epiſtolas decretales, confirmauit ordines S. Dominici, & S. Franciſci, ſicut Honorius quartus Sabellus confirmauit Carmelitas dando cappam albam, & confirmando eremitanos, quorum familia dicit Franciſcus Sanſouinus traxit originem ex Rege Albanorum, & quod habuit ſex pontifices, & pluſquam 39. Cardinales, & primò Conſules, tribunos, fuit auctor Conclauis, & vſq; hodiè eſt mareſcial Ciuitatis Romæ, & tot ſanctis exornata, hodie nuntij perpetui Imperatoris apud ſummos Pontifices: nec nõ tot tenentes, & Bellotum generaliſſimi ex tali familia extiterunt, & extant. Maiora dicunt Calzaranus ordinis S. Benedicti, Franciſcus Zazzara apponendo inter primas Italię familias, 180. papa Gregorius 9. cum Federico Imperatore conuenit de recuperando terra ſancta, & miſerunt, &c. & Canonizauit S. Frãciſcum, & fecit prædicari Cruciatã 181. papa Cœleſtinus 4. vixit 17. diebus exhortando pro Hieruſalem recuperatione, &c. 182. papa Innocentius 4. ordinauit pileum rubei coloris Cardinalibus, ſicut Paulus ſecundus ordinauit veſtem rubeam, & biretum, fecit quoq; Conc. Leonenſe, &c. 183. papa Alexander 6. Amicus Pauperum fuit, prohibendo ſcripta contra eos, canonizauit Sanctam Claram, & fecit etiam epiſtolas decretales, 184. papa Vrbanus 4. celebrauit Concilium Oruitenſe inſtituendo feſtum Sãctiſſimi Corporis Chriſti propter ſanguinem qui egreſſus fuit ab hoſtia in Bolſena, quia ſacerdos non credebat, 185. papa Clemens 4. poſt vxorem, & filios creatus Epiſcopus, & Cardinalis, & deinde papa, & vni ex filijs dedit tantummodo tercẽtum liras, aliam monacham fecit, 186. papa Gregorius 10. præcipuus legiſta tunc temporis ordinauit cõclaue, vniuit Eccleſiam Græcam cum Romana 187. papa Innocentius V. dominicanus appoſuit pacem per totam Italiam, & multa alia bona, & propter ſuam ſanctitatẽ fuit diſceptatio per ſuum corpus habendũ 6. menſe mortuus eſt, 188. papa Adrianus V. exorſus eſt Palatium Lateranenſe 189. papa Ioannes 21. medicus ſcribens canones medicinæ auxit fidem, inter Reges Orientales, & Paleologum, 190. papa Nicolaus 3. recuperauit Eſarcatum Rauennæ, 191. papa Martinus 4. excommunicauit Regem Petrum Aragoniæ, & tunc fuit famoſiſſimus veſper Siciliæ 192. papa Honorius 4. ex ſingulari familia Sabelli recuperauit propter mortem Guidonis, &c. Carmelitas, & Eremitanos confirmauit miſit in auxilium Terrę ſanctę, &c. 193. papa Nicolaus 4. pacem interpoſuit multos reges exhortandos eos pro Terra Sancta ſuccurrenda 194. papa Cœleſtinus V. ex eremita creatus papa fundator religionis Cœleſtinorum renunciauit papatui propter ſuam ſanctitatem creando prius duos Cardinales Eremitas, 195. papa Bonifacius inſtituit 6. librum ſacrorum canonum, & primum iubileũ ſingulis 100. annis. 196. papa Benedictus 11. ord. præd. propter ſuam ſanctitatem electus excommunicauit eos qui carcerauerant Bonifacium, exhortando, vt occurrerent Soriæ, & poſt mortem multa miracula fecit 197. papa Clemens V. tranſtulit ſedem in Galliam vbi per ſeptuaginta annos cum ſex ſequentibus Summis Pontificibus fuit, deſtruxit equites templarios 198. papa Ioannes 22. papa Auinionis inſtituit nouum ordinem Religionis Chriſti contra motos dando redditus equitum templariorum, canonizauit S. Thomam de Aquino dicendo, quod tot miracula fecit quot articulos condidit, tunc Bauarus fecit Antipapam Nicolaum V. tempore Franciſci Petrarchæ, 199. papa Benedictus 10: alias 12. monachus Ciſtercienſis tempore Ioannis excommunicauit Bauarum vſurpatorem Imperij, &c 200. papa Clemẽs 4. Auinionis reduxit annum ſanctum ad 50. annum emit à Regina Ioanna Auinionem 201. papa Innocentius 4. etiam limonicenſis ſicut præcedens, & ſequens, etiam Auionis iuſſit reſidentiam, miſit Senatorem Romam Regem Cypri, 202. papa, & ſextus in Galliam redeũdo Romam honorificauit meliori loco capita SS. Petri, & Pauli, &c. & reuerſus eſt Galliã incipiente ordine Ieſuitarum 203. papa Gregorius 11. annorum 17. creatus Cardinalis pro præceptore Baldum habuit fertur quod reprehendens Epiſcopum, vt ad ſuam Eccleſiã ſe conferret, Epiſcopus reſpondit, quare, & vos cum ſitis caput omnium Epiſcoporum non reſideris in Eccleſia veſtra Romę? & ideò ex Gallia ſe contulit Romam, 204. papa Vrbanus 6. priuauit Reginam Neap. & inueſtiuit Carolum 3. Durazzum, & tunc fuit Antipapa Clemens 7. & ineundo Iannam fecit proijci quinque Cardinales in mare in faccis inſutis 205. Bonifacius papa 9. ſecũdũ platinã triginta annorũ creatus papa, & totã poteſtatẽ populi Romani dominatus eſt, & mortuo Antipapa Clemente 7. Cardinales ſchiſmatici elegerunt Petrum de Luna in Auinione qui dicebatur Benedictus 13. ditauit Bonifacius ærarium ſummi Pontificis, adinueniendo vſũ

an-

annuorum introituum beneficiorum 206.
papa Innocentius 7. contra quem Ladiſlaus
Rex qui 1410. creauit mendicantes magiſtros
ad doctorandum in Theologia in Regno Nea-
politarma rulit 207. papa Gregorius 12. fecit
Concilium Piſanum contra antipapam adin-
ueniendo, quod papa creatus, debet renun-
ciare, & ſic etiam debet renunciare antipapa,
208. papa Alexander V. frater ord. minorum
priuauit Ladiſlaum tanquam perſecutorem
Eccleſiæ, inueſtiendo Regno Aloyſium de
Angiò 209. papa Ioannes 23. decreuit ire cō-
tra Ladiſlaum: qui Romam occupare quære-
bat & priuauit antipapam, 210. papa Marti-
nus V. recuperauit Bononiam, & Florentiam
fecit Metropolim, reſtaurauit Vrbem, &c.
211. papa Eugenius 4. coronauit Imperato-
rem Sigiſmundum transferendo Concilium
ceptum in Baſilea, Bononiam, & propter pe-
ſtem tranſtulit Florentinam. Et in Baſilea
fuit creatus antipapa Fœlix, 212. papa Nico-
laus V. fecit renunciare antipapam Fœlicem,
creando eum Cardinalem, & legatum in Ger
mania misit per totam Europam pro libris
doctiſſimorum perditis, & inuentus eſt Quin-
tilianus, Porphirianus commentator Horatij,
& tunc Saraceni ceperunt Cōſtantinopolim,
213. papa Calixtus 3. promulgauit bellum
contra Saracenos, armando triremes, mitten-
do prædicatores, canonizauit S. Vincentium
Dominicanum Hiſpanum, & contra Turcas
perſuaſit Perſianos, Armenos, & Tartaros 214
papa Pius 2. Aeneas Siluius poeta, orator, &c.
recuperauit Aſſiſium, & Noceriam, fecit Cō-
cilium Mantuæ, & contra Saracenos, recu-
perauit Vrbinum, 215. papa Paulus 2. Vene-
tus qui fecit torqueri platinam ex cauſa, &c.
ordinauit veſtimenta rubei coloris Cardina-
libus ſicut pileum rubeum Innocentius 4.
quæ veſtimenta antea nigra erant; deindè vio-
lacea, vltimo rubea, dicit Caualerius, & in
principio cum coctis albis, & antea colores
ad placitum, vt Apoſtoli, 216. papa Innocen-
tius 8. habuit à Rege Turcarum ferrum lan-
ceæ Chriſti, 217. papa Alexander 4. fecit 18.
Cardinales Hiſpanos volens ſuum patrem
Regem Italiæ creare, 218. papa Paulus 3. vi-
xit 16. diebus, contra quem Vrſini, &c. 220.
papa Iulius 2. nepos Xiſti 4. reiecit è Bono-
nia vexantes, &c. 221. papa Leo X. creatus
Cardinalis 13. annorum, eiecit è Mediolano
Gallos, confirmando Sfortias, 222. papa
Adrianus 6. tempore Caroli V. gubernauit
Hiſpaniam antequam pontifex factus pro
Carolo V. contra Regem Franciſcum ſeceſſit,
quo tempore inſula Rodhia fuit à Saracenis
capta 223. papa Clemens 7. exercitus Impe-
rialis depopulatus eſt Romam, & Clemen-
tem in Caſtrum eiectum poſt ſeptem menſes,
redemerunt coronauit Carolum V. Bononię,
224 papa Paulus 3. miſit 12. triremes pro Ca-
rolo V. eumq; magnificè recepit. Et tranſtulit
Concilium Tridentinum Bononiam propter
peſtem, 225. papa Iulius 3. conceſſit inueſti-
turam Regni Philippo filio Caroli V. & re-
miſit Concilium iterum Tridentum, 226. pa-
pa Marcellus ſecundus noluit, vt parentes
aduenirent Romam, nec eum viſerent, viuen-
do paucis diebus 227. papa Paulus 4 clauſit
hæbreos, creauit Ducem Vrbini, præfectum,
priuauit columnenſes eorum feudis deputa-
uit ſexdecim Cardinales Iudices Inquiſitio-
nis, fuit carceratus Cardinalis Moronus 228.
papa Pius 4. pepercit Romanis, abſoluit Car-
dinalem Moronum iugulari ordinauit Cardi-
nalem Carolum Carafam decapitando Co-
mitem Montorij, & Comitem Aliſenſem, &
cardines, compleuit Conc. Trid. dedit priori-
tatem Nuncio Hiſpaniarum, 229. papa Pius
V. ſuccurrendo Imperatori multis aureorum
Summis Motu proprio creauit magnum Du-
cem Hetruriæ Coſmam Medici, dando coro-
nam Regis propter multa bona facta Eccle-
ſiæ, miſit contra Turchas, & habuit illam ſin-
gularem victoriam, qui propter ſuam ſancti-
tatem facit miracula, vt in proceſſ. 230. papa
Gregorius 13. fundauit 21. collegium in di-
uerſis partibus propter augumentum fidei,
publicauit correctionem anni, in 19. Cardi-
nalibus creatis ab ipſo fuerunt quatuor ſum-
mi pontifices 231. Xiſtus V. fecit tanta pul-
cherrima Romę ſuperando antiquos exaltan-
do columnas, &c. relinquendo in Caſtro S.
Angeli tot aureos, quo tempore fuit occiſus
Henricus 3. 232. papa Vrbanus 7. vixit 13.
diebus, qui fuit præſidēs Cardinalis in Conc.
Trid. 233. papa Gregorius 14. ægrotus vixit
decem menſibus, tunc per totam Italiam ni-
mia penuria legauit Cardinalem Aquauiuam
Octauium, Auinionem 234. papa Innocen-
tius 9 ordinauit quod ſemper in Caſtro S. An-
geli apponantur nummiſmata propter ne-
ceſſitatem Eccleſiæ auferendo onera Ciuita-
tis 235. papa Clemens 8. canonizauit SS. Hia-
cintum, & Raimundum Dominicanos, abſol-
uit, & confirmauit Henricum Gallię, reacqui-
ſiuit Ferrariam, ordinauit 40. horas continuas
Romæ, fecit Sanctum Thomam Aquinam
quintum Eccleſiæ Doctorem Diuinæ volun-
tatis interpretem patronum Neapolis 236.
papa Leo XI. quartus papa de familia Medi-
ci minori ſpatio 100. annorum, qui iam ordi-
nauerat contra Turcas, & pro Ciuitate Ro-
mana, & pro Italia, vt dicebat Octauius Car-

dinalis Aquauiua ſuus familiaris, & ſimul creati Cardinales in promotione principum, quia vixit 26. diebus non fuere exhibita 217. papa Paulus V. creauit tres Cardinales Dominicanos in fabricis magnificus, vt patet in facie Eccleſiæ Sancti Petri, in ſua cappella, & in alijs, exaltando columnam Troianam, conduxit aquas mirabiliter, pacificus valdè vt in bullario multa 218. papa Gregorius 15. canonizauit S. Ignatium S. Franciſcum Xauetiū Sanctam Tereſiam, & S. Philippum Nerium, & cætera, vt infra in bullario noſtro 219. papa Vrbanus 8. viuit feliciter quem Deus nobis conſeruet creauit vnum Cardinalem Dominicanum inter penultimam promotionem maculanum doctiſſimum, vitæ Sanctitate tituli Sancti Clementis ordinauit titulum Eminentiſſimi Cardinalibus, & Magno Magiſtro Hieroſolimitano, fortificat, & defendit Romam, & ſtatum Eccleſiaſticum, & Caſtrum Sancti Angeli, & Caſtrum Vrbanum, qui omnibus ſcientijs præditus perficit himnos, &c. & multa alia, &c. vt in bullario ſequenti à nobis, poſt Vrbanum VIII Innocentius X. cuius Nepos receptus eſt in Sedeli de Nido.

Ex his, colligitur, quod Pontifices legitimè creati ſunt numero bis centum triginta nouem vſq; hodie Pōtifices vero ſchiſmatici, ſeu Antipapæ nuncupati à ſupradictis, qui non poſſunt dici pontifices veri, ſunt numero triginta duo, & etiam triginta duo fuere ſchiſmata. Pontifices Martyres ſunt 36. papa pontifices Monaci profeſſi ſunt numero 28. papa pontifices mortui Romæ ſunt num. 193. papa pontifices mortui extra Romam ſunt nu. 45. papa pontifices Romani ſunt num. 102. pontifices Itali ſunt num. 172. pontifices, qui non finiere menſem ſunt num. 11. papa pontifices qui non finiere annum ſunt num. 40. pontifices vixerunt qui pluſquam viginti annis ſunt num. 8. includendo preſentem Pontificem Vrbanum 8. quē Deus nobis conſeruet pontifex eremita fuit vnus creando duos Cardinales eremitas.

Sedes vacans per quinque vices per duos annos, & amplius, & bis vacauit per annum. Ex quibus omnibus vacationibus colligitur vacaſſe ex S. Petro quadraginta annis, & diebus aliquibus, & per trienſium circiter vſq; ad præſentem Summum Pontificem, quem Deus nobis, vt modo dicebamus concedat pluſquam ad dies Petri. Nam dictum illud nō videbis diem Petri non reperitur in ſcriptura Sacra, neq; in Concilijs, neq; in Canonibus, & ſuppoſito, quod reperiatur poterat gloſari, vt intelligatur quantum ad primatum, & quantum ad miracula, vel quantum ad amorem habitum à Chriſto, vel quantum ad conuerſationem, cum Chriſto, vel quantum ad fundationem fidei, vel quantum ad fundationem Eccleſiæ, vel quantum ad prædicationem, vel quantum ad martirium, vel quantum ad pœnitentiam amarè flendo, vel quantum in ſubſtinendo, vel quantum ad fundamentum Eccleſiæ tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & primo habēti poteſtatem clauium, & tibi dabo claues, &c. quantum ad loca ſcilicet in Ieruſalē in Antiochia, & Romæ, &c. ſimilia quantum ad conuerſionem.

Quid ſit bullarium propriè dictum qui nō dum eſt redactum in ſeptimum.

Bullarium propriè ſumptum, quod non eſt redactum in ſeptimum, vt ordinauerat Clemens 8. vt ait Riccius, incipit à Gregorio 7. ſequenti, ſed primo accomodonda ſunt bullæ, quæ fuerunt poſt decretales, Clementinas, & ſextum ad ipſos decretales, &c. & à quibuſdam dicitur, quod quodammodo poteſt dici ſeptimus.

Si dicatis vbi ſunt bullæ antè Gregorium 7. Reſpondet Cherubinus, quod ſunt in corpore iuris Canonici antecedenti, & ſequenti decretali, quia bullæ pontificum multæ ſunt poſt canones, ideò accomodantur primo ad Sacros Canones prædictæ bullæ, ſecundo poſtea erunt omnes bullæ vſq; ad præſentem Summum Pontificem.

Bullæ propriè dictæ formaliter, & intenſiuè incipiunt à Gregorio vii. nā aliæ aliorum pontificum, vt ait Cardinalis Tuſcus in vltimo ſuo volumine repeten. ſunt in corpore iuris Canonici.

Si dicatis quare Cherubini pater, & filius incipiunt à Leone primo? Reſpondetur nam quando ibi dicitur, cur genitor tuus ab iſto diplomate vnde hactenus ſumptus fuit tex. in cap. ſine exceptione 52. q. 12. q. 2. exorſus eſt ſuum opus noui Bullarij.

Reſpondet hoc vnum cæteris diplomatibus, vnde tex. in corpore iuris redacti fuere, antiquius ſine mendo repertum, ſui operis initium eſſe voluit, vt ſit quandoq; ex huiuſmodi ſua bullarum collectione, ſeptimus decretalium (vt aiunt) compilandus erit, antiquus compilandi modus ex lectura huius diplomatis, & text. inde ſumpti dignoſci valeat Vetuſtatis, etenim mos, cuius magna eſt auctoritas, hac in re ſedulò retinendus eſſet l. 2. §. tanta autem, & ibi ſcribentes Cod. de vet. iu. enucl. cap. anteriorum 38. §. illud cauſ. 2. quæſt. 6. & l. teſtamenta 18. cum ibi not. C. de teſtam.

Leo

LEO *Primus anno* 447. *Occaſio ſpecialium, &c.* In Calcedonenſi Concilio cui hic pontifex præſidebat contra querelas Epiſcopi Siciliæ (meæ patriæ) bona Eccleſiæ alienantis.

Omnem quidem, &c. anno 452. approbat Concilium Calcedonenſe in rebus fidei tanquam Eccleſiæ pro primo vſq; ad Gelaſium vide alios antecedentes, & ſequentes pontifices qui non fecerunt conſtitutiones, ſeu Bullas retro fol. 39. & Baronium. Cicconium.

GELASIUS Primus Africanus valde mirati, &c. anno 495. damnat Euthychetem, & eius ſectatores hæreticos, &c.

PELAGIVS Secundus Romanus Manifeſto &c. anno 589. ſtatuit, vt ad Romanum dumtaxat Pontificem ſpectet generalem Synodum vocare, &c.

IOANNES XV. Romanus cum Conuentus, &c. anno 993. pronunciat in Sanctorum numerum Vldaricum Epiſcopum Auguſtanę Ciuitatis.

LEO IX. Germanus. Quia auctore, &c. anno 1051. damnat Auximanorum vſum inuadendi domos Epiſcoporum, & eorum bona diripiendi.

Idem Pontifex. Cum ex venerabilium anno 1053. Epiſcopum Carthaginenſem declarat eſſe primum Archiepiſcopum præter Roman. Pont.

ALEXANDER Secundus Italus, &c. anno 1072. approbat Congregationem Monacorum Eremitarum Camaldulenſium.

Hæc addita ſunt à Cherubinis ſupra Bullarium à Leone I. vſq; ad Gregorium vii.

Commonet Principes Saxoniæ, vt inducias cum Henrico Imperatore, vſq; ad eius prouiſionem ſeruent 14. *Kalen. Ianuarij* 1273.

B*Vlla Innoc. III. inter Bulla &c.* Declarat hęreſim eſſe peſtem, qua miniſtri Diabolicæ prauitatis ſimplicium animas miſerabiliter inficientes in damnationis miſerias trahunt, & Scripturarum intelligentiam peruertentes Eccleſiæ Carhol. veritatem reſcindere moliuntur, propterea iubet has omnino in illis partibus extirpari, hæreticoſq; omnes ex ſhis finibus eijci, illoſq; qui cum eis aliquod commercium habent ſuperſtitioniſq; familiaritatem ſine appellationis obſtaculo vi tute etiam materialis gladij faciat coerceri.

Has, quæ, &c. Mandat Archid. Mediolanenſi, vt quæ ſtatuta fuerunt in Conc. Prouinc. celebrato ab Archiepiſcopo, & à Card. S. Mariæ in Porticu de eius latere legato confirmata. Ne .ſ. hæretici ad dignitates admittantur, inuiolabiter cuſtodiat, faciatq; vt communitates iurent eos non admittere. Contradictoreſquè excommunicationis ſententia feriat Rom. 17. Kal. Iulij. Hanc ampliauit Innoc. 4. conſt. 10. ac Honorius 4. conſt. 2.

Ea eſt in prouidendis, &c. Mandat coerceri eos, qui incumbunt veteri tranſlationi ſacrorum librorum, iubetq; puniri Criſpinum presbyterum, & eius ſocium omni appellatione remota, ſi ſuper oppoſita inuenti fuerint rei. Dat. Later. Id. Decemb.

Bulla Gregor. IX. Rex, &c. Symmachus Papa, cuius conſt. hic non adeſt prædijs alienandis licentiam interdixit. Quare hic ſanctiſs. Pont. illius veſtigijs inhærens vnanimi Fratrũ deſiderio, & concordi petitione hac perpetua valitura conſtitutione ordinat, vt de patrimonialibus ſine tali conſenſu alienatio nullà fiat. Quod ſi fortè fuerit in alienatione proceſſum, factum ipſo iure non teneat per ſucceſſorem, quatenus prædeceſſor de facto proceſſerit, Dat. Later. 17. Kal. Febr. ann. 7. Hæc conſt. ampliatur, & declaratur per Ioann. 22. conſt. 1. vide Clem. 6 conſt. 1. Innoc. 6. conſt. 1. Innoc. 1. Paul. 2. conſtit. 2. Clem. 7. conſtit. 18. Paul. 3. conſt. 25. Iul. 3. conſt. 28. Paul. 4. conſt. 2. Pium 4. conſt. 19. ac 28. Pium 5. conſtit. 37. 71. 101. 113. 125. Gregor. 13. conſtit. 2. & 66. Leo 10. conſtit. 12. Gregor. 14. conſt. 2. Innoc. 9. conſt. 2

Cum tota terra, &c. (Decernit quod nullũ caſtrum ædificetur in Terra Sabinæ, quæ tota iuris, & proprietatis B. Petri exiſtit, ſub anath. maris interminatione 2. mille librarum ædificantibus, ac viginti ſingulis operarijs, ſine ſpeciali Sede Apoſt. licentia Dat. Peruſij 15. Kal. April. anno 8. Excommunicamus, &c.) Excommunicat omnes Hęreticos Catharos, Patarenos, &c. qui tradantur curiæ ſæculari. Si clerici fuerint prius degradentur, ſi redire noluerint perpetuo carceri mancipentur.

Fautores, receptatores eaſdem pœnas ſubeant, ſint infames, inteſtabiles, omnium officiorum iure priuati.

Suſpecti de hęreſi niſi congruæ fuerint purgati ſint excommunicati vſq; ad ſatisfactionem condignam. Hęretici in cæmeterio non ſepeliantur, qui eos ſepeliuerit anathemati ſit ſubiectus, vſq; ad condignam ſatisfactionem, neq; abſoluatur niſi proprijs manibus eos exhumauerit.

Ne quis de Fide Catholica publicè diſputet, vel priuatim: qui contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Idem Innoc 4. conſt. 10.

He-

Hæreticos, qui nouerit denuntiet confeſſori, vel alijs ita vt ad Prælati aures perueniat ſub pœna excommunicationis. Filij hæreticorum receptatorum aut defenſorum talium vſq; ad ſecundum gradum ad beneficia Eccleſiaſtica non admittantur. Idem Innoc. 4. conſt. 10. Honor. 4. conſt. 2. Dat. Viterbij 6. Idus Nouemb. anno 9.

Ille humani generis, &c. prouinc. fratrum prædicat. in Lombardia, volens animarum periculis obuiare ſub diu atteſtatione iudici diſtrictè præcipit quatenus aliquos de fratribus ſibi commiſſis, & in lege Domini eruditis, atq; ad id muneris idoneis ad partes ſibi limitatas tranſmittat, qui clero, & populo cõuocatis generalem prædicationem faciant ex adiunctis ſibi diſcretis aliquibus diligenti ſolicitudine inquirant hæreticos, ſuſpectos de hæreſi, fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum. Quod ſi redire voluerint abſoluant iniungentes eis, quod talibus ſolet iniungi. Illis qui eos prædicantes audiuerint annuntient indulg. centum dierum. Et qui contra hæreticos illos adiuuerint trium annorum indulgent. conſequantur. Quòd ſi in perſecutione deceſſerint, plenariam indulgentiam illis indulget. Contradictores, ac rebelles Eccleſiaſtica cenſura ferrant, & Quæſtuarios prædicatores ſimili cenſura compeſcant. Dat. Viterbij 22. Kal Iunii ann. 2.

Priuilegijs inquiſit. Clem. 7. conſt. 36. cum ibi notatis.

Bulla Innoc. IV. Impia, &c. Liber Talmud in ſuis traditionibus continet multos errores, & multi Iudæi habeant nutrices Chriſtianas. Et quia Cancellarius Pariensis, ipſo Rege fauente, Librum ipſum Talmud publicè concremari fecit. Hortatur Regem, vt cęteros Libros Talmud inquirat, & curet, vt igni tradãtur. Prouideatq; ne Iudæi nutrices, vel ſeruiẽtes Chriſtianas habeant. Dat. Later. 7. Idus, Maij, anno 1. Vide Iul. 3. conſt. 49. Greg. 13. conſt. 7<. Clemen. 8. conſt. 2.

Orthodoxæ fidei, &c. Præcipit Inquiſitoribus Lombar. March. Taru. & Romand. vt leges editas contra hæreticos deſcribi faciant in ſtatutarijs Ciui Dat. Peruſij, 2. id. Maij an. 9. vide Clem. 7. conſt. 36.

Ad extirpanda, &c. Tradit leges contra hæreticos, & eorum complices, quas Magiſtratus ſæculares eorumq; Officiales debent obſeruare. Has confirmauit Clem. 4. Iurent Magiſtratus ſeruare ſtatuta contra hæreticos, quod ſi ſeruare neglexerint, vt periuri, & infames habeantur. Et pęnam ducentarum marcharum incurrant, fautores hęreticorum, & de fide ſuſpecti cenſeantur, & de cœtero inhabiles ſint ad quæcumq; officia, & dignitates.

In principio regiminis hæreticos banno ſupponant, & ad inquirendos hæreticos perſonas idoneas eligant. Qui officiales electi iurent, fideliter ſe omnia executuros, & ſeruentur indemnes in perſonis, rebus, & officijs ſuis, conſtituanturq; illis ſalarium, vide Aleuam 4. conſt. 3.

Officiales delinquentes in fauorem hæreſis infames ſint, loci Ordinarij arbitrio puniantur.

Qui procurauerit, vt de eorum manibus hæretici fugiant, vel defendere, ne capiantur, relegetur perpetuo, publicatis eius bonis, & domus illa, in qua fuerit, funditus diruant ſine ſpe refectionis, & bona ibi reperta fiant capientium.

Magiſtratus cuſtodiant hæretico captos, ipſoſq; præſentent infra quinque dies Epiſc. Diœceſano, Vicario, vel Inquiſitori ſibi præſentatos recipiant, & cuſtodiant, eoſq; cogãt aliòs hæreticos, vel ſocios fateri, ſeruaturi cõſtitutiones Hæreticorum domus diruantur, & ſimiliter domus fautorum, & ſuſpecti de hæreſi annotentur in quatuor libellis. Vide Pij 5. conſt. 86.

Pœnæ hæreticorum non relaxentur, ſed diuidantur, & applicentur. Qui has conſtitutiones immutauerit ſine auctoritate Sed. Apoſt. &c. puniatur, & infametur tanquam hæret. fautor, &c. Intimentur hæc conſt. à Rectore, ſucceſſori per tres electos à Diœc. & Inquiſit. Vide Alex. 4. conſt. 3. 5. 7. & 8.

Statuta contraria omnino tollantur, &c. Dat. Peruſij, Id. Maii anno. 9.

Tunc potiſſimum, &c. Mandat prouin. Ordin. Prædic. in Lombard. vt inuentos hæreticos, aut ſuſpectos, aut infamatos, niſi examinati velint mandatis Eccleſ. obedire, contra ipſos receptores, fautores, & defenſores Apoſtolica authoritate, per Inquiſit. à delectos procedat. Qui volunt redire abiuratã abſoluantur, pœnitentia impoſita. Qui huic negotio ſe opponere præſumpſerint, ſeuere puniantur. Conceduntur etiam indulgentiæ, &c. Dat. Brixiæ, &c. Vide conſt. 3. & 8. Vide Pij 5. Vide Greg. 9. conſt. 4 Pij 5. conſt. 118.

Cum fratres, &c. Mandat, vt hæretici eorumq; fautores, & complices banno exponãtur, & eorum bona publicentur. Dat. Peruſij, &c. Ad idem conſt. 3. & conſt. 12. Alex. 4. conſtit. 7. & 12.

Cum per noſtras, &c. Mandat Archiep. & Epiſcop. Lombard. qualiter ex pœnis Relapſorum prouideant inquiſitoribus de expenſis, omnia appellatione poſtpoſita.

Da-

Datum Pariſijs 5.Kal.Feb.ann.10. Declaratur per Alex.4.conſt. 12.

Cum venerabilis &c. Quod hæretici, eorumq; complices ad fidem redeuntes caueãt de fide tenenda, impoſita illis ſi defecerint, pœna pecuniaria, Peruſ.4.Kal.Febr.ann.10. vide Alex 4.conſt.2.

Cum aduerſus, &c. Mandat obſeruari leges Federici Imper. in hæreticos, & complices latas, Quæ deſcribuntur ibi, & multæ ſunt. De his vide conſt.3.& 10. Nicol.3. conſtit.2. Honor.4.conſt.2.Paul.4.conſt.42.Pij 5 conſt. 85.Gregor.13.conſt.68 & 92.

Licet ex omnibus, &c. Concedit facultatẽ Prouin.Ordin.Prędicandi, & remouendi inquiſitores viros zelum habentes fidei; potentes opere, & ſermone, iuxtà formam expreſſam, Dat.Aſſij 4 Kal.Iun.ann.2. Vide Clem.4. conſt,2.Sed hodiè nemo ſolet inquiſit.eligere, vel deponere inconſulto Senatu Generalis Inquiſi.Rom.

Nouerit vniuerſitas, &c. Damnat, & excõmunicat omnes hæreticos, vt fecit Gregor.9. conſt.3 Alia decreta contra illos pronunciat. Non expedit referre.

Qui eos ab Eccl.denotatos non euitauerit, excommunicationis ſententia ferietur. Idẽ de eo, qui ſuſpectus ſuſpicione notabili non ſe purgauerit, eorum appellationes minimè audiantur. Perſonæ publicæ illis nullum beneficium impendant, quod ſi fecerint, perpetuo ſint priuati. Eccleſiaſtica Sacramenta illis non adminiſtrentur, & Eccleſiaſticæ non tradantur ſepulturæ, qui fecerit, ſit excommunicatus, neq; abſoluatur, niſi ſatisfecerit, & proprijs manibus exempterrauerit, & locus ille perpetuò careat ſepultura.

Nulli laicæ perſonæ liceat de fide Catholica publicè, vel priuatim diſputare ſub pœna excommunicationis. Sub eadem pœna hæretici ſuſpecti, conuenticula facientes manifeſtentur, ita vt ad notitiam prælati, & inquiſit. deueniant.

Qui ad præces talium, beneficia, & dignit. & officia ſunt adepti, priuari ex nunc ſint, illis careant, & in poſterum ſint inhabiles ad illa, & ſimilia. Dat.Anagniæ. 17.Kal.Iul,ann.2. vide illam conſt.3.Greg.9.

Malitia huius temporis, &c. Mandat Inquiſit.Lomb.& March.Ianuenſ.vt in locis eorum officio commiſſis verbum Crucis prædicent, & eos, qui zelo fidei ad extirpandam hæreticam prauitatem votum aſſumpſerint charactere Crucis ſignent, quibus concedit indulgent. tranſeuntibus ad Terræ Sanctæ ſubſidium. Audientibus verò indulg.40. vel 20. dierum pro libito annuncient. Qui eorum officium impedire præſumpſerint, pœnis mulcentur. Aſſumentes ſignum Crucis abſolui poſſint à caſibus, & cenſuris, præter maximos enormes, modo aſſumptum votum proſequantur, & caueant, ne ipſi vnquam cõtra Eccleſiam veniant. Poſſint diſpenſare ſuper irregularitate à Clericis in celebrando incurſa vota commutare, exceptis, &c. Dat. Anagniæ, 13.Kal.Iul.ann.2.

Cum in conſtitutionibus, &c. Domus, in quibus hæretici capti fuerunt, deſtruantur, & etiam quæ illis ſunt contiguæ, ſi ſint eiuſdem Domini. Idem de Turribus. Datum Anagniæ 4.Kal.Aug.anno 2. confirmatur à pio V.conſtitu 118.

Alexander IV. Lecta, &c. Confirmat donationem multarum terrarum, ac iuriſdictionum, quæ facta fuit à Federico Imp. Fratribus Hoſp. Leproſorum S. Lazari Hieroſol, antequam deponeretur. Dat. Neap. 12. Kal.Mar. an 1.vide Pij 4.conſt.

Cum à nobis &c. Confirmat regulam Diui Aug.quam, & obſeruari perpetuo voluit. Dat. Neap.2. Apr.ann.1.

Cum ſecundum, &c. Confirmat, & declarat conſt.3.Innoc.4.quod Rectores Ciuitatem ad inquirendum hæreticos, perſonas idoneas eligant. Et ſindicent precedentem Rectorem, & eius aſſeſſores, circa omnia contenta in Legibus contra hæreticos, & complices editis. Dat. Neap.prid.Kal.Maii, ann.1. vide conſt.5. & 7.

Aduerſus mundi, &c. Cum Patrimonium, & Sabinia ſint tanquam hortus Sedis Apoſt. & ideò deputat Gubernatorem in Terris Sabinæ. Dat. Neap.5. Kal.Iun.ann.1.

Exortis in agro, &c. Declarat, & ampliat conſt.3.Inn.4. de hæreticis, conceditq; facultatem Inquiſitoribus prorogandi terminum ad exequendum contẽta in conſt. Dat. Later. 2.Id.Mar.anno.7.

Firma profectò, &c. Prohibet, ne Corrad. Federici olim Rom. Imp. filius eligatur, vel nominetur in Regem Rom. optimiſq; rationibus monet ipſum Epiſc.Mogunt. Quia Imper.Eccleſ.eſt Aduocatus, Federicus autem perſecutus fuit Eccleſiam, & ideò non debet eligi offenſor pro defenſore. Et quia hic Corradus erat infans, & inhabilis ad defenſionem Eccleſię, & ad regendum, & propterea maneret Eccleſia diutius, non abſq; grauibus ferè diſpendijs defenſionis commodo deſtituta. Præcipit ergo ipſi Epiſc.Mogunt. & in virtute Sanctæ Obed. mandat, ne ipſe Corradum in Regem eligat, aut nominet neq; conſentiat in eundem. Quod ſi contra mandatum hoc facere præſumpſeris, opem, vel operam, auxilium,

lium, &c. impenderit, excomn unicatus exiſtat. Moneatq; alios electores, ne id ſimiliter faciant, quod ſi contrauenire præſumpſerint, excommunicationis ſen.in eos ferat Anagniæ 5.Kal.Aug.ann.2.

Felicis record.&c. Declarat nonnullos articulos contentos in conſt.3. Innoc.4. Quorũ primus eſt de poteſtate officialium, vt ſcilicet poſſint præcipere ſub pœna,& banno vſq; ad ducentas Marchas Argenti, & vltra ad arbitrium poteſtatis loci. Secundus,quod non deſtruantur domus,in quibus reperti, vel capti fuerunt hæretici, ſi illarum Domini reperti fuerint omninò innocentes, & prorſus inculpabiles Tertius, quòd bona ibi reperta non publicentur,aut diuidantur ſi per teſtes omni exceptione maiores reperta fuerint aliarum perſonarum,quam Dominorum. Quartus, quòd domus eiuſdem Domini, quæ fuerint contiguæ, licet diuerſis manſionibus diſtinguãtur,deſtruantur tamen. Quintus,quod electio virorum ad ſindicandos poteſtates, & præceſſores ſi non reperiantur Fratres Minores,vel Prædicatores,ad ſolum Diœceſanum Epiſcopum ſpectet. Dat. Later.2. Non. Mar. ann.13.

Implacida relatio, &c. Mandat Epiſcopo Mutinenſi ſub excommunicationis pœna, vt ſtatuta Mantuæ, ac eius diſtrictus contraria Officio Sanctæ Inquiſitionis abroget, compellendo poteſtatem, Antianos,& Conſilium Ciuitat. eiuſdem per excomm.in perſonas,& commune prędictum per interdicti ſententiã omni appellatione poſtpoſita. Viterbij, 15. Cal Ian.ann.3.

Cum hora iam,&c. Continet priuilegia conceſſa Inquiſitoribus Ordin.Minorum.Primum, prædicandi Verbum Dei in terris infidelium,ac conſeruandi inter excommunicatos,& promouendi ad ordines Sacros. Deinde excommunicatos abſoluere,ac diſpenſare cum illis, qui excommunicati ſuſceperint ſacros ordines,vel celebrauerint. Tum diſpenſandi cum his,qui poſt aſſumptos ordines Sacros, vel in caſibus prohibitis matrimonia contraxerint.

Poſſint tollere irregularitates eas, quas in illis partibus ſolent tollere Legati. Et cum clericis defectum natalium patientibus,modo non ſint de adulterio, vel inceſtu, aut de Regularibus procreati. Abſoluendi occiſores Religioſarũ perſonarum, & fundandi Eccleſias,cognoſcendi cauſas matrimoniales,celebrandi Diuina officia, & promulgandi indulgentias. Recipiendi Ordines Sacros ab Epiſc. Veſtes Sacerdotales, & altarium ornamenta corporalia,& benedicendi,vbi non adeſt Catho. Epiſcoporũ copia Viterbij,13.Cal.Maij, ann.4.vide Clem.7.conſt.36.cum ibi not.

Quod ſuper nonnullis, &c. Declarat quoſdam art. concernentes cauſas fidei. Primus, qui commiſit hęreſim poſtquam abiurauerit, licet non fuerit ante lapſus, habeatur tamquã relapſus. Idem de illo, qui poſt abiurationem hęreticis fauet, vide Paul.4.conſt.42 a.

Ob teſtimonium illorum,qui peierant non animi leuitate, aut odij fomite, aut corrupti pecunia, ſed zelo fidei non poteſt procedi in crimine hæreſis.

Inquiſitores,de Diuinationibus, aut Sortilegijs cognoſcere non debent,niſi manifeſtam hęreſim ſapiant. Vide cõtrarium Alex.6.conſ. 2.Leo X. conſ.38. Adri.6.conſ.5.

Inquiſitores poſſint cogere hæredes defunctorum ad perficiendas pœnitentias defunctis iniunctas, ſi onus habeant cum ſalute annexum.

Inquiſitores ſuper quęſtiones vſurarum nõ ſe debent intromittere,neq; de illis cognoſcere. Neq; poſſint compellere hęredes eorum, qui fuerunt hęretici, ſed ab illis abſolui,ad ſoluendam pęnam, quæ illis in pęnitentia fuerat iniungenda.

Inſtitutus in officio inquiſit. poſſit alios idoneos eligere qui parem cum illo habeant poteſtatem,& ſimiliter amouere, Clericus ob hæreſim immutandus, cum illi eſt pęnitentia iniungenda, prius debet ab ordinibus degradari.

Impeditores Sacri officij, per inquiſitores poſſunt coerceri. Religioſi hęreſim lapſi, ſunt grauius,quam ſæculares puniendi.

Filij hęreticorum,ac nepotes officijs,& beneficijs ſunt priuandi,niſi illi fuerint emendati,& pęnitentiam peregerint. Dat. Viter. 5. Kal.Oct.ann.4.

Ex parte veſtra,&c. Quidam infirmi conſolationem ab hęreticis concipiebant; filij eorum ad effugiendam priuationem hęreditates, allegabant velle probare eos tunc temporis non fuiſſe ſanę mentis. Declarat ergo Pontif. per hanc conſtit. quòd talis probatio admitti debeat. Dat. Anagnię,idib. Nouembr. ann.4.

Super extirpatione,&c. Pręcipit quod hęretici redeuntes ad fidem,caueant de fide tenenda, & obediendo mandatis Eccleſię. Et contrauenientium pœnæ exigantur, & conſeruentur penes tres viros fides probatos ab Inquiſi.& Dięceſ. expendendę in proſecutione Offic. inquiſitionis. Dat.Anag.idib.Nou. ann.4.

Exortis, &c. Pręcipit Epiſcop. & alijs, vt aſſiſtant inquiſitoribus in Negotio fidei.

Da-

Digitized by Google

Datum Anag. 17. Kal. Decembr. anno 4. infra conſt. 17.

Firmiſſime teneat, &c. Continet indulg. plenariam Inquiſitoribus conceſſam, & eorum ſociis trium annorum, & his, qui eos adiuuerint in proſecutione negotii, in qua ſi deceſſerint corde contriti, ac ore confeſſi, plenã omnium peccatorum remiſſionem conſequantur. Dat. Anag. 17. Kal. Octobr. ann. 5.

Ad audientiam, &c. Concedit facultatem Inquiſitoribus compellendi Magiſtratus ad exequendum eorum ſententias. Dat. Anag. 13. Kal. Febr. ann. 6.

Ad audientiam, &c. Præcipit, quod procedatur ad executionem obligationem de parendo mandatis Eccleſiæ, omni appellatione remota, vt ſupra conſt. 12. Dat. Anag. 10. Kal. Febr. ann. 6.

Cupientes, &c. Concedit facultatem inquiſit. ordin. Minorum compellendi quoſcunq; ad exhibendum ſcripturas ſpectantes ad Offic. inquiſit.

Abſoluendi reduotes ad fidem, Conuocan di clerum, & populum contra hæreticos, fautores, &c. Concedendi indulg. fautoribus inquiſit. Dat. Anag. 4. Non. Mart. ann. 6.

Ad extirpandam, &c. Præcipit Epiſcopis, & aliis prælatis prouinc. Rom. quòd Fratri Andreæ, & Sociis eius inquiſitoribus, vt de ſaluo conducto prouideant. Anag. idib. Mart. ann. 6.

Dum ad ſtudium, &c. Deputat inquiſitor. Fratrem And. Ord. Minor. Mandatq; Epiſcopis, & aliis prælatis, vt ei, & ſuis ſociis faueant contra hæreticos, fautores, &c. Dat. Anag. 11. Cal. Apr. anno 6.

Licet vniuerſi, &c. Commonet Petrum Iacob. Surdi Ciuem Rom. vt deſiſtat à defenſione cuiuſdam Caſtri Capelli de Chia hæretici, qui præſentes ſe eſſe condemnatum, illud ſimulatè vendiderat. Datum Anag. 2. idib. Maii anno 6.

Ex inſinuatione, &c. Commendat officiales, & Communitatem Viterb. quod hoſtiliter proceſſerit contra Capellum de Chia hæreticum, & mandat, vt proſequantur ad exterminium terrarum illius, Dat. Anag. ibid. Maii.

Diſcretioni veſtræ, &c. Concedit facultatem inquiſitoribus confiſcandi, & vendendi bona hæreticorum confiſcata. Et mandat pretium eorum pro Rom. Eccleſ. conſeruari. Contradictoreſq; ſuper hoc per cenſuras Eccleſ. compeſcantur, omni appellatione remota, Dat. Genuæ, 8. Kal. Octobr. ann. 6.

Ne commiſſa, &c. Mandat quòd inquiſit. procedere poſſint contra quoſcunq; in cauſa fidei, quibuſcunq; priuilegiis non obſtantibus. Et concedit facultatem aſſumendi ad officiũ Notariatus perſonas Regulares, quando non poſſunt haberi ſæculares. Et illis etiam non repertis eligendi alios probos viros, Anag. Id. Octob. an. 6.

Conſuluit, &c. Concedit, vt credatur Sociis Criminis, & excommunicatis in cauſis fidei, concurrentibus veriſimilibus coniecturis, alioquin inquiſit. off diſpendium pateretur Datum Later. 10. Kal. Febr. ann. 7. vide Pii 4. conſt. 48.

VRBANVS IV. Licet, &c. Continet deputationem inquiſitorũ Ord. Prędicat. in Prouin. Lombar. March. Ianuen. cum multis facultatibus.

Puniant hęreticos, & complices ſecundum leges contra eos aditas, Clem. 7. conſt. 36.

Abſoluant redeuntes. Neminem damnent ſine cõſilio D. œcelanotum. Examinent teſtes cum interuentu duarum religioſarum perſonarum ſaltem. Iun. 4. conſt. 3. & 8. Id. conſt. 4.

Religioſi in cauſis fideitabellionatus officium exercere poſſint Et nomina teſtium imminente ſcandalo, non publicentur.

Indulg. pro labore conſequantur, & ſocii, qui eos adiuuerint poſſint procedere contra impedientes inquiſit. officium tanquam in hæreticorũm fautores. Pii 4. conſt. 53. Alex. conſt. 17.

Poſſint inuocare brachium ſeculare, & cõtradictores per cenſuras Eccl. compellere, omni appellatione remota, cum derogatione quorumcunq; priuilegiorum. Dat. Viterbii 13. Kal. April. anno 1. vide conſtit. 14. Paul 4. conſt. 42.

CLEMENS IV. Cũ &c. Cõtinet priuilegia Militũ Hoſpit. S Lazari Leproſorum Hieroſolym. quæ illi conceſſa fuerunt ab Innoc. 4. cuius conſtitutio hic non adeſt. Sunt autem hæc.

Quod poſſint ſemel in anno eleemoſynas colligere.

Quod defendantur ab Epiſcopis, & aliis quando opprimuntur ab aliquo. Quod militent abſq; pretio.

Quod, à Decimis ſint exempti penitus, atq; immunes.

Quod milites, qui habitum depoſuerunt, coerceantur, & ſi contemptores fuerint excommunicentur. Qui illis eleemoſynas porrigent, indulgent. conſequantur relaxationis ſeptimę partis ſuorum peccatorum iniunctæ ſibi pœnit. Quod tempore interdicti in cœmeterio ſepelliantur, niſi fuerint nominatim, vel publicè vſurarii. Dat. Peruſii 5. Kal. Maii, anno 1. Vide alia priuilegia Pii 4. conſt. 13. Moderationem verò Pii 5. conſtitut. 74. vide Pii 4.

I con-

onſtitut.13.Clem.6.conſtit.2.

Licet ex omnibus, &c. Concedit facultatẽ Miniſtro Prou.Ord.Min.prouin. S.Franciſci, eligendi inquiſitores per loca ſibi ſubiecta cum facultatibus, &c. & per ſe, ac per ſuum Vicarium deponendi, ac alios inſtituendi, &c. Dat.Peruſii, 3 Kal.Oct. an. 1.

Ad extirpanda &c. Confirmat omnes cõſtitutiones editas ab Innoc.4. quæ ſupra habentur contra hæreticos, Dat. Peruſii, Kal. Nouem. an. 1. vide Inn.4.conſt.9. Conſ.conſt. Innoc.

Ad extirpanda, &c. pręcipit inquiſitoribus, vt conſtitutiones editas ab Innoc.4.& declaratas ab Alex. 4. contra hæreticos deſcribi faciat in libris Communit. Italiæ cogentes illam etiam per cenſur.Eccl. omni appellatione remota, Dat.Peruſ.15.Cal.Febr.ann.1.

Venerabilibus, &c. Concedit facultatem Hoſpit. Leproſorum Hieroſol. vt poſſint ſuſcipere Leproſos vndiq; venientes, & traducere eos ad habitationem aliorum Leproſorum: immò quod inquirant, & cogant eos habitare cum aliis, Datum Viterb. Non. Auguſti anno 2. vide Alex.4.conſtit.1.& 2. Clem.6. conſt.1.& 49.Pii 4.conſt.13. Pii 5.conſtit.30. 46.74.124.

NICOLAVS IV. Vineã, &c. pcipit prouin.Ord.Præd.Lombardiæ, vt per ſe, atq; per alios Fratres idoneos à ſe eligendos Iudæis in ſua prou ſubiectis Euang. prædicet, vt conuertantur ad fidem. Conuerſoſq; benignè ſuſcipiat, tractariq; faciat, & nolentes ad conuerſionem venire poſtea denuncientur. Dat. Viterb.2.Non.Aug.ann.1.Paul.3.conſt.32.

Nouit Vniuerſitas, &c. Excommunicat nonnullos hęreticos iuxta conſtit.Greg.9.& Innoc.4. De quibus ſuper Greg. conſt.3.Innoc.X, Dat. apud Vrbem Veterem. 5. Non. Martii, anno 1.

HONORIVS IV. Olim &c. Exprimit exceſſus commiſſos in Ciu. Parm. contra inquiſ. Quare Legatus de latere citauit illam Communitatem, & alios ad comparendum, & ſentent. excommun. & interdicti promulgauit. Martinus autem Quartus, ad preces illius Communitatis, mandauit abſolui dictos excommunicatos, datis cautionibus de parendo mandatis Eccleſiæ, Et citatis illis, quibus opus erat, vt per ſe, vel per alios idoneos inſtructos cõparerent, & quia negotium non fuit expeditum Pont. vt denuò citentur, & infrà vnius menſis ſpatium compareant, mandat, &c Dat.Romę, Non.Martii, anno 1. Citatio contra com. Parmen. De relapſis.Inn.4. conſt.8.Alex.4. conſ.10.

Exhibita nobis, &c. Mandat filium, & Nepotes palmerii de hęreſi inquiſiti Spol. admitti ad officia, & benef. dùm prius conſtet eos eſſe fideles, Dat.Rom.1.Cal.Dec.anno 2. De filiis hęret.Inn.3.conſt.2.Greg.9.conſt. Innoc. 4.conſt.3.& 8.Paul.4.conſt.41.Pii 5.conſt.31. Greg.13.conſt.70. Obiit Romę 3.Non.April. 1287.

BONIFACIVS VIII. Prouide, &c. Pręſentis Conſtitutionis prouidet edicto, vt prouincia, locus, Ciuitas, villa, Territorium, vel Diſtrictus authoritate ordinaria, vel delegata non ſupponantur Eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, ſub quacunque occaſione, vel cauſa, ſi quid contra contigerit attentari, illud inane decernit, & reuocat omnino. Non obſtantibus, &c. Dat. Later. anno 8.

In ſuprema eminentia &c. Continet priuilegia Doc. ac ſtudentium Gimnaſii almę Vrbis. Non trahantur inuiti ad Cur.capit. niſi laici pro homicidii priuil.ſtudii Roma. Vide Pau.3.conſt.38.

Sint exempti à collectis, & pedagiis, ab obſequiis pręſtandis penſiones domorum ab illis inhabitatis taxentur per duos taxatores electos alter ab ipſis Doct. & Schol. alter à Communitate Vrbis. Gaudeant priuilegio Rom. fori ſi quis ſecum contendere voluerit, Pau.4.conſt.44 Pii 5.conſt.179.

Rector electus habeat authoritatem iudicandi inter Docto. & Schol. in ciuilibus, & criminalibus leuioribus, Vide Vrb.6. conſt.1.

Bona, & prouentus benef. cum cura, & ſine cura Dignitatumvè, præterquàm diſtributiones quotidianas, dum legant, aut audiant, poſſint percipere tanquam ſi perſonalitèr reſiderent, neque à quoquam valeant ad reſidendũ pro illo tempore coarctari, non obſtantibus, &c. cũ clauſulis derogat. & irritat. Dat. Anag. 1303. anno 9. Vide Leo 10.conſt.2.

IOANNES XXII. Inter, &c. Quoniam quędam loca S.R.E. fuerant ab Officialibus alienata; Propterea volens indemnitati Eccleſię prouidere omnes alienationes, locationes, & donationes bonorum Eccl. ſine conſenſu Rom. Pont, factas annullat, ac tollit; Et mandat Epiſcopo Vrbeuetan. B.Petri m. Rectori, vt bona, & loca alienata reducat ad obedientiam S.R.E. atque vt contradictores coerceat per ſpirituales, & temporales pęnas. Dat.Cal.April.anno 5. De hac materia Greg. 9.conſtit.1.Clement.6 conſt.1. Inn.6.conſt.1. Inn.7.conſt.1. Paul.2.conſt.2. Clem. 8.conſt. 18. Paul.3.conſt.31. Iul.3.conſt.28. Paul.4. conſt.25. Pii 4.conſt.18. Pii 5.conſt.37. 101. 117.126. Greg.13. conſtit.1. & 66. Greg.14. conſt.1.Innoc.9.conſt.2.

Exigit ordinis, &c. Moderat facultatem Inqui-

Inquiſitorum dandi licentiam deferendi arma, addens, vt eam concedant ſolummodo viris ſuæ familiæ, & alijs etiam pro ſecuritate ipſorum Inquiſitorum. Dum tamen ipſi familiares ſint laudabilis conuerſationis, & vitæ: Datum Auin. 7. Non. Maij, ann. 5.

Ad noſtram, &c. Præcipit, ne Religioſi ad partes infidelium accedant ſine licentia Superiorum; Qui contrafecerit, excommunicationi ſit ſubiectus, neq; abſoluatur, niſi in mortis articulo, ab alio, quem à Rom. Pont. Reperti ſine licentijs, capiantur, & tanquã Apoſtatæ habeantur. Si quid contra fidem in ſuis prædicationibus aſſeruerint, & etiam in priuatis, ac ſecretis collationibus, poſſint à quocunq; Apoſtolica auctoritate detineri, carcerari, atq; vt ſuus ſubditus tractari, & deſuper procedatur ſummariè; Non obſtantibus, &c. Datum Auin. 7. Id. Maij, anno 9.

Cum nulli, &c. Mandat per Inquiſitor. procedi contra ineuntes fœdera cum hæret. & alijs dantes eis auxilium, conſilium, aut fauorem, Auin. 22. Cal. Sept. anno 10. Vide Inn. 4. conſt. 3. Pau. 3. conſt. 412. Clem. 7. conſt. 36.

Paternum amorem, &c. Adrianus dominium Hyberniæ Regi Angliæ conceſſit: ſed illi Reges contra formam conceſſionis populum grauarunt propterea turbatus eſt populus contra regem: ideò Pont. monet Regem, vt tollat iſta grauamina pro quiete ſui Regni. Dat.

Ratio iuris, &c. Continet reformationem Auditorum, & Notariorum Palatii Apoſtol. Quod antiquior cauſam proponat, cæteri cõſequantur, pauperi actorum copia detur abſq; vllo pretio, & multa alia. Quæ ampliauit Pius 4. conſt. 83.

BENEDICTVS XXII. Decens, &c. Cõtinet reformationem Aduocatorum, & procuratorum cauſarum Palatii Apoſt. Statuitq; quòd aduocati nihil recipiant à pauperibus, aliàs teneantur ad dupli reſtitutionem Caueant à multitudine cauſarum, quibus opportunè incumbere non poſſunt aliàs teneãtur ad intereſſe. Antequam cauſas agant, illas diligenter examinent: & vltra conuentum ſalarium, nihil recipiant; Si cõtrauenerint, puniantur à *V.* Cancellar. vel audit. Dat. Auin. ann. 1. vide Greg. 11. conſt. 3.

CLEMENS VI. Et ſi, &c. Quoniam multi contra conſt. Vrbani 4. quam non habemus. Et Ioann. 22. inter cætera, &c. loca S.R.E. occupare non verebantur; præcipit, vt nemo præeminentiam, iuriſdictionem, ac ſuperioritatem in Terris Beati Petri vigore cuiuſcunquè prętextus abſquè auctoritate Sedis Apoſt. exerceat vigore cuiuſcunq; contractus: Et bona, vel loca occupata omnes dimittant infra duos menſes, ſub pœna excommunicationis, & interdic. Ciu. & loca omnia alteri ſe non ſubmittant, & ſubmiſſionibus iam factis non vtantur, imò ab illis ſe ſubtrahant ſub pęna interdicti, & priuationis bonorum, indultorum, & gratiarum. Alienationes verò, ſubmiſſiones, & quicunq; alii contractus, quocunq; modo facti, nulli ſint Occupantes, & inuadentes terras, & loca S.R.E. ac eorum fautores excomm. & interd. pœnas incurrant, ſiue ſint clerici, ſiue laici quacunq; dignitate fulgentes, priuilegia omnia, & gratias amittant; Et eorum ſucceſſores vſq; ad 3. gener. inhabiles ad beneficia habeantur Auign. 12. Kal. Aug ann. 5. Vide conſt. 1. Ioan. 22. cum ibi aduor.

Quam amabiles, &c. Continet priuilegia Militiæ Sancti Lazari. Concedẽs, vt eleemoſynę pro illo poſſint inquiri Benefactoribus, & exhortatoribus indulg. concedantur: Et participes fiant omnium operum charitatis ipſius Hoſp. & in aliis eius membris, & locis.

Dat facultatem commutandi vota (exceptis Hieroſ. & viſit. limin. Apoſt.) in pecuniarũ ſubſidium fratrum dicti Hoſpit. vel Nuntiis exhibendum, quod per vouentes peregrinationes eaſdem, tantum pecuniarum ſummam contineat, quantam vouentes ipſi pro complendo voto perſonaliter expendiſſent. Concedit facultatem abſoluendi excommunicatos, & irregulares modo ſic abſoluti tantam pro eleemoſyna pecuniam tribuant quantam expendiſſent ſi Rom. Cur. pro abſolutione adiiſſent, ibiq; manendo, vel redeundo. Fratres iſtius Hoſp. ſi mori contigerit, quando eorum Eccleſię fuerint interdictę in Eccleſia ſepelliri poterunt, niſi fuerint ipſi nominatim excommunicati. Et ſemel in anno d. Eccl. fratribus aperiantur, & indulg. proponãtur. Clericus verò, vel Capellanus, qui illos de Eccl. expulerit per tres menſes ſuſpenſus ſit à minorum celebratione. Datum Auin. 10. Kalend. Iulii, anno 6. Vide Alexand. 4. conſt. 1. Clem. 4. conſt. 1. Pii 4. conſt. 13 Pii 5. cõnſt. 28. & 45. 73. & 122.

INNOCENTIVS IV. Sedentis, &c. Continet citationem contra Franciſcum de Ordelaſſis occupatorem Terrarum S. R. E. contra Pontific. conſtitutiones. Qui pluries monitus in occupatione perſeuerauit obſtinatus. Ideò citatus fuit vt compareret coram Clemen. 6. de fide reſponſurus. Et quia non comparuit fuit excommunicatus, proutigitur denuo ipſum citat, vt compareat ad audiendum ſentent. in cauſa fidei. Et vt ille ſecurus ad Cur. venire poſſit, mandat à nemine

moleſtari, Dat. Auin. 2. idus Mart. ann. 7.

GREGORIVS XI. Super, &c. Conſtit. magnus Eccl. Later. conſtruxit, quare habet prærogatiuam, vt Eccl. Summi Pont. vocatur. Ideò Pont. declarat, quod illa maior ſuper omnes Vrbis, & Orbis Eccl. & Baſilicas ſit, ſupremumq; locum obtineat. Dat. Auin. 10 Kal. Febr. anno 2.

Idem confirmauit Pius V. conſt. 97.

Ad Rem Pontificis. &c. Præcipit Religioſos etiam Sedis Apoſt. Capellanos eorum ſuperioribus eſſe ſubiectos, cum clauſ. &c. Dat. Auin. 5. Id. Nou. ann. 3.

Quamuis ſal. rec. &c. Continet reformationem Aduocatorum Sacri Palatij: Quod cauſas à principio bene examinent, & iniuſtas dimittant. In cauſæ proſecutione libellum, poſitiones, articulos, & optimè diſponant, &c. ſe ſubſcribā: Si malitioſe in his ſe habuerint ad tempus priuentur, & condemnentur in expenſ. Non appellent ante ſenten. Notarius ſecreta cauſæ directè, vel indirectè non reuelet Secrete cuſtodiat regiſtrum ſi copiam fecerit, officio priuetur: Nihil pro officio ad ſcribendū coram Aduoc. accipiat muneris, neq; eſculenti, neq; per interpoſitam perſonam, & qui præmiſerit non perſoluat, &c.

Non procurentur commiſſiones ſuper articulo granaminis, niſi prius datis Apoſtolicis per iudicem. Procuratores calumnioſi coerceantur, &c. Dat. Auin. Cal. Mar. ann. 5. Ampliatur per Mart. 5. conſt. 3. Leo X. conſt. 24. Clem. 7. conſt. 50. Pium 4. conſt. 89. Pium 5. 68. & 82.

Solicite debet, &c. Ordinat, quòd nunciātibus prouiſiones Benef. nihil detur, vel promittatur, & qui contrafecerit, per ſe, vel aliū, quiſquis ille ſit, quacunq; dignitate præfulgeat, excommunicationis ſententiæ ſit ſubiectus à Rom. tantum Pontif. abſoluendus cum clauſ. &c. Dat. Auin. 6. Kal. Nou. ann. 5. Obijt Romæ 6. Kal. Apr. 1378.

VRBANVS VI. Dudum videlicet, &c. Declarat, quòd priuilegia ſtudentium circa beneficia Eccleſiaſtica non extendantur ad perſonas non nominatas in rotulis, & non verè ſtudentes. Dat. Rom. 3. Id. Ian. ann. 2. vide Bonif. 8. conſt. 2. & Pij 4. conſt. 113.

Quia ſicut, &c. Prohibet laicis quibuſcunq; quacunq; dignitate fulgentibus, & quibuſcūq; Communitatibus &c. ſub pœna excommunicat. latæ ſentent. & interd. reſpectiuè bannire Eccleſiaſticas perſonas, conſilium, fauorem, auxilium, & cum clauſ. &c. Dat. Romæ, 4. Id. Decembris, anno 5. Obijt Romæ, 3. Id. Octob. 1389.

BONIFACIVS VII. Superni benignitas, &c. Vrb. 6 Feſtum Viſit. B. M. Virg. 2. Iulij, celebrari præcipit, & illius Vigilia conſuluit: Conceſſitq; indulg. intereſſentibus offic. per totam oct. verè pœnit. & confeſſ. ſed quia eius litteræ ob mortem non fuerunt expeditæ, Ios Pont. dictam Vrb. conſt. cōfirmat, Dat. Rom. 5. id. Nouembr. ann. 1.

INNOCENTIVS VII. Iniunctum nos, &c. Citat, ac monet omnes occupatores locorum S. R. E. vt dimittant eorum poſſeſſionem vacuam, & expeditam Et redant rationē prouentuum indebitè perceptorum contradictores verò quoſcunq; excommunicationi, & interdicto reſpectiuè ſupponit, cum decreto, &c. Dat. Rom. 3. id. Sept. ann. 3. Obijt Romæ 8. id. Nou. 1406.

MARTINVS V. Inter cuncta, &c. continet errores Ioan. VVicleſ. de Anglia, & Ioannis Vs, de Boemia, & Hieronymi de Praga damnatos in Concilio Conſtantienſi, ac modum examinandi ſuper illos ſuſpectos de hæreſi.

Quia nonnulli eorundem Hæreticorum ſectatores eorum libros à dicta Synodo damnatos legebant: Ideò Pontifex præcipit omnes de fidei articulis, aliter quam ſētit S. R. E. ſentientes, aut illorum libros tenentes, vti receptatores, & eorum auctores coerceri. Statuitq; quod principes ſæculares non admittant illos in eorum terris. Quod Hæretici nō ſepeliātur in Eccleſia; Bona eorū cōfiſcantur; Et innouat conſt. Bonif. 8. quę hic non adeſt: Monetq; Principes, & alios, vt faueāt, & obediant Inquiſitoribus. Atq; hæreticos captos cuſtodiāt: Mandat Epiſcopis, & alijs, vt omnes ſuſpectos de hæreſi compellant reſpondere articulis deſumptis, iuxta formam, &c. Suſpecti de hæreſi citentur, vt compareant perſonaliter ad reſpondendum. Mandat publicari hanc Conſtitutionem, & vt hæreticos, & cōplices ſingulis diebus feſtis excommunicatos denuncient. Aſſignat hæreticorum, & complicum eaſdem pœnas, quas Innoc. 4. & Paul. 4. Dat. Conſtantiæ, 8. Kal. Mar. ann. 1.

Viam ambitioſæ, &c. Præcipit, quòd Mendicantes non tranſeant, neq; recipiantur ad ordines Monaſticos præterquam ad Carthuſianos ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ: Et quòd Vagabundi redant ad eorum regulas ſub eadem pœna, & Apoſtaſiæ, ſuper quæ Sed. Apoſtol. tantummodo diſpenſare poſſit.

In Apoſtolicę dignitatis, &c. Continet reformationem officialium Cancell. & Rotæ iuxtà conſtit. Ioan. 22. & Greg 11. Decernitq; quod abbreuiatores, & alij non recipiant, neq; petant aliquid vltra taxam, ſintq; ſuffi-

cien-

cientes:Litera,quæ in Cancellaria fuerit iudicata reſcribenda,reſcribatur ab eo,qui culpam admiſit,ſub pœnis ,&c. Scriptores exerceant officium per ſeipſos; Officium ſcriptoriæ,& pęnitentiariæ ſimul retineri non poſſint; Abbreuiatores ante admiſſionem examinentur, & accedant ad Cancellarium ſub pœnis, &c. Conſtitutio Cancellariæ non detur, vt in iudicio probet, niſi fuerit ſignata, ſcriptaquè; Examinatores priuſquam officium exerceãt, iurent in manibus V.Cancell.de illo fideliter exercendo Bullatores litterarum,& Reſtigratores non recipiant pro bullandis, vel regiſtrandis litteris vltra pretium ſibi taxatum; Auditor Rotæ eligendus ſit Doct.iuris famoſus,aliaſq; qualitates habeat,&c. Dat. Gebénis Kal.Septemb. ann.1.

Et ſi in cunctarum,&c. Continet reintegrationem, & renouationem Magiſtrorum viarum Vrbis cum facultatibus in procedendo, & deputatione Notar. dicti offic. &c. Quod Magiſtri Syndici eſſe non poſſint, imò debeant ſyndicari,Pij conſt.160.Dat.Rom.2. Kal.April.ann.8.

Ad reprimendas, &c. Mandat Eccleſiaſticas perſonas non trahi ad forum laicale pro cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententię ſi ſint particulares perſonæ ſuſpenſ.& interdicti,ſi ſint Conuentus, aut Capit. Quas pœnas etiam incurrant officiales laici procedentes in cauſis poſt allegatam exceptionem.

*Ineffabile Sacramentum,&c.*Concedit celebrationem feſti S.Sacram,& indulg.pro eius veneratione concedendo alias indulg. Vt qui Vigiliam ieiunauerit,aut aliud opus pium ex confeſſoris ſui conſilio fecerit centum dies, & ſimiliter qui proceſſioni interferit.Quas indulgent.duplicauit Eugen.4.conſtit.4. Rom. 7.Calen.Iun.ann.12. Obijt Romæ, 10.Calen. Mart.1431.

*EVGENIVS IV. In eminenti,&c.*Ordinat quòd Card. quis non efficitur per pronunciationẽ de eo factam in ſecreto Conciſtorio, donec inſignia Cardinalatus ſuſceperit.Quod Cardinales non habent vocem actiuam in electione Pontif. niſi habita expreſſa licentia Summi Pont. Qui contra præmiſſa nominat ſe Card. pertinaciter priuatus exiſtat omni iure prætenſo,ſitq; perpetuo inhabilis.Adhærentes illis,& fauorem dantes, ſint de facto excommunicati à Pontif. tantum abſoluẽdi.Dat.Rom.7.Kal.Nou.1431.ann.1.

A ſupremo &c. Statuit per alias ſuas, quæ hic non habentur,quod in Vrbe perpetuis futuris temporibus ſtudium generale vigeret in qualibet facultate,cum priuilegijs,&c. Nunc ordinat, quòd Conſeruatores, & capita Regionum ſingulis annis de menſe Decembr. duodecim de Nobil.Ciu.Roma,& tres tabelliones publicans eligant.Camerario,vel eius locumtenenti præſentem. Ex quibus quatuor ille eligat in Reformat. ipſius ſtudij, & ex Not.vnum Not.qui anno elapſo coram Conſeruat; Vrb. rationem reddant de omnibus, quæ ex redditibus gabellæ ſuper vino proueniunt conſignando,quæ ſupererunt,&c. Dat. Rom.7. id.Febr.1432. anno 2. de elect.& reformat. ſtud. & applicatione emolum. vide Iul.2.conſtit.12.Leo 10. conſtit.2. Bonifac.8. conſt.2.

*Diuina in eminenti,&c.*Mandat vt officiales,& alij in curia commorantes,vel pro cauſis ad Cur. venientes,& indè recedentes alibi non moleſtentur,cum clauſul.initis;Qui contrafecerit cuiuſuis gradus, & dignitatis exiſtet,excomm.ſuſpenſ.& interd.pęnam incurrat,cum clauſulis,&c.Datum Rom.8. id.Mar. anno 2.

Aduerte, quòd hæc conſt.non ligat, niſi à die publicat. cuius publicatio etſi non inueniatur,eſt tamen in viridi obſeruantia.

*Excellentiſſimum corporis,&c.*Confirmat omnes indulgent.ab Vrb.& Mart.5.latas in celebrat. feſti Corp. Chriſti, & auget illas ad duplum;Mādatq; pręlatis iſtius Conſtit.tenorem publicari in die feſti,& oct.Datum Rom. 7.Cal.Iun.1432.ann.2.Martin.5.conſt 6.

*Lætentur Cęli, &c.*Latina Eccleſ.& Græca diſſidebant ſuper multos articulos:Pro habenda igitur concordia celebratum fuit Concil.Flor.in quo fuerunt terminati articuli de proceſſione Spiritus Sancti; De Sacramento Corporis,&Sãguinis Chriſti,de ſuffragijs pro defunctis: De purgatorio, De morientibus cum originali; De Sede Apoſt.& Rom.Pont. De gradibus Patriarcharum, & Dat. Floren. 1439.prid.Non.Iul.an.9.

Vide Conc. Florent. in Summa Conc.pag. 231 & Apparatum Cardin. Turrecrem. ſuper hac conſtitutione in fine ſuæ ſummæ; Obijt Rom.7.Cal.Martij 1447.

NICOLAVS V. Ad Sacram Petri, &c. Federicus imper. Principeſq; Germaniæ, & Legatus Apoſt. Ordin. ſiue concordata fecerunt.Quæ Pont.ipſe approbat; De Eccleſ.& Beneſ.Sedi Apoſt.reſeruatis,S.Eccleſię Maiores,& Monaſteria,iuxta Conſtit. Nic.3. quæ hic non adeſt;Vacantia in Menſ.ordin.ſubiaceant diſpoſitioni eorum, qui in illas ius habent, De vacantibus in Menſ. Apoſt.de quibus nulla poſt tres menſes apparuerit facta prouiſio,Ordin. habeant diſponendi liberam facultatem,vel alius, ad quem de illo diſpo-

nere pertinebit; Eccleſiæ Cathedrales,& Monaſteria virorum ſoluant taxam annatç dimidiam infra annum poſt pacificam poſſeſſionē adeptam, aliam infra ann.ſeq. Alia omnia beneſ.ſoluant, iuxtà taxam ſolitam intra annum à tempore poſſeſſionis, & tale debitum in ſucceſſorem non tranſeat. Non ſoluatur in expectatiuis,& permutationibus. Neq; de Beneſic.non excedentibus ſum. 24 duc. de Cam. cum clauſ.&c. Datum Rom. 1447. Cal. April. ann.2. Vide declar. Clem.7.conſt.46. & Greg. 13.vbi ſup.

Olim tam, &c. Lugdun.Conc. & alia multa multis pœnis innodarunt deferentes arma ad Saracenos; Pontif.igitur illas pœnas innouat, vt ſcilicet excommun.ſubiecti ſint,& Eccl.careant ſepult. ne recipiantur in gremio Eccl. niſi totum reſtituerint, quod de commercio eo damnato perceperint, & tantundem de ſuo in ſubſidium Terræ Sanctæ. Addit autem, quod ſi capiantur in ſeruitutem capientium decidant; Statuens ne vllo tempore aliquid deferant in illas partes Saracenorum; Neq; victuali per decennium tantum; Qui aliter fecerint, præter pœnas prædictas, ſint perpetuo infames, inteſtabiles, tam actiuè, quam paſſiuè,& poſtquam de temeritate conſtiterit diebus feſtiuitatis,& Domin.publicè denuncietur,& bona ad fiſcum deuoluantur; Datum apud Vrb.Vet. 10.Cal.Sept. ann.4.

Si diligenter, &c. Decernit, vt officiales Sed.Apoſt. & Cler.Rom.Cur. concubinas tenere non præſumant; Si contrafecerint, priuati exiſtant ipſo facto officijs,& beneſ.& inhabiles ad illa, vel ſimilia ſint vſquequò denuò per Sact. Sed. habilitatem obtinuerint; Et geſta tunc per illos nulla ſint, Dat.Ro.1452. 10.Cal.oct.ann.6.

Solicitudo paſtoralis, &c. In Regnis Siciliæ contractus cenſuales multis modis fiebāt; Supplicatum fuit Pont. vt deſuper prouideret; Ideò declarat, licere creari cenſus, dummodo annuus cenſus ſoluendus non excedat decimam partem principalis ſortis receptæ cum clauſulis, &c. Dat.Rom. prid. Cal. Oct. ann.6. Vide Pii V.conſt.83. Paul.3. conſt.41. Obijt Rom.9.Cal.April.1455.

CALIXTVS III. *Iniunctum nobis, &c.* Innoc.4.conſt.2. Mandauit Inquiſit.per Lombard.conſtitutis ex Ord.Præd. prædicari Verbum Crucis: Quare Pont. eandem conſt.confirmat, Datum Anagniæ, 1456. 7. idus Iulij anno 4. Vide ibi. Obijt Romæ, 3. Non. Auguſt. 1458.

PIVS II. Triumphans paſtor, &c. Eximit Eccl.Senen.à Prou. Rom. & erigit in Archiepiſcopatum concedens illi multas gratias, cum clauſ. &c. Datum Senis, 10. Calen. Maij, anno 1. Vide ſimilem de Bonon. Greg. 13.conſt.88.

Cum ſeruare, &c. Decernit quod Epiſcopi præcedant, Protonotarijs aſſignat locum in Cappella, & in conciſtorijs,& quod electi ad Eccl.Cathedrales præcedant ipſos Protonot. Dat.Mantuæ prid.id.Iun.ann.1.

Execrabilis, &c. Quoniam multa mala cauſantur ex prouocationibus ad futurum Concilium; Ideò damnat appellationes tales; atque annullat. Contrauenientes autem eorumquè fautores quacunque præfulgeant dignitate, ipſo facto excommunic.& abſolutionem præterquam in mortis articulo ſibi reſeruat: Datum Mantuæ, 15. Calen. Februarij, ann.2.

Confirmatur,& ampliatur per Iul.2.conſtitutio 10.

Circumſpecta Rom. &c. Declarat, quod omnes teneantur ad ſoluendam fidem pro animalibus in Dohana Prouin. Pattim affidatis: Et præcipit officialibus ne contraueniant huic conſt. Sed faueant miniſtris Dohanæ, contrauenientes priuentur officijs, & alijs pœnis mulcentur, Datum Senis, 12. Cal. Aprilis, anno 2. Vide Innoc.8. conſtit.15. cum ibi notatis.

Miſericordias Domini, &c. Continet commendationem S. Bernardini,& Catherinæ de Senis, pro qua multum inſtituerunt Federic. Imper.& Paſchalis Dux Venet. De quo Pont. Senis degens in publico Conciſtorio inquiſitionem ſuper vita,& miraculis Cath. fieri iuſſit; Et in inquiſitione fuerunt verificata omnia contenta Cuius compoſitionem exprimit: Quare ſentent.in Baſil.S.Petri cęrimonijs peractis, ipſam Beatam Catherinam canonizauit,& inter SS.Virg.collocauit, & eius feſtum celebrari iuſſit prima Dom.Maij, cum indulg. Dat.Rom.3.Cal Iul. ann.3. vide Sixti 5.conſt. 98 pro canonizatione S.Didaci.

Cum ex ſacrorum, &c. Statuit pœnam ſuſpenſionis ipſo facto incurrendam,& irregularitatem, ſi celebrare ſic ſuſpenſi præſumpſerint, illi qui ante ætatem legitimam, aut extra tempora à iure ſtatuta, vel ſine litteris dimiſſorijs promoueri ſe fecerint ad Ordines ſacros. Dat.Rom.14.Cal.Decemb. ann.4. vide Sixti 5.conſt.113.

Inter cæteras, &c. Prohibet omnibus alienare paſcua conſiſtentia infra limites Dohanæ, Datq; facultatem Dohanarijs procedendi contra inobedięntes, cum clauſulis, &c. Dat. Rom. Non. Ian. ann.4.

De limitibus Dohanæ, Greg.13.conſtit.71. Declaratur,& ampliatur per Alex.6.conſt.5. Greg.

Gregor.13.ibi 12.conſtitutione 46.

Ad retinendas, &c. Præcipit Officialibus, ne concedant remiſſionem,ac ſaluum conductum bannitis, etiam habita pace, neq; per diem,aut noctem vnam ſub pœna excommunicationis ipſo facto,& conceſſio ſit nulla,iure ipſo:ſed ſolus Summus Pont.has gratias,& remiſſiones poſſit concedere. Condemnati non poſſint appellare; Qui condemnati, & banniti per quadraginta millia à loco delicti exules eſſe debent. Pius 4. conſtit.188. Sixt.4. conſt.10.

Quod homicidæ,& banniti non poſſint habere officia,vel dignitates in quibuſcunq; locis,à quibus fuerint banniti,vel habuerint domicilium originis,vel reſederint, etiam poſtquam fuerint abſoluti, ſint perpetuò infames Dat.Rom.5.Cal.Feb.ann.4.

Vide de hac materia Paul.2.conſt.5.Sixti 4. conſt.7. Innoc.8.conſt.5. Iul.2.conſt.5.& 11. Iul.3.conſt.26.& 52.Pij 4.conſt.30. 100. 132. Pij 5.conſt.8. 13. 14.145.150. 153.Gregor. 13.conſtitut.68.Sixti 5.conſtit.6. & 38.Clem. 7.conſt.6.Leo x.conſt.31.

*Cum almam noſtram,&c.*Prohibet demolitionem,& communionem antiquorum ædificatorum Vrbis,& eius diſtrictus: Et dat cõſeruatoribus Vrbis facultatem procedendi in eos,qui contraueniunt,cum clauſul.&c. Dat. Rom.4.Cal.Maij,ann.4.

*Inter cæteras,&c.*Præcipit Communitatibus, & alijs, ne impediant conducentes animalia in Dohanam Patrim. ſub pœna refectionis omnium damnorum,& expenſarum, & intereſſe damnum paſſis. Et duplæ æſtimationis damnorum Cam Apoſt. ſoluendorum ab ipſis Comm. in quibus damna data fuerint.Et concedit facultatem Gubernatori Vrbis, & Dohanerijs procedendi contra inobedientes, cum clauſ. &c. Dat.Puteol.10. Cal. Nouem.ann.5.

Cõfirmatur & ampliatur per Leo 10.conſt. 28.Iul.3. conſt.57. Greg.13. conſt.46. vide Innoc.8.conſt.16.Alex.6.conſt.5.

*In minoribus agentes,&c.*Hieron. de Praga,Ioan.Vs,& VVicleſ. multas hæreſes induxerunt,Pont iſte dum in minoribus erat ignoranter Eccleſ. Dei perſecutus eſt, pro Conc. Baſil.ideò ad imitationem Diui Auguſt. ſua dicta reuocat,ac retractat:Et ſuadet ſuis ſcriptis Apoſt. Sed. auctoritatem lædentibus fidem non præſtari. Occurritq; obiectioni eorum, qui dicerent ipſum Pont. mutaſſe propoſitum,& ideò ſuam vitam,& geſta recenſet: Cuiq; Iulianus S.Angel.Card.multis rationibus dum ipſe in minoribus eſſet,erroneas eſſe ſuas opiniones demonſtrauit. Ad quod etiam multum profuit Ioan. Catruccialis Hiſp.qui Rotæ Audit. fuit, deindè Card. qui Pontif. cognito tandem errore Rom. venit,& reconciliauit ſe Eccleſiæ;In Auſtria minores Ord,Subd.ac Diacon. recepit, Romæq; presbyteratum: Profuitq; ſibi multum Thomas Saracenus,qui tunc Theolog.deindè papa Nic.V.appellatus eſt. Quare pont.deponit,quæ de Rom.pont. auctoritate ſentit; Et quos in contrarium ſcripſit erroreſq;reuocat Dat.Ro.6.Cal.Maij,ann.5.

*Quoniam,vt proximè,&c.*Pont.contulit ſe Anconam Bellum Turcis illaturus,& ibi deceſſit:Sed prius impoſuit decimam ſuper officia Rom.Cur.pro bello;Et ſoluere ceſſantes emolumenta, Decimas officiorum per annũ puniri decernit,Dat.Rom.vlt.Octob.

Similem impoſuit Pius 5. conſt.107. Greg. 13. conſt. 3. & conſt. 31. Obijt Anconæ, 19. Cal.Sept.

PAVLVS II.Cum deteſtabile,&c. Suſpendit ab executione ſuorum ordinum omnes ordinatos per ſimoniam quacumq; illi fuerint dignitate:priuatq; officijs,ac beneficiis omnes, qui per ſimoniam illa conſecuti fuerint,atq;ad reſtitutionem teneri declarat:Excommunicationis ſententia eos ferit,à qua non valeant præterquam in mortis articulo, ab alio,quàm à Romano pont.abſolui;præcipitq;in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, vt qui ſciuerit aliquos ſimoniaca labe infectos denunciet, vel ſibi, vel alteri ab eo deligendo,cui etiam ſi ex complicibus fuerint nõ ſolum veniam, ſed gratiam etiam promittit, Dat. Rom.9.Cal.Decemb.an.1.

Vide Leo,10.conſt. 11.Pij 5.conſt.4.Sixti 4. conſt.112.

Quoniam informati &c. Prohibet,ne pro animalibus affidatis aliquid exigatur per Cõmunitates,& alios Dat.Rom.prid. Cal.Febr. an.1.

Ampliatur Iul.3.conſt.58. Greg 13.conſtit. 46.vide Pij 2.conſt.4.& 7.Inn.8.conſt.45.

Cum in omnibus,&c Commiſſiones,& cõceſſiones alienationum rerum Eccleſ. expediebantur aliàs in Camera Apoſtol: in pont. præcipit omnibus Officialibus Commiſſarijs, & Delegatis, quibus eorum iudicio commiſſum eſt,vt examinent bene cauſas,ne in læſionem,ac detrimentum ſint, ſub pœna excommunicationis ſi ſint Epiſcopis inferiores. Vel ſuſp.per annum ab executione offic.ſi ſit Epiſcopus,vel Superior Similiter excommunicãtur à ſolo papa abſoluendi, qui tales alienationes per fraudem procurauerint,Dat.Ro.5. Id.Maij,ann.1.

Vide infra conſt.6. Ioan.22. conſtit.1.Pij 5. con-

conſt.37.& 71.in qua prohibuit tales conceſſiones, & Pius 4.conſt.74.

Munera excæcare,&c. Quoniam ex receptione munerum multa mala cauſantur. Prohibet omnibus officialibus ſtatus Sedis Apoſtol. receptionem munerum, & tam dantes, quam recipientes ſint excommun. ab eo ſolo abſoluendi,& ad reſtitutionem in duplum teneantur,idque obſeruandi iurare debeant ipſi officiales Legati, & Gubernatores prou. officia ſuæ prouinciæ,non poſſint conferre, niſi de ſpeciali licentia Summi Pontif.Neque pro collationibus recipere pręter moderatam mercedem. Neque condemnatos, aut illis remittere ſine tali licentia, & quod conſtitutio iſta publicetur, in quolibet Aduentu Gubernat.Dat.Rom.15.Kal.Apr.ann.2,

Vide Sixti 4.conſt.1.Innoc.8.conſt.9.Pij 4. conſt.81.Clem.7.conſt.27.

Ad Romani, &c. Declarat,quod beneficia Sedis Apoſt.reſeruata,ac reſeruanda quouis modo vacantia,& vacatura,ſemper remanēt affecta; De quibus nullus pro illa vice, prę-terquam Rom.pont.diſponere poſſit, cum clauſulis,Dat.Rom.7.Kal.Sept.ann.3.

Vide Pij 4.conſtit.39.Pij 5.conſt.168.

Viros ſanguineos, &c. Narrat, quæ mala oriantur ex Brigoſorum hominum conuenticulis. Deinde vindictam ſumentes contra propinquos offendentes,& in Roma. Territorio occaſione rixam armatos receptare, tenere,inuitare. Præſumentes per ſe, vel per alium crimen lęſę Maieſt. pronunciat incurrere,ac rebellionis, & ſeditionis,& pro talibus vult à Iud.compet.puniri,eorumque bona publicari,&c. & excommunicationem incurrere. Eiſdem pœnis ſubiicit fautores eorum. Domus,in quibus fit armatorum collectio,demoliantur. Rixam,aut brigam habentes ad pacem deueniant iuxta ordinem Paceriorum. Inobedientes pœnas incurrant, iuxta ſtatuta Vrbis,& alias pro arbitrio,&c. Dat.Rom.10.Cal.Octob.ann.3. Ampliatur per Sixtum,& Iul.citatos, De eodem, Innoc. 8.conſt.6.Leo 10.conſt.31.Clem.7.conſtit.6. Sixt.5.& Iul.conſt.5.

Ambitioſæ cupiditati &c. Prohibet bona Eccleſiaſtica alienari,hypothecari,&c. innouando omnes Conſtit. aliorum Summ.Pont. Contrauenientes autem pœnam excommunicationis incurrere vult, & alienationes ſint nullę, Epiſcopi,& Abbates per ſex menſes ab ingreſſu Eccl.ſint ſuſpenſi,& ſi per ſex menſes eo animo perdurauerint,à regimine ſuæ Eccleſiæ ſint eo ipſo ſuſpenſi inferiores prælati; & beneficiarij beneficijs, quorum bona alienarunt ipſo iure priuati exiſtant,quę vacare intelligantur, & poſſint ab Ordinarijs alijs conferri.Dat.Rom.7.Cal.Mar.1467.ann.4. Ampliatur per Iul.3.conſt.45.Paul.4.conſt.2. & 3.Pij 4.conſt.19.Pij 5.conſt.37. Vide Ioan. 22.conſt.1.cum annot.

Inter præcipuas,&c. Decernit, quod Notarij Aud.cauſarum Cam.Apoſt.cappellam in aliqua Eccl.erigere poſſint. In proceſſionibuſque ſollemnibus cum intortitiis proficiſci debeant.Non admittantur ad Notariatū, niſi examinati ab Auditore,& Notariis Cam & idonei reperti,ſintque perſonæ legales,honeſtæ vitæ, ac bonæ famæ. Non ſe intromittant in actibus aliorum ſub pœna amiſſ. ſalarij. Ponant in eum taxam, &c. Conſtituatur Menſarius per turnum, cui pro labore dentur de communibus emolumentis. Detur abſentia pro duobus menſ. tantum: commiſſiones diſtribuantur per turnum inter ipſos, &c. Dat. Rom.1469.Cal.Aug.ann.5.

Vide Leo 10.conſt.39.Clem.7.conſtit.47. Pii 4. conſtit.54.& 78.109.153. Pii 5.conſtitut.121.

Decet Romanum,&c. Quoniam Pont.nonnulla beneficia locis pijs applicarūt,& propterea talia nunquam ſunt vacatura; ideò ordinat Pont. ne per hoc magnum detrimentū Cam.Apoſt.patiatur, quod Monaſteria omnia,quorum bona ad ſummam duc.100.auri de Cam.aſcendunt,ſeruitia communia,beneficia verò vnita ſoluāt annatam ſingulis quindecim annis; Et qui non ſoluerunt per quindennium ſoluant infra annum,& fiat obligatio de ſoluendo ſingulis quindecim annis: alioquin vniones nullæ ſint, & beneficia vacent: Obligati autem non ſoluentes excommunicati exiſtant,& benefic.Priuati, quę vacare cenſeantur,& impetrari poſſint. Datum Romę 8.Id.ann. anno 5. Ampliatur per Innoc.8.conſt.1.Iul.2.conſt.3.Iul.3.conſtit.41. Declaratur per Paul.4.conſt.9.& 41. Pij 6. conſt.178.Sixti 5.conſt.45.

Ineffabilis prouidentia,&c. Bonif.8. inſtituit quolibet anno 100. Iubil. viſitantibus limina Apoſt.Clem.6.ad annum 50. reduxit: mandauitque viſitari Eccl. Later. Gregor. 2. addidit Eccl.S.Mariæ Maioris,Vrban.6. reduxit ad ann.33. Nicol.5. Vrbani ordinationem confirmauit, Pont. ergo iſte annum Iubilæi quolibet annò 25.celebrari mandat cōputando illam à Natiu.Dom.Et aſſignat quę facere oporteat volentes conſequi indulgen. Dat.Rom.13.Cal.Maii anno 6.Vide Alex.6 conſtit.7.Clem.7.conſt.9.Iul.3.conſt.2.Gregor.13.conſt.22.& 29.

Et ſi Dominici, &c. Declarat per confeſſionalia,licentias à ſe datas, vel dandas quibuſ-

buſ-

buſcumque perſonis, ſiuè ſcripto, ſiuè viuæ vocis oraculo, non poſſe Confeſſores à caſibus reſeruatis in bulla Cœnæ abſoluere quẽquam ſine ſpeciali ſuæ Sanct.licentia. Datum Rom.1468.5.Non.Mar.ann.5. Obiit Rom.5. Cal.Aug.1471.

SIXTVS IV. Sicut noſtris,&c. Decernit,vt Gubernatores ſtatus S.R.E.ſemel tantum viſitent prou. & loca gubernii. Subditoſque nihilo grauent ſub indignationis, & dupli pœna. Idem obſeruent cæteri officiales ſub pœna excommunicationis latæ ſent. ſportulas recipiant modo illis conſtituto, cauſas à Iudice ad quem ſpectant in prima inſtantia non auocent,cum clauſula,&c.Dat. Rom.Non.Iul.anno 1.

Vide Pau.2.conſt.4. cum ibi not.

Dilecte fili,&c. Deputat Commiſſarium Epiſc. Bonon. contra aſſerentes non eſſe hæret.cum à Dæmonibus expectare reſponſa, vt quicquid inuenerit ſub ſiglllo ad Datarium transmittat, &c. Datum Rom.17. Cal. Iun. anno 2.

Cum prouida,&c. Decernit, quod ſubtrahentes lapides,& alia ornamenta ex Eccl.de Vrbe, eorumque fautores ſint excommunicati,niſi reſtituant cum effectu,aut reuelauerint reſpectiuè. Et loca,quibus fuerint deputata interdicto ſubiaceant, Rom.7. Id.Sept. anno 3.

Et ſi vniuerſis,&c. Decernit,quod Curiales liberè de eorum bonis immobilibus in Vrbe,& infra decem milliaria exiſtentibus diſponere poſſint; dummodò & bona ad pia loca non pertineant. De quibus tamen rei criminis non vult eſſe capaces; Reliqui omnes etiam alias incapaces poſſint hæredes inſtitui,& ſuccedere etiam ab inteſtato, obſeruato ordine dignitatis. Dat. Rom.4. Cal. Ian. ann.4. Confirmatur per Iul.2. conſtit.6. Leo 10. conſtitut.13. Pij 4. conſtitut.124. limitatur.

Illius,qui pro Dominici,&c. Innocentius 3.fundauit Hoſpitale S.Spiritus in Saxia,in Vrbe; Cui multi pontifices ſubſequentes, quorum conſtitutiones deſiderantur,multa priuilegia conceſſerunt, Pont. iſte dictum Hoſpit.à fundam. reædificari fecit Eug.4. Confraternitatem dicti Hoſpit. innouauit Pontif.igitur iſte omnia indulta confirmat,& Confraternitatem de nouo erigit, & ipſe vna cum Cardinalibus eam ingreditur, Confratribuſque priuilegia concedit.Qui vult ingredi Confrat.ſit honeſtæ conditionis, & deſcribatur in lib.Rom.& non alibi,præter Imper. Duces March.&c. Archiepiſ. Epiſc. & alios digniores,&c. Quilibet ex Confratribus poſſit eligere Canfeſſ.ſemel in vita, & ab eo abſolui ab omnibus caſibus etiam papæ reſeru. &c.& aliis cenſuris,& pœnis,&c. præterquã hæreſis,rebellionis, offenſæ perſonalis in Eccleſiaſticos, indulg. plen. in articulo mortis, toties,quoties, &c. abſolutione generali ab omnibus etiam exceptis,&c.ſuper irregularitate diſpenſandi,præterquam bigamiæ,& homic.voluntarij; Tempore interdicti ſepeliantur in Eccleſ.cum ſolemnitate,niſi interdicto cauſam dederint.

Notarii notificant diſpoſitiones factas ad fauorem dicti Hoſpit.ſub pœna excommunicationis; Impotentes ad viſitandum Eccleſ. ſtationes,& indulg.accipiant conferendo dicto Hoſp.eleemoſynam,Romæ exiſtentes interſint proceſſ.faciendæ quolibet anno, Die Pent.in Baſilic.Princ.Apoſt.quibus oſtendantur reliquiæ,&c. & eo die per confeſſ.electum poſſint abſolui, vt ſupra ordinat Miſſas pro defunctis,&c.Hoſp.regatur per præceptorẽ, &c.cum clauſulis,&c.Dat.Rom.14.7.12.Cal. April.anno 7.confirm.Greg.13.conſt.47. Innoc.8.conſt.4.

Cum nos,&c. Deputat commiſſarios in prouinc. Marchiæ, & Romandiolæ circa reformationem Gubernatorum, & Theſaurariorum,quos vult ſeruare conſt.3.Paul.2. Et contrauenientes pœnam excommunicationis incurrant; ſupplicationes in criminalibus regiſtrentur:Theſaurarij nõ ſoluant pecunias niſi ille exponantur cum effectu in his, ad quæ ordinata ſunt, Datum Romæ 2.Cal.Iul. ann.6.

Pernicioſam,&c. Confirmat conſt.6.Paul. 2.De Brigoſis,& officio paceriorum; Quod ſcilicet qui actu controuerſias habent teneãtur in termino dierum trium remiſiſſe; Alij verò cum contigerit habere in termino dierum decem,ſub pœnis,prout in illa: Pacerii verò ſine vlla iuris,ac ſtatutorum ſolemnitate cum aſſenſu tamen Gubern.debeant, quãprimum controuerſias compoſuiſſe,&c.Dat. Rom.4.Id.Iul.ann.6.

Et ſi de cunctorum,&c. Præcipit Gubernatoribus,ac alij officialibus ſtatus Eccleſiaſtici,vt obſeruent, ac obſeruari faciant Conſtitutiones Aegidianas cum eorum declarationibus,ita vt non præiudicent ſtatutus Ciuitatum; iuremque hæc obſeruare,& contrauenientes præter periurii culpam excomm incurrant. Quod ſuper officiorum emolumentis non faciant pactiones, conſtituens mercedem,& officia Notariis; Quod non impediant ne pœnæ deueniant ad manus Theſaurarij cauſas in prima inſtantia non auocent; In cauſis à Sed.Apoſt.eis commiſſis

K nihil

nihil recipiant cum clauſ. &c. ſub pœna excommun. latæ ſentent. non concedant viagia aliis quam iudicibus generalibus. Neque de viagiis quicquam ſibi reſeruent, vel ſuis appropriare audeant, directè, vel indirectè ſub quouis quæſito colore, cum decrero, &c. Da Rom. 3. Cal. Iun. ann. 7. Conſt. Aegid. Paul. 3. conſt. 18. & 39. de mater. offic. Paul. 2. conſt. 3. Clem. 7 conſt. 25.

Ea quæ ex fidelium, &c. Modus recitandi Roſarium B. Virg. fuerat introductus in Britannia; Et Pont. requiſitus à Duce, & Duciſſa Britan. confirmat illum, & indulgent. concedit recitantibus quinque annorum pro qualibet quinquagena: quas & maiores cõceſſerunt alii Pont. Dat. Rom. 4. id. Maii, ann. 8. vide Paul. 3. conſt. 1. Iul. 3. conſtit. 20. Pii 4. conſt. 33. Pii 5. conſt. 91. & 93.

Deo, & hominibus, &c. Confirmat Conſt. 8 Pii 2. contra Homicidas, & Bannitos, quas mandat obſeruari per Gubernatores Ciuitatum, & publicari, & in libris ſolitis conſcribi, Dat Rom. 4. al. April ann. 9.

Etſi de cunctarum, &c. Propoſitis cauſis iſtius conſt. ordinat, quod Camerarius, & Magiſter viarum cogant vicinos non habitãtes domos, vt vendant illas aliis habitantibus volentibus conficere domos dirutas ob decorem Vrbis; Et ſi plures eadem domo indigerent, domus vtrique æqualiter indigenti vendatur, vel vni, qui magis indigeret; Si plures ſint, qui domos habeant dirutas, & per eos non habitatas, teneatur dominus domus minus læſę domino domus magis læſæ vendere. Pro platearum, & ædificiorum conſtructione, ampliatione, &c. Domini domorum locari ſolitarum cogantur eas vendere ſin dico Vrbis, vel vicinis ædificare volentibus: Inter plures, qui ædificare velint, ille præferatur, cui domus, vel Platea, ſiue locus vicinus; de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, vel indigeret, tradit conditiones, quæ obſeruari debent in venditionibus, & volentibus ædificare; Vendentes teneantur domus dare vicinis, aliàs venditiones nullæ ſint. Datum Romæ prid. Cal. Iul. ann. 9. vide Pii 4. conſt. 139.

Quoniam nonnulli, &c. Declarat litteris pœnitentiarii maioris expeditis ſine facultatibus, &c. ſub nomine Epiſc. habendam eſſe fidem, & ligare non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro fori ſub pœnis excommunicat. latæ ſententiæ. Datum Rom. 7. id. Maii 1484. anno 13. Quam ego vidi inſertam in conſtit. 1. Iul. 3. Obiit Rom. id. Auguſti 1484.

INNOCENTIVS VIII. Apoſtolica Cameræ, &c. Pius 2. cuius Conſtit. hic non adeſt pænam excommunicat. impoſuerat non ſoluentibus annatas. Cuius conſtit. approbat hic Pont. conceditque terminum ad ſoluendum, reſtituendo illos in priſtinum, ſi ſoluant; Non ſoluentes autem incurrant eandem excommunicationem, & priuatio benef eo ipſo de nouo, quæ poſſint tamquam vacantia impetrari, & excipientes debeant ab omnibus iudicibus audiri, nec reprobari pretextu, quod illa conſt. non fuerit recepta, aut moribus vtentium comprobata; & iuxta illam omnes iud. in Cur. & extra teneantur indicare, &c. cum clauſulis, &c. Rom. 13. Calend. Mart. 1485. anno 1. Ampliatur per Iul 3. conſtitut. 38 Paul. 4. conſtit. 40. Greg. 13. conſt. 66.

Cum ab Apoſtolica, &c. Pontifices, eorũque Legati, & Nuntij diuerſimodè ius patronatus multis conceſſerant; Quare Pont. poſitis cauſis, quæ illum mouent, reuocat ſimpliciter conceſſiones quaſcumque iuris patronatus, quo ad beneficia electiua; Quo verò ad non electiua reuocat cum declarationibus, ſcilicer ſi non auxerunt illorum fructus vſque ad medietatem veri annui valoris, de propriis bonis, vel Eccleſias de nouo non ædificauerint, vel deſtructas non refecerint, etiam ſi conditiones alias adimpleuerint, cũ clauſ. &c. Dat: Rom. 15. Cal. Sept. anno 1. Vide Adrian. 6. conſt. 2. Paul. 4. conſt. 29. Pii 5. conſt. 34. Pii 4. conſt. 72.

Circumſpecta &c. Decernit, quod officium Auditoris vacet per eius promotionem ad Eccleſiam cathedralem, ſeu Metropolitanam, cum clauſulis, &c. Datum *Romæ* 10. Calend. Septemb anno 1. de Mat. vide Pii 4. conſt. 40.

Etſi commiſſo, &c. Confirmat omnium Pont. Conſtitutiones, quo ad priuilegia Hoſpital. S. Spiritus in Saxia de Vrbe cum clauſul. &c. Datum Rom. 12. Cal. Apr. 1485. ann. 2. Vide Sixti 4. conſt. 5.

Dilectus filius, &c. Præcipit, quod officiales Ciuitatis Brixien. executioni demandẽt ſententias inquiſitorum, & niſi exequantur intra terminum ſex dierum excommun. ſent. ipſo facto incurrant, ceſſante legitimo impedimento, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 30. Sept. 1586. ann. 6. idem præcipit generalitèr Alex. 4. conſt. 15.

Etſi de cunctarum, &c. Confirmat conſt. 6. Pauli 2. de ſumentibus vindictam contra eos, qui propinquos offendunt, ac de Brigoſis eorumq; fautoribus, ac officio Paceriorum, Datum Romæ 6. Calend. Septemb. ann. 2. vide ibi, &c.

Cum

Cum ſicut, &c. Promulgant ſentent. excommun. latæ ſent. in eos, qui vt literarum expeditionem facilius conſequantur, & gratias, audent ſe nominare tales, quales non ſunt. Et ſtatuit, quod huiuſmodi literæ expeditæ nullæ ſint, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 18. Auguſti anno 3. Vide Leo x. conſt. 22. cum ibi adnotatis.

Non debet, &c. Pontifex iſte Mitram pontificalem pignorauit pro liberanda Vrbe ab oppreſſionibus, ideò pro eiuſdem Mitræ redemptione Secretariorum numerum, quia Calixto 3. & Pio 2. ad ſex erat conſtitutus, auget ad 24. Aſſignatque multa priuilegia; Quod Collegium conſtituant cum inſignibus ſolitis, & immunitatibus ſolitis potiantur, officium ſecret. ſit compatibile cum alijs poſſint condere ſtatuta. Sint prælati palatij Apoſt. Familiares pontif. habeāt manſionem in illo, qui vocetur ſecretaria Apoſt. eorum expeditiones gratis fiant emolumenta abſentes pro ſeruitio Sed. Apoſt. tamquam præſentes percipiant; Et etiam ſi per annum pro ſuis negotiis ſubſtituto alio pro ſe abſuerint detracta quinta; Poſſint de officiis liberè diſponere; Receptio nec pro Rom. ponr. denegetur; Neque à prouiſo pro reſignat. præter centum flor. pro ſignat. poſſint recipi; prouiſus ſic recipiatur in ſecretarium, &c. Poſſit eligi alius Secretarius à prædictis, qui in palatio aſſiduè reſideat, emolumenta minutarum, iuxta conceſſionem Martini V. percipiant .ſ. Tabellionatus Altarium portatilium. Confeſſionalium, &c. & vltra prædicta quintam taxam pro expeditione literarū Apoſt. quæ per Cam. ſecretam expediuntur, & qui literas huiuſmodi antequam taxa detrahatur procurauerit, ordinauerit, &c. excommun. ſent. incurrat ipſo facto, à qua non poſſit abſolui quouis prætextu, aut conceſſione à quoquam, neque in mortis articulo, niſi facta ſatisfactione, vel ordinatione de ſatisfaciendo; priuationem etiam omnium officiorum, &c. Cauſarum autem Auditor teneatur quoties illi conſtiterit exactionem pœnarum procurare, &c. Taxatque etiam illis multa emolumenta ſuper officia Vrbis, & ſtatus Eccleſiaſtici ſinguli ſecretarii ſingulas emol. ex 32. æqualibus partibus partes percipiant, ſecretarius autem domeſticus duas. Nullus admittatur ad officia, niſi nouis poſt publ. expeditis litteris ſub pœna excommun. latæ ſentent. Sed illi qui non exercuerunt per tres menſes continuos ad adeptione officiorum, & qui exercere off. præſumpſerit, ſit eo ipſo priuatus, & actus ſint inualidi, & ipſi ſint excommunicati, ſingulis ſex menſibus ſub eadem pœna, teneantur confirmationem accipere. Quod etiam intelligatur de officialibus ſtatus Eccleſiaſtici, ad quod compelluntur à Gubernatoribus, & alijs iudicibus locorum ad quamcumque ſecretariorum inſtantiam, abſque vllo ordine iudiciario. Obligat omnia bona Cam. Apoſt. pro aſſicuratione emolumentorum, cum decret. clauſ. &c. Dat. Rom. 1487. prid. Kal. Ian. an. 4. Vide Alex. 6. conſt. 10. Iul. 2. conſt. 40.

Apoſtolatus officium, &c. Taxat emolumēta ſecretarii à ſe ſuperiori conſtitutione creatis; Decernitque quod Officiales ſtatus Eccleſiaſtici ipſas ſoluere teneantur Collegio ipſorum ſecretariorum (ſequitur tenor Taxę) Gubernatorum Almæ Vrbis, &c. officiales ſoluant taxam ſingulis ſex menſibus; Alii ſuperiores nihil ab eis exigant pro deputatione ad officia. Si officia ſuſpendantur, Theſaurarij locorum ſoluant dictas taxas: & ſimiliter quando legatus deputatur in prouinciis, & quod Gubernator pluribus locis pręfectus omnium locorum taxas ſoluère teneatur; Sunt tamen quædam officia non taxata: & Taxa particulari Caſtellanorum Artium ipſius ſtatutus eccleſiaſtici, Dat. Rom. prid. Cal. Ian. ann. vide vbi ſup.

Finem litibus, &c. Iuriſdictionem Auditorum Rotæ decernit; præſentata ſibi commiſſione poſſit procedere, & iudicare abſque conſenſu aliorum coauditorum, cum citatio ad notitiam partis peruenerit, poſſit procedere ante obſeruationem terminorum, in cauſis pupillorum habeat conſenſum coauditorum, & ſimiliter in concedendis remiſſorijs, & reiteratione terminorum, Iuſtitiam miniſtrare in appellationibus, Dat. Rom. Id. Ian. ann. 4. Vide Greg. 9. conſtit. 3. Mar. 5. conſti3. 3. Pij 4. conſt. 87.

Licet ea, &c. Confirmat conſt. Pii 2. Paul. 2. Sixti 4. & ſtatutum vrbis contra Homicid. & Brigoſos, & imponit pœnam criminis læſæ Maieſt. Rebellionis, & alias ab illis expreſſas in eos, qui minas intulerint pro habenda pace, cum clauſ. &c. Dat. Rom. id. Sept. ann. 3. 1488. Vide conſtitut. 6. Pauli 2. cum ibi adnot.

Quoniam intelleximus, &c. Decernit ne debitores mercatorum Ripæ, ac Ripetæ, occaſione mercium ripalium ad dilationes quinquennales bonorum, & moratorias admittant. Et appellationem in Curijs Ripæ, & Ripetæ concedit ad Cam. Apoſt. tantummodò, Datum Rom. Id. Iul. ann. 5. Vide confir. Leo 10. conſt. 42. Pii 4. conſt. 76. Pij 5. conſtit. 63. Paul. 3. conſt. 56.

Sicut bonus, &c. Decernit, quod vigore li-

K 2 licen-

licẽtię reſignãdi beneficia extra curiã reſignationes debẽt fieri in loco diſtãte per duas dietas à Cur. pontif. & quod fiant ſimpliciter, aut verè ex cauſa permutationis, & non ficte ad aliorum commodum; Contrafacientes in vtroque accipientes, mediatores, notarij, &c. ſi ſint Epiſcopi, interdictus ſit illis ingreſſus Eccl. Alii excomm. ſententincurrant, & reſignationes nullæ ſint, & beneficia vacent; Reuocat licentias reſignandi beneficia ſed. Apoſtolicæ reſeruata, tam conceſſas, quam concedendas, & ſtatuit, quod Reſignantes beneficia valoris vltrà flor. 24. de Cam. notificent de illis, alioquin illa vacare cenſeantur, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 1491. anno 8.

De publicatione Reſignationum Greg. 13. conſt. 9.

Officij noſtri, &c. Per hanc conſt. innodat pœnis, qui impedire cauſas, & excomm. reſpectiuè eos, qui impedire præſumpſerint executionem mandatorum Apoſtolicorum, eorumque fautores. Imponit etiam pœnas periurii, & amiſſionis officij, & nullitatis actorum, & ſcripturarum Notariis recuſantibus dare inſtrumenta executionis. Et mandat Ordinariis, vt hanc conſt. in Ciuitatibus, ac eorum Eccl. publicari faciant, cum clauſ. &c. Datum Romæ 8. Calend. Febr. 1490.

Confirmatur, & ampliatur Leo 10. conſtit. 26. Clem. 7. conſtit. 43. Gregor. 13. conſtitut. 24.

Cum ſæpè contingat, &c. Decernit, quod Ciues Romani non originarii teneantur ad ſoluendam fidam Dohanæ patrimonii ſicut forenſes cum clauſul. &c. Confirm. Iul. 3. conſtit. 68. Gregor. conſt. 46. Vide Pii 2. conſt. 4.

Decet Romanum, &c. Monet omnes, vt ſoluant debitos cenſus R. Cam. Apoſt. in feſto SS. Petri, & Pauli, & omnes, quibus data eſt dilatio ad ſoluendum, vel commiſſum eſt, vt aliis ſoluant, vt dicta die probent cauſas propter quas non ſoluunt. Et non docentes debeant huic monitioni paruiſſe ſub pœna priuationis ipſo facto, cum clauſ. &c. Datum Rom. 6. Non. Maii, anno 8. Confirmatur, & ampliatur Greg. 13. conſt. 64. Pauli 4. conſtit. 25. Vide ibi concordiam. Obiit Rom. 7. Cal. Auguſt. 1492.

ALEXANDER VI. Inter cætera, &c. Ferdinandus Rex, & Heliſabet Regina, Regnum Granatę à Saracenis recuperarunt. Et deindè Chriſtophorum Columbum cum nauigijs elegerunt ad inquirendum per mare, aliàs minimè nauigatum alias Inſulas incognitas, & inuentę fuerunt quædam Inſulę Nouę, in quibus repertæ ſunt pretioſa quædam diuerſi generis; Quarum inſularum gentes Rex, & Regina ad fidem catholicam reducere ſtudebant; Pont. igitur eis concedit inſulas, & terras firmas inuentas, & inueniendas verſus occidentem, & meridiem, vt inducant ad fidem catholicam earum gentes; Declarans non tollere ſe in ius quæſitum aliis principibus: Et prohibens ſub pęna excom. latę ſentent. aliis acceſſum ad illas inſulas pro mercibus habendis abſque Regis licentia cum clauſ. &c. Dat. Rom. 4. Kal. Non. Maii 1493. ann. 1.

Ex quo, &c. Innouat, atque extendit cõſtit. 11. Sixti 4. de ædific. & iure congrui, cum deput. executorum, clauſ. &c. Dat. Rom. prid. Non Octob. anno 2.

Vobis dilectis, &c. Ampliat iuriſdictionẽ Magiſtrorum viarum Vrbis, datq; illis facultatem in procedendo, & quod in cauſis clericorum interueniat Vic. Vrbis cum Magiſtris in decidendo, ſi pręſens fuerit; Et aſſeſſoris votum detur, ſi petatur; Diſponit de pœnarum applicatione; De tempore proſequendi cauſas appellationum, cum clauſ. &c. Dat. Romæ.

Admirabile Sacramentum, &c. Anno 1492. in Eccl. Sanctæ Crucis in Hieruſalem de Vrbe inuentus fuit titulus Crucis; Quare ſum. pont. vt Eccl. illa dignis frequentaretur honoribus, multas conceſſit indulg. viſitantibus dictam Eccl. vlt. Dominica Ianuarii, Dat. Rom. 4. Cal. Aug. anno 4.

Romani Pontificis, &c. Veſtigiis plurimorum pontif. quos nominat inhærendo: declarat, quod quilibet teneatur ad ſoluendum fidam Dohanæ patrimonii: Et quod Domini tenutarum conſiſtentium infra limites Dohanæ Dohanerii, & non alijs abſque eorum licentia vendant paſcua, &c. cum clauſul. &c. Dat. Rom. 6. Cal. Nou. anno 5. vide Inn. 8. cõſtit. 15. & 16. Pii 2. conſt. 4. De limitibus Dohanæ Greg. 13. conſt. 89. Defectus huius conſtit. ſupplet Iul. 3. conſt. 61.

Cum ex relaxatione, &c. Monet debitores Cam. Apoſt. vt canones, cenſus, &c. ſoluant intra vnius menſis ſpatium à die publicationis, & quolibet anno in Vigilia, vel die SS. Apoſt. ſub pœnis, &c. & committit Camerario, ac præſidentibus Cam. vt non ſoluentes in termino, declarent incidiſſe in pœnas, &c. & compoſitionem præcipit, non admittit, cum clauſul. &c. Datum Romæ 15. Calen. Ian. anno 6. Vide Inn. 8. conſtit. 16. cum ibi adnotatis.

Intercuras, &c. Continet indictionem Iubilęi pro viſitantibus Baſil. S. Petri, et Paul. & S. Ioan. Later. & S. Mariæ Maioris de Vrbe

anno

anno 1500. Innouando indulg. aliorum ſum. pont. Decernens, quod detenti legitimo impedimento, ſi itinere incepto, vel facta præparatione, contigerit ex vita migrare, contriti, & confeſſi plen. indulg. conſequantur; Poſſint accipi pro defunctis propinquis, amicis, &c. atque illis valere per modum ſuffragii conferendo eleemoſynam in capſa ad hoc deputata; iuxta ſuorum confeſſorum taxationem; Dat. Rom. 13. Cal. Ian. ann 8. Vide conſtit. 10. Paul. 2. cum ibi adnotatis.

Paſtoris æterni, &c. Concedit facultatẽ pœnitẽtiariis in Baſi. S. Pet. de Vrbe deputatis abſoluendi eos, qui conſequi volunt Iubilæũ à caſibus reſeruatis quibuſcumque Bullæ Cænæ, & aliis, de quibus præſentibus oportet fieri mentionem, ideſt conſpiratione in perſ. pont. falſificatione literarum Apoſt. armorum delatione ad infideles; &c. & ſuſpendit pro dicto anno omnes licentias aliorum Confeſſorum conceſſas, præcipiens, ne ipſis poſſint vti ſub pœna excomm. latæ ſent. cum clauſ. &c. Dat. Rom. 13. Kal. Ian. anno. 8. Vide Clem. 7. conſt. 10.

Et ſi vniuerſis, &c. Iſte Pont. viam directam à porta Caſtri S. Ang. vſque ad plateam S. Petri fieri, eamque Alexandriuam appellari mandauit. Ideò Gubernator Vrbis de mãdato iſtius præcipit in locis diuerſis dictæ viæ adhærentes ædificia fieri, quod mandatũ non obſeruabatur: Propterea pont. omnes in conſtitutione nominatos monet, vt in termino aſſignato in dicta via ædificent: Et inobedientibus pœnas imponit; Iudices deputat in præmiſſis; Mandatque loca infra dictũ terminum non ædificatã vendi, locari, &c. cum decreto irrit. clauſ. &c. Dat. Rom. anno 8. Confirmatur, & ampliatur per Leo 10. conſtit. 13.

Iniunctum nobis, &c. Mandat ducatum vnum; pro literis gratis expediendis debere ſolui; Et literæ cum inſcriptione nominis vnius Secretariis deputati expediri debere, aliàs nullæ ſint. Et quod Secretarii nullatenus adſtringantur ad remittendum taxas eis debitas: Quod abbreuiatores à tali ſolutione ſint exempti, cum clauſ. & c. Dat. Romæ id. Mar. anno 9. Vide Innoc. 8. conſt. 8. cum ibi adnotatis.

In eminenti, &c. Litigantes, qui aduerſarios eorumque procuratores, Iudices; Teſtes, Notarios, &c. minis afficiunt, & verberant, vel occidunt, eorumque fautores occaſione iuris amiſſione incurrant exilii, ac depoſitionis à dignitate pœnam off. ac benef. priuationem, criminis læſę Maieſt. reatum, eorumque beneficia vacare cenſeantur. Infames, atque inhabiles habeantur, & ſint excommunicati, cum clauſ. &c. Dat. Rom. id. Apr. anno 10.

Cum acceperimus, &c. Quoniam malefici, & incantatores multa ſcelera, & errores inducebant; ideò Pont. facultatem concedit Inquiſitoribus procedendi contra illos; cum clauſul. &c. Datum Rom. &c. Vide Leo 10. conſt. 38. Adrian. 6. conſt. 5. contrarium decreuerat Alex. conſt. 10. priuil. Inquir. Clem. 7. conſt. 36. Obiit Romæ 15. Kal. Sept. 1503.

IVLIVS II. *Quia nihil, &c.* Mandat territoria libera cuſtodiri à furibus, & ſicariis, & quod non cuſtodientes ad damni illati refectionem teneantur, Dat. Rom. 8. Nou. ann. 1. Confirmatur, & ampliatur Leo 10. cõſt. 13. Greg. 13. conſt. 68. de materia bannitorum Pii 2. conſt. 8.

Cum tam diuino, &c. Præcipit quod electio papę ſimoniacè facta ſit nulla, & quod contra electum opponi poſſit de ſimonia, ſicut de vera hæreſi. Electus ſic quacumque dignitate, & beneficio priuatus exiſtat; Electio iſta per adorationem, obedientiam, &c. non conualeſcat, & quod omnibus liceat ab eius obedientia diſcedere: Cardinaleſque impedire poſſint, ne ille ſe ingerat Eccl. regimini. Simoniacè eligentes, mediatoreſque ab omni gradu, & dignitate, officio, & benef. cadant; Obligationes occaſione dictæ ſimoniæ factæ, nullæ ſint, & inualidè cenſeantur Cardinales non complices poſſint alium ſum. pont. eligere, cum clauſ. &c. Dat. Romæ 18. Kal. anno 2. Vide Paul. 4. conſt. 38. Pii 4. conſt. 85. Pii 5, conſt. 4. & 149.

Ex debito paſtoralis, &c. Confirmat conſtitutiones aliorum de annatis, & quindenniis quo ad Monaſteria, & beneficio piis locis vnita, de cetero non vacantia, cum clauſulis, &c. Vide Paul. 2. conſtit. 9. cum ibi notatis.

Romani Pontificis, &c. Boniſ. 8. & Alex. 6. quorum conſtitutiones hic non habentur, pœnas excomm. & priuationis benef. impoſuerunt quibuſcumque perſonis ingerentibus ſe in adminiſtratione Eccleſiæ cuiuſcunque literis non expeditis; Et ſimiliter id fecit Pius 2. non ſoluentibus annatas in termino; Quod & fecit Innoc. 8. conſt. 1. Horum igitur omnes conſtitutiones confirmat, & innouat hic pont. quo ad futura: & moderatur quoad præterita, & pręſentia, vt ſcilicet infra terminum aſſignatum ſi ſoluerint, vel expediuerint literas ſint abſoluti, & habilitati, & reſtituti ad illa, ſin minus pęnis prædictis, &t priuationis ipſo facto ſe irretitos nouerit. Cum decreto irritum, cum clauſ. &c. Datum Rom.

Digitized by Google

Rom.5.Kal.Aug.anno 2. Vide Iul.3. conſtit. 38.cnm ibi annotatis.

Cum homines, &c. Approbat, atqne innouat Pii 2.& Sixti 4.conſtitntiones contra bannitos, & homicidas, et illam extendit ad brigoſos, receptatores, ac fautores brauoſornm, ac bannitorum, qnos excommunicationis ſententia innodat, priuatq; officijs, ac beneficijs, & dignitatibus, honoribus, &c. Et eaſdem pœnas incurrere vult non reuelantes dictos culpabiles homines, cum clauſulis, &c. Dat.Rom.5.Kal.Decemb.ann.3.

Confirmatur, & ampliatur Leo.conſtit.31. vide conſtitut.8.Pij 2.cum his, quæ annotata ſunt.

Accepimus fiſco, &c. Præcepit, ne appellatio admittatur in cauſis maleficiorum, niſi facto depoſito cnm decreto: initum Rom. 16. Iun.ann.3.

Cõfirmatnr per Iul.3. conſt.23.Pij 4.conſt. 71.et eandẽ ille declarat, conſt.133.Pij 5.conſt. 143.et 185.

Sicut prudens, &c. Erectio Collegij Scriptorum Archiuij, vide Leo 10.conſt.6.

Liceat ea, &c. Confitmat conſt.4. Sixti 4. De priuilegijs Cntialium, diſponendi ſcilicet de ſuis bonis, et ſucceſſione ab inteſtato, Dat. Rom.13.Kal.Iun.ann.5.vide ibi.

Percepimus à fide, &c. Præcipit ſub pæna excomm.latæ ſent.prinationis offic.benef. ac dignitatum, emolumẽtorum, & omnibus clericis, & qnibuſcunq; miniſtris Reuer. Camer. Apoſt.ne audeant ſe intromittere, vel participare, quomodocunq; auxilium, vel fauorem præſtare in contractibus rerum Cameralium. Et ſub eiſdem pęnis mandat reuelari, etc. Cõfirmatnr, extenditur per Paul.3.conſt.64.

Regis pacifici, &c. Prohibet duellorum vſũ omnibuſq; perſonis, quibnſcunq; conditionis, ſtatns, & dignitatis, præcipit, ne committant, ſiue permittant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & quatnor millium ducatorum Cam.Apoſt. applicandum, Dat.Rom. Cal.Mar.ann.6.

Confirmatur per Leonẽ X.conſt.29. Clem. 7.conſtit.11. Pium 4. conſtit.25. Gregor.13. conſt.87.Concil.Trid.ſeſſ.25.cap.19. Clem.8. conſt 19.

Suſcepi regiminis, &c. Confirmat, & ampliat conſt.3. Pij 2. de applicatione ad futurũ Concilium, ſententijs, & mandatis Summ.põtific. quam Conſtitutionem declarat ligare omnes quacunq; dignitate, & qnibuſcunquè locis exiſtant; Et illius, publicaturus, Conſtitutionis defectus ſnpplet. Pœnas in ea contẽtas innouat, & auget, vt ſcilicet habeantnr pro veris ſchiſmaticis, ac de catholica fidẽ male ſentiẽtibus, pœniſq; Eccleſiaſticis ſubiacẽre, &c. prouocationes ad futurum interpoſitas annullat; Loca, in quibns prouocantes reperiuntur, Eccleſiaſtico interdicto ſnpponit, & excommunicantur reſpectiuè; Cum clauſ. &c. Dat.Rom.9.Cal.Iul.ann.9.

Fide dignis, &c. Decernit, ne Homicidæ, & alij, de quibus pœna ſanguinis imponenda venit, audiantur per alios pro eis comparentes, ſed ipſe ſe in carceribus præſentare teneãtur. Obtinentes remiſſionem, vel gratiam à Pontifice, vel alias teneantur narrata in literis, ſiue ſupplicationibus coram Gubernatoribus locorum verificare; Aetas minor 25.annorum non excuſet homicidas; Et qui vigeſimum annum attigerit pro maiori habeatur; Cum decreto inir.clauſ.&c. Datum Rom.29. Decembr. anno 7. Vide Pij 5. conſt. 45. pij 4. conſt.71.

Et ſi ex debito &c. Tractat de applicatione emolumentorum Gabellæ ſnper vino impoſitæ pro ſtudio Almæ Vrbis; Et ſtatuit, vt Depoſitarius Gabellæ det cantionem bancharium: & ſoluat ſalaria Lectorum; vide Leonem 10.conſt.1.& Eugen.4.conſt.2.

Decet Romanum &c. Declarat inriſdictiones Vicar. Vrbis, De qno Clem.7. conſtit.23. Gubernatoris, de qno Leo decimns, conſtit.7. Paul.4.conſt.51. Pius 4. conſt.89.& 165. Pius 5.conſt.111.Greg.13.conſt.84.& 90.Anditoris Cameræ Apoſt.Leo X.conſt.3.& 33.Panl. 3.conſt. 155.Iul.3.conſt.17.pius 5. conſt. 1. & 21 Greg.13.conſt.57.Senatorum, & Iudicum Cnr.De quibus Panl.3.conſt.15.Panl.4.conſt. 15.Greg.13.conſt.17.

Mareſcalli Vrbis; De quo Pii Quarti, conſt. 89.Gregor.13.conſtit.30. Dat.Rom.15. Cal. April.anno 9.

Et ſi Romanus, &c. Ordinat, quod Officiales Curiæ Rom. ſeruent taxas, & ne aliquid vltra ipſas etiam à ſponte dantibus recipiãt; Contrauenientes pœnis ad arb. plectit cum deputatione executorum, clanſulis, &c. Dat. Rom.3.Cal.April.ann.9.

Si noſtram &c. Tractat de reintegratione incliti Roman.Pont.ad ſnperioritatem, & iuriſdictionem, quam habebat in Ciuit.Tiburtina, &c. Dat.Ro.15.Cal.April.anno 9.

Ex querelis, &c. Decernit, qnòd cauſæ ſpectantes ad Cur. Capitolinam per ſignaturam alijs iudicibus non remittantur, & commiſſæ reaſſumantur, cum clauſnl. &c. Dat. Rom. 15. April.anno 9.

Ad eximia, &c. Officium Audit. confert cnm honoribus, & priuilegijs, & emolumentis conſuetis; Facultatem concedit cognoſcendi cauſas per locum tenentes, & cauſas

cri-

criminales vſq; etiam ad capitale ſupplicium, & vſq; ad ſummam ducentorum; Et exequendi ſententias ſnas, & alias per quoſcunq; in Curia latas, & proceſſus ſpeciales, & generales exequendi, & cognoſcendi cauſas degentium in Curia pro negotijs contractis extra, & degentium extra pro negotijs contractis in Curia; cum abſolutione pœnarum, &c. cum clauſulis, &c. Dat. Rom. 5. Non. Maij anno 9. Obijt Rom. 9. Kal. Mar. 1513.

LEO X. Dum ſingularem, &c. Continet priuilegia Pop. Rom. conceſſa à multis ſummis Pont. ab ipſo confirmata, &c. Dat. Rom. 14. Kal. April. ann. 1. vide Sixti 4. conſt. 5. Iul. 2. conſt. 15. Pij 2. conſt. 9. Paul. 3. conſt. 2. Paul. 4. conſt. 1. & 15. Pij 4. conſt. 77.

Dudum ſuauiſſimo, &c Tangit creationem ſtudij generalis Vrbis, factâ per Eug. & alios litteras editas ſuper his; & nomina Rectoris, & reformatorum qui litteras impetrarunt, ponit priuilegia, & exemptiones; & deinde ordinat. Quod Lectores duo conducantur cõducente ſalario; Circulus in ſcholis habeatur, Rector, & Reformatores viſitare debeant ſtudium, ac reformare; Officium Bidelli exponit; Depoſitarius gabellæ ſtudij caueat de ſoluendo ſalarium lectoribus; Scholarium exemptiones, & immunitatea ſeruentur; Cum facultate Rectoris, & Reformatorum pro iſtius conſtitutionis obſeruatione, ac deputatione Cardinalium defenſorum, Dat. Rom. Non. Nouemb. ann. 1. vide Vrb. 6. conſtit. 1. Eug. 4. conſt. 2. Iul. 2. conſt. 12. Iul. 3. conſtit. 23. pij 4. conſtit. 116. Pij. 5. conſtit. 62. & 189. Gregor. 13. conſt. 27.

In iunctum nobis, &c. Quoniam officium Audit. Cam. Apoſt. eſt cæteris antiquius; Ideo præcipit omnibus iudicibus ne de cœtero ſe intromittant in cauſis ad Camer. Apoſt. ſpectantibus, & maximè obligationibus in forma Camer. ſub pæna excommunic. latæ ſentent. Deputat quatuor Card. iſtius conſtitutionis executores, cum decreto irrit. clauſ. derogat, & præſeruat, Dat. Rom. 1513. Non. Nouem. ann. 1. vide conſt. 33. & Iul. 2. conſt. 17. Sixti 4. conſt. 5. Pau. 3. conſt. 16. Iul. 3. conſt. 19. Pij 5. conſt. 1. & 21. Greg. 13. conſt. 57.

Apoſtolici regiminis, &c. Aſſerentes animã rationalem eſſe mortalem, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes hæretici declarantur, & tanquam tales puniẽdos eſſe pronunciat; Præcipitq; vt Doctores philoſophiæ diſſoluant philoſophorum dogmata, quæ fidei aduerſantur; Et diſcipulis explicent Catholicam veritatem; Non liceat cuiquam clerico philoſophiæ ſtudijs incumbere vltra quinquennium, niſi etiam & Theologiæ, aut iuri Canonico operam nauauerit: ordinarij locorum ſingulis annis in ſtudijs hãc conſt. faciant publicari, Dat. Rom. 14. Kal. Ian. ann. 1. vide Conc. Later. ſeſſ. 8.

Saluator Dominus, &c. Ioannes 3. fundauit Hoſpital. S. Spiritus in Saxia de Vrbe; Cui multa priuilegia conceſſerunt, quorum conſtitutiones deſiderantur; Sixtus 4. illud à fundamentis reædificauit, Eug. 4. Confraternitatem Hoſpit. innouauit, de qua Iul. 3. conſtit. 30. pont. ergo iſte omnia indulta illius Hoſp. Confirmat, confraternitatemque denuo erigit, & ipſe vna cum Card. ingreditur illam; Confratribuſque priuilegia concedit, Ordinat, vt Notarij diſpoſitiones factas ad fauorem eius notificent; Concedit indulg. porrigentibus eleemoſynas; Quod regatur per præceptorem: eadem priuilegia confirmarũt Innoc. 8. conſt. 4. & Iul. 2. cuius conſt. hic nõ eſt, pont. ergo ad petitionem Hilarii de Senis Magiſtri, priuilegia, indulta, & indulgentias confirmat, & extendit, cum decr. & clauſul. Dat. Rom. 7. id. Mart. anno 1. Vide Sixti 4. conſt. 5.

Ex miniſterij, &c. Iulius 2. cuius conſtit. eſt hic inſerta, quæ incipit, Apoſtolatus officium, &c. Collegium Archiuii inſtituit, qui officium ſibi commiſſum per ſe ipſos exercere deberent, quorum duos ex ipſis Magiſtros, correctores nuncupauit, & interpretes in quibuſcumque cauſis commiſſariis, voluitq; eſſe Notarios, &c. Et in alia, quæ incipit: Sicut prudens; ſtatuit, quod Scriptores confeſſionalia manu propria ſcriberent; Notarii legitimi cenſeantur: Notæ quorumlibet inſtrumentorum in Archiuio regiſtrentur; Non deſcripti in Archiuio puniantur vt falſarii, & prothocolla defunctorum in illo reponantur Dat. 7. Cal. Decembr. 1500. ann. 5. Defuncto autem Iul. 2. Card. exiſtentes in Conclaui diuiſerunt inter ſe quædam officia, quorum emolumenta erant ſcriptoribus aſſignata: Et inter Cardinales, & Archiuiſtas orta fuit ſuper illis controuerſia; ideò pro concordia pont. iſte permutationem quandam facit; Et ſcriptores ſoluerunt pontific. ducatos ducẽtos mille pro adæquatione prouentuum illius permutationis. Confirmat etiam quæcumque priuilegia ſcriptorum, cum declaratione, quod Scriptoribus liceat redire ad poſſeſſionem beneficiorum dimiſſorum, ſi impediti fuerint in perceptione emolumentorum aſſignatorum; Et ſummam illam pecuniæ ponit ad introitum Cam. Apoſt. Datũ Rom. prid. Non. Octob. anno 1. Vide Pii V. conſt. 92.

Et ſi

Et ſi pro cunctarum, &c. Continet deputationem Gubernatoris, ac Vicecamerarii cū facultate ipſorum locumtenentium, & iuriſdictione contra Ciues, & incolas Vrbis. cum facultate procedendi manu regia; Cognoſcendi cauſas criminales, interpretandi, & mutandi edicta; Non poſſit ſindicari, neque irregularitatem incurrere. Dat. Rom. Cal. Iul. anno 1. Vide Six. 4. conſt. 5. Iul. 2. conſtit. 13. Paul. 4. conſt. 51. Pii 4. conſt. 89. & 165. Pii 5. conſt. 111. Greg. 13. conſt. 84. Sixti 5. conſt. 12. Quo vero ad forenſes, & Curiales Greg. 13. conſtitut. 57. Quo ad Religioſos Clem. 7. conſtitut. 23.

Regimini vniuerſalis, &c. Tractat de officio eorum, quibus correctio exemptorum demandata fuerit; ordinariorum iuriſdictio ne contra exemptos; De prothonotariorum habitu, & exemptione; De eorum præcedentia, de qua Pius 2. conſt. 7. De exemptione familiarium Card. Quod exemptiones abſq; rationabili cauſa non concedantur; Cauſæ ſpectantes ad forum Eccleſiaſticum cognoſcantur in prima inſtantia coram ordinariis; dummodo beneficia ipſa reſeruata non fuerint generaliter: & ipſorum prouentus ſummam viginti quatuor ducatorum auri de Cam. ſecundū annum valorem non excedant. Iudices, non Doctores aſſeſſores aſſumantur partibus petentibus; innouat omnes, & quaſcumque Conſtitut. editas contra quoſcumq; quacumque dignitate exiſtentes, qui impediunt libertatem Eccleſiaſticam, Conc. Prou. quolibet triennio celebretur, ad quod accedant etiam exempti, & innouat decretum Conc. Vien. Dat Rom. 4. Non. Maii anno 3.

Inter multiplices, &c. Montes Pietatis nonnulli dicebant illicitos; primò, quia vſurarii; ſecundò, quia nullius iuſtitiæ ratio in illis continetur: Alij autem dicebant licitos modo ratione mutui nihil petatur, neque ſperetur: ſed pro immunitate, & indemnitate illorum, & impenſis pro miniſtris, &c. Ideò pont. declarat montes eſſe licitos, ſi nihil vltra neceſſarias impenſas, recipiant: Et contrarium prædicantes, vel diſputantes excommunicationis gladio ferit, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 4. Non. Maii anno 3.

Inter ſollicitudines, &c. Prohibet ne libri imprimantur, niſi prius per Superiores examinentur, & concedatur licentia imprimendi; Qui aliter fecerit libros amittat, qui cōburantur 140. duc. ſoluat fabricæ Eccleſię Sācti Petri, per annum ab impreſſione ſit ſuſpenſus, & inſuper ſit excommunicatus, & ſi perſeuerauerit in contumacia grauiter pro arbitrio Vicarii Vrbis, vel Epiſcopi ſui reſpectiuè puniatur. Dat. Rom. 4. Non. Maii anno 3.

Supernę diſpoſitionis, &c. Reformare nititur clericos, & laicos; ideò ſtatuit, vt prælati non promoueantur ad Eccleſias, iuxta Alex. 3. conſt. Non diſpenſentur ad Cathedrales citra 27. ann. nec ad Monaſteria citra 22. examinentur diligenter à Cardinalibus; Promoti viſitent Card. non commendētur Monaſt. niſi pro conſeruatione Apoſtol. Sed. vacantia Card. idoneis poſſint commendari; Penſiones non reſeruentur ſuper fructibus, niſi reſignationis cauſa: Vniones non fiant ſine cauſa rationabili: Ad plura non diſpenſentur, niſi perſonæ qualificatæ, & ad duo tantum, niſi ex magna, & vrgenti cauſa; Reſeruationes ſpeciales non concedantur: Abbates priuari non poſſint in criminibus, ēt notoriis, niſi copia defenſionis illis permittatur: Et inſuper tractat de vita, & familia Cardinalium; De familiaribus Summ. pont. De Card. Reſidentia in Rom. Cur. Et pluribus aliis, quę non expedit ſumma re, Dat. Rom. in Concil. Later. 3. Non. Maii anno 3. Vide in Sum. Conc.

Inter graues, &c. Innouat omnes conſtit. editas contra inuadentes loca ad Rom. Eccl. ſpectantia, & eorum fautores, pœnaſque imponit excommunicationis, & omnium aliarum cenſurarum, inhabilitationis ad dignitates, & gradus quoſcumque, infamiæ, priuationis Eccl. ſepulturæ. ciuitates, & loca, in quibus illi permanſerint interdicto ſubiicit, clericos titulares quacumque dignitate fulgentes beneficiis priuat, & prælaturis ſine ſpe reſtitutionis, à quibus non poſſint abſolui, aut remitti, præterquam à Rom. pont. Et milites non recipiantur in terris *S.* R. E. abſque pontif. licentia; cum clauſ. &c. decr. &c. publicatum Romæ 8. Cal. Iul. anno 3. de hac materia, vide conſtit. t. Ioann. 22. cum ibi annotatis

Inter multiplices, &c. Innouat, & confirmat conſt. Sixti 4. & Iul. 2. & Alex. 6. de ædificiis, & iure congrui, ac facultatibus Magiſtr. Viatum Vrbis.

Romanus Pontifex, *&c.* Continet inſtitutionem 60. Cubiculariorum, & 140. Scutiferorum; Quorum loca aſſignat Vicecancellario, inter quos vult, vt ſex tantum laici qualificati admittantur; Et quod ſint familiares pont. Aſſignat illis facultatem creandi Notarios, & legitimandi baſtardos; Si clerici fuerint Notarii: Si verò laici Milites auratæ militiæ efficiuntur. Exempti ſint à iuriſdictione ordinariorum, literæ Apoſt. gratis pro ipſis expediantur. Publicare acceptiones

nes

Digitized by Google

nes non teneantur. Dat.Rom.9. Cal.Auguſti, anno 3,priuil.collegij cubiculariorum. Vide conſtit.41. de fam. pont. Clem.7. conſtit.14. de præcedentia, & loco, Gregor. 2. conſtitut.90.

Reformatio priuil. Paul.3. conſt.13. Ampliatio,Iul.3.conſt.13.Moderatio Pij 5.conſt. 74.& 124.

Superna Maieſtatis,&c. Iubet pont.non admitti aliquem ad officium prædicandi, niſi prius examinatus, & approbatus fuerit per locorum Ordinarios:vt Euang.iuxta Ss. Doctor.approbatos prædicent; Antichriſti aduentus aut iudicij,certitudinem non proponant: Futura prædicare, aut Spit. Sanct.vel diuina reuelatione habuiſſe affirmare non præſumant; Superiores, & Prelatis incautè non reprehēdant; Approbat conſt.Cle.5.quę hic non adeſt,quam vult ab eis obſeruari; Inſpirationes diuinas antequam proponantur Apoſt. Sedi, aut locorum ordinariis cognoſcendas reſeruat,cum clauſ.&c.Dat.Rom.14. Cal Ian.anno 4.Pius 5.conſt.40.de priuileg. Mendicantium ordinat ne admiſſi à ſuis ſuperioribus examinentur ab Epiſcopo,ſi prędicant,& legunt in proprijs Eccleſijs.

In eminenti. &c. Quoniam Eccleſiaſtici ordines prouidè ab Eccleſia inſtituendi ſunt: propterea Eccleſ.Roman.in vnione, & concordia conſeruari debet;Ideò Rom.Pont.pro tali vnione, & abrogatione pragmaticæ diuerſos tractatus habuerunt cum Regibus Franciæ,Ludouicus Rex,tempore Pij 2. eam abrogauit, ſed abrogatio non fuit ſeruata, Iul. 1. propterea Conc. Lateran. indixit quo mortuo iſte Pont.contra eoſdem procedere cæpit; Sed omnibus maturè diſcuſſis oretenus inter pontific. & Regem concordia inita ſuit;Et propterea tractat de electione ad Cathedrales,& Metropolit.Eccl.Et de Eccl. vacantibus per obitum apud S.Sedem; De electione.ad Monaſt. vide conſt.2.& benef. electiua; De expectatiuis, & Reſeruationibus non concedendis; De forma conferendi beneficia per ordinarios graduatis hominibus, & quis inter illos præferendus. Quod parochiales non conferantur niſi Theologis, vel iuriſperitis,aut Doctoribus in artibus;Exprimatur verus valor beneficiorum,alioquin collatio nulla ſit; Cauſæ in partibus cognoſcantur,& infra biennium terminentur. Triennalis poſſeſſio cum colorato ſaltem titulo non moleſtetur, Clericus concubinarios puniatur etiam per priuationem, niſi monitus concubinam dimiſerit; Concubinarius publicus dicatur etiam qui mulierem ſuſpectam,& diffamatam admonitus non dimiſerit; Filij clericorum non permittantur habitare cum patribus; Cum excommunicatis nominatim nō liceat practicare; Ciuitates interdicto non ſupponantur,niſi &c. Datum Rom. 14. Kal. Iann.anno 4. Vide Concil.Lateran. in Summ. Conc.

Dum intra mentis. &c. Quoniam epiſcopalis dignitas eſt maior inter cæteras; Tradit iuriſdictionem Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum quoad viſitationem, vt ſcilicet Mendicantes accedant ad proceſſiones: ad omnem requiſitionem Ordinariorum: Confeſſionem audiant admiſſis ab Ordinario Sacramenta adminiſtrare non valeant inuito Curato,neq; in articulo mortis, niſi legitima de cauſa Dat.Rom.14.Kal.Ian.ann.4.

Temerariorum,&c. Tractat de inuadentibus Cardin. domos extendendo conſtitutiones Honor. & Bonif.8. quæ hic non adſunt: & innouando contra eorum bona diripientes,quemquam in illis exiſtentem vulnerantes eorumq; ſocios, fautores, receptatores conſultores,iuſſores,&c. cum omnibus pœnis vt in illis,cum clauſul.&c.Dat. Ro.1516. 17.Kal.Apr.anno 5.Vide Conc.Later.in Sum. Concil.

Conſtituti iuxtà verbū, &c. Iul.2. conuocauit Conc.Later,& durante Conc. deceſſit, pontif. iſte tunc creatus fuit, & Conc. proſequi mandauit;Et venientibus ad Conc. ſaluū conductum conceſſit: Quod Conc.fuit congregatum pro concordia principum: Pro reformatione Curiæ, de qua conſtit.2. De abrogatione pragmaticæ,de qua conſt.16. Imperatur,& Reges Conc.conſenſerunt, vbi fuit damnatum Conc.Piſanum, & Chriſtianorum principum pax fuit concluſa, Concilium igitur pont.confirmat,cum deputatione executorum,prohibendo ſub pęna excommut.latæ ſent.ne quis præſumat geſta in eo gloſſare, aut interpretari ſine ſpeciali S.Sed.licentia, Decimas imponit ſuper fructibus benef. pro expeditione contra Turcas.Hortatur.principes ad fidei defenſionem. Concilium claudit,prælatos dimittit,illiſq;ac eorum familiaribus indul.concedit,Dat.Rom. 18.Kal.Apr. 1517 ano.4.

*Ite,& vos,&c.*Commendat Ord. S.Franciſci, & quoniā diſcordia fuit orta inter Fratres de Obſeruantia, & Conuentuales, pro qua concordanda inſtiterunt Imper.Reges, principes,& Populi, ideo Pont. mandat eligi vnum Magiſtrum Generalem totius Ordinis, qui eligatur à Fratribus, & de Fratribus de Obſeruantia quolibet 6. anno alternatiuè de Vltramontanis,& Citramontanis: A quo eligatur Commiſſarius Generalis, Miniſtri

Prouinciales, quorum officia durent per triennium.

Prohibetq; ſub pœna excommunic. latæ ſententiæ aliquis audeat alium vocare Amadæum Buliſtam Toleranum, aut alio irriſorio nomine; Quod obſeruantes non transferantur, neq; recipiantur inter Conuentuales; Nouæ reformationes non inducantur; Non liceat alicui contra formam iſtius conſt. agere, aut iudicare ſub eadem pœna cum exec. depur. clauſ. &c. Dat. Rom. 4. Kal. Iul. ann. 5. Vide conſt. 15. Pij 5. cum ibi adnotatis, vide pij 5 conſt. 113 & 131.

Omnipotens Deus, &c. Pontif. generaliſs. capitulum Ord. S. Franciſci celebrari fecit, in Eccl. Aræceli, de Vrbe, ad eligendum Miniſtrum Generalem totius Ord. & à Fratribus de obſeruantia fuit electus Magiſter Chriſtophorus de Furliuio, à Conuentualibus Antonius Marcellus: ordinat, quod Generalis Conuentualium teneatur petere confirmationem à Generali totius Ord. prouinciales confirmentur à prouincialibus de Obſeruantia Fratres de obſeruantia nullam habeant ſuperioritatem in Conuentuales; Conuentuales tranſire poſſint ad Fratres de obſeruantia; Obſeruantes præcedant in proceſſionibus, & alijs actibus publicis & confirmat omnia priuilegia, Datum Rom. pridie Idus Iun. ann. 5.

Inhærendo veſtigijs, &c. Excommunicat omnes, qui aſſerunt ſe eſſe, quales non ſunt, vt litterarum Apoſtolicarum expeditionem facilius conſequantur: & litteræ expeditæ nullæ ſint: Dat. Rom. 20. Febr. anno 5. Vide Paul. 4. conſt. 33. Vide Pij 5 conſt. 94 Vide Greg. 13. conſt. 91.

Romani Pontif. &c. Confirmat conſt. Iul. 2 contra bannitos, & Communitates non cuſtodientes eorum territoria à banniris, & finibus præcipiens, quod in probandis furtis, & valore, ſtetur declarationi Cler. Cam. Apoſtol. præcedente iuramento eius, qui eſt damnum paſſus, & quod damnum paſſi contra Dominos locorum, & Communitates agere poſſint, & vitæ vt ſint ſecura latibula: hinc inde amoueantur; Datum Rom. Kal. Septem. anno 6. Ampliatur per pij 4 conſt. 20. pij 5. conſt. 14. 110. Vide conſt. 8. pij 2. cum ibi adnotatis, &c.

Cum perceperimus, &c. Decernit, quòd procuratores Curiæ, niſi matriculati ad actus iudiciales non admittantur; Quod ſi non admiſſi exercuerint officium, illorum geſta nulla ſint; Approbatq; Collegium ipſorum procuratorum cum facultate condendi Statuta cum pœnis, &c. contra tales, &c. Et ſi moniti non abſtinuerint, puniantur ab executoribus dictæ conſtitutionis, & per menſem carceribus mancipientur, &c. Dat. Rom. 4 Octob. ann. 6. innouatur, & declaratur pij 5. conſt. 82. vide Greg. 10. conſt. 3. cum ibi adnot.

Cum ſicut accepimus, &c.) Decernit, quod appellare non licet à ſententijs Magiſtrorum Viarum Vrbis, ſed datur acceſſus ad præſidentem Cam. Apoſt. immò ſeruatur dari appellationes ad Clericum dictæ Cam. pro tempore Viarum præſidentem, Dat Rom. 10. Ian. ann. 6.

In ſupremo, &c. Confirmat Conſtitutiones Bonif. 7. & Alex. 6. quæ hic non adſunt; Decernens; quod ordinationes impedientes liberam exequutionem litterarum Apoſtolicarum nullæ ſint, ſub pœnis interdicti, & excommunic. latæ ſent. reſpectiuè locis, & perſonis ſi con rafecerint, & executionem illarum impedierint, vel fautores fuerint, Datum Rom. 18. Kal. Mart. anno 6. Confirmatur, & am pliatur Clem. 7. conſt. 43. Greg. 13. conſt. 24.

Sollicitudo miniſterij &c. Sixtus Quartus, cuius Conſtitutio hic non adeſt, inſtituit Collegium Sollicitatorum litterarum Apoſtol. Cum emolumentis: & Cubiculariorum, & ſcutiferorum, cum quibuſdam priuilegijs, ex quibus diminuebantur cætera emolumenta ſollicitatorum; ideò pontif. concedit dictis Sollicitatoribus priuilegia, quod poſſint inſtituere Notarios, & legitimare baſtardos. Et quod efficiantur Sed. Apoſt. Notarij, & Comites; Eximit à iuriſdictione Ordinar. Dat. Rom 13. Kal. Apr. ann. 8 vide pij 4. conſt. pij 5. c. 71.

Quoniam ex querelis, &c. Deputat commiſſarium contra moleſtantes affidatos, præcipitq; quod conductores animalium in Dohanam nullo modo moleſtentur, imponendo pœnas, &c. Dat. Rom. 26. Iun. ann. 6.

Quam Deo. &c. Confirmatur conſt. Iul. 2. contra pugnantes in duello, præter alias pœnas vult, quòd cadant à iuriſdictione locorū, quæ habent, & extendit eam etiam ad ſpectatores ſub pœna pecun. & excommun. latæ ſententi. Dat. Ro. 10. Kal. Aug. 7. vide conſt. Iul. 2. cum ibi adnot.

Paſtoralis officij, &c. Pont. confirmauit ſtatuta Floren Nationis, cuius conſtitutio non adeſt; Nunc priuilegia concedit Conſulibus, & Conſiliarijs dictæ Nationis in Vrbe commorantibus iudicandi inter mercatores Floren. & ſubditos; Notarij eorum non teneantur deferre acta ad Archiuium, ſicut alij pro ut in conſt. 6. Qui pecunias ad Conſul. ſpectantes detinuerunt, ſint excommunicati, in-

do-

domo Conſulis nullus poſſit retineri; poſſint arma deferre carceres conſtruere, & incarcerare, cum decreto, &c. Datum 4. Id. Septemb. anno 7.

Cum autem, &c.) Confirmat conſt. contra Homicidas, Bannitos, & eorum fautores; immò pœnas ipſius contra illos non capientes extendit, & decernit, vt incurrent crimen læſæ Maieſt. Datum Rom. 10. Kal. Feb. vide Pij 2. conſt. 8. cum ibi notatis.

Illius, qui, &c.) Inſtituta Confraternitate Charitatis in Vrbe ad exercenda opera pietatis circa eos, qui erubeſcunt mendicare, & incarceratos; Confirmat eandem cum ſuis ſtatutis, & in Archiconfraternitatem erigit, cum facultate concedendi noua ſtatuta; Cõfratribus, & benefactoribus indulgen. alijs cõfraternitatibus cõceſſas per participationem extendit; Et eas poſſe communicari concedit; Datum Rom. 5 Kal. Febr. anno 7. Vide Moder. & Reuoc. Pij 4. conſtitut. 38. & Pij 5. conſt. 32.

Miniſterio ſacri, &c.) Facultates, & iuriſdictiones alijs Auditoribus conceſſas, concedit Aud. Cam. Apoſt. innouando illas etiam circa penſiones, & abſolutiones etiam in foro fori, & à cenſuris ordinaria, & delegata auctoritate quibuſcunque terris, & locis, cõtra Iudices, communitates, & particulares perſonas, & Collegia in cauſis etiam eorum, eo vigore obligationis in forma Cameræ; Et quibuſuis commiſſionibus, etiam ſuper ceſſione bonorum, &c. cum facultate procedendi in ciuilibus cauſis, & ſuper debitis in Cur. contractis, & appellationes à quibuſuis Tribunalibus Rom. Cur. & Iudicibus (Capitolij exceptis) ad illum deuoluantur; Et in expeditionibus non teneantur inſerere ſuas facultates; & huic conſtitutioni non poſſit derogari, niſi motu proprio Pontificis, cum decreto irrit. execut. deput. &c. cum clauſ. derogat. Datum Rom. 6. Id. Mar. anno 7. Vide Iul. 3. conſt. 13. & 17. Leo 10. conſtit. 3. Gregor. 13. conſt. 55.

Saluator noſter, &c.) Mulieres incontinentes, & meretrices multæ erant in Vrbe, Pontif. ideò ob eorum conuerſionem erigit Monaſterium ſub inuocatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ, traditque regulam, habitum, & clauſuram, aſſignat adminiſtratores, applicat ſpolia meretricum ſine teſtamento decedentium, concedit facultatem meretricibus, vt poſſint teſtari reliqua quarta parte dicto Monaſterio, aſſignat confeſſorem, indulgen. cum executoris deputatione: & quod habentes notitiam de bonis meretricum ſine teſtamento decedentium teneantur, reuelare Rectoribus parochialibus Vrbis. Datum Romæ 1520. 14. Kalend. Iun. anno 8. Vide Clem. 7. conſtit. 13. Pij 4. cap. 38. Pij 5. conſt. 32.

Exurge Domine, &c) Continet errores Mart. Lutheri, damnatque articulos eius tãquam hæreticos, & falſos: ſcripta, in quibus continentur damnat, illaque retineri apud aliquem prohibet, & mandat comburi: ille ad futurum Concilium appellauit contra Pij Secundi, & Iulij Secundi conſtitutiones: quẽ tamen cum adhærentibus hortatur ad conuerſionem, inhibet ei officium prædicationis, terminumque præfigit ad deſiſtendum ab erroribus; inobedientes, adhærentes fautores, &c. condemnat, & ſubijcit pœnis in hæreticos decretis, de quibus Innoc. 4. conſtitut. 8. opera eius omnia prohibet imprimi, teneri, laudari, &c. Sed comburi ipſum, & fautores, & complices capi mandat ſub pœnis excommunicationis inhabilitatis, infamiæ, & alijs; loca, ad quæ declinauerint interdicto ſupponit, præcipit prælatis, vt illum cum adhærentibus tamquam hæreticos faciant publicari, & conſtitu. iſtam publicent, excommunicantes eos, qui auſi fuerint id impedire, cum clauſul. Datum 18. Kal. Iul. 1529. ann. 8. Vide conſt. 37.

Sicut prudens, &c.) Tempore Pii 2. inuentum fuit Alumen in patrimonio B. Petri; Ideò Pontif. omnes redditus illius dedicauit ad fidei defenſionem: & Alumnia de partibus infidelium conduci, & inter Chriſtianos mercari prohibuit, Pontif. iſte expeditionem cõtra Turcas indixit in concluſione Conc. Later. Et pro augumento redditum dicti Aluminis, & proſecutione dictæ expeditionis inſtituit Collegium 41. militum S. Petri; Officia 26. Militum Vic. Cancell. aſſignat; Præcipiens ſub pœna excommunicationis, & amiſſionis habitus, & 500. ducat. habitum ſibi aſſignatum decentem ferant tempore prædictæ expeditionis, & Conciliorum manſionem habeant in Palatio Apoſtol duo ex illis comedant in tinello Pontif. Reſideant in camera cum Clericis computa Alumnium; Et habeãt de fraudantibus, & pœnis quinque pro centenario: contractus circa Alumnia non celebrentur ſine illorum interuentu; Sint vna cum ſuis familiaribus veri familiares Pontif. & gaudeant illorum priuilegijs; veſtes rubeas tempore coronationis, & lugubres tempore mortis Pontif. habere debeant; ipſi vna cum ſuis primogenitis ſint verè nobiles, habeantquè facultatem doctorandi, ac promouendi ad alios gradus; poſſint legitimare baſtardos, etiam ſi milites eſſe deſinent: remaneant Co-

ontes Aulæ Later. Notarij, ac Milites auratæ militiæ, ſine tamen præiudicio participantiũ; penſiones quandiu reſederint in Rom. Cur. & officio militum obtinuerint non excedentes 150. ducat. auri de Camer. fructus loco penſionum, qui tranſeant in ſucceſſores ad benef. ab omnibus oneribus litteras habere poſſunt; cum auctoritate transferendi illas, &c. poſſint teſtari de eorum bonis mobilibus, & immobilibus quibuſcunque, & quomodocunque obtentis; Sint exempti à iuriſdictione Ordinariorum: à ſolutione gabellarum, & impoſitionum; non teneantur ſeruare ſtatuta circa dotes dandas, & ornamenta, Clericorum beneficio gaudeant, ipſumque & eorum familiares poſſint arma deferre. Litteræ Apoſtolicæ gratis pro illis expediantur; gaudeant priuilegio Scriptorum Apoſtolicorum, & Cubiculariorum, de quibus conſtit 14. poſſint habere plura officia, & de eis diſponere, & reſignare, illorum Collegium poſſit ſtatuta condere, & ſuper contentis litteras facere, & expedire gratis. Mandat Vic. Cancellario, & alijs, vt litteræ, etiam per breue expediantur, niſi ſoluto, vel cauto Collegio. Notarij Cam. non caſſent obligationes, niſi ſatisfacto dicto Collegio de portione annatæ. Contrafacientes præter excommunic. quam incurrunt teneantur ad ſatisfactionem. Et litteræ aliter expeditæ nullæ ſint. Collegiũ habeat locum Cancellaria, & Camera Apoſt. & in Cappella, & conſiſtorijs publicis mixtim cum ſcutiferis. Præceptor Militum apponat manum in litteris Apoſt. Portent baldachinũ Papæ. Decimas beneficiorum colligant. Exẽpti ſint à ſolutione iocalium. Aſſignat illis emolumenta, & qui eos fraudauerit, teneatur ad intereſſe in vtroque foro, & pœnis furti, infamiæ, ac peculatus ſubiciatur. Quæ & in quibus contractibus reſeruata cenſeantur. Obligat bona Collegio in euentum extinctionis, in quo reſtituantur ipſi omnia ſoluta, cum decreto irritante, & quod Camerarius, & Clerici ponant dictas pecunias ad introitum Camer. & faciant contractus, & inſtrumenta cum clauſulis neceſſarijs, ſtatuit executores iſtius conſt. & apponit clauſulas derogat. Datum Rom. 1510. 14. Kal. Auguſt. anno 8. Confirmatur, & ampliatur per Clement. 7. conſtitut. 16. Paul. 3. conſtitut. 3. Pij 4. conſtitut. 47.

Decet Romanum, &c.) Continet impendium conſtitutionis 35. contra Lutherum. Qui cum ſuis complicibus impœnitens exiſtens, per hanc conſtitutionem excommunicatur, & declaratur ſubiacere pœnis omnibus contra hæreticos inflictis, præcipitq; prælatis, vt illos ſic excommunicatos publicari faciant ſollemniter cum campanis, cãdelarum, & lapidum proiectione, & prædicent ardentius contra illius hæreſes, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 3. Non. Ian. 1521. anno 3.

Honeſtius petentium, &c.) Quoniam multa mala in Dominio Venet. committebãtur, ideò Pontif. ordinat, quod laici non debeant ſe intromittere in cauſis Eccleſiaſticis. Inquiſitores poſſint procedere contra maleficos Domini Veneti ſententias inquiſit. exequantur, cum clauſ. &c. Datum Rom. 15. Feb. 1521. anno 8. Vide conſt. 8. Alex. 4. conſt. 8. Alex. 4. conſt. 15. Vide Adria. 6. conſt. 7. Clem. 7. cõſt. 30. cum notatis.

Inter curas, &c.) Continet confirmationem Statuti Notariorum Cur. Cam. Apoſtol. Aud. circa ſcripturas ipſorum Notariorum decedentium. Datum 9. April. anno 8. Declaratur, & innouat Pij 4. conſt. 109. De Notarijs, Paul. 2. conſt. 8. Cle. 7. conſt. 47. Pij 4. conſt. 56. & 74. & 109. Pij conſt. 121.

Apoſtolicæ dignitatis, &c.) Continet indulta Ordin. Ciſtercienſis, quæ illis conceſſa fuerunt ab Honorio tertio, ampliata à Martino 5. approbata à Sixto 4. Et illorum Monaſteria ab Ordinariorum poteſtate exemerat Innoc. 8. Quorum conſtitutiones hic non habentur. Mandat ergo Pontif. ordinariis, vt omnes obſeruent, declaratque Milites de Alcantara huiuſmodi Ordinis gaudere debere his priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus, & concedit indulgen. porrigentibus manus adiutrices. Datum Rom. 18. Iul. anno 9. Vide Gregor. 13. conſtitut. 23. Pij 4. conſtitut. 96.

Inſuper eminentis &c.) Aſſignat V. Cancellario officia trium cubiculariorũ, ſeptem ſcutiferorum, & 26. Militum S. Petri; dando facultatem illorum loca auferendi abſque litterarum expeditione. Datum Rom. 8. Id. Iul. anno 9.

Dudum ſiquidem, &c.) Confirmat conſtit. Innoc. conſt. 8. De non concedendis dilationibus Mercatorum Riparum Vrbis debitoribus occaſione rerum Ripalium, &c. Vide conſt. 12. Innoc. 8.

Romanum Pontificem, &c.) Iul. 2. cuius conſtitutio hic non adeſt Collegium 141. præſidentium erexit, & accepit ab eis ſummã 91. mil. aur. duc. Emolumenta autem 10000. aureorum illis aſſignauit, Pontif. iſte addit 612. potiones cum emolumentis; Et mandat officialibus Cancell. & Cam. Apoſt. ne expediant litteras Apoſtol. ſine ſubſcriptione officialium dicti Collegij, alias nullæ ſint. Emolumenta libera ſint in quibuſcunque contractibus.

bus, deputat Iudices,& Defenſores iſtius, cũ iuriſdictione illorum,& quod Collegium prę-dictum poſſit deputare viros probos, qui ex-erceant miniſterium Proxenetarum; Et præ-ſidentes retinere poſſint officia portionalia, & illa reſignare; contrauenientes excommu-nicationem incurrant , & emolumenta por-tionariorum cum oneribus aſſignat, portio-nes per obitum vacantes eo ipſo extinctæ cẽ-ſeantur, & ad Cameram Apoſtolicam liberè perueniant, ſi emolumenta diminuantur, vel impediantur, Cameræ Apoſtolicæ teneantur ad ſolutionem, ſi officia reuocabuntur, pecu-niæ reſtituantur.

Mandat Camerario , & alijs Officialibus Camer. Apoſtol. vt pecunias exactas ponant ad introitus Camer.& faciant inſtrumentum, & obligationes neceſſarias , cum clauſul. & Datum Romæ 7. Idus Ianuar. anno nono; confirmatur,& ampliatur Iulius tertius,con-ſtitutione 3.& 4. De eorum gradu,& præce-dentia in proceſſione Sanctiſs.Sacram.Greg. 13.conſt.98.

Cum Sixtus 4.&c.) Sixtus Quartus,& Iu-lius Secundus,quorum conſtitutiones non adſunt,ordinarunt,vt expeditio ſupplicat.be-nef.Conſiſtorialium tetrorraheretur ad dan-tes illa;& deſuper expedirentur litteræ pont. iſta extendit,& confirmat , & dat formam ſeruandam in huiuſmodi impetrationibus, cui conſtitutioni non poſſit derogari,niſi per ſpeciale mandatum.Datum Romæ 3.Ianuar. anno 9. Vide Adrian.6. conſtitut.4. Clem.7. conſt.5.

Ex ſuperna,&c.) Confirmat ſcriptum fa-ctum ab Henrico Rege Angliæ,contra Luthe-rum,& alios hæreticos, & donat ei titulum defenſoris fidei. Datum Romæ 5.Id.Octobr. anno 9. Iſte deinde fuit declaratus Henricus à Paul.3. conſtitut.24. Obijt Kal.Decembr. 1521.

ADRIANVS VI. Nuper fel.rec.&c.) Leo. Pont. mortuo Pontifex iſte electus eſt abſens ab Vrbe , & cum Romam veniſſet in-uenit Palatium Apoſtol. quibuſdam bonis ſpoliatum : ideò monet detentores talium bonorum, vt reſtituant, & ſcientes reuelent, inobedientes pœnis excommunicat. ſuſpenſ. interd. & alijs afficit reſpectiuè. Datum Rom.6.Id.Septemb.1522. anno 1. Amplia-tur per Iul.3.conſtit.27. Pij 4. conſt.9.Clem. 7.conſt.1.

Sanctiſs.Dominus, &c. Reuocat conceſ-ſiones iuris patronatus ab anno primo In-noc.8. factas ex quauis cauſa ad beneficia electiua,quam limitat,& ampliat . Et reuo-cantur etiam conceſsiones quo ad alia bene-ficia non electiua cum declarationibus , &c. eſt regula Cancellar. publicata 9.Nouembr. 1522.Vide conſt.2.Innoc.cum ibi adnot.

Cum non alias,&c.) Sumptis ſupplicatio-nem, & commiſsi ſignaturæ gratię Eccleſ.ex Regiſtro Petri Vrbani ad id deputati ex ta-ctis,& per eum ſubſcriptis plenam fidem ad-hiberi mandat,&c.

Cumdudum,&c.) Ordinat,quæ ſunt ob-ſeruanda ab his,qui beneficia conſiſtorialia impetrare volunt,vel impetrant iuxta conſti-tutiones Sixti , & Iul. quæ non adſunt, & Leo 10.conſt.44.

Dudum vti,&c.) Concedit inquiſitoribus omnibus facultatem procedendi contra in-cantatores & ſortilegos fidem abnegantes,& fautoribus inquiſitor.concedit indulgen.con-ceſſas Cruce ſignatis , de quibus Innocent.4. conſt.11.Datum Romæ 20.Iul. Vide Clem.7. conſt. 36.

Satis & plus,&c.) Leo 10.Saxoniæ ducem monuit,vt Mart.Lutherum dimitteret,& Ca-tholicam religionem amplecteretur, quem deteriorem factum multis rationibus horta-tur ad reſipiſcendnm;proponit præmia ſi cõ-uertatur, & pœnas ſi fuerit impęnitens. Obijt Rom.18. Kal.Octob.1523.

CLEMENS VII. Cogitur Rom. Pont. &c.) Confirmat Conſtitutionem 1. Adria.6. contra retinentes bona Palatij Apoſt. com-plices,fautores,non reuelantes,&c.excomm. Dat. Ro.10.Kal.Ian.an.1.

Cum intellexerimus,&c.) Ampliat conſti-tutiones aliorum Pont.contra retinentes bo-na Palatij,&c.

Nuper fel.rec.&c.) Adrianus 6.cuius con-ſtitutio hic non adeſt approbauit ſtatuta Ri-petæ vrb. Ideò pontif.eadem approbat,con-ceditque priuilegia Mercatoribus Ripæ con-firmando conceſſa, & concedenda, Deputat iudicem curiæ cum facultatibus , & iuriſdi-ctionibus,&c. Dat.Rom.idib.Ianuar.anno 1. Vide Pau.3.conſt.50.

Ad ſacram,&c.)Sixtus 4.cuius conſtitutio hic non adeſt, conceſsit licentiam, omnibus arandi, & colẽdi tertiam partem tenutorum, & agrorum Vrbis , & patrimonij ad quæcun-que etiam loca ipſa ſpectantium, habentes licentiam ab aliquo ex iudicibus deputatis. Et differentias præmiſſorum occaſione oriũ-das præcipit per Iudices deputatos cogno-ſci, Baronibuſque,& alijs mandauit,ne inter-cluderent eorum ſubditis delationem frumẽ-torum ad Vrbem , neq; illos inducerent ad vendendum eis,vt carius ipſi venderent , im-poſuitq; pœnas excommunicationis , & in-terdicti reſpectiuè, Pontif.ergò iſte confirmat

cam-

eamdem conſtitotionem, & extendit cum declaratione,&c. Decrero,&c. Dat. Rom. 10. Kal. Mar. anno 1.

Cum dudum,&c.)Confirmat prædeceſſorum conſt. circa impetrationem benef. conſiſtorialium cum forma derogandi, &c. Datum Romæ 19. April. anno 1. Vide Leo 10. conſt. 14.

In Sancta Petri,&c.)Pius 2. pręcipit quod homicidæ remiſſionem, aut ſaluum condnctũ ab alijs, quam à Pontif. obtinere non poſſent, etiam habita pace, & contrauenientibns pœnas impoſuit, eoſque appellare prohibuit, voluitque eſſe exules 50. miliaria à loco delicti, quod ampliat Pontif. iſte confirmando omnes aliorum Pont. in hac materia conſtitutiones, & declarat Homicidas non ſolum à loco per quinquaginta milliaria, ſed à quibuſcunque locis S.R.E. exules eſſe debere, receptantibus imponit pœnas rebellionis, & crimen læſæ Maieſt. & excommun. Et quod communitates teneantur eos capere decernit ſub pœna, reuocatque facultates quibuſcunque conceſſas abſoluendi eos, & quod Barones remittant eos ad Sedem Apoſtolic. cum clauſ. &c. Decrero,&c. Datum Romæ prid. Id. Iun. anno 1. Confirmatur, & ampliatur Pij 4. conſtitut. 30. Pij 5. conſtitut. 13. Gregor. 13. conſt. 68. Vide Pii 2. conſt. 8. cum ibi adnotatis.

Quia plerumque,&c) Clemen. 5. excommunicauit contrahentes matrim. ſcienter cõtra formam ſacrarum conſtitutionum, alij verò Bontif. cum eis diſpenſabant ad obuiãdum ſcandalis, & ne mulieres perpetuo diffamatæ remanerent, quare multi volentes in gradibus prohibitis contrahere ſub ſpe diſpenſationis ad carnalem copulam deueniebant, vnde maxima ſcandala oriebantur, Pont. ergò declarat tales diſpenſationes non debere amplius concedi, & matrimonia ſeparari, mandatque conſtitut. præſentem publicari,&c. Datum Romæ 16 Kal. Septembr. anno 1. Vide Pau. 4. conſt. 26. Pii 4. conſt. 142. Pii 5. conſt. 23. 25. 26.

Admonet nos,&c)Pont. collegium Curialium inſtituit, vt Fabricæ S. Petri curam haberet, cui dat facultatem eligendi officiales pro cura fabricæ contra debitores, & faciendi ſtatuta, à quo debent deputari collectores, & pecunię deponantur penes depoſitarium, cum excommunicatione illorum, qui impediuerint diſpoſitiones ad fauorem fabricæ venientes, occultãtes, aut procurantes, vt ad illius notitiam veniant, quas Notarij reuelare teneantur, Datu. Romæ prid. Id. Decemb. anno 1. Vide conſt. 99. Pii 5. Paul. 2. conſt. 75. 76. Pii 4. conſt. 49. 82. Pii 5. conſt. 30. 35. 98. 191. 113. 125.

Inter ſollicitudines,&c) Continet indictionem iubilæi pro viſitantibus SS. Apoſtol. Petr. & Paul. Baſil. & Eccleſ. Later. & S. Mar. Maior. ann. 1525. Dat. Rom. 10. Kal. Ian. anno 2. Vide conſt. 10. Pau. 2.

Paſtoris æterni &c)Continet deputationem, & facultates pœnitentiariorum abſoluendi à caſibus reſeruatis, ſuſpendendo alias facultates cæteris conceſſas. Dat. Romæ Kal. Ian. ann. 2. vide vbi ſupra.

Conſueuit Rom. Pont. &c.)Cõfirmat aliorum Pont. conſtitutiones editas contra pugnantes in duello, permittentes, aſpicientes auxilium dantes, &c. Datum Romæ idib. Februar. anno 2. Vide Iul. 2. conſt. 2. cum ibi adnotatis.

Conuenit æquitati &c.)Continet priuilegia, & exemptiones Aud. Rot. & Sacri Palatij circa plural. benefic facultatem teſtandi de bonis acquiſitis ea benef. transferendi benef. reſignandi, reſidendi horas canonicas recitãdi, canonicis horis propoſitis, eligendi confeſſores, qui poſſint abſoluere à quibuſdam caſibus reſeruatis: quædam vota commutare, celebrandi in locis interdictis.

Conſequendi ſtationes vrbis, viſitando propriam Cappellam circà expectatiuas, exceptiones à regula de publicandis prouiſionibus, exceptiones à decimis, &c. cum clauſ. &c. Dat. Ro. Non. Auguſt. ann. 2.

Horum omnium moderationes, vel reuocationes. Vide Paul. 3. conſtitut. 38. Paul. 4. conſtitut. 44. Pii 4. conſtitut. 123. 125. Pii 5. conſtitut. 74. 124. Greg. 13. conſt. 90.

Cum ex corpore,&c.) Cõtinet erectionem, & indulta, & priuilegia Monialium Conuertitarum de Vrbe, Officialiumq; deputatorum facultates, ac prouiſiones Conuertitarum; applicat illis bona Eccleſ. S. Luciæ, & decernit quod bona meretricum decedentium ab inteſtato perueniant ad dictum Monaſteriũ, niſi illæ habeant legitimos hæredes. Dat. Rom. 10. Aug. ann. 1.

Romani Pontif.&c.) Continet indulta familiarium Rom. Pont. præſertim in aſſecutione beneficiorum, quod ſcilicet illis non præferatur quiſquam cuiuſcunq; dignitatis exiſtat, & ad quorumque Principum, Regum, &c. nominationem, neque habentem quaſcũque expectatiuas, quibuſcunque clauſulis, & exceptionibus affectas, & inter illos prior nominatus ad beneficia potiorem obtineat locum, &c. Hæc conſtitutio etiam non publicata robur obtineat. Datum Rom. 5. Kal. Feb. anno 3.

Mo-

Moderatur Pii 5. conſt. 74. Qui ſint familiares Pont. tradit. Paul. 3. conſt. 88. 89. Iul. 3. conſt. 47.

Et ſi ſperamus, &c.) Mandat Ducibus, & alijs Sanct. Roman. Eccl. mediatè, vel immediatè ſubiectis, ne abſque eius expreſſa licentia capiant arma ad inſtantiam Imperat. Regum, vel aliorum, aut deſuper auxilium praſtent.

Nec ſubditos ſuos militare, aut in eorum Ciuitatibus militum delectum fieri vllo modo permittant, Officialibus præcipit, vt contrauenientes coerceant pœnis excommunic. rebellionis læſæ Maieſtat. priuationis benefic. & dignitatum, & reuelantes contrauenientẽ, præmium conſequantur, non reuelantes puniantur. Dat. Rom. 11. Iun. anno 3. Vide Iul. 3. conſt. 45.

Miniſterio ſacri, &c.) Leo 10. conſtit. 36. Erexit Collegium S. Petri, cui conceſſit nonnulla priuilegia, emolumentaque aſſignauit, Pont. iſte per alias ſuas litteras, quæ non habentur, hæc emolumenta auxit; Adrian. 6. cuius conſtitutio hic non eſt, reuocat indulta obtinendi conceſſas, Pont. iſte confirmat priuilegia à Leo. conceſſa, & indulta quoad penſiones innouat, non obſtante reuocatione Adria. ordinat de veſtibus rubeis deferendis, & menſarijs dandis. Et quod litteræ pro militibus gratis expediantur, extinguendo litem, quę ſuper tali expeditione inter milites, & ſecretarios verſabatur; Emolumenta collegio illo ſuper Dohana mercium Vrbis aſſignata à Collegio ſeparat de eius conſenſu, & alia aſſignat, & obligat omnia bona Reuer. Camer. Apoſtol. pro aſſecuratione iſtorum aſſignamentorum, concedit exemptiones à ſolutione decimarum, & impoſitionum, pro exemptione teneantur ſingulis annis donare Summ. Pontiſ. vaſa argentea, valoris duc. 200. Confirmat facultatem deputandi collectores decimarum, cum decreto irrit. clauſ. &c. Dat. Rom. 17 Kal. Nouemb. ann. 3.

Confirmatur per Paul. 3. conſt. 3. Iul. 3. cõſt. 15. Pii 4. conſtitut. 47. reuocat, & moderat, Vide Paul. 3. conſtit. 38. Paul. 4. conſt. 47. Pii 6. conſt. 124.

Illius qui, &c.) Pontiſ. pro neceſsitatibus quibuſdam per alias litteras, quæ hic non ſũt, erexit montem fidei, quam erectionem, quia deſiderabantur quædam cautelæ, innouat, cui monti aſsignat emolumenta Dohanæ Vrbis, & quaſcunque etiam religioſas pecunias in illo deponere poſſe declarat, emolumentaq; eius ad decem pro centenario decernit, portiones illius confiſcari non poſſe mandat, vt de illis diſponere poſsint abſq; Superioris licentia, etiam ad fauorem illegitimorum concedit, dat officialibus illius facultatẽ cognoſcendi cauſas Dohanæ Vrb. & ab eorum ſent. ad Pontiſ. ſolum detur appellatio, concedit exemptionem à decimis, pecunias in iſto monte ponentes declarat non obligari ad probandum verſas eſſe in vtilitatem Eccleſ. & quod mulieres impudicè viuentes habentes ſcilicet pecunias in illo non teneatur relinquere quintam partem Monaſterio Conuertitarum, vt fuerat decretum conſtitut. 13. & per Leo. conſtitut. Datum Romæ 14. Kalend. Nouembr. anno 3. Vide Sixti Quinti conſt. 16.

Si pro pauperum, &c.) Turcæ Rhodum, Belgradum, & Regnum Vngariç occupabant, & Almam Vrbem diripere cupiebant. Ideò Ludouico Regi pecunias dederat, vt illis reſiſteret, modo concedit facultatem quatuor Card. alienandi bona Eccleſ. & de euictione Cam. Apoſtol. teneri declarat, præcipitque ſingulis Eccleſ. Prçlatis, vt ſtudeant executioni iſtius conſtitut. cum clauſul. &c. Dat. Rom. 10. Kal. Nouemb ann. 3.

Similem habet Paul. 3. conſt. 30. & 31. Iul. 3. conſt. 50 Pii 5. conſt. 148. Vide Paul. 2. cõſt. 8. cum ibi adnotatis.

Sanctiſſimus in Chriſto, &c.) Iul. 2. conſt. hic non eſt, mandauit Notariis Cam. Apoſt. vt reſignationes vſq; tunc factas annotarent in authenticis litteris ipſius Camer. infrà octo dies, & reſignationes faciendas infrà tres dies à die præſtiti conſenſus Leo. 10. conſt. quæ hic non eſt, eandem confirmauit, Iul. 2. addit, vt dies datæ ſupplicationis poneretur ab ipſis Notariis, declarans, quod tunc intelligeretur de omnibus, & ſingulis conſenſibus, quacunque conceſsione, reſignatione, &c. Pontifex dictas conſtitutiones innouat, & approbat, tẽpuſq; conceſsit Notariis adnotandi conſenſus, &c. Dat. Rom. 30. Ian. anno 3. ampliatur conſt. ſeq. & 48.

Sanctiſſimus in Chriſto, &c.) Pręcipit Notariis, ne dent inſtrumenta reſignationum, &c. præſidentibuſq; Cancell. & Camer. vt vigore illorum inſtrum. litteras Apoſtol. expediant, & iudicibus ne dent mandata capiendi poſſeſsionem.

Cum non ſine animi, etc.) Concedit indulg. capientibus arma pro defenſione Papæ, & Vrbis, contra Carolum de Borbonia, quæ conſueuerunt dari illis, qui tranſeunt in ſubſidium Terræ ſanctæ, conceditq; vt beneficia clericorum in illo bello decedentium, tranſeant in eorum proximiores idoneos, & contra cum decreto, clauſ. &c. Dat. Rom. 1527. 4. Non. Maii, ann. 4.

Quo-

Quoniam nonnulli, &c.) Concedit Benedicto de Valentibus, & Reuer. Camer. procuratori fiſcali, vigeſimam partem pœnarum ex cauſis criminalibus ad ipſam Reu. Camer. pertinentium. Datum Romæ 10. Kal. Decemb. anno 4.

Illam in Romano, etc.) Reuocat conceſſiones, & gratias, & inualidas eſſe declarat, quas conceſſerat in Arce S. Angeli de Vrbe, quo ad benef. Apoſt. Sedi reſeruata, vel affecta, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 15. Kal. Iun. anno 5. vide conſt. 33.

Collocatis in tribunali, &c.) Excommunicat omnes illos, qui tam in direptione Vrbis, quam poſtea furto abſtulerunt quaſcunque res ad Sed. Apoſtolic. ſpectantes, niſi reſtituant, aut reuelent. Datum Viter. 10. Aug. 1528. ann. 5.

Licet Eccleſiarum, &c.) Deputat Vicariũ Vrbis, cum facultatibus viſitandi, & reformãdi, corrigendi quoſcunque Religioſos, Eccl. Monaſteria; cognoſcendi cauſas ciuiles, & criminales, reijciendi moratorias, & dilationes præterquam à Pontifice motu proprio conceſſas, cauſas Clericorum, Religioſorum, & Mendicantium, congregandi Synodum, conferendi ordines, cognoſcendi cauſas contra vſurarios, blaſphematores, periuros, hæbræos, &c. procedendi contra inobedientes, cum clauſ. Dat. Rom. 10. Kal. Octob. ann. 5. vide Leo. 10 conſt. 9. Iul. 2. conſt. 6a. Pii 4. conſt. 89. Pii 5. conſt. 21.

Accepimus nuper, &c.) Alexan. 6. cuius conſtitut. hic non eſt, ſtatuit ſolos Curſores, & non alios, Nuncios, ſiuè Mandatarios citationes, & intimationes facere poſſe, quod etiã in cauſis à principio compendiatus ſeruari voluit, Iul. 3. conſt. 19. licet cõtrarium ſtatuiſſet Pau. 3. conſt. 14. conſt. Alex confirmauit, & Iul. 2. cuius conſtitutio ſimilitèr non eſt hic, quas conſtitutiones Pontifex iſte confirmat cum clauſula (quatenus ſint in vſu) quam poſtea tollit infra in conſtitut. 32. & contrauenientibus pœnas excommun. latæ ſentent. & 500. duc. Fab. Sanct. Petr. de Vrbe applicand. imponit. Datum Rom. 15. Octob. ann. 5. Declaratur conſt. 30. confir. Pau. 3. conſt. 12. ampliatur Iul. 3. conſt. 19.

Onus paſtoralis, &c.) Iul. 2. cuius conſtitutio non adeſt, decreuit, quod Officiales finito officio coram Pont. ſindicatui ſe ſubdere, & pro eis, ac eorum auditoribus deputatis, & familia rationes redderent, Officialibuſque in ſindicatu cõdemnatis appellare prohibuit, illoſque antequam incipiant exercere officia iuſsit iurare, & cauere debere de iurando promiſſa, ſalariorumquè officialibus debitorum in fine officii mandauit retineri tertiam partem penes communitatem, & Theſaurarios vſque ad finem ſindicatus, præterea etiam tempore ſindicatus fieri præcipit, vt grauati querelas proponere poſſent, Sindicatoribus facultatem ſummariè procedendi conceſſit: multi tamen ceſſabant querelas proponere vt euitarent expenſas veniendi ad Vrbem, ideò Pontif. confirmat conſt. Iulii, & modificat ſic, quod officiales ſindicentur in Ciuitatibus, quarum officium exercent coram Cõmiſſario per Pontif. ad id deputando Epiſcopo loci, vel eius Vicario procuratore fiſcali, prioreq; Magiſtratus, quod ſindicatores ſummariè procedere, & proceſſus contra Gubernatores, Vicedelegatos, & præſidentes factos, clauſos ad Pont. tranſmittere, & illorum officiales condemnare, vel abſoluere teneantur, quod officiales condemnati, in ſindicatu ad Pontif. recurrant, & reuocationem ſententiarum infrà menſem obtinere poſſint, quod cautiones præſtandæ per officiales ſcribantur in libro Reg Cam. Apoſtol. &c. cum clauſulis derogat. publicata 8. Decemb. ano. 6.

De ſindicatu Gubernat. Leo. 10. conſtit. 7. Greg. 13. conſt. 19. Iudic. Cur. Sabel. Greg. 13. conſtit. 30. Magiſtrorum Viarum Pii 4. conſtit. 160.

De materia officialium Paul. 2. conſtitut. 4. Sixti 4. conſtitut. 1. Innocen. 8. conſt. 9. Pii 4. conſt. 77.

Cum poſt huius, &c.) Ad lites poſt Vrbis direptionem, de qua conſt. 24. ortas decidendas commiſit iudicibus deputatis conſtit. 24. ortas decidendas commiſit iudicibus deputatis conſtitut. quæ non adeſt, vt ſummariè procederent, & ideò modo facit aliquas declaratorias de locationibus factis ante Vrbis direptionem, de melioramentis cedentium locationibus, de animali, &c. quas ſeruari mandat in deciſionibus cauſarum, niſi alitèr, Deputatis videatur, ex aliqua rationabili cauſa, & quod à ſent. deputatorum appellari non poſsit, cum facultate circà alienationes, &c. Dat. Rom. 1. Ian. ano. 9. Vide Paul. 4. conſt. 49. Pau. 3. conſt. 77.

Licet poteſtatis, &c.) Pontif. decreuit conuenire in Ciuit. Bonon. cum Carolo Imperat. pro componenda pace Italię, bello contra Turcas inferendo, & pro Vrbis regimine deputat vſque ad eius reditum Cardin. de monte cum facultatibus cognoſcendi cauſas, cõmittendi eaſdem in Curia, & extra, prouidẽdi ad beneficia iuriſdicendi, non officiales, Curiales, Barones, &c. diſpenſandi circà ætatem, & Natalium defectus: derogandi regulis Cancell. abſoluendi à cenſuris, concedendi com-

compoſitiones in forma,ſi in euidentem, ſuper alienatione,&c.coercēdi rebelles, & cōtradictores,cum clauſul. &c. Dat.Rom.Kal. Octob.ann.6.

Cum hodie,&c.) Eadem die eidem tradidit facultatem ſignandi commiſſiones ſignaturæ iuſtitiæ derogandi conſtitutionibus deputandi referendarios vtriuſq; ſignaturæ, de ſimilibus deputationibus,Paul.3.conſt.3.cum ibi adnotatis.

Cum de viribus,&c.)Innouat ſuam conſt. 26. quam fecerat contra Mandatarios in fauorem curſorum confirmando conſtitutiones Alexandri 6.& Iul.2. quam ſine illa clauſula; (Quatenus ſint in vſu)robur obtinere decernit,inualidaſq; declarat commiſſionum præſentationes,& citationes per alios factas, quam per curatores, contrauenientibus pœnas excommun. & interd. impônit, cum clauſul. &c. Datum Romæ 4. Non.Octobr. anno 6.

Cum cariſſimus,&c.) Declarat,quod cum Bononiam profecturus ſit, ſi cōtingeret eum mori,electio ſucceſſoris debeat fieri in Alma Vrbe,prid.Non.Octobr.anno 6. innouatur, conſt.47.

Decet Romanum,*&c.*) Quia multas expectatiuas reuocauerat conſt.23.Ideò declarat reuocationem ſuam ſe extendere etiam ad conceſſiones, & gratias factas antè tempus ſuæ detentionis in Arce S.Ang. Dat.Ro.Kal. Nouemb.ann 6.

Cum ex multorum,&c.)Impetrantes beneficium ceſſionis,vel diſcuſſionis bonorum, aut dilationis quinquennalis infrà tres menſes cauſas expedire teneantur, alioquin priuati exiſtant, quod tamen iudices vſq; ad alium menſem prorogare poſſint,dilationes, & beneficia debitoribus ex cauſa panis non ſuffragari iuſſit, neque obligatus in forma Cam.Apoſt. atque in cauſis mercedum, alimentorum, Eccleſ.pupillorum, &c. Datum Rom.

Cum nuper,&c.)Extendit præcedentem conſt.ab impetrantes beneſ. cap. Odoardus, de ſolut.&c.peruenit.

Cum ſicut,&c.) Inquiſitoribus ex Ordin. Prædic. concedit facultatem procedendi cōtra quoſcunque Relig. etiam exemptos de hæreſi Lutherana ſuſpectos, Camerlitas,tamen eximit à iuriſd. Inquiſit. infrà conſt.40. quam reuocat Pius 4 conſt.70. Dat facultatem deputandi Vicarios, ſiuè commiſſarios, abſoluendi hæreticos, eorumq; fautores,ac eos,qui legerunt,ac tenuerunt libros Lutheri ſi pœnituerint, & hæreſes abiurauerint, diſpenſandi ſuper irregularit, communicatquè eis quaſcunquè facultates, & indulta aliis Inquiſit.conceſſa. Mandat Epiſcopis,vt hanc conſt.faciant obſeruare,cum clauſ.&c. Dat. Rom.15.Ian.ann.7.

De priuil.Inquiſit. Innoc.4.conſt.4. Greg. 9.conſt.4. Alex.4 conſt.8.& 9.15.17.23.Vrb. conſt.1.Clem.4. conſt.3. Ioann.22. conſt.4. Innoc.8.conſt 6. Alex.6. conſtit.12. Leo.10. conſt.38.Adr.6.conſt.5 Pau.3 conſt.29.Iul.3. conſt.14.Pii 4. conſt.48 Pii 5.conſt.86.

Quoniam ex diuerſis,&c.)Reuocat facultatem quæſtuandi, erigendi cappellas, communicandi indulg.& ſub pœna excommunic. latæ ſentent. Et mandat Epiſcopis, & alij ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis,vt Quęſtores in eorum Dioceſ.non permittant.Dat.Rom. 9.Kal.Iun.ann.7.

Declaratur,& ampliatur Pii 4. conſt.43. & 79.Pii 5.conſtit.32. Vide Conc.Trid. ſeſſ.21. c.9. de reform.

Licet ea,quæ,&c.) Quoniam tempore interdicti Eccleſ.multa mala cauſantur,propterea Pontiſ.præcipit, confirmando conſtitut. Boniſ.8. Quod nullæ Prouinc. Ciuitates, Caſtra, &c. pro pecuniariis delictis interdicto ſupponantur,Dat. Ro.9.Kal.Iun. ann 7. Leo 10.conſt.16.

Ad canonum conditorem,&c.) Decernit, quod filij presbyterorum,ex fornicatione nati,beneficia Eccleſiaſtica per eorum patres obtenta obtinere non poſſint, iuxtà conſtit. Alex.quæ hic non adeſt, quibus neque vult ſuffragari diſpenſationes conceſſas. Dat.Ro. Non Iun ann.7.

Ex Clementis *ſede,&c.*)Ioan,22.& Alex.5. quorum conſtitut. non adſunt, conceſſerunt Confratribus Ord.Carm.pia opera expreſſa adimplētibus,remiſſionem tertiæ partis peccatorum,& alij Pontiſ.alias gratias illis communicarunt Pontiſ. iſte omnes alias gratias, & indulgentias non tamen plenarias, per prædeceſſores conceſſas confirmat, & de nouo concedit, priuilegia mendicantium illis communicat, eximit à iuriſdictione Inquiſitorum licet contrarium ſtatuiſſet conſtitut. 36.Concedit facultatem eligendi Confeſſorem,qui poſsit commutare eorum vota(præter viſit.limin.Apoſt.Peregr.Hier.caſtitatis,) Et iuramenta, quæ non ſint in præiudicium tertii,& plen. indulg. ſemel in vita,& in mortis articulo concedere,& abſoluere.

Sanctiſſimus in Chriſto, &c.) Declarat, quæ beneſ.Card.conferre poſsint,regulaſquè Cancellariæ reſeruationem, aut affectionem beneſ.inducentes ad illas Cardin.collationes non ſe extendere decernit, niſi beneficia in Curia vacent,& quod ordinationes,& ſtatuta

M quæ-

quæcunquè non comprehendant, neq; impediant iſtas collationes Cardin. renocatque quæcunquè indulta alia Cardin. conceſſa cõtra formam iſtius conſtitutionis, & quod pronifi à Cardin. nouss prouiſiones à Sede Apoſtoli. deſuper expedire, ac annatam ſoluere teneantur. Datum Romæ 3. Octobr. anno 8.

Cum ſicut nobis, &c.) Declarat, quòd annatæ ex penſionibus beneſ. annuum valorem 24. ducat. de Camer. non excedentium non exigantur, imponitquè contrauenientibus pœnas excommunicationis latæ ſententiæ, & ſuſpenſ. à perceptione emolumentorum, inxrà beneplacitum Sed. Apoſtol. cum clauſ. &c. Dat. 30. Ianuar. anno 9. De annatis, vide Paul. 2. conſt. 8.

Et ſi ad ſingula, &c.) Deputat Vic. Cancellarium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Hippolytum Card. de Medicis, & ei, ac eius ſucceſſoribus in officio, confert adminiſtrationem, & titulum Eccleſ. Sancti Laurentii in Damaſo, cum palatio, illique concedit quæcunquè priuilegia aliis conceſſa, mandatquè, vt eius officium, ac adminiſtratio Sanct. Laurentij in Damaſo, prudentèr, ac fidelitèr exerceat, Capitulo Sancti Laurentii, ac officialibus Cancellariæ præcipit, vt illi obediant in omnibus, &c. Dat. Rom. 5. Non. Iul. ann. 9. Vide ſimilem Paul. 3. conſt. 6.

In ſuprema, &c.) Poſt Leonis 10. ordinationem factam conſtit 20. qui dùm Fratres Ord. Sancti Franciſci magis ſtrictè regulam profireri voluerunt, iuxtà declarationem Nicol. 3 & Clemen. 5. quorum conſtitutiones hic non habentur, mandat Pontiſ. prælatis dicti Ord. vt aſsignent loca dictis Reformatis, & non impediant eos in obſeruatione ſtrictioris regulæ, quod acceptandi in illa examinentur per prouincialem, aſsignat modum remouendi Fratres de loco, & cuſtodis officium, quod in præmiſsis habeant recurſum ad protectorem, & non poſsint impediri ſub pœna excommunicationis latæ ſentent. cum clauſul. &c. Datum Romæ 16. Kal. Decembr. anno 9. Confirmatur, & ampliatur Greg. 13. conſt. 58.

Romanus Pontifex, &c.) Vrbanus 6. cuius conſtitutio non adeſt, conceſsit quibuſdam prælatis, vt litteræ Apoſtolicæ ſine illorum approbatione exequi non poſsint, Boniſ. 9. illas renocauit, Martin. 5. idem fecit, Leo 10. conſtit. 26. Boniſ. conſtitutio approbauit, & quaſcunquè Synodales conſtitutiones impedientes executionem litterarum Apoſtolic. annullauit, & illas abſquè alicuius licentia exequi mandauit, & contrarias conſtitutiones ſynodales caſſari iuſsit. Horum omnium conſtitutiones Pontifex confirmat; & impedientes executionē litterarum ex communicat, & anathematizat, cum clauſ. &c. Datum Rom. 4. Kal. Ian. ann. 11.

Sedis Apoſtolicæ, &c.) Nonnulli Fratres Minores de obſeruantia ſub variis prætextibus extrà clauſtra degebant, ideò Pont. mandat prælatis dictorum Fratrum, vt litteras eis preſentandas à Fratribus ſuper premiſsis diligentèr examinent, & illas annullent, ſi minus ſufficientes inuenerint, Fratreſquè, ipſos ad clauſtra redire compellant, præcipitque ſub excommunicationis pœna, & aliis ad arbitrium imponendis; nè audeant ingredi Monaſteria Monialium abſquè conſenſu Guardianorum, Miniſtrorum, & cætera, impedientes executionem iſtius cõſtitutionis excommunicat priuationem offic. & beneſic. incurrant, cum clauſul. &c. Datum Romę 26. Iul. anno 10. De apoſtaſia, Iul. 3. conſt. 63. Paul. 4. conſt. 29. Pii 4. conſtit. 8. & 72. Greg. 13. conſt. 44. & 74.

Licet varia, &c.) Decreuit Pontiſ. ex cauſis, &c. conuenire cum Franciſco Franc. Reg. ideò pro electione Pont. in euentu eius obitur ante redditum innouat conſt. 32. Datum Rom. 3. Non. Sept. ann. 10.

Sanctiſſimus in Chriſto, &c.) Declarat à quo die incipiat currere terminus præfixus in conſt. 19. Notariis Cameræ Apoſtol. ad notandum conſenſus, &c. Et quod diem miſſionis per Datarium Papæ in fine ſupplicationis appoſitum adnotare teneantur. Dat. Rom. 14 Apr. ann. 11.

Admonet nos, &c.) Prælati, & Principes quidam vſurpabant diſpoſitiones beneſ. contra formam concordatorum Sed. Apoſtol. reſeruatorum, & prouiſiones Apoſtol. non admittebant, ideò Pont. collationes beneſ. factas contra formam, &c. inualidas eſſe decernit, & ſic prouiſos malæ fidei poſſeſſores ad reſtitutionem fructuum teneri decernit, prouiſum autem à Sede Apoſtol. iuxtà tenorem, & iura quæcunque reſeruat de agendo quandocunque contra intruſos, &c. Datum Romæ Kalen. Iul. anno 1. Vide Gregor. 13. conſtitut. 42.

Cum alias, &c.) Tradit reformationem Notariorum Vrbis, ac taxas per eos ſeruandas, de quibus Pii 4. conſt. 252. Obiit Rom. 6. Kal. Octob. 1534.

PAVLVS III. Rationi congruit, &c.) Clemens VII. cuius conſtitut. hic non habes quaſcunque indulg. & priuilegia confraternitatis *Roſarii* confirmauit, & Sixt. 4. ordinationem circa Pſalterii recitationem innouauit,

vt

vt hic Leo 10. conceſſit indulg. Stationum Vrbis, confratribus viſitantibus Altaria deputata, Clem.7. hoc confirmauit Sixti 4. indulgent. pſalterium recitantibus conceſſas à Clem.7. auxit Pont.iſte decreuit conſtitutionem Clemen.7. non expeditam propter eius obitum validam eſſe. Datum Romæ 3.Nou. 1534.anno 1. Vide Pii V.conſt.94 Iul.3. conſtitut.20.

Noumus,&c)Mancipia confugientia pro libertate ad Senatus Cameræ Vrbis officium, & conſt.& veteri conſuetudine libertatem conſequebantur, quod intelligitur de baptizatis vt in Pii V.conſt.19. Dignum, Pontif. iſte confirmat hanc facultatem conſt. cum decreto irrit &c.& clauſ. derog.

Priuilegiorum Officiorum, & Portionariorum Ripæ,*et Cubicułariorum Militum S.Petri.*

Prouidentia &c.)Iul.2.cuius conſt.hic nō habes, erexit Collegium centum quadraginta vnius præſidentium, Leo.10.addidit alias portiones, vt habes ſup.in eius conſt.14.Romanum, idem Leo erexit Collegia cubiculariorum,& ſcutiferorū, vt habes ſup.in eius cōſtitut.14,Romanus; erexit etiam Collegium Militum S. Petri, vt habes conſtit.36. ſicut prudens Clem.7. cuius conſtitut.hic non habes,ſuppreſſit dicta officia quæ per obitum, reſignationem, aut promotionem vacarent Clem.7.& Pont.iſte ex cauſis expreſſis,quam plura officia,vt ſup. ſuppreſſa, & eorum temporibus vacantia diuerſis perſonis conceſſerunt,Pontif.ideò pro maiori illorum, & aliorum ſecuritate officia portionarum, Cubiculariorum,ſcutiſetorum,& militum S.Petri reintegrat,& de nouo erigit,& inſtituit,& illorum priuilegia,& indulta quæcunque confirmat, cum decreto irrit.clauſ.&c.Dat.Romæ Kal.Mart. 1534.anno 1. *De* præſident,& portion.Leo 10. c.44. De Cubicul. & Scutiſ.Leo 10.conſt.14.De Milit.S.Petri,Leo 10.conſtit. 36.cum ibi adnot.

De emolumentis portionariorum ſuper Redditibus Theſaur. Aſcul.

Cupientes,&c.)Sinibaldus de Gaddis conductor Theſaurariæ Aſcul. promiſit ſoluere R.Cam.Apoſtol. ſiue portionariis bis mille ducatos anno quolibet, Pontiſex ideò committit Theſaurario, vt quolibet menſe ſoluat ratam dictæ ſummæ ipſis portionatiis, Theſaurario ſi cōtrauenerit pœnas imponit, exequutores iſtius conſt.deputat,&c.

Beneſ. poſſeſſio non capiatur ſine litterarum expeditione.

Cum nobis,&c.) Tranſumpta ſupplicationum ſuper prouiſionibus beneſ. & vigore illarum litteris Apoſtol.non expeditis mandata adiſcendi poſſeſſionem concedebantur per Iudices Rom.Curię, ideo Pont.officialibus, & notariis mandat, vt de cetero ab illis ſe abſtineant, contrauenientibuſque pœnam excommunicationis latæ ſententiæ imponit à ſe abſoluen, & inſuper addit pœnam pecuniariam patreſque talibus tranſumptionibus vtentes perpetuo inhabiles, & ad reſtitutionem fructuum percepturum in vtroq; foro teneantur,cum decreto irrit.&c.clauſ.&c.publicata 13.Mar.1534.ann.1.

Deputat Vic.Cancellarium S.R.E.

Singularis,&c.) Pont.fex iſte Vicecancellarium deputat Alexandrum Fernesium Cardin. eius nepotem ætatis annorum 15. & illi confert adminiſtrationē, & tit. Eccleſ.Sancti Laurentii in Damaſo, Vicecancellario mandat,vt officium ſuum,ac adminiſtrationem Eccleſ.Sancti Laurentii prouidēter exerceat, Capitulo S.Laurentij,& officialibus Cancellario in omnibus obediant, cum clauſul.&c. Dat.Ro.tertio Id. Aug.ann.1. Vide ſimilem Clem.7.conſt.43.

Quid de hæreticis Regni portugal. &c.

Illius vices.&c.)Clem.7.cuius conſtitutio iſtam hic non habes,accepit hæreſes nonnullas eſſe in partibus portugalliæ, & Algarbiorum,ideò Fratrem Didacum Commiſſarium, & Inquiſitorem deputauit,vt contra eos procederet,ſed eius facultates poſteà ad beneplacitum ſuſpendit, poſteà per alias eius litteras(quas hic nō habes) conuertentes ſe ad fidem infrà terminum expreſſum abſoluit,& pœnas condonauit, & remiſit,ab irregularitate eoſdem abſoluit, illoſque & eorum ſucceſſores ad honores,& dignitates habilitauit, indultis quibuſcunque & priuilegijs quibus veri Chriſtiani vtuntur iiſdem gaudere poſſe decreuit,confiſcationes bonorum fiſco non incorporatorum, & proceſſus,& ſententias contra eos latas deleuit, habentes fidem à confeſſoribus, vel in eorum libris annotatos ſecuros eſſe declarauit,condemnatos de hęreſi publica, illam abjurare debere decreuit, de his habes ſupra Innoc.4.conſt.4.& conſt. 8.Condemnatis ſententibus ſe grauatos,ad Nuntium recurſum conceſsit, relapſos debi-

tis pœnis puniri iuſſit, diffamatos coram Nuncio abiurare, ſeu ſe purgare poſſe mandauit; Contra nouiter conuerſos, & eorum filios, & deſcendentes, quorum excuſationes ad ipſum Pont. transmiſſe, ſuperſederi præcepit, inhibuitquè omnibus prælatis nè de cętero moleſtarent eos, qui gratias ſuper delictis eorum obtinuerant, & contrauenientibus pœnas expreſſas impoſuit, decretumquè irritans adiecit; exequutorem eius conſtit. Nuncium deputauit, Ioannemque Portugalliæ, & Algarbiorum Regem rogauit, vt eidem Nuntio aſſiſteret, ac faueret, poſteà per alias litteras, quas hic non habes, conſtitutionem ſuam publicare prohibuit, & deindè illam publicari, & exequi mandauit; Paulus autem Pont. iſte ex cauſis expreſſis ſuperſederi mandauit in exequutione dictæ conſtitutionis Clem. 7. ſed tandem per eius litteras, quas hic non habes, ſuperſeſſoriam reuocauit, & ad illius conſtit. exequutionem procedi mādauit, modo autem eadem conſtit. confirmat, & innouat, ampliatque vt quo ad forum fori non teneantur ad aliquam confeſsionem, aut pœnit. publicam, tam quo ad hæreſes, &c. quam in foro conſcientiæ modo eorum exceſſus confeſſori per eos electos ſacramentalitèr corde contriti, & ore confeſsi fuerint abſque alia pœnitentia publica eius iniungēda, condemnatoſque liberat à carceribus, &c. Indultis Chriſtianorum eos vti vult, proceſſus, & ſententias contra eos latas annullat, & in priſtinum ſtatum reponit; Contradicentes verò quoſcunque quacunque dignitate fulgentes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiæ ſupponit, benef. ac dignitatum priuatione ferit, exequutores deputat cum facultatibus clauſ. &c. decreto, &c. Dat. Rom. 1535. 12. Octob. ann. 1. Vide Iul. 3. conſt. 6.

Cum nobis, &c.) Confirmat Clem. 7. motum proprium, quod hic non adeſt: Cauſas criminales in Ripa, & ex cauſis Ripalibus prouenientes camerarius cognoſcat, de quo vide ampliationes Pii 4. infra conſtitut. 76. cupientes: Viſitatores carcerum non poſsint relaxari facere carceratos pro debito Ripali, niſi cum conſenſu Camerarii, & interuentu Notarii Ripæ, Datum die . . . . anno primo. Vide Pii 5. conſt. 63. Leo. 10. conſt. 45. Clem. 7. cap. 30.

Prouiſionis noſtræ, &c.) Confirmat conſt. Clem. 7. de erectione, indultis, & priuilegiis Monaſterii Monialium Conuertitarum de Vrbe, officialiumq; & deputatorum facultatibus, & iuriſdictione. Datum Romæ milleſimo quingenteſimo ſeptimo octauo Kal. Maii ann. 3. Vide Leo. 10. conſt. 34.

Cupientes, &c.) Mandat Cardinali de Carpo protectori, vt præcipiat Miniſtris, & Superioribus, vt degentes extrà clauſtra coerceant, præcipit Epiſcopis, & aliis, vt iſtis Miniſtris contra apoſtatas faueant, &c. cum clauſ. derogat. Datum Rom. die vigeſimanona Aprilis, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, ann. 2. Vide Clem. 7. conſt. 43. cum ibi notat.

Eximia fides, &c.) Ioannem Guidiccionem Nuntium cum poteſtate legati de latere deſtinat ad Carolum Imperat. cum facultatibus expreſsis, videlicet, cognoſcendi cauſas, &c. Comites Palatinos, Tabelliones, &c. creandi, quod limitatur infra in Pii 4. conſtitut. 122. In ſacroſancta, &c. Baſtardos legitimandi, doctorandique in vtroque iure, &c. Illegitimos ad ſacros ordines, & dignitates habitandi, & circa pluralitatem beneficiorum diſpenſandi ætatis, & membrorum defectus patientes ad ſacros ordines etiam extra tēpora promoueri poſſe, indulgendi, & cum ſtudentibus quoad perſonalem reſidentiam, & fructuum receptionem, occaſione ſtudii diſpenſandi, diſpenſandique in 3. & 4. conſanguinitatis, & affinitatis gradibus, &c. & horas canonicas per ſe ipſos, vel cum aliis recitandi facul. conceden. Beneficiorum reſignationes, & conceſsiones admittendi, & illa conferendi, etiam celebrandi in locis interdicto ſuppoſitis, confeſſorem eligendi facultatem quibuſcunque concedendi, ab homicidiorum reatibus facultatem abſoluendi, reuocauit Pius 4. infra in conſtit. 30. In eminentia, &c. dat facultatem concedendi licentiam diſponendi de bonis Eccleſiaſticis, & illa alienandi, & alienationes factas dum modo cognouerint cedere in vtilitatem Eccleſiæ confirmandi, & defectus ſupplendi cum clauſ. derog. &c. Datum Romæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto quinto nonas Maii, anno 2.

Alias fel. &c.) Confirmat conſtitutiones Alex. 6. Iul. 2. & Clem. 7. ad fauorem curſorū Papæ, circa exequutiones citationum, &c. in cauſis Commiſſariis. Datum Romæ die 15. Iulii milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto, anno ſecundo. Declarat in conſt. 14. Iul. 3. conſt. 19.

Romani, &c.) Indulta, exemptiones, & priuilegia quæcunque Auditorum Rotæ confirmat, priuilegia Referendariis Apoſtolicis conceſſa, & concedenda, eiſdem Aud. communicat, quæ priuilegia Referend. habes infra in conſt. 22. debita conſid. Decretum irritans, exequutores iſtius conſt. clauſ. derogat. Datū Ro-

Romæ die decimaſeptima Auguſti,milleſimo quingēteſimo trigeſimo ſeptimo,ann.3.Vide Clem.7.conſt.12.& Pii 4.conſt.87.

Officÿ paſtoralis,&c.)Priuilegia,& ſtatuta, ac nouas reformationes Vrbis confirmat populum Rom.ad iuriſdictionem Curiæ capitolii reintegrat Mandatarios in cauſis capit. etiam ſi ſuperueniant commiſſiones citare poſſe decernit,Proconſulibus,& Correctoribus Collegii Aduocatorum , &c. facultates expreſſas concedit , decretum irritans apponit executores iſtius conſtitut.clauſ.derogat. &c.Vide Gregor.13.conſt.63. de iuriſd.Cur. Capit.Pii 4.conſt.77.

Si diffuſi,&c) Decreuit,vt tenutæ caſalia, & alia prædia ruſticana ſpectantia ad beneficia Eccleſiaſtica Monaſter.& alia pia loca de Vrbe poſſit de nouo fieri conducentibus, & non requiſitis antiquis colonis. Dat.Romæ 30.Sept.1536.ann.2.

Grata deuotionis,&c.) Petrum Paulum Pariſium Cuſentinum (per alias eius litteras, quas hic non habes) A.C. creauit, cum facultatibus conſuetis , & ſignanter cognoſcendi ſummariè cauſas ſummam , vel valorem 50: florenorum non exceden. & modo ampliat, & extendit dictam eius facultatem ad quaſcunque cauſas,ſummam, vel valoris floreno. 100.clauſ.derog.Dat.Rom.31. Octob.1537. ann.3.Vide Greg.13.conſt.57.

Licet poteſtatis,&c.) Pontifex decreuit ex cauſis Ciuitatem Placentiæ ſe conferre, ideò pro Vrbis,& Curiæ Rom.regimine, Legatum de latere deputat,cum facultatibus expreſſis cognoſcendi cauſas, facultates committendi cauſas in curia, & extra, facultates circa ſententiarum nullitates, & exequutiones,ac reſtitut.in integrum , derogandi omnibus priuilegiis, & conſtitut, per ſignaturam iuſtitiæ derogari ſolitis, Referendarioſque ſignaturæ iuſtitiæ duos, vel vnum deputandi,conferendi beneficia quæcunque etiam reſeruata ſuis familiaribus, & commenſalibus , ius dicendi contra officiales Rom.Cur. ac curiales barones,communitates , diſpenſandique ad plura beneficia,& circa ætatis,& natalium defectus, derogandi regulis cancellariæ, & iuriſpatronatus: abſoluendique à cenſuris,commiſſiones in forma, ſi in euidētem ſuper alien.bon. Eccleſ.concedendi , contradictores etiam coercendi,omniaque faciendi,quæ Pont.max. facere poſſet, conceſſio quarumcunque aliarum facultatum aliis legatis conceſſarum ei datur,decretum irritans apponit,clauſ.derog. Legatus in ſuis conceſſionibus non teneatur inferere hanc conſtitut. Hortatur Legatum, vt eius manus diligentèr exequantur. Datum Rom.11. Kal.April.anno 4. Vide conſtit.24. De ſignat.iuſtit.Pii 4. conſt 84. Moderatur Pii 5.conſt.69.Pii 4.vbi ſup.Vide Iul.8. conſt. 2.Legati prou.Marchiæ conſtitut.29.& Iul.3. conſt.8. prou.Vmbriæ c.47.Ad principes I.à Paul.4.c.26.

Moderationes , & reuocationes Nuntiorum &c.Vide Pii 4.conſt.69.& 90.Pii 5.cōſt. 59.& 124.

Officÿ noſtri,&c.)Ægid.Card. Sedis Apoſtol. Legatus, quaſdam prouinciales conſtitu. edidit Sixtus 4.cuius conſtitut.habes num.8. Conſtitutiones Ægid.etiam aliorum per eundem collectas , obſeruari mandauit, et illas etiam ad Vrbem, & alias Ciuitates extendit, vt ibidem. Dubitabatur tamen de viribus dictæ conſtitut. Sixt.4. quia non apparebat illas conſtitut.vſu receptas fuiſſe Pontif. ideò conſt. Sixt.4. confirmat cum decreto irrit. clauſul.dērog.Datum Rom.1538.3.Kal.Aug. ann.4.

C*um ſicut,&c.*)Declarat confirmationem quam ediderat de Aegi. conſtitut. dicens ſe per illam præiudicaſſe facultatibus Add.Cameræ,qui appellat, recipit omiſſo medio circa formam,&c. cum decreto,etc. et exequutorēs deputat.Dat.etc.Vide conſt.42.

Romani,&c.) Iul.2. erexit Collegium Archiuii Romanæ Curiæ , & eius officialibus conceſſit facultatem legitimandi Baſtardos ſine præiudicio venientium ab inteſtato , vt habes ſup. & illi vigore iſtius facultatis multos legitimarunt , dubitari tamen cœptum eſt talem illegitimorum filiorum legitimationem non valere ſtantibus aliis filiis legitimis,ideò Pont. tales legitimationes valere declarat,cum decreto irrit.clauſ.derog. Dat. Rom.prid.Kal.Non.ann.4.

C*um nobis,&c.*)Rodulphum Cardinalem de Carpo Legatum in prouincia Marchiæ creat cum facultatibus hic expreſſis, videlicèt,Comes palatinos,Tabelliones,&c.creandi Beneficiorum Reſignationes recipiendi, & de vacantibus prouidendi , ac penſiones reſeruandi,et conſtituendi, et ad plura beneficia diſpenſandi, diſpenſandique tertio,& in quarto gradu, etc. Horaſque Canonicas per ſe,vel cum aliis dicendi, etc.abſoluendi à iuramento ad effectum agendi , et excipiendi et periurii,ac infamiæ maculam tollendi,abſoluendi etiam eos , qui in Clericos manus violentas iniecerunt, aut ad infideles prohibita detulerunt, abſoluendi quoque à reatu Apoſtaſiæ,etc.Falſificatores litterarum Apoſtol.et hæreticos puniendi,et abſoluendi,alienationes rerum Eccleſ. concedendi, et confirmandi in euidentem vtilitatem Eccleſ.

eum

cum ſtudentibus circa reſidentiam, et fructuũ benef perceptiones diſpenſandi, indulgentiaſque intereſſentibus ſolemni Miſſæ ipſius legati concedendi, vota commutandi clauſul. derogat. Datum Romæ 1539. 11. Kal. Maii, anno 5.

Licet nos, &c.) Auget pretium libræ ſalis ad tres quatrenos in terris S.R.E. tam citra, quam vltra montes vſque, etc. præcipiens omnibus Dohaneriis, etc. ſub excommunicationis, & decem millium ducatorum auri Cam: Apoſtol. applicand. pœnis, ita vtendi, et ſolui debere pretium ex augmento prouenieñs etc. et omnes accipien. clauſul. etc. ita ſoluere debere, etc. cum executorum deput. Datum Romæ, 11. Kal. Maii, ann. 5.

Cum Redemptor, &c.) Henricus Rex Angliæ tempore Leonis X. ſcripſit contra Lutherum, et alios hæreticos, vt habes in eius conſtitut. 45. ex ſuperne, et Leo eius ſcripta confirmauit, et titulum defenſionis fidei donauit, vt in dicta conſtitut. 45. Rex poſteà deuiauit à fide, et demiſit Catherinam eius cõiugem, et de facto cum Anna matrimonium contraxit, et quaſdam leges hęreticas edidit, et ſubditos ſuos illas ſeruare nolentes carcerari, et Cat. Roffen. decollari fecit, Clemen. 7. cuius conſtitut. hic non habes, multis mediis dictum Regem inducere tentauit ad dimittendum Annam, et reducendum ad conſortiũ Catherinam, et tandem cenſuris Eccleſiaſticis eum innodauit, et ille inſordeſcendo deterior euaſit, ideò Pontif. iſte contra Regem, complices, et fautores decreuit procedere: Regem itaque hortatur, vt hæreticas illas cõſtitutiones reuocet, et ab huius erroribus deſiſtat. Complices verò et fautores monet, vt abſtineant Regi deſuper fauere, vel adhærere, inobedienteſque maioris excommunicationis ſententia innodat. Rebellionis quoque, et amiſsionis Regni pœnam imponit, Regemque, et complices monet, vt infra certum terminum compareant, alioquin in pœnas expreſſas incidiſſe declarat, et quaſcunque Ciuitates: Eccleſias, et alia loca, ad quę ipſi declinauerint, interdicto Eccleſiaſtico ſupponit, filioſque eorundem dignitatibus, gratiis, et priuilegiis, ac dominii, et bonis omnibus priuatos: et ad alia de cætero obtinendi inhabiles eſſe declarat, ſubditoſque à iuramento fidelitatis, et ſubiectione liberat, immò eiſdem ſubiectis mandat, vt ab obedientia omninò recedant. Henrico, et complicibus alias pœnas expreſſas imponit. Chriſtifidelibus ſub pœnis hic expreſſis præcipit, vt eorum commercium euitent, prælatis quoque, et cæteris perſonis Eccleſiaſticis mandat ſub pęn. excommun. ſuſpenſ. et interd. vt à Regno diſcedant dimiſſis tamen aliquibus presbyteris in Eccleſiis pro Sacramentis Baptiſm. et pœnit. Duceſque, et alios monet ſub pœnis ſupradictis, vt Henricum, et eius complices de Regno expellere procurent, ne eis auxilium aliquod præſtent, Principum Chriſtianorum confæderationes, et obligationes contractas cum Henrico nullas, et inualidas declarat Principibus, et aliis mandat, vt contra Henric. et complices arma capiant, infideleſque, et inobedientes capientium ſeruos, et eorundem bona occupantium fieri decernit, Prælatis, et aliis quibuſcunque perſonis Eccleſ. tam ſęcularibus, quam regularibus exemptis, et non exemptis vbilibet conſtitutis ſub excommun. et priuat. offic. et benef. priuileg. graduum, et pœnis ipſo facto incurrendis Prælatis, et aliis mandat ſub pęnis, de quibus, &c. vt in eorum Eccleſ. Henricum, & complices, qui ſup. dictas pœnas, et cenſuras incurrerint, excommunicatos publicè enuncient, et euitari faciant, publicationem iſtius conſtit. impedientibus eaſdem pœnas imponit, publicari mandat hanc conſtitutionem. Sed tamen exequutionem iſtius conſtit. per triennium ſuſpendere voluit cum ſpe futuræ reſipiſcentiæ, Rex verò peiora commiſit, ideò Pontif. ad exequutionem prædinſertæ conſtit. deuenit, quam publicari mandat, etc. Vide Ioan. 22. conſt. 5. Leo. X. conſt. 45. Pii 5. conſt. 105. Datum Romæ 16. Kal. Ian. anno 5. Vide Innoc. 4. conſtit. 8. Alex. 4. c. 10. Honor. 4. c. 2. Nicol. 5. c. 2.

Presbyteri quidam nominati in vnum conuenerunt, et Dei, ac Rom. Pont. ſeruitio ſe dedicarunt, pia opera quædam expreſſa faciendo, et cum Romam veniſſent, et certam viuendi regulam inſtituiſſent, multi eorum vitæ inſtitutum laudarunt, et ſequuti ſunt, quam Pontif. hanc conſtitutionem confirmat. Datum Romæ 5. Kalend. Octob. ann. 6. Vide Gregor. 13. conſtit. 107. qui confirmat eamdem.

Cum ſicut, &c.) Confirmat Pont. conſtitut. aliorum Pont. decernitque, quod appellationes, et cauſarum commiſſiones, non facto depoſito nullæ ſint. Commiſſiones fiſcum, et Cam. concernentes ſignari non debere declarat, niſi ipſis citatis, cum decreto, etc. clauſ. etc. Datum in Ciuitat. Vrbisuet. 13. Septemb. 1540. ann. 6.

Romanus in pont. &c.) Erigit Collegium militum S. Petri, ei Collegio aſsignat Cameram in Palatio Apoſtol. Milites duos in tinello comedere poſſe mandat, familiareſque ſuos eſſe declarat Veſtes rubeas in coronatione

tione Pont. & lugubres in obitu illis aſſignat. Nobiletq; eos eſſe declarat. Vide Clemen. 7. conſt. 14. Iul. 3. conſt. 5.

Doctorandi etiam in vtroque iure, &c. facultatem concedit, Notarioſque, & Tabelliones creandi, legitimandi quoque Baſtardos; Milites clericos declarat eſſe Notarios Apoſtol. & laicos eſſe milites auratæ militiæ, penſioneſque ſuper beneficijs retinendi, transferendi, &c. facultatem concedit, teſtandi quoque poteſtatem tribuit de bonis acquiſitis ex beneficijs, etiam ad fauorem illegitimorum; Milites eximit à ſolutione Gabellarum, & impoſitionum, &c. Et ab obſeruatione Statutorum circà dotes, & ab impoſitionibus pro feſtiuitatibus Pont. Ferant inſigne ſcilicèt brachium nudum, quod enſem diſtrictum gerat veſti conſutum, quod geſtari non poſſit ab alio ſub pœna excommunicationis mille dies ipſo facto. Armaque ipſi, & eorum familiares liberè per Vrbem deferre poſſint. Litterarum Apoſtol. expeditiones gratis habeant, deſcripti intelligantur in litteris, in quibus veri familiares deſcribuntur. Expectatiuas ad plura beneficia obtinere poſſint. Milites non ligantur conſtitutionibus de publ. Reſignant. priuilegia familiarium, & ſcriptorum, ac cubiculariorum eiuſdem communicat. Milites plura officia obtinere, & illa reſignare poſſint; Collegium habeat ius condendi Statuta, & alia iura collegialia. Litteras Apoſtol. præcipit non expediri, niſi ſatisfacto Collegio Militum de eius prouentibus. & mandat non caſſari obligationes per Notarios Cam. Apoſtol. niſi vt ſupra, contrauenientibus pœnas infligit præter excommun. teneantur ad reſtituendum, ſoluendunque Collegio duplum eius, ad quod annatæ aſcenderint, Militibus aſſignat locum in Cancellaria, & Camera Apoſtol. & in Cappellis, conſiſtorijs, caualcatis, & proceſſionibus. Inſignia ipſiuſmet Pont. confert, præcedentium ante quoſcunque alios milites etiam S. Petri non participantes, ac S. Ioannis Hieroſolymitani concedit, Baldachinumque deferre poſſe declarat, dat facultatem colligendi decimas, exemptionem à iocalibus, ſummam pecuniarum quas milites ſoluerunt Pont. pro ſubleuandis Eccleſiæ neceſſitatibus, explicat emolumenta, & prouentus militibus Pont. aſſignat. Fraudantes eos de eorum emolumentis, ac prouentibus ad intereſſe in vtroq; foro teneantur, & actione furti poſſint conueniri, & infamiæ, ac peculatus pœnis ſubiaceant, emolumenta militum exempta remaneant in conceſſionibus rerum cameralium, Camerarij teneantur in contractibus reſeruare prouentus Militum, defalcatio facienda pro conductoribus non tangat prouentus Militum; conductores ſoluant emolumenta militibus quolibet menſe, & dent cautionem idoneam; Milites non teneantur probare ſummam pecuniarum expoſitarum Pont. fuiſſe verſam in vtilitatem Sed. Apoſtol. obligat omnia bona Cam. Apoſtol. pro aſſecuratione Militum; ſi collegium aliquo caſu diſſoluatur, vnicuique pecuniæ integræ abſque aliqua excomputatione fructuum reſtituantur, cum decreto irrit. Summam pecuniarum ſolutarum à collegio militum, mandat poni ad introitum Cam. Apoſtol. & per camerarios fieri inſtrumenta obligatoria ſuper promiſsis ad fauorem collegij, conſtituit defenſores collegij cum clauſ. derogat. &c. Datum Rom. 1540. anno 6. confirmatur per Iul. 3. conſt. 4. Moderationem, & reuocationem, vide in Pij 5. conſt. 74. & 124. Abrogat Pij 5. conſt. 62. Vide Pij 4. conſt. 116. & conſt. 96. & *Pij* 5. conſt. 124. Reuocauit Pius 5. conſt. 74. Vide conſt. 41. Reuocauit Pius 5. conſt. 73. Vide Gregor. 13. conſt. 92. de famil. Clem. 7. c. 14. De ſcript. Pij 5. conſt. 90. Vide Greg. conſt. 75.

Debita conſideratione, &c.) Leo. 10. Clem. 7. conſt. quorum hic non habes; Referendarios abſoluit ad effectum præſen. Referendarios creat Sed. Apoſt Notarios, & comites Palatinos, ac veræ Nobilitatis titulo decorat, &c. inſignia, & arma ipſiuſmet Pont. eiusdem concedit Notarios, & Tabelliones creandi tribuit facultatem, legitimandiq; Baſtardos, doctorandi etiam in vtroque iure, &c. Mitra, annulo & Baculo paſtorali vtendi, & ſolemnem benedictionem dandi facultatem eiſdem Refendarijs concedit; Referendarij, & eorum duo familiares, litteras Apoſtol. & alias expeditiones gratis obtinent; Vini Gabellam Riparum Vrbis non ſoluant, quo[illegible] ſex Vegetes, & pro eorum vſu; Exemptique ſint ipſi, & eorum familiares, ac beneficia à iuriſd. ordinariorum, & à Gabellarum, Decimarum, & Impoſitionum ſolutione; Gratias expectatiuas, & plura beneficia conſequi poſſunt, conſtitutione de publicandis prouiſionibus non ligentur; In quibuſcunque prouincijs beneficia retinere posſint, ac ſi in illis nati eſſent; Referendarij abſentes iuſsione pontificia aut ſtudij occaſione, fructus beneficiorum percipere poſſunt; confeſſorem ſibi eligant Referendarij, qui in caſibus præter quoſdam abſoluere, & vota præter quædam commutare poſſunt, cum facultate habendi Altare portatile, & celebrandi in locis interdicto ſuppoſitis; Indulgentias ſtationum Vrbis Referendarij conſequuntur, viſitando alta-

altaria per eos eligenda; Horaſque canonicas poſtpoſitis horis recitare poſſunt; teſtarique etiam de bonis acquiſitis ex beneficijs, prout Auditores Rotæ; cum facultate teſtandi, ac diſponendi de bonis acquiſitis etiam ex beneficijs. Referendarij officium durat vita durante, & primo admiſſi cæteris præferuntur cum decreto, &c clauſ. derog. &c. Pij 4. conſt. 116. Pij 4 conſt. 90. Pij 5. conſt 114. 62. Vide conſt 41. *R*euoc. Pij 5. conſt. 74. Greg. 13. cóſt. 2. Pij 4. conſt. 117. Pij 4. conſt. 123. Pij 5. conſt. 75. infra c. 77. & Pij 5. conſt. 74.

Moderatur electionem confeſſ. qnoad abſol. in caſibus, &c. ita vt nulla ſit, ſi defecerint à fide vel ab obedientia Rom. Pont. vel ſi huius conceſſionis confidentia aliquid enorme commiſerint; Quod indulto celebrandi ante diem parce vtantur; In dicendo horas Canonicas obſeruent morem Eccleſ. loci vbi ſe inuenerint in diſponendo de bonis ſuis liberales ſe demonſtrent ergà Eccl. ex quibus talia bona perceperunt. Datum Rom. 30. Iul. 1540. ann. 6.

Reuocatio, & moderatio horũ priuil. Pij 4. conſt. 90. Pij 5. conſt. 62. & 74. & 124.

De officio eorum Pij 4. conſt 88. Quod ſint familiares Pont. hic Pont. conſt. 81. De eorum loco in proceſſione SS. Sacram. Greg. 13. conſt. 95.

Romani Pontificis, &c.) Capuccinis prohibuerat Pont. iſte ne fratres obſeruantes reciperent abſque licentia eorum Superiorum; Hæc iterum prohibet ea cauſa expreſſa cum executoris deputatione, & clauſ. derog. Dat. Rom. 5. Aug. 1541. ann. 7.

Confirmatur Iul. 3 conſtitut. 10. Vide Paul. 4. conſt. 8. & 29. Pius 5. conſt. 94. Greg. 13 conſt. 76.

In Apoſtolici, &c.) Multi, qui prætendebant vigore priuilegiorum, exemptos ſe eſſe à iuriſdictione Inquiſitorum proponebant quaſdam ſcandaloſas propoſitiones: Ideò Pont. declarat Inquiſitores contra eos poſſe procedere non obſtantibus eorum priuilegijs, cum clauſ. derogat. Datum Rom. 14. Ian. 1542. ann. 7. Vide Clem. 7. conſt. 33. Greg. 13. conſt. 75.

Periculis, &c.) Continet deputationem Cardinalis de Monte, cui concedit facultatẽ affrancandi, & alienandi cenſus, &c. Eccleſiarum cum recompenſa procedendi abſque cauſæ cognitione, & non ſeruatis ſollemnitatibus, locationes prorogandi, feudaque extẽdendi, & perpetuandi, cum decreto irrit. præcipit omnibus prælatis, vt ſtudeant executioni illius conſt. cum clauſul. derogat ſi recompenſa tempore affrancationis non reperiatur, pecuniæ conſeruentur: patentes ſuper affrancationibus gratis expediantur Datum Rom. 5. Februar. anno 8. vide conſtitutionem ſequentem.

In ſacra, &c.) Turcarum Tyrannus Regnum Neapolitanum inuaſit, & Carolus V. Imperat. illi obſtitit. & idem tyrannus parabat ſe ad inuadendum Pannoniam, Fines Germaniæ ac Italiam. Pontifex ideò ad hoc bellum ſubſtinen Card. Sfortiam in Theſaurarium deputat ad liberan cenſus, &c. Eccleſ. Facultateſquè procedendi concedit abſque cauſæ cognitione, & ſolennitatum obſeruatione, & bona Eccl. de nono locan. & infeudan. Iſta declaratur infrà per Pium 4. conſtit. 130. Apoſtolicæ. cum decreto irritan. præcipit prælatis, vt ſtudeant executioni iſtius conſtitut. cum clauſulis derogat. Vide Clem. 7. conſtitut. 18. De Materia Alienat. Paul. 2. conſt. 3. & 7.

Cupientes Iudaos, &c) Decernit quod infideles ad fidem conuerten, eorum bona non amitrant; Bona male acquiſita reſtituere tenentur ſi perſonæ notæ ſint, ſin autem licitè retinent; conuerſi pauperes, piorum eleemoſynis adiuuantur, & ciues efficiuntur locorum in quibus baptizantur. In articulis etiam fidei inſtruantur. Abſtineant ſe à commercio fidelium; cum originatis Chriſtianis matrimonia contrahant; Ritus antiquæ ſectæ non obſeruent, contrauenientes coerceãtur; Neophiti redeuntes ad vomitum, ſicut heretici puniantur, & eorum fautores pœnas fautoribus hæreticorum impoſitas incurrant, cum clauſulis derogatorijs, hæc conſt. publicetur in Eccleſijs, &c. Vide Nic. 3. conſt. 1. infrà conſt. 37.

Altitudo diuinæ prouidentiæ, &c.) Nonnulli deuoti curiales, & ciues Romæ, quãdam confraternitatem in Vrbe inſtituerunt, & orphanos in loco deputato recollegerunt, & eis de victo, & veſtitu, ac litterarum magiſtris, & alijs neceſſarijs prouiderunt. Confraternitatis iſtius inſtitutionem ſtatuta, & ordinationes confirmat, erigitq; in Archiconfraternitatem ſub inuocatione Sanctæ Mariæ Viſitationis Orphanorum: Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Aquiro (aliàs per Iul. 2. conceſſam Confraternitati pauperum Sacerdorum) non obſtante dicta conceſſione incorporat, & concedit Archiconfraternitati Orphanorum cum omnibus eius iuribus, &c. parochianus dictæ Eccleſiæ per officiales Archiconfraternitatis deputetur, indulgentiæ expreſſæ conceduntur Confratribus Orphanis Miniſtris, &c. presbiteris celebrantibus in Eccleſia iſtius Archiconfraternitatis, & illis, pro quibus celebratur

bratur indulgentias concedit, Protectorem, & Iudicem eligant Confratres, coram quo cauſæ Confraternitatis, & Miniſtrorum, &c. cognoſcantur; Protectoris, & Iudicis iuriſdictio procedendi iuxta facultates Aud. G. declaratur, quas vide Leo 10. conſt. 33. Cum exemptione à iuriſd. Ordinariorum, cum clauſulis præſeruatiuis, cum decretó irritante Indulgentiæ pro porrigen. manus adiutrices, & viſitantibus Eccleſiam in Feſto Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis; Executores iſtius conſt. cum clauſul. derogar. cadit ſub anno 7. Dat. Romæ 7. Id. Febru. 1547. ann. 7. Reuoc. Pij 5. conſt. 38. vide Pij 4. conſt. 38. Reuoc. conſt. 34.

Romani Pontificis, &c.) Declarat Pont. quod ſpolia prælatorum, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum ſæcularium, & regularium in quibuſuis Regnis, & dominijs exiſtentium, & ſine teſtamento, vel facultate teſtandi decedentium ad Reuer. Camer. Apoſtol. ſpectare intelligantur cum deputationé executoris, clauſul. &c. Dat. Rom. 1549. 4. Non. Ian. ann 8. vide Gregor. 13. conſt. 44. & 72. & Pij 5. conſt. 46.

Licet Eccleſiarum, &c.) Decernit iuriſdictionem, & facultates Almæ Vrbis Vicarij in ſubiectas ſibi perſonas, & loca cognoſcendi cauſas ciuiles, & criminales. Dilationes, & moratorias reijcien. in cauſis expreſſis carcereſque viſitandi; Iudæorumque, & Clericorum, ac aliorum Religioſorum, & matrimoniales cauſas cognoſcendi ordines ſacros conferendi, feſtiuis diebus vetita exercitia facientes puniendi, & procedendi in omnibus alijs, in quibus cæteri Vicarij, proceſſerãt de ſtylo, iure, vel priuilegio coercendi contradictores.

Et quod cauſæ alienationum, permutationum, & venditionum bonorum Eccleſiaſticarum ſpectent ad Vicarium, & ille ſine eius cognitione, & approbatione nullæ ſint cum clauſul. præſeruatiuis, cum decreto irritante, cum clauſul. derog. &c. Datum Romæ 3. Nouembr. ann. 3. Vide Clem. 7. conſt. 25. cum adnotat.

Decent eſſe cenſemus, &c.) Clem. 7 Montem fidei erexit, quem Pont. iſte per alias litteras, quas hic non habes, auxit, & aſſignauit emolumenta Montis ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario, ſoluenda quolibet bimeſtri, & iterum auget dictum Montem, & pariter emolumenta ad ſeptem cum dimidio pro centenario, Montiſtis aſſignat ſoluend. quolibet bimeſtri, ſed Clem. 7. aſſignauerat decem pro centenario, & priuilegia, exemptiones Clem. 7. confirmat ad ſanctem nouorum Montiſt. & pro Montis aſſecuratione quæcunque bona Reu. Cam. Apoſtol. obligat, ponentes pecunias in hoc Monte declarat non teneri ad probandum, verſas fuiſſe in vtilitatem Eccleſ. cum decreto irritante, cum clauſ. derog. &c vide Leo 10. cõſt. 36 de Montib, Sixt. 4. conſt. 16.

Illius, &c.) Iudæi quamplurimi ad fidem veniebant ob diuerſas gratias, quas à Pont. conſequebantur. Ideò Pont. pro Iudæis conuerſis, Monaſterium, & Hoſpitale erigit, & inſtituit ad ſupplicationem Ioannis Rectoris Eccleſiæ S. Ioannis de Mercato. Confraternitatem iſtam erigit in Archiconfraternitatem, Præpoſitum deputat ipſum Ioannem, cum facultate eligendi duodecim clericos, præpoſitum per confratres ad triennium eligi mandat: Iudæis ſe conuertentibus victum, & veſtitum aſſignari, & ante conuerſionem in Monaſterio, pro tempore propoſito bene viſo inſtrui præcipit, ſi confratres opem charitatis deſierint exercere fructus Archiconfraternitatis, &c. applicat Archihoſpitali S. Iacobi Incurabilium de Vrbe. Indulgentiæ cõfratribus, & alijs conceſſæ Clericis iſtius Arconfraternitatis celebran. & eis, pro quibus celebratur Indulgen. conceduntur, & facultates quæſtuandi, & colligendi eleemoſynas, proponendo Indulgentias, mittendo per Vrbem deputatos, &c. protectorem, & Iudicem ſibi eligunt confratres, coram quo cauſæ Archiconfraternitatis per Miniſtrum cognoſcãtur; Protectoris, & Iudicis iuriſdictiones procedendi, iuxta facultates A.C. aſſignat, cum clauſul. præſeruat. &c. cum decreto irritante; &c. Confratribus viſitantibus, &c. & porrigẽtibus manus adiutrices concedit Indulgent. plenariam Dat. Ro. 11. Kal. Mart. ann. 9. vide conſt. 32 Monaſt pro puell. Pij 5. conſt. 18. Reuoc. Pij 4. conſt. 34. Leo 10. conſt. 33. reuocauit Pius 5. conſt. 34.

Solet Romanus Pontifex dubia, &c.) Pont. iſte per alias eius litteras, quas hic non habes, impoſuit ſubſidium Feudatarijs, & nonnulli recuſabant ſoluere mouentes dubium, Pont. ideò declarat Feudatarios omnes etiã nihil annuatim ſoluentes, teneri ad ſolutionem ſubſidij, niſi probauerint directum dominium in eos translatum fuiſſe, Cardinalibus de Sancta Flora, & de Creſcentijs, concedit facultatem declarandi alia dubia cum decreto irritante, &c. cum clauſ derogat. &c. Datum Bonon. 9 Maij. 1543. ann. 9. vide Pij 5. conſt. 10. Nota quod non loquitur conſt. de ſubſidio triennali, quia illud fuit poſteà impoſitum, vt patet conſt. 40. & 59.

Sanctiſſimum in Chriſto, &c.) Diſceſſurus

N Pon-

Pontifex, vt cum Carolo Imperatore, & Frãciſco Francorum Rege ſe conferret pro pace tractanda, per quandam eius conſt. quam hic non habes, declarauit, Officiales, & Curiales tam cum ſequentes: quam in Vrbe remanẽtes, Curialium priuilegijs gaudere. Declarationem affert circa publicationes prouiſionum Apoſto. & etiam circa conſtitutiones, & deciſiones cenſurarum, reſeruat beneficia tam in Vrbe, quam in Ciuitate, in qua commorabitur, & intra duas dietas vacantia. Conſtitutio iſta ligat à die diceſſus, etiam ante publicationem. Pont. iſte iterum diſceſſurus ab Vrbe, vt hic eamdem conſt. innouat, publicata 1541. 27. Aug. De priuileg. Curialium, Pij 4. conſt. 32. Sixti 4. conſt. 4.

Ex debito paſtoralis officij, &c.) Impoſuit Pont. de anno 1543. ſubſidium triennale trecentorum millium ſcutorum, ſed litteræ illius impoſitionis hic non inueniuntur, & modo imponit aliud triennale ſubſidium vnius decimæ annui valoris fructuum beneficiorum ſæcularium, aliud etiam ſubſidium imponit quartæ partis annui valoris fructuum beneficiorum Regularium totius Italiæ.

21 Quæ ſubſidia deindè prorogauit, vt infrà conſt. 59. Exemptos quoſcunque ad ſolutionem iſtorum ſubſidiorum (exceptis Cardinalibus, & Militibus Hieroſolymitanis) teneri declarat, Penſiones, & fructus reſeruatos haben. ad ſoluendum ſubſidia (exceptis Cardinalibus) teneri decernit; Titularioſque pro eis ſoluere poſſe declarat, Card. de S. Flora Camerarius, deputat collectorem iſtorum ſubſidiorum cum poteſtate concordan. & componen. & contradictores coërcen. cum clauſ. derog. &c. publ. illius conſt. non inuenitur, &c. Dat. Rom. 1543. 6. Id. Mart. ann. 10. Vide ſimilem in conſt. 52.

Ex debito paſtoralis officij, &c.) Impoſuit Pont. ſubſidium trecentorum millium ducatorum, ſed litteræ illius impoſitionis non inueniuntur; Decreuit etiam per alias eius litteras, quas hic non habes; quod quicunque exempti teneantur ad ſolutionem ſubſidij; Nonnulli tamen lites deſuper introduxerũt, quas Pont. extinguit; decernitq; quoſcunque exemptos ad ſubſidij contributionem teneri. Cum decreto irritante, &c. Cardinal. de Sancta Flora Camerarius, executor illius deputatur, cum facultate dubia quæcunque in præmiſſis tollendi, &c. cum clauſul. derog. &c. Datum Romæ anno 16. De exemptionum reuocatione, Paul. 4. conſtitut. 44. Pij 5. conſt. 10. Pij 5. conſt. 13. & 40. Vide Pij conſtit. 10.

Ex debito paſtoralis officij, &c.) Ægid. cõſtitutiones ob rationes expreſſas, in varios ſenſus interpretabantur in prouin. Marchiæ. Ideò Card. de Carpo illas reformauit, & Põt. iſte confirmat; & illas in dicta prouincia Marchiæ in quibuſcunque cauſis ſeruari præcipit, cum decreto irritante, &c. cum clauſul. derogator. &c. Datum Perusiæ, 10. Septemb. 1544. anno 10. De Ægid. conſt. Sixt. 4. conſtitut. 8.

Initio noſtri, &c.) Continet indictionem, ſuſpenſionem, tranſlationem & proſequutionem ſacri, & Oecumenici Conc. Trid. & quoniam eſt 2. poſita cuilibet volumini huius Conc. Ideò relinquuntur. Dat. Ro. 8. Kal. Mart. ann. 11. Vide Iul. 3. conſt. 15.

Dilectus filius, &c.) Declarat cenſuum annuorum contractus ſuper bonis immobilibus in prouincia Marchiæ licitè fieri poſſe, cum clauſulis, &c. Datum prid. Non. Martij, anno 11. Vide Pij conſt. 80. Nicolai 5. conſtit. 4.

Accepimus nuper, &c.) Iul. 2. cuius conſt. hic non habes, accepit, quod nonnulli bona naufragata diripientes, ex antiqua conſuetudine ad ſe ſpectare prætendebant, & occupare præſumebant, vt habes etiam infrà in cõſt. 61. Accepimus, &c. Ideo ipſe Iul. 2. talem conſuetudinem nemini ſuffragari poſſe decreuit: & occupantibus bona naufragata, vltrà pœnas ei inflictas, confiſcationes bonorum, & excommunicationis pœnam impoſuit; Quod procedit in naufragijs ſequutis in quocunq; Mari, vt Greg. 13. in bulla Cœnæ conſueuerũt. immò illi recuperatores, & auxiliatores, quartam partem bonorum recuperatorum conſequi poſſunt, vt infrà in conſt. 61. Accepimus Naufragantibus auxilium præbenti indulgentias conceſſit. Idem fecerunt Iul. 3. & Pius 5. in conſt. citatis inferant, & quia Iul. 2. conſtitutio non ſeruabatur, ideò hic Pont. illã innouat, & obſeruari præcipit. Executoreſque huius conſt. deputat, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 13. Mart. ann. 11. declaratur in conſt. 59. confirmatur, & ampliatur Iul. 3. cõſt. 52. Pij 5. conſt. 7.

Cum ſicut nobis, &c.) Decernit familiares, vel ſeruitores prælatorum, infrà annum à die obitus, & ſtipendium biennij, tantum petere poſſe. Quod eſt verum ſi conſtet de mercede conuenta: alias nihil petere poſſunt, vt in Pij 5. conſt. 35. cum decreto irritantę, &c. clauſ. derog. Datum, & publicatum Romæ 21. April. ann. 11.

Cum onus vniuerſalis, &c.) Deputat legatum de latere in prouincia Vmbriæ Card. de Durantibus cum his facultatibus cognoſcẽdi cauſas ciuiles, & criminales, cum facultati-

bus

bus expreſſas. Et illas alijs committendi, & deindè ad ſe aduocandi, appellationeſque à ſententijs iudicum ordinariorum, & delegatorum recipiendi, ſæculares, & Eccleſiaſticos Dominos, Barones, &c. coercēdi, Gubernatores, & Officiales remouendi, & alios deputandi, & inter Comites, Barones, communitates, & alios pacem, vel treguas firmandi, & ad obſeruationem compellendi, homicidas abſoluendi. Componendique & concordandi ſuper quibuſcunque delictis, etiam rebellionis, & confæderationis contra Eccleſiam, hoſtes, rebelles, vel inobedientes coercendi, parlamenta etiam generalia conuocādi, & cætera quæcunque faciendi, quæ ad Legationis officium pertinent quouis modo. Cauſas criminales in Curia per Pontificem commiſſas, aut alibi pendentes cognoſcendi, & decidendi in cauſis maleficiorum non admittitur appellatio ante cōdemnationem, & condemnati in capitalibus non audiuntur, niſi in carceribus conſtituti, & in pecuniarijs, niſi facto actuali depoſito. In cauſis fractæ pacis, noua cauſa non poſſit allegari. Aſſaſinij, Homicidij, Latrocinij, & alicuius criminū abſolutio Pontifici, & Legato reſeruatur, cum decreto irritante, &c. clauſul. derogat. &c. pręcipit omnibus officialibus, vt legato pareant: Prouiſionem ſolitam à Communitatibus legationis exigendi facultatem legato concedit, deinde, conceditur facultas creandi Tabelliones doctorandi in vtroque iure. Comites Palatinos creandi, diſpenſandi cum illegitimis. Conſtituendi Notarios, abſoluendi à periurio, & infamiæ maculam tollendi, & ſuſpendendi. Licentiam promouendi etiam extrà tempora, & ad plures ordines eadem die cum neceſſitate diebus Dominicis, &c. Diſpenſandi ſuper cenſuras cum promotis per ſaltum, atque abſoluendi ſimoniacos, & eos, qui in Clericos manus violentas iniecerunt, & qui Apoſtaſiæ labe ſunt contaminati. Concedendi licentiam parochis abſoluendi ſuos ſubditos ab exceſſibus non reſeruatis ordinario, & vota non reſeruata Sed. Apoſt. commutandi, leges, & artes audiendi ſine licentia. Horas Canonicas per ſe ipſos, vel cum alijs recitandi, diſpenſandi ad plura beneficia ſe compatientia ſub eodem tecto, etiam ſi alterum ſit curatum, vel dignitas. Cum ſtudentibus circà reſidentias, & fructuum beneficiorum diſpenſandi. Beneficia quæcunque familiarium ſuorum quocunque modo qualificata, per obitum vacantia, vel intra fines legationis, perſonis idoneis etiam quæcunq; beneficia obtinentibus conferendi. Diſpenſandi in tertio, & quarto conſanguinitatis, & affinitatis gradus, & circà matrimonia ſcienter contracta abſolutione, &c. Diſpenſandi ad plura beneficia, & circà ætatis, & natalium defectus, & membrorum irregular. etiam homicid. præterquam voluntarij, dandi licentiam circa alienationem bonorum Eccleſ. in euidentem vtilitatem. Indulgen. concedendi intereſſentibus eius Miſſæ ſolen. vtendi ſuis facultatibus in locis ad quos declinauerit eundo, vel redeundo ad curiam, & impetrantes eius conceſſiones abſoluendi à cenſuris ad effectum illis obtinendi, & faciendi alia quæcunque alij legati illius prouin. facere conſueuerunt. Datum Romæ 1545. 13 Kal. Nouembr. anno 11. vide ſup. conſt. 17. & Iul. 3. conſt. 8. Vide Pij 5. conſt. 116. Pij 5. conſt. 61. Pij 4. conſt. 92. & 115. Pij 5. conſt. 4. Greg. 13. c. 66. Pij 5. conſt. 84. Pij 4. conſt. 69. Pij 4. conſt. 113. Pij 4. conſt. 69. & ſeq. Pij 4. ibid. Paul. 2. c. 20. Pij 5. conſt. 71.

Cum ſicut accepimus, &c.) Declaratio circa exemptionem ob numerum duodecim filiorum, aliam declarationem habes in Pij 4. conſt. 159. quia licet. Reuocatio aliarum exēptionum. Cum decreto irritante, &c. Executores iſtius conſt. cum clauſul. derogat. &c. Dat. Rom. 14. Kal. Nouembr. ann. 11 Declaratur à Pio 4. cōſt. 150. Quo ad alias impoſitiones, & ſubſidium triennale infrà conſt. 40. Pij 5. conſt. 10.

Cum ſicut &c.) Miniſtri R. Cameræ Apoſtol. integrè compotum reddere teneantur. Contrafacientibus pœnas excommun. latæ ſenten. periurij falſi, ac dupli crediti exigendi, & Camer. applicandi imponit. Cum decreto irritant. &c. cum clauſul derogat. publicata 21. April. 1544. de reuiſione compotorum. Pij 4 conſt. 168.

Dudum antiqua, &c.) Martinus 5. conſulibus artis iuriſdictionem dedit cognoſcendi cauſas circà res ſpectan ad artem. Libriſq; eorum plenam fidem adhiberi decreuit, vſque ad ducatos 20. Et Pius 4 auxit ad 30. in eius conſtitut. 6. volentes. Pont. iſte confirmat conſtitut. Martin. 5. cum decreto irritante, &c. cum clauſ. derog. Dat Rom. 16. Kal. Maij ann. 12. ampliatur Pij 4. conſt. 61. de materia mercatorum. Pij 5. conſt. 152.

Etſi ea, &c.) Iul. 2. cuius conſtitut. hic non habes, prohibuit aſportari Alumina de partibus infidelium ſub certis pœnis vt habes ſupra in Leon. 10. conſtitut. 36. ſicut Pont. iſte innouat, & confirmat dictam conſt. Iulij 2. & declarat in pœnas incurrere conducentes, vendentes, contrahentes, &c. Excommunicatq; eos, & inhabiles reddit ad teſtandum, & incapaces officiorum, & Ciui-

tates, ad quas illi declinabunt, interdicto Eccleſiaſtico ſubijcit, abſolutioneq; ſibi, & ſucceſſoribus reſeruat. Mandat etiã officialibus, vt illos expellant de locis, ad quæ declinabũt, Epiſcopiſq; e, & alijs præcipit, vt eoſdem publicent excommunicatos. Cum decreto irrit. &c. Cum clauſul. derogat. &c. Datum Rom. 3. Non. Maij, anno 12. Vide Leo. 10. conſtitut. 36, Iul. 3. conſtitut. 45. Pij 4. conſt. 43. Gregor. 13. conſt. 21.

Ad intolerabiles expenſas, &c.) Pontif iſte maximas ſuſtinuit expenſas, vt Turcarum Tyranno reſiſteret, & ab hæreticis fidem Catholicam defenderet, hereſeque in Germania ortas, multis modis extinguere curauit, & quia non potuit, ad armorum remedium deuenit, & Alexandrum Farneſium Cardinal. eius Nepotem cum magno exercitu in Germaniam ad Carolum Imperatorem deſtinauit pro ſuſtinendis itaque expenſis exercitus imponit duas decimas. Exemptos quoſcunque exceptis Card. & Militibus Hieroſolymitanis, & Hoſpitalibus Hoſpitalitatem ſeruantibus, ad decimarum ſolutionem teneri declarat. Cardinalem de Sancta Flora Camerarium deputat, Collectorem Decimarum cum facultatibus expreſſis. Penſionarios, & fructus reſeruatos habentes, ad decimarum ſolutionem obligatos eſſe decernit, exceptis reſeruatis. Titulareſque pro eis decimas ſoluere poſſe declarat Cum clauſul. derogator. &c. Dat. Romæ prid. Id. Aug ann. 12. Vide ſimilem Pij 5. conſt. 103. Greg. 13. cõſt. 5. & 31.

In Beati Petri, &c.) Pont. iſte per alias litteras, quæ non adſunt: erexit Collegium Militum Lauretanorum, & Collegium Militum S. Gregorij ex cauſis expreſſis. Et modo erigit Collegium Militum de Lilio nu. quinquaginta, in prouin patrim. Tuſciæ, quæ ob ſuam amænitatem meritò Lilium appellari poteſt, Collegium verò expoſuit Papæ ſummam viginti quinque millium ducatorum pro neceſſitatibus Eccleſiæ ſubleuandis; Collegio aſſignat Papa honeſtam manſionem in Ciuitate Viterbien. Militeſq; familiares Pontif. eſſe declarat. Nobiles etiam, & Comites eos, & eorum primogenitos eſſe decernit, doctorãdi facultatem eiſdem concedit, Notarioſque creandi, legitimandique illegitimos, Milites Clericos, Notarios Iudaicos verò, aureatæ militiæ milites eſſe declarat; Indulta militum circa obtinendas, & transferendas penſiones, &c. Teſtandi facultatem militibus concedit; Eximitque à iuriſdictione Ordinariorum; exemptionem etiam, circa ſolutiones impoſitionum concedit; Inſignia Militum; Milites deſcripti intelliguntur in litteris, in quibus veri familiares deſcribuntur; Regulæ de publicis prouiſionibus non ſubijciuntur; Milites officia reſignare poſſint, ſoluendo compoſitionem; Collegium habet ius condendi Statuta, & alia iura collegialia; Litteræ Apoſtolicę gratis pro eis expediantur; Inſignia Familię Farneſię, videlicèt tria Lilia militibus aſſignantur; Baldachini Pontif. delatio, exemptio à ſolutione iocalium, aſſignat illis emolumenta; Theſaurarius Papæ defendat aſſignamenta militum, Conductores Theſaurarię, & Dohanarum obligent ſe ad fauorem militum; Emolumenta Militum incipiant currere die prima Septembris Milites non teneantur probare hanc ſummam ſcutorum vigintiquinque millium in Eccleſię vtilitatem verſam fuiſſe; Aſſecuratio pro militibus in caſu extinctionis Collegij, cum clauſulis derogator. &c. Cum decreto irritante, &c. Camerarius ponat ad introitum Cameræ hanc ſummam pecuniarum per Milites ſolutarũ, Defenſores Collegij, cum clauſulis derogat. &c. Ponit formam publicam iſtam conſtit. & Nomina Militum de Lilio. Datum Romæ 4. Non. Auguſt. 1546. de augmento iſtius Collegij Paul. 4. conſt. 22. Moderatio, & reuocatio priuileg. Pij 5. conſt. 74. Clem. 7. conſtitut 14. Abrogatur Pij 5. conſt. 69. Pij 4. conſt. 116. Limitatur Pij 4 conſt 69. Reuocatur Pij 5. cõſt. 74. Limitatur ib. & quoad illegitimos abrogatur c. 124. declaratur conſt. 40. Gregor. 13. cõſt 92. De corũ pręcedẽtia, Greg 13. cõſt. 95.

Cupientes, prout noſtro, &c.) Confirmat, & roborat omnia ſtatuta, & bannimenta facta per Camerarium, ſub die 14. Auguſti 1544. & declarationes nouas editas ſub die 14. April. 1545. in fauorem Gabellę, & etiam omnia priuilegia, quæ emanarunt à ſe, vel ab alijs Summ. Pont. in eiuſmodi fauorem quoad illius exactiones. & exactionis modos, & quantitatem, &c. caſſando, & annullando omnes dilationes, ſecuritates, & gratias contra ſtatuta illius, & bannimenta ab officialibus Cur. factas, & exemptiones conceſſę quibuslibet non intelligantur in pręiudicium eius exactionis, & nemini in futurum poſſint ſuffragari, & præterquam Card. Camerario Apoſt. Theſaurarijs, & Clericis Congregatorum, & Capitulis ordinum pro bonis tantum per ipſos venditis, & alienatis, & alijs, quibus ſpecialiter fuerit per ſe gratioſè remiſſa. Quam remiſſionem nullus alius facere poſſit. Nec prædicti in aliam perſonam poſſint illam transferre. Inſtrumenta non admittantur in iudicio, niſi ſoluta Gabella, Notarij omnia inſtrumenta tradere teneantur ſub pœnis, &c. Deputat executorem, & ſuperintendentem

rem Gubernat.Vrbis Impedientes executionem excommun. incurrant,cum decreto,&c. Dat.Rom 21 Aug 1546. ann.12.

Sanctiſſimus in Chriſto,&c.) Reuocat facultates Hoſp.Sanct.Spiritus, de quibus Leo. 10 conſt.5. præter indulgentias, & facultatem quæſtuandi, quam tamen abrogat. Pius 4.conſt.82.Limitat facultates Fabricæ Sancti Petri,de quibus Clemen.7.conſt.8. inhibens hoſpitalarijs,ac fabricæ præfectis ſub pœna excommun.latæ ſententiæ,priuationis off. & benef.inhabilitatiſque ad omnia, nè contrauenіant prędictæ conſtitutioni,cum decreto, clauſul.&c. Datum Romæ 29. Nouembr. anno 12.De materia Fabricæ Sancti Petri, Pij 5. conſt 100.S.Spiritus,Greg.13.conſt.47. Sixt. 4.conſt.5.

Cum poſtquam, &c.) Innocent.8 cuius conſt.habes ſup.num.12. Quoniam Leo 10. cuius conſt.habes ſup. nu 42. Dudum Clem. 7. cuius conſtitut. non habes. Decreuerunt dilationes non concedi debitoribus occaſione rerum Ripalium; Clerici verò admiſſi ad beneficium cap.peruenit,ſeù cap.Odoardus, prætendebant non comprehendi in conſt. dictorum Pont. Pontifex ideò extendit illas conſtitutiones, & declarat ſeruari debere contra quoſcunque, etiam ſi commiſſiones, vel admiſſiones,cum expreſſa mentione rerum Ripalium obtinuerint; Libris Mercatorum Ripalium concordantibus cum libris Proxenetarum, plenam adhiberi fidem decernit; Exequutio nàmque habere,ſicut obligationes in forma Cameræ declarat. In rebus extantibus, cæteris præferantur, & res extantes ſuas eſſe probare poſſunt; Creditores Ripales,in rebus non extantibus concurrunt cum creditoribus hypothecam habentibus. Cum decreto irritante,&c. Camerarius inuentarium bonorum debitorum confici mandat, non obſtantibus ſignificationibus cuiuſcunque Iudicis, cum clauſul.derog. &c. Admiſſa 26. Auguſt.1547.ampliatur Pij 4. conſt.76.

Romanus Pontifex,&c.) Prælati quidam teſtandi facultatem non habentes, inſtituebant hæredes quædam loca pia, quæ ex indulto poterant conſequi huiuſmodi bona, & multa legata faciebant in fauorem eorum,ad quos bona deuenire non poterant,Pont.ideò declarat iſtos prælatos iure tantum legati, vel donationis decimam partem bonorum relinquere poſſe illis locis pijs, Cardinalem de Sancta Flora Camerarium, & Spoliorum Collectorem deputat iſtius conſtit. exequutorem,cum clauſul.derogator. &c. Datum Romæ 28.Martij 1548. anno 14. Vide Pij 4. conſt. 11. Pij 5.conſtitut.74.

Cum aliàs ſpoliorum,&c.) Collector ſpoliorum in Regno Neapolis cœpit poſſeſſionem bonorum,quæ reliquerat Epiſcopus Sagonenſis. Sed Princeps Melphien.de mandato Proregis,illa ſequeſtrari obtinuit. Cauſam iſtam Pontifex commiſit Achilli de Graſſis,& Hieronymo de Colle cognoſcen. Neapoli. Achilles poſt conceſſam Principi remiſſoriã, Romam remeant,& ad Concilium Tridentinum miſſus fuit à pont. Pontifex ideò in locum illius Ioannem Baptiſtam Oſium Neapolim miſit, qui tamen cauſam expedire non potuit,& ideò Romam redijt, & quidam Ioannes Martialis interim pecunias ex bonis ſequeſtratis exactas exigen. Principi conſignari mandauit. Pontifex ideò cauſam iſtam ad ſe aduocat, & in Cam. Apoſtolica terminandam committit. Inhibetque ſub pœnis, &c.de quibus ibi, & attentata per Ioannem Martialem reuocat, cum decreto irritante, &c.cum clauſul.derogator.&c. Dat.Rom. die vlt.Mar ann.14. Vide Greg.13.conſt.74.Pij 5. conſt.47.

Nouit ille,&c.) Pontif.iſte (per alias eius litteras,quas non habes) de anno 1543.impoſuit ſubditis ſæcularibus ſubſidium trecẽtorum millium ſcutorum ad triennium; Impoſuitquè alia quatuor ſubſidia expreſſa ad triennium, hæc ſubſidia Pontifex prorogauit poſteà ad aliud triennium, & modo ad aliud triennium prorogat, Cardinalem de Sancta Flora Camerarium deputat collectorem iſtorum ſubſidiorum, cum facultate dubia declarandi,concordias facien. & contradictores coercendi, & quoſcunque cogendi ad ſoluendam decimam fructuum beneficiorum ſæcularium, & quartam partem fructuum beneficiorum regularium;Excipiuntur Cardinales, & milites Hieroſolymitani, penſionarij; & illi, quibus fructus reſeruati ſunt tenentur (exceptis Card.) ad ſoluendum ſubſidium. Titula, reſquè pro eis etiam poſſunt,cum clauſul.derogator.&c.Datum Rom. 10.Kal.Iul.ann.14.Vide Iul.3.c.23.Marcell.2. c.11.

Cum ſicut accepimus,&c.) Romani in publico Concil.decreuerunt,quod ſclaui in Capitolium confugientes, & libertatem acclamantes,libertatem non conſequantur. Pontifex hoc decretum Populi Romani confirmat.Et hoc idem ipſe de nouo ſtatuit, & ſuper ſclauis licitè quoſcunque cõtrahere permittit.Conſ.Vrbis exequutores iſtius conſt. & Iudicis deputat cauſarum, tàm ciuilium, quàm criminalium occaſione ſclauorum, & eorum bonorum vertentium, cum clauſul. derog.

Digitized by Google

derog.&c. Datum Rom. 5. id. Nou. 1545. Reuocatur Pij 5. conſt 19.

Accepimus per Statuta noſtra, &c) Statuta Ripæ, diſponunt, quod recuperatores, aut auxilium præſtantes recuperationi bonorum naufragorum, lucrentur quartam partem illorum: Statutorum tamen diſpoſitio in diſſuetudinem abijt. Et domini locorum, ad quæ naues naufragium patientes perueniebant, bona occupabant, & ideò nautæ ad ripam venire recuſabant, cõſt. 42. accipimus ideò Pontifex per alias cõceſſit quartam partem bonorum recuperatorum auxilium præſtantibus, ſed nonnulli varijs modis intelligebant, proptereà Pontifex eius litteras declarat, & idem de nouo ſtatuit, & decernit, & contra occupantes bonorum naufrag. pœnas imponit. Hic caſus eſt de reſeruatis in Bulla Cœna Domini, vt in Gregor. 13. conſt. 90. conſueuerunt, cum decreto irritante, &c. cum clauſul. præſeruatiuis. Exequutores iſtius conſtitut. cum clauſul. derogator. &c. Datum Rom. idib. Mart. anno 15. Vide ſupra, conſtitutione quadrageſima-quinta.

Ad onus Apoſtolica, &c.) Ad fauorem pauperum, & carceratorum in Vrbe hæc Statuta Pontifex ſeruari mandat. Cum decreto irritan. apponit. cum clauſul. derogator. &c. Carceratus ſine mandaro Iudicis, vel culpabilis non repertus, aut qui indicia purgauerit, relaxetur gratis. Carceratus iniuſtè relaxetur gratis, & aduerſarius ſoluat omnes impenſas, captus tanquam teſtis pro informatione Curiæ non ſoluat capturam, nec carceretur, ſed examinetur, & dimittatur. Carcerati infrà triduum examinentur, & deindè, vel dimittantur, vel ponantur ad largam: ſine indicijs nemo capiatur, Indiciorum copia detur ante torturam, niſi in criminibus exceptis. Teſtes pro habendis indicijs examinati repetantur, Captus pro vno crimine, non interrogetur ſuper alijs ſine indicijs: Verba ei ſcribantur, per Notarium illius idiomatis, quo prolata fuerunt, indiciorum copiæ dentur in modum extractus: Cuſtodes carcerum ſeruent decreta Cameræ; Exequutores idem faciant, carceratorum cibatio, Cuſtodes non poſſint petere expenſas, vltra quinque dies à detentis in larga, Cuſtodes præſentent Viſitatoribus detentos in publicis, & notificent detentos in ſecretis carceribus. Arreſta dentur per Iudicem, de cujus mandaro eſt aliquis carceratus. Dilationes ſeruentur per duos mẽſes. Viſitatores qualibet hebdomada carceres viſitent, & eorum decreta exequutioni mittantur. Relaxandi ex decreto Viſitatoris non poſſint arreſtari. Computationum pecuniæ deponantur. Eleemoſynæ quomodò diſtribuantur, ſignificationes conceſſæ à Reu. Cam. ſeruentur. Infirmi detenti pro debito, habita fide Medicorum, & data cautione de ſe repræſentan. relaxentur, vel Guardiano alicuius Hoſpitalis conſignentur, immò relaxentur cum cautione iuratoria, ſi aliam non habent, vt infrà in Pij 5. conſtit. 193. Reuerendi, pecuniæ repertæ penès carceratos deponantur penès cuſtodes carcerum. Triremes viſitentur bis in anno. Carcerati non poſſunt transportari abſque decreto Iudicis. Exequutorum merces taxantur. Non carceretur quis pro altercationibus, & iniurijs verbalibus ſine armis, vel ſanguine, nec pro ſumma non excedente quinque ducatos. Confirmatur conſtitutione ſequent. & Pij 4. conſtitut. 89. Vide Pij 5. conſtit. 193. & 188.

Cum alias, &c.) Continet confirmationem Statutorum, de quibus in conſtitutione præcedenti. Et deputationem exequutoris illius conſtitutionis, & eſt clericus pro tempore carceris præſidens, cum clauſul. &c.

Alias fel. record. &c.) Iul. 2. conſt. 8. prohibuit Officiales Cam. Apoſtol. participare in contractibus Cameralibus ſub pœnis excõmunicationis latæ ſententiæ. priuation. Offic. pont. idem confirmat, & extendit ad clericos, quorum affines, & conſanguinei dictas Dohanas, Theſaurias ſalaria, & introitus conduxerint cum decret. &c. clauſ. &c. Off. Cam. Apoſt. & cler.

Exhibita nobis, &c.) Confirmat omnia ſtatuta, & priuilegia Fratrum Ord. Minorum Conuentualium, de quibus Leo 10. conſtit. 21. cum declaratione, quod bona temporalia per prædeceſſores conceſſa de ſuperiorum licentia poſſint cedere in vſus particulares cum decreto clauſul. &c. Datum Romæ 27. Octobris anno 6. Vide Pij 5. conſtitut. 14 priuileg. Ord. Minor. Reuoc. Pij 5. conſtitut. 64.

Quia ſicut accepimus, &c.) Reuocat dilationes conceſſas ad ſoluendum annatas, & iura Cam. Apoſt. prohibetque, nè amplius concedantur, ſi ſecus factum fuerit ſit irritum, & inane, cũ clauſ. &c. publicata 10. Apr. ann. 15. Reu. Dilationum.

Licet nuper, &c.) Prohibetque ſub pœna excommunicationis, & priuationis præpoſito, & officialibus S. Eleutherij ne de cetero audeant concedere excommunicationes, & conceſſas annullat. cum decreto, clauſ. &c. Pij 5. conſt. 187. Excom. S. Eleuth.

Inter

Inter alias, &c.) Confirmant facultates Magiſtrorum Viarum Vrbis procedendi ſũmariè, &c. de quo Gregor. 13. conſt. 25. in cauſis mercedum operariorum, vſque ad ſummã 25. ducat. & in alijs vſque ad 75. ducat. & non detur appellatio. Et quod cauſæ appellatiónum interpoſitarum ab eorum ſentent. in cauſis ſummam 50. duc. non excedentes infra duos menſes determinari debeant aliàs deſertæ remaneant. Priuileg. Magiſt. Via. Vr. Leo. 10. conſtitut. 25. Greg. 13. conſt. 25. Alex. 6. conſt. 5.

In cauſis perſonarum Eccleſiaſticarum, & locorum piorum Vicarius Papæ in deciſione interueniant ſi petatur; cum clauſ. decreto; &c. Vide Pij 4. conſt. 44.

Et ſi per alias, &c.) Diuerſæ erant quæſtiones occaſione impetrationum ſoluendarum pro leſtis comorum, Iõ pont. ponit taxam deſuper ſeruandam cum decret. &c.

Sanctiſſimus, &c.) Pont. per alias, quæ hic non ſunt, mandauerat impetrationes benef. defuncti obtentas illo viuente nullas eſſe. Et per alias ſtatuit impetrantes beneficia ab alijs per annum poſſeſſa exprimerent nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem, & quot annis illud beneficium poſſediſſet, & tamen multi impetrabant illa beneficia, tanquam certó modo vacantia, Pont. ideò ponit formam de cætero ſeruandam in impetrationibus benef. et quod impetrantes exprimant exceſſus, & crimina per quos modos, & cauſas, per quas, &c. & impetrationes aliter factas inualidas, & nullas eſſe declarat. Impetranteſq; inhabiles eſſe, & ad intereſſe vexatæ partis teneri pronunciat. cum decret. clauſ. &c. Dat. Rom. 17. Aug. 1541.

Extraordinarias, &c.) Cauſæ fabricæ concernunt intereſſe Cam. Apoſt. Ideò Collegiũ pro regiſtris, & alijs ſtipendijs tantum ſoluere tenetur quantum fiſcalis procurator Rom. Cur. in cauſis ciuilibus ſuum intereſſe concernentibus. Notarijque nihil vltrà recipere poſſint. Curſores pro commiſſionibus vtriuſque ſignaturæ, in cauſis fabricæ concernentibus nihil recipere decernit, cum clauſul. Dat. Ro. 8. Aug. 1545.

Cum diebus, &c.) Officiales, & Iudices nonnulli ſub cuiuſdam indulti prætextu, recuſabant parere mandatis, & inhibitionibus iudicum, quibus ex ſignatura cauſæ committebantur, immò illis non obſtantibus ad vlteriora procedebant. Ideò Pontifex iſte per aliam eius conſtitutionem, quæ non adeſt, dictum indultum reuocauit. Dubium poſteà fuit, an in reuocatione iſtà eſſet derogatum indulto fabricæ Sancti Petri, cuius cauſarum commiſſiones, aliter quam manu Papæ, & citato Oeconomo ſignatæ nullæ ſunt, Pont. igitur declarat tali priuilegio fabricę non fuiſſe derogatum, cum decret. irrit. clauſ. &c. Confirmatur Iul. 3. conſt. 33.

Cum ſicut, &c.) Debitores ad effugiendũ ſatisfactionem à Iudæis Vrbis, dilationes cõtra creditores obtinebant, & quia ex eo multa mala oriebantur. Ideò pont. omnes præterquam ab ipſo, & eius ſignatura conceſſas reuocat, & annullat. Inhibetq; Iudicibus, vt illas de cętero non concedant. Immò exequi iubet mandata exequutiua illis non obſtant. &c. cum clauſ. vide Clem. 7. conſt. 34. Innoc. 8. conſt. 12. Iul. 3. cõnſt. 31.

Cum ſicut, &c.) Deputat Card. Farneſium Archipresbyt. S. Mar. Maioris Iudicem ſuper controuerſias Cap. & Canonicorum dictæ Eccleſ. vt olim deputauerat per alias ſuas, quæ hic non adſunt Cardin. de Ceſis. cum facultate iudicandi, etiam in cauſis Criminalibus (intellige circà ſanguinem, & corporis afflictionem, vt declarauit Pius 4. conſt. 66.) Procedendi ſummariè omni appellatione remota, citandi, inhibendi, in Curia, & extra, cum clauſul. &c. deputat Notarium. Declarat, quod ſola ſignatura ſufficiat Et quod habeat facultatem procedendi etiam in cauſis obligatorijs in forma Cam. & ferijs non obſtant. &c. & iuxtà facultates Aud. Camer. de quibus Leo. 10. conſt. 15. facultates illæ extendantur ad Eccleſ. S. Potentianæ, & Euphemiæ, & poſſit procedere contra quoſcunque Religioſos, & priuilegiatos, &c. Dat. Rom. 9. Kal. Decem. ann. 5. Confirmatur Pij 4. conſt. 116. vide conſt. 79.

Inter, etc.) Fabricæ S. Petri, à Iul. 2. inchoatæ, vt habetur Clem. 7. conſt. 8. Donat iſte pont. flumen Anienis cum eius ripis, & limitibus, lignaminibus, & arboribus, & minerias lapidum Puteolanæ. Deputatiſque facultatem concedit purgandi dictum flumen, vt nauigabile efficiatur: et vtendi mineris. Cam. Apoſt. Dominos, et poſſeſſores prædiorum flumini adhęrentium per quatuor Cãnas extrà ripam, eorum poſſeſſiones mundare iubet. Et exequutores iſtius conſtitutionis deputat. cum clauſ. etc.

Vt fabrica, etc.) Reuocat licentias effodiẽdi lapides quibuſcunque perſonis, et etiam magiſtris ſtratarum cõceſſas. Et ordinat quod deputati poſſint effodi facere lapides tam marmoreos, quam lateritios in quibuſcunq; locis? Et lapides effoſſi in locis publicis, et in locis priuatis vendantur. Deputatis. Datq; facultatem procedendi contra inobedientes, cum clauſ. etc. Dat. 22 Iul. 1540. an. 6.

Si

Si diffuſis, &c.) Adminiſtratores piorum locorum colonis non requiſitis, & etiam inuitis Caſalia, & prædia alijs colonis locabant, quas locationes nonnulli prætendebant eſſe nullas. Ideò Pont. declarat, quod de cætero tales locationes fieri poſſint habita tamen diſpenſatione Sed. Apoſtol. in caſibus neceſſarijs, Dat. Rom. 1536 13. Kal. Sept. vide Paul. 4. conſt. 2. Pij 4. conſt. 125.

Attendentes &c.) Concedit Audit. Rotæ, & Sacri Palatij exemptionem à Gabella vini pro 25. vegetibus, Cum inhibitione contra officiales Gabellæ, & alios eos deſuper moleſtantes, cum clauſ &c.

Cum dilectus, &c.) Alex. Card. Farneſius Archipresbyt. S. Mariæ Maior. fuit deputatus Iudex Capit. à Canon. dict. Eccleſ. conſtit. 74. Cumque deindè Archipresbyteratum S. Petri conſequutus fuerit eandem authoritatem in eundem Papa extendit. Conceditque de nouo omnes exemptiones, facultates, & priuilegia cum poteſtate procedendi ſummariè omni appellatione poſtpoſita in Curia, & extra, cum clauſulis, &c. Datum Romæ Kalend. Nouembr. anno 9. Confirmatur Pij 4. conſtitut. 49.

Non ſine, &c.) Aduocat cauſas Fiſcum tangentes à quibuſcunque Iudicibus, & illas Camerario, & Clericis Roman. Cam. Apoſt. committit. Et concedit illis facultatem procedendi non obſtantibus commiſſionibus eorum extra Cameram; cum clauſ. &c. Declaratur, & ampliatur Pij 4. conſt. 49.

Sanctiſſimus, &c.) Panem habentes ex palatio pontificio, & illi in palatio deſeruientes declarantur eſſe veri familiares, & continui commenſales, cum decreto, &c. clauſ. &c. Dat. Ro. 1534. anno 1. Declaratur conſt. ſeq. & Iul. 3. conſt. 47. De priuilegiis ipſorum vide Clem. 7. conſt. 14.

Sanctiſſimus, &c.) Declarat præcedentem conſtitutionem primo, quod à die publicationis incluſiuè locum habeat in omnes Officiales, ſiuè dicti Officiales, vel quicunque alii coniunctim, & diuiſim panem ex palatio haberent, & in eodem cuſtodiam facerent. Secundo, quod iſta declaratio poſteà etiam ſi in Cancellaria publicata non fuerit, debeat habere locum. Tertio, quod non extendatur ad Notarios non participantes, & ſupranumerarios creatos à Card. Legatis de latere, alijs legatis, & Nuntijs cum poteſtate legati de latere. Sed tantum ad non participantes creatos à pontificibus, cum decreto &c. Datum Romæ, 1543. Vide Iul. 3. conſtitution. 47. De priuileg. familiarium Papæ, Clement. 7. conſt. 14. Obiit Rom. 4. id. Nou. 1549.

IVLIVS III. Rationi, &c.) Pœnitentiarius maior litteras officii expediebat abſque inſertione facultatum cum aſſertionibus, & ſigillo, ac ſub nomine Epiſcopi, licet eſſet Cardin. Quidam tamen his litteris fidem non eſſe habendam aſſerebant. Ideò Sixtus Quartus, cuius litteræ hic non adſunt fidem illis habendam eſſe decreuit. Sed iterum dicebant litteras Sixti ad forum tantum conſcientiæ ſe extendere, & ipſum non poſſe ſibi commiſſam à Sede Apoſtol. facultatem, aliis committere. Ideò idem Sixtus contrarium verum eſſe declarauit, pœnaſque maledictionis, excommunicationis, & interdicti, inobedientibus impoſuit, cum clauſ. &c. Paul. autem 3. cuius conſtitutio ſimiliter deſideratur Sixti 4. conſtit. confirmauit, litterarumq; exequutionem impedientibus, auxiliumque, & fauores illis præſtantibus pœnam excommunicationis reſeruatæ in Bulla Cœnæ impoſuit, cum decreto irrit. & clauſulis. Cuius litteræ ob mortem eius non fuerunt expeditæ. Hic igitur Pontif. conſtitutio Pauli Tertii valere decernit. Exequutoreſque deputat, cum clauſulis, &c. Datum Romæ, 1549. 8. Kalend. Martii, anno 1.

Officiū hoc reformatum fuit à Pio 4. cōſt. 72. Pii 5. conſt. 8.

Si paſtores, &c.) Continet inſtitutionem anni Iubilæi, quem Paul. 2. conſt. 10. ad annum 25. reduxit, & confirmauit Alexand. 6. conſt. 8. innouauit Clemen. 7. conſt. 9. Paul. 3. eundem publicari eodem modo volebat, ſed morte præuentus non potuit perficere. Ideò hic Pontif. Iubilæum indicit, indulgentiaſque aliis piis locis conceſſas pro beneplacito ſuſpendit. Dat. Rom. 6. Kal. Mar. an. 1.

Cupientes, &c.) Concedit facultatem Curialibus diſponendi de ſuis bonis in Vrbe conſiſtentibus, de quo Pii 4. conſtitut. 45. cum ſucceſſione hæredum in eorum bonis excluſa Reuer. Camer. cum inhibitione contra officiales ipſius Camer. inobedientes, cum clauſ. derog. &c. Dat. Ro. 6. Id. Mar. an. 1. Confirmatur Pii 4. conſt. 35.

De materia ſpoliorum Paul. 3. conſtitut. 34. & 58. & Paul. 4 conſt. 26. Pii 5. conſt. 115. Pii 5. conſt. 48. Greg. 13. conſt. 38. 44. 74. Sixti 5. conſt. 1.

Circumſpecta, &c.) Paul. 3. conſtitut. 26. Erexit Collegium Sancti Petri cum priuilegiis, & exemptionibus. Quæ omnia Pontif. iſte confirmat cum clauſul. &c. Dat. Rom. 12. Kal. Apr. ann. 1.

Licet nos, &c.) Decernit, quod Cardinales quibus Gubernia Ciuitatum iuxtà conclauis diſpoſitionem à Pontif. committuntur, in-

troitus

troitus Theſaurariorum aut communitatum percipere non poſſint. Datum Rom. 20. A, n. Anno primo. Confirmatur Pij 4. conſt. 3.

Illius &c.) Infideles multi ad fidem venire recuſabant, quia publicam pœnitentiam facere horrebant. Ideo pont. quoſcunque infideles hæreſes priuatim abiurantes, ac priuatam pœnitentiam agentes termino aſſignato abſoluit, & ſuper irregularitate diſpenſat, ipſoſque, atquè eorum ſucceſſores ad gradus & honores reſtituit, impœnitenteſquè inquiſitoribus nunciari præcipit termino 30. dierum ſub pœna hæreſis, & alijs contra hæreticos decretis. & per inquiſitores generales eoſdem impœnitentes omni appellatione remota coerceri mandat; cum clauſul. &c. forma publicandi, &c. Et de abiuratione conſtare debeat per ſcripturam manu propria eius ſcripta, & per Notarium publicum, aut inquiſitorē ſubſcriptam. Dat. Ro. 3 Kal. Maii, an. 1. Vide Pau. 3. conſt. 7.

Cum meditatio, &c.) Reuocat facultates legendi, & tenendi lib. de fide ſuſpectos, quibuſcunque conceſſas, exceptis inquiſitoribus. Inhibetque eiſdem perſonis ſub pœnis omnibus, & cenſuris à Sede Apoſtol. huiuſmodi impoſitis, ne legant, aut teneant. Monetque impreſſores, & bibliothecarios, præcipitque ſub pęna hæreſis, vt infrà terminum 60. dierū Inquiſit. locorum eoſdem libros aſſignent, & contra inobedientes. Inquiſ. generales procedant, cum clauſul. &c. Conſignantes autem lib. in termino præfixo abſquè alia abiuratione à pęnis incurſis ſint abſoluti, niſi ex alio, quam ex retentione lib. de hæreſi ſuſpecti fuerint. Dat. Ro. 3 Kal. Maii, ann. 1. Pau. 4. cōſt. 39. Pii 4. conſt. 102.

Cum onus, &c.) Continet facultates Card. Sabelli Legati in prouin. Marchiæ. Cognoſcēdi cauſas, &c. Committendi, & auocandi illas. Religioſos, & Barones coercendi, & bona eorum confiſcandi. Officiales ſuſpendendi, remouendi, deputandi. Diſcordias ſedandi; Homicidas abſoluendi. Confœderationes contra Eccl. ſtatum annullādi; ſuper delictis Vniuerſitatum componendi. Inhabilitatis, & infamię maculas tollendi. Contra Rom. Eccl. hoſtes bella incidendi; Contradictores coercendi. Priuilegiis omnibus aliis huius prouin. Legatis conceſſis gaudeat, cum decreto, clauſ. &c. Dat. Rom. 12. Kal. Maii, ann. 1. Vide Paul. 3. conſt. 17. 21.

Cum ſicut, &c.) Hæredes Clericorum beneſ. fructus tempore obitus inexactos exigebant, debita autem, & legata eorundem, & precium annuli. Cardin. & ornamenta Cappellæ recuſabant. Cam. Apoſtol. aſſignare. Pont. ideò declarat huiuſmodi hęredes tàm ex teſtamento, quam ab inteſtato fructus inexactos exigere non poſſe. ſed illos ſpectare ad beneſ. ſucceſſores, qui inde debita, & legata ſoluere debent, ſi aliundè perſolui nequeant, Et quod ornamenta Cappellæ Card. ad Reu. Camer. Apoſtol. ſpectent; Et annulos, qui pretiū duc. 50. habent, hæredes Card. Cam. Apoſ. ſoluere teneantur cum clauſ. &c. Dat. Rom. 26. Iun. an. 1.

Dudum &c.) Declarat ſuperiorem conſt. Quod ſolum legata, quæ per ipſos beneficiarios dùm in ſanitate exiſtebant ad pias cauſas facta, & debita, quæ occaſione beneſ ad quæ fructus ſe extendunt contracta eſſent, compræhendat; & ideò ſucceſſores ad alia minimè teneantur, cum decreto irrit. clauſ. &c. publicata 4. Aug. an. 1.

Dudum &c.) Ponit aliam declarationem, quod ſcilicet prædicta conſtitutio non ſe extendat ad beneficia locorum, in quibus collectores à Cam. deputātur, cum decr. clauſ. &c. publ. die 1. Iul. 1551.

Officij noſtri, &c.) Paul. 3. conſt. 28. & 68. præceperat Fratribus Cappuccinis, ne reciperent Fratres de Obſeruantia, abſq; licentia ſuorum Superiorum; Et nihilominus contrafactum fuit. Quare pontifex receptiones tales annullat; Generalique Fratrum de Obſeruantia, facultatem concedit reducendi dictos Fratres ad eorum Monaſteria, Cappuciniſquè iterum prohibet ſub cenſ. & pęnis ne receptionem dictorum Fratrum impediant; Deputat exequutores iſtius conſt. cum decr clauſ. &c. Dat. Rom. 25 Aug. 1550.

Licet, &c) Pont. quoniam tempore obitus Paul. 3. ærarium exhauſtum inuenit, ità vt nō potuerit veſtes, conſt tuere pro Militibus S. Petri iuxtà conſt. Leo. 10. ideò in recompenſam veſtium, ac laborum eorundem primogenitos; etiam illegitimos nobiles eſſe decernit, ipſoſque Cubicularios, & Scutiferos etiā laicos coniugatos, & bigamos penſiones habere poſſe declarat; Teſtatique, & diſponere poſſe concedit de acquiſitis de bonis Eccleſ. etiam ad fauorem incapacium; Quod beneſ. impetrationibus non ligentur Regulis Cancell. Gaudeant indultis, & priuilegiis, etiam poſtquam officium dimiſerint Militum S. Petri, S. Pauli, De Lilio Referendariorum familiarium pontiſ. &c. cum decret. clauſ. &c. Dat. Rom. 15. Kal. Nouembr. 1550. anno 1. De Militibus Sanct. Petr. Leo. 10. conſt. 36. S. Pau. Paul. 3. conſt. 24. De Lilio, Paul. 3. conſtit. 53. Referend. conſt. 24. Familiarium pont. Cle. 7. conſt. 14. Reuocat Pius 5. conſtit. 74. Idem conſt. 124.

Licet,&c.) Inquiſitores à nonnullis impediebantur in eorum officio ſub diuerſis prætextibus contra Gregor.9. conſt.3.Innocen.4. conſt.4.Alex.4.conſtit.10.Pont.ideò pręcipit, vt nemo illos impediat in negotio inquiſitionis, nec ſe ingerat in cognoſcendo crimina hæreſis,niſi ab Inquiſit.requiſitus.Inobedientes,& eorum complices, atque fautores pœna priuationis communionis fidelium,participationis Sacram. maledictionis, & excommunicationis incurrant; Quas,& Inquiſit. incurrant ſi admittant laicos cognoſcere de hæreſis.cum forma publicationis, &c. Datum Rom.14.Kalend.April.1550.anno 1. Vide Pii 5. conſt.86. de priuil. Inquiſ. Clem.7. conſt.36.

Cum ad tollenda, &c.) Paul.3. indixerat Conc.Trident.conſt.43.quod translatum fuit Bonon. ideò hic Pont.reuocat illud ad Ciuit. Tridentini pręlatoſque monet, vt eius proſequutioni aſſiſtant.Dat.Rom.18.Kal.Decemb. 1550.an.1.

Cum ſicut,&c.)Deputat dictum D.Franciſcum de Aſpra familiarem ſuum antiquum Collectorem Spoliorum per totam Italiam, reuocando omnes alios collectores, atque ſubcollectores,& facultates illis tributas,cum omnimoda facultate ſuper ſpoliorum collectione;& videndi computa aliorum collectorum,& ſubcollectorum, & compellendi vſurpatores eorum ſub pœnis, & cenſuris ad cōſignationem, & ſolutionem . Declarandique contradictores incurriſſe in illas aggrauandi, & regrauandi eos,&c. Vnum,& plures ſubcollectores ſubſtituendi, & reuocandi quoties videbitur,cum decr.& clauſul.&c. Dat.Rom. 8.Feb.an. 1.

Romanus Pont.&c.) Prælatis aſſiſtentibus in Cappella pont.priuilegium concedit conferendi beneficia quandiù præfuerint ſuæ Eccleſiæ menſibus alternatim vacantibus,modo reſeruationi Summ.Pontiſ.non fuerint affecta. Nobilitatiſque titulo decorat, ſua inſignia eiſdem donat. Exemptionem à ſolutione decimarum,& impoſitionum concedit. Et facultatem deputandi Viſitatores, & affittandi beneficiorum prouentus ad biennium;Diſponendi de eorum bonis etiam acquiſitis de rebus Eccleſ. etiam ad fauorem incapacium. Notarios,Milites,& Equites auratos creandi,& legitimandi illegitimos,ſine tamen præiudicio venientium ab inteſtato. Doctorandi in vtroque iure,quod abrogat Pii 5.conſt.62. Ordines conferendi extra tempora à iure ſtatuta;procedendi contra quoſcunque criminoſos.Viſitandi Eccleſias,etiam exemptas; Cauſaſquè criminales cum Iudice, vel aſſeſſore cognoſcendi abſque incurſu criminalitatis.Concedit etiam indultum circà permutationes,ac reſignationes beneficiorum, cum facultate eligendi confeſſorem, cum clauſul. decreto, &c. Datum Rom. 6. Aprilis 1551. anno 2.Reuoc. Pii 5. conſtitut. 10. Reuocat. Pii 5.conſt.124.Greg.13.conſt.92.Pii 4. conſtitut.123.

Cum ſicut, etc.) Continet abſolutionem Hæbreorum à quibuſcunque delictis,prætèrquam læſæ Maieſt.homicidii,& falſæ monetæ; Et quod contra illos procedatur iuxtà formā iuris,& conſt.locorum collectæ, extraordinariæ eis non imponantur; Ad ſigni delationem non cogantur;Dilationes eorum debitoribus non concedantur;Eorum filii ijs inuitis non ſubducantur; Eorum inſtrumenta per Chriſtianos Notarios effici poſſint;Officiales hāc conſt.ſeruent,cum clauſ.&c. Dat Ro.9. Iunii 1551.ann.2.De Iudęis Nic.3.conſt.1.Reuoc. Pii 4.conſt.5.

Cum ea,&c.) Decernit Curſores ſolum,& non alios poſſe, & debere citare in omnibus cauſis Rom.Cur.etiam à priu.ordinariis, in quibus aliqua commiſſio papæ pręſentatur Capitoliuis dumtaxat exceptis; Contrauenientibus pęnam excommun. latæ ſententiæ imponit,& inhabilitatem ad beneficia obtenta,& obtinenda; Deputat exequutorem, & apponit clauſul. &c. Datum Romæ 6.id.Iul. anno 2. Vide conſtit.24.Clem.7. paul.3. conſtitut.12.

Sincera,&c.) Continet confirmationem indultorum,& indulgētiarum SS.Roſarii, per prędeceſſores conceſſorum,cū clauſ.etc. Dat. Ro.24.Aug.ann.2.Vide Six.4.conſt.9.cum ibi notatis.

Ad aures,&c.)Cofirmat, & innouat exemptionem à paul.3. cuius conſtitut. non adeſt, conceſſam Cathecuminis ab omnibus gabellis,datiis,et angariis pro rebus ad eorum familiarium vſum ſpectātibus aſſignat exequutores cum poteſtate puniendi quoſcunq; inobedientes omni appellatione remota, cum clauſ.decreto,etc.Dat.Ro.18.Kal.Oct.ann.2. Vide pau.3.conſt.32.

Ad eximia, &c.) Confert Franciſco de Albertis officium Auditoriatus Cam. Apoſt. cum omnibus indultis, et priuilegiis, de quibus Iul.2. conſtitut.17. Leo. 10. conſtitut.3. cum ibi notat.*Dat.*Rom.prid.Non. *Decemb.* ann. 2.

Cum ſicut,etc.) Multi iuris ignari licētiam doctorandi ſe à Sede Apoſtol.obtinebant; Ex quo,quia multa mala oriebantur;pont.decernit,neminem de cætero Doctorem in Vrbe creari poſſe, niſi à Collegio Doctorum Adnoca-

uocatorum Conſiſtorialium, Doctorumque creationes ab aliis faciendas, irritas, & nullas pronunciat; pauperes quoque gratis doctorari debere iubet, cum clauſ. &c. Dat. Ro. 6. Feb. 1552. ann. 2. Doctorandi forma in artibus, & ſcientiis pij 4. cõſt. 116. Reuocat priuil. doctorandi, pij 5. conſt. De priuil. ſtudii, ac ſtudentium, Leo. 10. conſt. 24.

Licet nos, &c.) Suſpendit ad ſuum beneplacitum omnes exemptiones à ſolutione ſubſidii, & cenſuum Reuer. Camer. Apoſtol. debitorum, & aſſignationes, prouiſiones, & largitiones ſuper prouentibus eiſdem Camer. quibuſcunque conceſſas. Inhibetque officialibus, nè illas præterquam Camerario ſignatas admittant; cum clauſ. &c. publicata 23. Feb. 1551. an. 2. Vide reuocationem generalem omnium exemptionum, paul. 4. conſt. 44. pij 5. conſt. 10. paul. 3. conſt. 41.

Ab initio, &c.) Subſidia à paulo 3. impoſita ex cauſis prorogat ad aliud triennium; Collatorem deputat Cardin. S. Floræ cum facultate declarandi dubia, Concordandi, &c. penſionarios pro rata teneri declarat, ſoluentes pro illis ratas poſſe ſibi tenere decernit, cum clauſulis, &c. Datum Romæ, 17. Kalend. Aprilis, anno 3. Idem fecit Marcellus conſtit. vnica.

Menſis &c.) Declarat, quod tempore Sedis vacantis, Paul. 3. in fatalibus cauſarum nõ computetur: imò iudices ad fatalia reſtituenda teneantur: cum clauſulis, &c. Vide ſimilem pij 5. conſtitut. 185. Greg. 13. conſtitut. 17.

Cum accepimus &c.) Decernit, quod retinentes ſcripturas ad Camer. Apoſtol. ſpectantes reſtituant ſub pœna excommun. latæ ſententiæ, priuationis, inhabilitatis, &c. Scientes ſub iiſdem pœnis reuelent, inobedientes coerceantur per incarcerationem; pub. vltim. April. ann. 3. ampliatur pij 4. conſt. 9. Vide Adrian. 6. conſt. 1.

Cum ſicut, &c.) Paul. cõſt. 7. Alienationem bonorum Eccleſ. prohibuit, ſed tamen multa contra formam ſuæ conſtitutionis fuerunt alienata; ideò Pont. deputat Cardinales duos, vt dictas alienationes ſummariè, &c. reuideãt; Et concedit facultatem eiſdem eadem bona in euidentem vtilitatem Eccleſ. de nouo locãdi, & condendi, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 21. Maii 1551. anno 3. Similem fecit pau. 4. conſt. 34. & pius 5. conſt. 101.

Cum ciuitates, &c.) Confirmat, & innouat multas conſtit. Summ. Pont. contra homicidas, eorum que fautores editas; Reuocatque, & prohibet Franchitias ſub pęna læſæ Maieſt. cum clauſ. &c. Dat. Rom. Vide Pij 2. conſt. 8. cum ibi adnot. De Franchitiis, pij 4. conſt. 64. Greg. 13. conſt. 20.

Et ſi Saluatoris, &c.) Hoſpit. Sanct. Spirit. in Saxia de Vrbe, vacabat per obitum Alex. Ep. Adiacent. pontif. ergò pro maiori vtilitate ipſius ſupprimit illius præceptoriam vacantem, & Confraternitatem erigit; Cui regimen, & curam Hoſpitalis committit, ordinatque, vt Cõgregatio fiat qualibet hebdomada, & quod à maiori parte deputatorum ordines exequutioni mandentur; Diſponit deputatorum facultates, cum decreto, &c. clauſ. &c. Decanum Card. deputat defẽſorem, Dat. Rom. 18. Kal. Nou. 1552. anno 4. Leo. 10. conſtitur. 5.

Cum ſicut, &c.) Furnatiorum Vniuerſitas condidit varia Statuta artem concernentia; Conſuleſque artis vigore eorundem vſque ad quamcunque ſummam inter homines de arte, & contra alios vſque ad ſummam ſcutorum 20. ius reddebant, de rebus ſpectantibus ad artem, Leo. 10. cuius litteræ non habentur: decreuerat debitores pro precio panis ad dilationes, ſeù ceſſiones bonorum non admitti, & in cauſis panis ad quoſcunque Iudices ſummariè procedi ordinauit, pontif. ſtatuta confirmat; Conceditque Conſulibus iuriſdictionem, & quod dilationes, & ceſſiones debitoribus non ſuffragantur, cum decreto, clauſ. &c. Dat. Rom. 2. Decemb. 1552. anno 3. Confirmatur, & ampliatur per Greg. 13. c. 80. Six. 5. c. 47.

Nuper nonnullis, &c.) pontif. per alias ſuas quæ non adſunt, reuocauerat dilationes, & moratorias, inhibuitque Iudicibus, nè de cætero illas concederent; Confirmat nunc eaſdem litteras, & dilationes conceſſas annullat; inhibet, ne concedantur; committitque Aud. Cam. vt inobedientes coerceat, cum decreto, &c. clauſ. &c. Excipiuntur Viſitatores Carcerum, quando miſerabiles perſonę non poſſunt creditoribus ſatisfacere. Quod declarat cõſt. 57. Dat. Rom. 15. Decemb. ann. 3. Similem habes paul. 3. conſt. 73. De viſit. Carcerum, pij 5. conſt. 193. cum ibi adnot.

Decet, &c.) Paul. 3. per quamdam conſtitutionem, quæ non adeſt, reuocauit indultum, per quod nonnulli officiales recuſabant parere mandatis &c. Et per conſtitutionem 72. declarauit per illam reuocationem non eſſe derogatum indulto fabricę Sancti Petri, pont. iſte confirmat dictam declarationem; Et illud denuò ſtatuit, & ordinat, quod commiſſiones cauſarum tàm gratiæ, quàm iuſtitiæ intereſſe Fabricæ Sancti Petri de Vrbe concernentes, aliter quam manu pont. et citato œconomo ſignatæ nullæ ſint, cum decreto, etc. clauſul.

O 2 etc.

etc Datum Rom.20.Iul.anno 3.

Nuper,&c.) Hic pont.per alias ſuas,quæ non adſunt, impoſuit Gabellam vnius quatreni pro qualibet libra carnis minuatim vendendæ per emptorem ſoluendi, Et cum mutuum recepiſſet à ſubditis anno præcedente, quod ne detrahatur in ordinariam impoſitionem extinguit; Subſidium quatreni carnis ad quinquennium durare decernit; Exactorem deputat; Dat.Rom.4. Apr.1553. ann.4. Declaratur infrà in conſt.37.extenditur Paul. 4.conſt.6.prorogatur conſt.57.

Videntes nos,&c.) Prohibet ſuos ſubditos militare ſine licentia ſub pœnis, &c. Stipendia occultè dari,promitti, & recipi prohibet ſub pœna excommun.& priuationis;Reuelatores inobedientium præmia conſequantur; Non reuelantes verò pęnas: Notificantes ſe ipſos intra biduum impunitatem recipiant; Dat.Rom.25.Apr.ann.4.1553. Vide Clem.7. conſt.15.

Sanctiſſimus,&c.)Confirmat litteras aliorum pont. prohibuitque, ne quis aſſequatur, ſeù retineat ſuum beneficium litteris Apoſt. deſuper non expeditis ſub pœna amiſſionis eiuſdem, & inhabilitatis ad ea, & ſimilia, cum decreto; &c. publicata 21. Mai, 1553. an.4. Vide Iul.2.cõſt.4.& Pau.4. cõſt.5.Clem. 5.conſt.20.

Dudum,etc.) Declarat,quod Gabella Quatreni carnis non comprehendat carnes hædorum, & quod quicunque etiam exempti ipſam gabellam ſoluere teneantur,cum clauſ. &c. Dat. Rom.1. Iul.anno 4. Vide pii 5.conſtit.10.

Ex incumbenti,etc.) Prohibet ſal externum in locis Sanct.Roman. Eccleſ. mercari poſſe in publicos,vel priuatos vſus, cum clauſ.&c. Datum Rom.11.Iul.1553.anno 5. Greg.13. conſt.52.

Sæpenumero,etc.) Statuta Vrbis antiqua, diſponebant certo modo transſumptari debere instrumenta Notariorum defunctorum, quod & diſponunt noua. Hæredes verò priuilegia tranſumptandi non ſeruatis illis ſolemnitatibus impetrabant,ex quo mala oriebantur, ideò pont.reuocat,& annullat dicta, priuilegia,cum clauſ.&c.Reuoc. priuil. transportandi inſtrum.

Sanctiſſimus,etc.) Continet, quæ beneficia Cardinales conferre valeant. Quod Regulæ Cancell.Apoſtol.reſeruationem,aut affectionem beneſ. inducentes non ſe extendant ad iſtas collationes Cardinalium. Quod prouiſi à Cardin. de beneficiis valoris vltrà duc. 24. de Cam. nouas prouiſiones à Sede Apoſtol. & litteras deſuper expedire, et annatam ſoluere teneantur. Reuocatque omnia indulta Cardin.conceſſa,quæ huic conſtitutioni contrariantur, cum clauſulis, &c. publicata 2. Octobr.1544.anno 5.vide Clement.7. conſt. 41.Reuocat,& declarat pii 5.conſt.36.Indulta Car.beneſ.colla.

Cupientes,&c.) Pius 2. cuius conſtitutio non adeſt,non ſoluentibus annatam pœnam excommun.impoſuit. Quod fecit, & paul.2. conſt.9.de beneſ.& Monaſt.vnitis, & non vacantibus,ſtatuens ſolui quindennia, & Innocent.8.conſtitut.1.confirmauit poſt ſupradictas conſtitutiones multæ vniones factæ ſunt,& in Apoſt.non fuerunt receptæ obligationes de ſoluendis annatis. Ideò pontif. innouat,& confirmat conſtitutiones prædictas, & illas ampliat ad quæcunque beneficia, cum decreto,clauſ.&c. Datum Rom. 15.Kal.Ian. an.4.1553. Vide dictam conſt.9. pauli ibi adnotatis.

Creſcentibus,etc.) Confirmat, & innouat ſtatuta Dohanæ,ſeù Gabellam mercium Almæ Vrbis circa ſolutionem duorum duc. pro qualibet ſalma ſerici. Dat.Rom.18. Decemb. ann.4.

Volentes vt tenemur, &c.)Præcipit, quod Faui mellis, qui mercimonii cauſa ad Vrbem afferuntur Dohanæ mercium ſolutioni ſubiecti ſint.

Cum nos,etc.) Deputatur Camerarius, & Theſaurarius exequutores Conſtitutionum Apoſtol.editarum circà annatas, & quindennia ſoluenda Rom.Cam. ob prouiſiones, & vniones beneſ. cum facultate procedendi, &c.cum clauſulis,&c.Dat.Rom.Ianuar.1554. ann.4.

Et ſi,etc.)Confirmat conſtit. paul.2. quam commemorat paul.3. conſtitut.51. & Leo. 10.conſtitut. 36. & pœnas excommun. & aggrauat circa eos, qui Alumina de partibus Infidelium deferunt. Et loca, ad quæ illi declinauerint interdicto ſupponit. Mandat officialibus,et aliis,vt eos expellánt;præcipitque Epiſcopis,vt hanc conſtitutionem publicare faciant,et contrauenientes denuntiet excommunicatos,cum clauſ.etc.*D*at.Ro.13.Kal.Feb. ann.5.

In multis,etc.) Continet pœnas blaſphemantium applicando eas orphanis, et Cathecumenis, deputat Iudices inquiſitores generales hæret.prauit. Modum reuelandi, et qui non reuelant incurrant eaſdem pœnas. Eaſdem incurrant falſi denunciatores, et teſtes. Se ipſos accuſantes ſint abſoluti. Quod iſta conſtitutio liget etiam exemptos,& in Vrbe tantum.Dat.Romæ 1.Febr.anno 4.vide pii 5. conſt.4.

San-

Sanctiſſimus etc.)Declarat, quod Eccleſiaſtici prælati pauem habentes ex palatio pont. ſint veri familiares, & commenſales ipſius pontif. Vide paul.3.conſtitut.70. Clem.7.conſtitut.14.

Cum ſicut,&c.) Approbat conſtitutiones aliorum pontif.circa non ſoluentes annatas, & decernit, quod benef.fructus Camer.Apoſtol.reſtituere teneantur, quos] illis remittit, ſi ſoluant. Camerario, & Theſaurario committit,vt illas exigant, & facultates concedit,&c. cum clauſ. &c. publicata 7.April.s, anno 5.

Cum ſicut, &c.) Inquiſitores generales ſub die 9.Septembr. milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, omnes Lib. Talmud.intra Hebræos Vrbis repertos comburi fecerunt. Et indè per publicum edictum mãdarunt Epiſcopis, & aliis, vt idem exequerentur in ſuis Diœceſibus,& intimarent Hebræis, vt tales libros infrà certum tempus officialibus conſignarent. Ideò pontif. præcipit, vt elapſis quatuor menſibus à die ſupradictæ intimationis, tenentes libros huiusmodi,coerceantur pœnis impoſitis,apoſtatãtibus à fide, cum clauſ. &c.Dat.Rom.29.Maii, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto,ann 5. Vide Innoc 4.conſt.1.Greg.13.conſt.75. Cle. 8.conſt.2.

Quamuis,&c.) Deputat Cardin.de Puteo, & S.Clement. cum facultate liberandi bona emphyteutica Eccleſiarum cum recompenſatione Dominis aſſignanda, & aliqua pecuniarum ſumma per Camer.Apoſtol.ſoluenda, dummodò bona deuoluta directis Dominis incorporata non ſint, vel iudicatum non fuerit ad fauorem eorumdem. Prouidendi abſq; cauſæ cognitione,& prorogandi bona etiam ſic liberata eximendi à ſolutione cuiuſque oneris, ad quod tenerentur tanquam bona Eccleſiaſtica ſtatuendi, vt non poſſint confiſcari,niſi pro crimine læſæ Maieſtatis, aut rebellionis. Et liberè vendi, & alienari valeant. Appellatio, reſtitutio in integrum,aut reductio ad viam iuris,& reclamatio omninò prohibetur, cum clauſ. decreto,&c. Recompenſa cenſuum,&c. ſi tempore liberationis & affrancationis non reperiantur,deponantur pecuniæ penes aliquam perſonam fide dignam, & facultatibus idoneam, quæ de ipſis benef. recompenſam reddere, &c. Datum Romæ 4. Kal.Iun.ann.5.Vide c.5.

Confirmatur,& ampliatur conſt.53. Vide Clem.conſt.18.cum ibi adnotat.

Paſtoris,&c.) Præcipit, quod Iudæi pro qualibet ſynagoga quolibet anno ſoluant duc.10. Hoſpitali Cathecumenorum Vrbis, cum decreto,&c.clauſ.&c.Datum Rom.prid. Kal.Sept.ann.5.*Declaratur*,& ampliatur pau. 4.conſt.14.

Cum nobis,&c.) Nautarum naufragãtium bonorum diripiebantur,vt in Paul.3.conſtit. 45.Idcò pontif. præter pęnas excommun. & aliàs, imponit pęnam pecuniariam his, qui nauibus naufragantibus,&c.impedimentum, & moleſtiam attulerint. &c. concedit Martino Cunſuli;& præceptori ſubditorum Caroli Imperat.facultatem recuperandi talia bona, & reſtituendi ea eorum patronis,Baronibus, &c.præcipit,vt eidem fauorem pręſtent. Indulgent.concedit his, qui Naufragantibus auxilium præſtiterint,cum clauſ.&c. publ.22. Oct.ann.5.

Dudum,&c.) Declarat conſtitut.50. de bonis emphyteuticis primo, quod procedat quoad bona caducitati, & deuolutioni non ſubiecta. Et Montes in recompenſam liberationum aſſignari poſſint. Secundo, quod habeat locum etiam ſi inter partes ſit conuentum bona illa affrancari non poſſe vigore litterarum Apoſtol. & circa applicationem recompenſæ. Quod inhibeatur iudicibus, & partibus etiam ſub pœnis, & cenſuris, & decreto irrit.nè procedant ex cauſis pendente tractatu liberationis. Reuncatque quaſcunq; facultates liberandi bona Eccleſiaſtica. Dat. Rom.24.Oct.anno 5.Leo.10. conſt.13. Clem. 7.c 18.

Beatiſſimus, etc.) Aromatarii exponunt, quod alias Vicar.papæ.& Conſeruatores Vrbis eorum Conſulibus conceſſerunt iuriſdictionem cognoſcendi cauſas contra quoſcũque ſęculares de rebus ſpectantibus ad artem. Eorumque libris vti publicis ſcripturis fidem adhiberi.Et Archiepiſcopum Beneuentanum hanc conceſſionem confirmaſſe. Quare petunt confirmationem. Et quod non obſtante conſtitutione pau.3.quæ hic non adeſt, eorum libris credatur etiam elapſo anno. & eorum credita valeant,vt obligationes in forma Cameræ, pont. mandat expediri motum proprium arbitrio Cam. & poſt conſultationem fuit reſolutum,vt expediretur,videlicet,quod Aromatariorum libr. crederetur vſque ad annos quinque inter præſentes, & ipſos anteriores eſſe aliis creditoribus defuncti; vel decocti pro medelis ei ſubminiſtratis,& non venire in diſcuſſione. Libri tamen per Conſules approbari debeant,aliàs nihil probent,& ſtatuta artis ſeruentur,&c.cum clauſ.&c. Dat. Rom.1551.16.Nouemb.ann.2. Vide Pii 5.conſtit.208.

Dignum,etc.)Decernit, quod exules quorumcunque locorum, & præſertim Regni

Neap.

Digitized by Google

Neapol.pęnas incurrant,ſi capiantur in locis Sanct.Roman.Ecleſ. ſubiectis poſt publicationem præſentium. Idem de recuperatoribus.Datum Rom.vigeſimoquinto Maii, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto,ann.quinto.Vide conſt.57.Bannit.Vide Pii 2.c.8.

Cum nuper,etc)Quoniam viſitatores carcerum dilationes conceſſas principalibus carceratis eorum etiam fideiuſſoribus ſuffragari decreuerant.Ideo pont.mandat viſitatoribus,ne de cætero id faciant, cum clauſulis, etc.

Nuper,&c.)Declarat conſtitutionē quinquageſimamquintam, quod ſci.icet in illa non comprehendantur Ciues. Rom. etiam non originarii, neque illi,quorum bona coram Gubernatore producta, & non fuerunt publicata,cum clauſ.&c. Dat.Rom.29.Maii, anno quinto. Vide conſt.8. Pii 2.cum ibi ad notatis.

Cum ſicut,&c.)Confirmat ſtatuta Dohanæ mercatorum Vrbis,cum clauſulis, decreto,&c.

Cum ſicut,&c.) Confirmat conſtitutiones omnium aliorum pontif. contra homicidas, ac bannitos duellantes origolos,&c.Et committit Vrbis Gubernatori, vt contra tranſgreſſores procedat etiam ex officio Cur.citando etiam per edictum. Contrauenientes ignorantiam poſſint alleg.re ad ſe defendendum ſeruato iuris ordine. Sed hoc in futurum non valeat. De publicis hoſpitatoribus ſcientia,& culpa non præſumatur, cum clauſul.&c.

Cum ſicut,&c.) Conceſſit affidatis,vt in itinere per modicum paſcuare poſſent, & viæ ſtrictæ ampliaretur, quod declaratur Greg. 13.conſt.46.Quibus non obſtantibus Affidati impediebantur. Ideò pont.confirmat conſtitutiones aliorum pont. eorumque defectus ſupplet:præcipitque Affidatos non moleſtari ſub pœnis indignationis, interdicti, & 500. duc.exequutorem deputat cum facultate puniendi inobedientes,& quod quo ad damna illata conducentibus medio iuramento credatur,cum decr.clauſ.&c. Vide Pii 2.cōſt. 10.cum ibi adnot.

Cum inter, &c)Confirmat conſt.25. Innoc.8. Quod ciues Rom.non originarii ſoluant fidam ſicut foreſes,cum decr.clauſ.&c. vide ibi adnot.

Cum ſicut accepimus, &c.) Confirmat facultates Vic.Vrbis, circà cauſas iudæorum. Inhibetque Iudicibus Vrbi, nè in cauſis Iudæorum ſe intromittant,cum clauſ.&c. Non procedit in cauſis iud.Banchetiorum, Grego. 13.conſt.43.De iuriſd.Vic.Vrbis. Vide Clem. 7.conſt.23.

Cum ſicut,&c.) Religioſi multi ſub variis prætextibus extrà clauſtra degebant. Ideò pont.committit Aud.Cam.vt eos moneat ad oſtendendum eorum iura. Et inobedientes coerceant.Comparentes cogat ad videndum ſi diſpenſationes ſint minus legitimæ, & ipſi ſint vitæ ſcandaloſæ.Pęnitentes abſoluat.cum facultate citandi,&c. appellatio non admittatur,niſi ex reſcriptu ſignato manu papæ, cū clauſ.&c.vide Paul.4.conſt 29.

Dudum, &c.) Paul.3.conceſſit militibus de Lilio, facultatem reſignandi officia, & vnā ſtantiam,&c. pent.iſte ex cauſis impetrationes officiorum à pontif.tantum, & in eius manibus reſignationes fieri mandat.Prohibet legatis,& prouin.Gubernatoribus, vt à reſignationibus officiorum ſe abſtineant. Reſignationes alitèr factæ nullæ ſi:t, extra Curiā non admittantur,cum clauſ.&c.publ.13.Feb. 1551.ann.1.

Cum inter,etc.)Continet, quod ſinguli Artifices,& Opifices Almę Vrb.quolibet trimeſtri Iulium vnum pro expurgatione viarum vrbis ſoluere teneantur exactori Magiſtrorum viarum,cum clauſ.&c.Dat.Rom.11.Ian. 1551.ann.2. Obiit pont.Romæ 10.Kal. Mart. 155..

Succeſſit MARCELLVS II.Tuſcus,qui vixis dies 21.Et vnica conſt.His proximis, &c. prorogauit ſubſidium triennale à Paul.3.impoſ.Obiit Kal.Maii:

PAVLVS IV.Cum ſicut,etc.) Conſeruatores Vrbis euitent,vt exploratores fraudum artificum, eorum officium diligenter exerceant.Et artifices delinquentes puniant vſq; ad ſuſpenſionem exercitii. Quod exploratores non defraudentur ſuo ſalario.Si negligentes ſint pęnam incurrant,& Gubernator exequutor ſola ſignatura ſufficiat,&c.

Iniunctum nobis,etc.) Symmachus papa, cuius conſtitutio non adeſt,alienationes bonorum Eccleſ.prohibuit. Paul.2.conſt.7. alienationes vltra trienniuṁ.Et tamen factæ fuerunt multæ.Ideò Pont. illas reſcindit, & annullat. Detentoreſque debere relaxare bona occupata,ac fructus reſtituere decernit, cum clauſulis, &c. decreto, &c. Datum Romæ, prid. Id. Iul. anno primo. Hæc conſtitutio redacta fuit ad terminos iuris communis Pii 4. conſtitut.59. Deindè ab eodem innouara Eccleſ.Roman.ac Camer. Apoſtol. conſtit.125.poſtea fuit generalitèr renouata Pii 5. conſt.101.

Cum nos nuper,etc.) Auditor Cam.Apoſt, deputatur exequutor præred. conſtitutionis. Et

Et iudex cauſarum in alienatione bonorum Eccleſiæ, iudex autem ordinarius fit. Vicarius papæ in Vrbe, atque eius diſtrictu, iuxta de. put. Clem.6. conſtitu.33. Sed Pii 5. omnes iſtas cauſas commiſit Collegio fabricæ S. Petri conſt.101.

Ex Clementi, &c.) Miniſter generalis ord. Minorum de Obſeruant. exponit Pont. quod multi prędeceſſores exemptiones, & indulta ſuis fratribus conceſſerunt. Sed inter alios Martinus V cuius conſtitut. non adeſt, conceſſit vt fratres ipſi quibus aliquod fiebat legatum ſpeciale perſonam nominare poſſent, quæ illud exigeret, & de eo diſponeret. Sed Ioann.22. probibuit fratribus dicta conceſſione vti. Martinus V. eos in integrum reſtituit, quod confirmauit Eugen. 4. Nicolaus verò V. & Sixt.4. conceſſerunt confeſſionalia, & adminiſtrationem ſacramentorum, ideò Pontif. confirmat omnia, ſuppletque defectus conſt. prædictarum. Conceditque facultatem deputādi ſyndicos, & actores bonorum eleemoſynarum, & monaſteriorum: cum decreto irritan. Ampliatque facultates audiendi confeſſiones, & adminiſtrandi ſacramenta, eximit à ſolutione Pedagiorum, & gabellarum, quod declarat, & ampliat Pii 5. conſt.15. Deputat exequutores cum clauſ. &c. Dat. Romæ 2. Iul. anno 1. Almam confirmationem facit Greg. 13. conſt.35. Vide Leo 10. conſtit. 17.20.21. Clemen.7. conſt.44. Paul.3. c.10. & 38. Iul.3. conſt.12.

Cum nimis abſurdum, &c.) Ordinat, quod Iudæi habitent in locis ſeptis, & ſeparatis à Chriſtianorum habitationibus ſynagogam vnicam habeant in terris, vbi habitant, deſtruentes alias: immobilia Chriſtianis vendāt. Signum glauci coloris deferant (Contrarium autem ſtatuerat Iul.3. conſt.18.) Nutrices, & ſeruientes Chriſtianas non habeant. Libris eorum non ſcriptis vulgari Italico ſermone fides non ādhibeatur. Mercaturam frumenti, & ſimiles non exerceant. Medici eorum ad Chriſtianorum curam non accedant. Pignora ante lapſum 18. menſium non vendant. Statuta locorum obſeruent, & inobedientes coerceantur tanquam rebelles, cum decre. clauſ. Datum Rom. prid. id. Iun. anno 1. fuit immutata per Pium 4. conſt.63. Sed deindè approbata, & innouata Pii 5. conſtit.6. Gregor. 13. conſt.75. Inn.3. c.1. & contrauenientes debent puniri per inquis. Greg.13. conſt.75.

Cum ſicut, &c.) Mandat ſubſidium vnius quatreni pro qualiber libr. carnis Iul.3. conſt. 34. impoſitum extra vrbem exigi durante dicto quinquennio, cum decr. &c. Dat. Rom. 14. Iul. anno 1. prorogatur c.17.

Cum quorundam, &c.) Negantes Trinitatem, aut Diuinitatem D.N. Ieſu Chriſti eorum errorem abiurent, & de abiuratione doceant. Coram inquiſitore abiurantes, & pœnitentes pœnarum remiſſionem conſequantur, dummodò delati, inquiſiti, aut relapſi non fuerint. De quorum pęnis Honor. conſt.2. impęnitentes, & alii de cętero errantes pœnas relapſorum incurrant, cū clauſ. &c. a. Id. Aug. anno 1.

Cum venerabiles, &c.) Decernit, quod Cardinal. Decanatus de cætero ſpectet ad Epiſcopum Cardinal. antiquiorem in Curia præſentem, aut extrà Curiam per Pont. deſtinatum, cum decreto, &c. 11. Kalen. Septembr. ann. 1.

Quoniam ſicut, &c.) Confirmat conſt.51. Iul.3. de annatis, & aliorum prædeceſſorum, de quibus Pau.2 conſt.9.

Cum nuper, &c.) Deputat Datarium, & Theſaurarium Exequutores conſt. Apoſtol. circa annatarum, & quindenniorum ſolutiones in locum Camerarii, & Theſaurarii, cum facultatibus clauſulis, &c. 1. Octobr. anno 1.

Inter cęteras, &c.) Societas officiorum ſine officio fiebat ad rationem duodecim pro centenario. Et ſuper officiis etiam contrahebantur ſocietates vltra valorem officiorum, cum pactis illicitis. Ideò Pontif. ſocietates aliter quam ſuper officiis ad certam participationem fructuum fieri prohibet, officialeſque ſuper officii pecunias vltrà dimidium valoris recipere, ac ſocietates contrahere non poſſe decernit. Et in hoc ſeruatur conſt.64. Pii 4. Societateſque iam contractas Datario notificari mandat, cum decreto, forma publicandi, &c. 5. Octob. anno 1. abrogatur Pii 4. conſt.64.

Superioribus menſibus, etc.) Subſidium impoſitum à Paul.3. prorogatum ab eodem à Iul.3. & Marcello 2. Pont. prorogat. per totum annum 1564. Montemque Nouennalem erigit 187. mil. ſcutorum: ponentibus in eo pecunias aſſignat octo pro centenario de redditibus dicti ſubſidii. Depoſitarium quoque dicti Montis, ac exactorem ſubſidii deputat Thomam de Marinis, vt quolibet bimeſtri ſoluat debitos fructus. Et finito nouennio, reſtituat ſortes principales, &c. Quemlibet etiā Religioſum ſuper ipſum montem pecunias ponere poſſe declarat. Et de illis diſponere poſſe indulg. non obſtantibus quibuſcunque condemnationibus, &c. Et etiam ad fauorem illegitimorum: illaque confiſcari non poſſe concedit, & per mortem non vacare, ſed ad ſucceſſores deuenire decernit. Montiſtas Col-

legium

legium inter ſe cum facultatibus expreſſis cõſtituere poſſe declarat. Priuilegiaque Montis fidei. Exemptionemque à decimis, & impoſitionibus concedit. Quod mons non prorogetur, neque innoueiur, cum decreto, promiſſione clauſulis, &c. Et quod extinguit. Datum Romæ 10 Kalend, Nouemb. ann. 1. Eundem protogauit Pius 5. cõſt. eadem. De montibua Sixt. 5. conſt. 16. Pii 5. conſt. 80. Pij 5. conſt. 124. Clem. 7. c. 17. Reo. exemptionum Pij 5. conſt. 10, & 170.

Cupientes, vt menſa, &c.) Deputat Theſaurarium Montis præcedentis cum facultatibus, &c. admittendi quaſcunque ceſſiones, & expediendi, ac expedire faciendi litteras ſuper patentes, conſtituendi miniſtros, cum ſalariis, & emolumentis, quotquot ſibi videbuntur, et omnia alia neceſſaria, et opportuna faciendi. Quod Montiſtæ poſſint ad loca Montis alios nominare, reſeruata ſibi locorum, et fructuum diſpoſitione. Subrogaturque præſidens Camer. in locum Theſaurarii abſentis, cum clauſulis, etc. Vide Pii 5. conſtit. 80.

Cum alias, &c.) Iul. 3. præter ea, quæ circà ſolutionem annatarum edidit conſtit. 41. & 44. Reuocauit inhibitiones Camerarii Cardinalium, qui prætendebant, quod annatæ ad eorum Collegium ſpectarent, cuius conſtit. hic non habetur, ideò pont. ſua conſtitutio. 9. confirmauit conſtitutiones Iulii, & aliorum. Modo autem litteras Iul. 3. & ſuas iterum approbat, & geſta per dictos exequutores confirmat; ſupplendo omnes defectus, cum facultatibus omnes, & ſingulos debitores citandi, monendi, requirendi ſub ſententiis, & cenſuris, pœniſque Eccleſ. & pecuniariis cogendi, compellendi, ſubſtituendi, & remouendi etiam plures officiales, cum clauſul. derog. Dat. Rom. 16. Kal. Dec. anno 1. vide conſt. 25. Pii 5. conſt. 178.

Sincera fides, &c.) Gabellam quatreni carnis, quam ſup. conſtitut. 6. confirmauerat, hic annullat. Exemptiones Theſaurarius conceſſas in præiudicium Gabellæ Studii Vrbis reuocat. Hebræorum licentias emendi res furtiuas, & deſuper pecunias mutuandi tollit. Dilationes debitoribus conceſſas annullat. Bariſſellum, & exequutores iuſtitiæ de indebitis extorſionibus, & ſimoniis ſindicari poſſe præcipit. Monopolia prohibet, iuriſdictionem Curiæ Capitolii reintegrat, iuxta formã Paul. 3. conſt. 14. Ciuitatem Triburtinam populo Romano reſtituit. Conſeruatores Vrbis in eorum iuriſdictione reponit. Repræſalia relaxari poſſe a Roman. Pontif. decernit. Officiales Vrbis Popul. Roman. in præmiſſis nõ moleſtare, ſed fauere, & aſſiſtere præcipit cũ decreto, &c. clauſulis, etc. Datum Romæ Kal. Decembr. anno 1. Pii 4. conſt. 126. Iul. 3. conſtit. 32. Pau. 4. conſt. 77. Iul. 2. conſt. 15. Leo. 10 conſt. 1.

Ab eaipſa die, &c.) Matrimonium contrahere volentes in 2. gradu, matrimonia de facto contrahebant ſub fiducia obtinendæ, poſtea diſpenſationis: ideò Pont. declarat tales diſpenſationes ſe de cętero concedere nolle; etiam ſi proles ſequuta eſſet, niſi ex cauſa vrgentiſſima. Datum Romæ Id. Decem. anno 2. Hoc idem generaliter prohibuit Clem. 7. conſt. 7.

Graues, & firme, etc.) Prorogat ad Nouennium ſubſidium vnius quatreni pro libra carnis à Iulio 3. impoſitum. Et extendit ad loca Baronum. Camerarius, & Clerici Cameræ deputantur collectores, cum decreto, clauſulis, &c. Datum Romæ 15. Martii 1555. anno 1. Vide Iul. 3. conſtitut. 34. ſup. conſtitut. 6. & 14.

Dudum poſtquam, &c.) Quoniam ex conſtit. 5. orta fuerat dubitatio. An Iudæi deberent ſoluere 10. ducatos pro qualibet ſynagoga demolita etiam, vel demolienda. Ideò pontif. declarat ipſos ita debere ſoluere, iuxta conſtitut. 51. Iul. 3. omneſque congregationes Iudæorum, in fideliũ eſſe obligatas pro tali annua ſolutione, & quod miniſtri congregationum iudæorum taxas iſtius ſolutionis, iuxta congregationum facultates imponere, & ad ſoluendum cogere poſſint. Cathecumenos, Neophitos in Vrbe, & extra commorantes, eorumque bona, & officiales à iuriſdictione quorumcumque iudicum eximit. Eorumque iudicem Cardin. Saracenum deputat, confirmatque omnia priuilegia, & exẽptiones catheeumenorum, & Neophitorum cum clauſul. &c. Dat. Rom. 23. Mar. 1556. an. 1. de iudeis Nic. 3. conſt. 1. cum ibi adnor. de Neophitis, & Cathecumenis, Iul. 3. conſt. 21. Paul. 3. conſt. 42. Pii 4. conſt. 2. & 62. Pii 5. conſtit. 28.

Cum nos ingraueſcentes &c) Continet deputationem, & facultates Card. & aliorum deputatorum ad cognoſcendum, & terminãdum quæcunque negotia Almę Vrbis, et totius ſtatus Eccleſiæ, cum decreto, clauſ. etc. Vide pau. 3. conſt. 16.

Et ſi in mente gerimus, etc.) Continat impoſitionem duarum decimarum ſuper fructibus beneſ. ſtatus Eccleſ. exceptis Cardinalibus, & militibus Hieroſolymit. Deputat Theſaurarium exactorem, cum clauſ. etc. Datum Romæ 20. Iulii, anno ſecundo. Vide paul. 3 conſt. 52.

Ro-

Romanus Pontifex,etc.) Reuocat quaſcunque conceſſionea Cancellariorum,prætcrquā ex cauſa oneroſa conceſſas. Inhibetque officialibus ſtatus Eccleſiaſt. ne de cætero de eis diſponant.De quo pius 4.conſtitut.121.Theſaurariumque deputat ad alienandum ad vitam tantum, immò & ad locandum cum decreto,&c.Et ordinat, quod cancellaria vacet per mortem.Et Cancellariæ prouin.non poſſint à prouincialibus emi, neque cancellariæ aliorum locorum ab originariis. Quod cancellarii à Gubernatore habilitationem habeāt & de emolumentis nihil officialibus reſpondere teneantur.Quod ſigilli emolumenta ſint gubernatoris.Quod ſcripturæ cautionis pacis & aliarum rerum criminalium,per Cancellarium tantum rogari poſſint. Cancellarii ſeruent taxas quoad earum ſolutiones. Copias examinum non dent, niſi præuio iudicis decreto,ſub pœnis,&c.Libros ſeruent, &c. Sindicatui ſtare teneantur vna cum Gubernatoribus tempore eorum mutationis. Scripturas per inuentatium teneantur finito officio, cōſignare ſucceſſoribus, officia exercere valeāt per ſubſtitutos,cum clauſ.&c. Dat. Rom. Kal. Sept.ann.2.

Ita eſt præſentium,&c.) Collegium Militum de Lilio inſtitutum à paulo 3.conſtit.53. augent pont.ad 300.milites, qui ei ſoluerunt ſcuta 150.mil.& eis aſſignat redditus 18.mil. ſcutorum, & confirmat omnia eorum priuilegia.Et quod milites infrà ſex menſes in ſauorem, quæcunque officia reſignare poſſint, abſque compoſitione, & reſignatarii admittantur gratis, cum decreto, &c.clauſulis,&c. DatumRom.Kalend.Septembr. ann.2. De reſignationibus offic. Iul. 3. conſtitution. 64.

Cum nos,&c.) Ordinat,quod officia Militum de Lilio hactenus cōceſſa,de cętero vſq; ad annum extenſionis collegii concedenda non vacent,cum decr.&c.

Cum ſicut accepimus, &c.)Iacobus Giraldinus Iudæus ad fidem conuerſus deputatus fuit à Iulio 3.reuiſor, & expurgator librorum Hebræorum cum ſalario 20.ducat. Hoc ſalarium applicat pontiſ.Collegio Cathecumenorum Vrbis,cum decret.clauſ.&c. Dat.Ro. 18.Septem. anno 2. Reuocat expurgat. offic. conſt.37.

Incumbentia nobis,&c.) Gregor.12.cuius conſtit.non adeſt pœnas dupli, & excommu. impoſuit occupantibus bona Reuer. Camer. Apoſtol.Alex.5.cuius conſtitutio non adeſt, decreuit, quod prouiſi de Eccleſ. expedite facerent ſuper prouiſionibus litteras Apoſtolicas infra annum, & litteris non expeditis regimini Eccleſiæ ſe non ingererent, pius 2. cuius conſtitutio hic non extat,ſtatuit, quod obligati ad ſolutionem annatarum non ſoluentes in terminis præfixis pœnas priuationis incurrerent. Iul. 2. declarauit, & ampliauit conſtitutiones prædictarum conſtitut. Fiſcus igitur in Camer. Apoſtol. acceptauit omnes deuolutiones,& caducitates per quoſcunque aliquid ſoluere obligatos incurſas,&c.Camera autem declarauit omnes non ſoluentes incidiſſe in prædictas pœnas, &c. Nihilominus multi contrarium, ideò pontifex confirmat dictam ſententiam Clericorum Cam. & conſtitutiones prædeceſſorum.Et decernit, quod Reg.Camer.non ſoluentes infra duos menſes à tempore publicationis pœnas in ſententia, & conſtitutionibus prædictis contentas incurrant. Cum decreto,clauſ.&c. publicata 30. Octobr. ann.2. Maiores pœnas impoſuit pius 4.conſt.9.Vide Innocent.8.conſtitut.16. Alex.6.conſt.6.Clem.7.conſtit.1. Iul. 3. conſtitut.28.

Cum ſicut accepimus,&c.) Bona perſonarum Eccleſiaſt.abſque licentia teſtandi decedentium ex fructibus benef. acquiſita tanquā ſpolia ad Camer.Apoſt.pertinent, ideò pont. deputat Theſaurarium in collectorem dictorum ſpoliorum totius Italiæ, cum facultatibus,&c.decr.&c.clauſ.&c.Dat.Ro.14. Noue. ann.2.

Cum nos hodie,&c.) Cardinal.Carrafa deſtinatur Legatus de latere ad principes Italiæ,cum facultatibus cognoſcendi cauſas ſummariè,& illas committendi, & illas auocandi.

Notarios creandi Vide Pii 4. conſtitut. 116.in Sacroſancta, Doctorandi, & Milites auratos,& Comites Palatinos creādi, reuocat pius 5.conſt.62.Quamuis.

Diſpenſandi circa defectus. Natalium pro obtinendis ordinibus ſacris. Et circà defectū ætatis:& circa matrimonia contracta,& contrahenda in tertio,& quarto gradu. Reuocat pius 4.conſt.69.ſanctiſſ. Et cum ſtudentibus circà reſidentiam,& fructuum perceptionem. Declarat pius 5.conſt.113.

Concedendi facultatem ad eligendum cōfeſſorem.Reuocat.pii 5.conſt.123.Et licentiā ingrediendi Monaſteria Monialium,Greg.13. conſt.77.

Abſoluendi à caſibus reſeruatis, Gregor. 13. conſtitut.97. Relaxandi iuramenta, & abſoluendi à reatu periurii. Abſoluendi homicidas pro homicidiis caſualibus,pii 2. cōſtit.8.

Remittendi pœnas Simoniacis,Pii 5. conſtitut.4.

Abſoluendi eos, qui manus violentas in Clericos iniecerunt, vel rapinas, facrilegia, & alia mala bellorum tempore perpetrarunt.

Remittendi pœnas ab Apoſtatis incurſas, infrà conſtitut. 29. puniendi, & abſoluendi falſicarores litterarum Apoſtol. atque hæreticos.

Viſitandi quæcunque Eccleſias, & Collegia, etiam exempta, & illa reformandi. Et concedendi licentiam perſonis Eccleſiaſticis ad teſtandum, pii 4. conſtitut. 32. Roman. pontif.

Recipiendi reſignationes benef. ac ceſſiones. pii 4. conſt. 69. concedendi indulgentias; pii 5. conſt. 32.

Vendendi, & locandi bona Eccleſiaſtica licentiam dandi, ſup. conſt. 2. Concedendi facultatem tranſeundi ad alios ordines, pii 5. conſt. 94. Faciendi omnia, quæ maior pœnit. facere poteſt. De quo pii 4. conſtitut. 72. cum clauſul. &c. Datum Rom. Kal. Iun. 1516. anno 1.

Cupientes abſolui, &c.) Committit Card. de Carpo, vt Magiſtros, & Miniſtros Ordinis Minorum moneat, quatenus contra Fratres religioſos extra clauſtra vagantes procedant vſque ad, &c. Et harum occaſione ipſi propterea nullam irregularitatem incurrant. Et quod ordinarii locorum ipſis deſuper faueat, cum clauſulis, &c. Datum 29. Aprilis 1557. anno 2. Vide Clem. 7. conſt. 46. Paul. 3. conſt. 10. Iul. 3. conſt. 63. Greg. 13. conſt. 34. pii 5. conſt. 94.

Poſtquam diuina, &c.) Religioſi multi ſub variis prætextibus extra clauſtra viuentes apoſtatæ notam incurrunt, ideo pontif. declarat, quod qui in legitima ætate profeſſionem fecerunt, vt antea factam probauerũt, ſi extra clauſtra Religionis vagabuntur pœnas priuationis off. & benef. quorumcunque, et dignitatum incurrant ſuſpenſionem à ſacra adminiſtratione, et cuiuſcunque miniſterii etiam ſui Ordinis, quod ſi contrafecerint, condignis pœnis puniantur. Apoſtatarum autem receptores; et fautores per Ordinarios locorum moniti, et non deſiſtantes, declarantur excommunicati præſentantes ad aliquod beneficium de iure patronatus præſentandi iure priuati ſint. Apoſtatæ biretum nigrum dubis lineis albis ex tela confectis in Cruce, et circumferentia alba ſuffulti teneantur geſtare, præpoſiti, qui prætendunt extra clauſtra degere, litteras parentes oſtendant protectori, et procuratori generali, etc. Tranſlationes Apoſtatarum nullæ ſint, niſi ad parem, vel arctiorem ordinem. Et tranſlati in obſeruantia maneant. Contrafacientes ad ſua loca redire cogantur, pœnis apoſtatarum puniendi, Greg. 13. conſt. 74.

Reuocatq; priuilegia omnia recipiendi Fratres aliorum Ord. Min. Quod fecit, et pius 5. conſt. 169. et quod locorum ordinarii faciant publicare hanc conſt. eum decr. clauſul. etc. Dat. Ro. 13. Kal. Aug. 1558. ann. 4. Vide vt in ſuperiori, et Con. Trid. in ſeſſ. 25. cap. de Regul.

Glorioſus Deus in Sanctiis, &c.) Mandat pont. feſtum S. Dominici celebrare debere ſolemniter die 4. Auguſti, qui mortuus eſt die 6. ſed propter feſtum Transfigurat. celebrarur die 5. ideo ob feſtum B. M. ad Niues remouet illud. Conceditq; indulg. viſitantibus ea die aliquam Eccl. Frat. præd. cum clauſ. etc. Dat. Rom. 6. id. Aug. ann. 4. publ. 1559. 30 Iul. anno quinto.

Cum ſicut experientia, &c.) Continet applicationem confiſcationum bonorum, et aliarum pœnarum in locis Sanct. Roman. E. commiſſarum à 25. annis citra, non exactarũ facta fiſco Reuer. Camer. Apoſtol. cum deputatione Theſaurarii in Commiſſariũ, et exactorem, cum clauſ. etc. *Dat.* Rom. 26. Octobr. ann. 4.

Cum omnibus, &c.) Ordinat, quod in ſolutionibus debitis Camer. Apoſtol. ſoluatur vnus ducatus auri de Camera loco 10. iuliorum, quod debitores ita non ſoluentes incurrant pœnas impoſitas non ſoluentibus debita Camer. De quibus Gregor. 13. conſt. 66. cum decret. clauſ. etc. Regiſtrata 26. Nou. ann. 4.

Inter cæteras, etc.) Ordinauerat, vt beneficia perſonis idoneis conferantur, et eorum diſtributioni deputauerat Card. Neapolitanum, et de piſis vna cum Datario. Nihilominus multi occaſione beneficiorum pro aliis in examine ſe ſupponunt, et beneficia pro ſe ipſis impetrant, vt cũ penſione aliis reſignent, aut pro aliis, vt ab eis aliquod commodum aſſequantur, ideò pontif. ad hoc pœnas anathematis, priuationis, inhabilitatis, reſtitutionis, etc. imponit. Et diſpoſitiones, ac prouiſionis huiuſmodi nullas eſſe decernit, cum clauſulis, etc. ſola ſignatura ſufficiat publicata 27. Nouembr. 1557. ann. 3. Vide Leo. 10. conſtit. 22.

Si ex præcepto, etc.) Auditoriatus Camer. Apoſtol. off. vacauerat, de quo Iul. 3. conſt. 22. Quod pontif. ſupprimit, et de cætero officium Regentis Camer. denominari, et vni ex Card. conferri debere decernit ad inſtar off. Camerariatus, paremque iuriſdictionem habere declarat. Et eidem Regenti concedit quaſcũque

que facultates per prædeceſſores conceſſas; deputandi Vicegerentem. Cognoſcendi cauſas obligationum in forma Cameræ, promulgandi cenſuras Eccleſiaſticas; Cognoſcendi cauſas prælatorum, oratorum, & officialium Cur. & Notariorum off. Regentatus, & familiarium eorum; Campſorum, & mercatorum, & penſionum etiam alibi ſoluendarum, Greg. 13. c. 95.

Cognoſcendi cauſas appellationum interpoſitarum à ſententiis latis in Curia, præterquam à Vicario Gubernatore, & Iudicibus Capitolii, & latis etiam extra Curiam, etiam à Iudicibus ordinariis, & arbitris in terris S.R.E.

Procedendi ſummariè in cauſis non excedentibus valorem 100. ſcutorum, aut Mercatorum, vel Notariorum off. Regentatus cognoſcendi cauſas delictorum in Curia, & etiā extra per officiales Sed. Apoſtol. & alios Cur. ſequentes, et à iuriſdictione ordinariorum exemptos commiſſorum, et exequendi litteras Apoſt.

Demandandi exequutioni ſenten. in Curia latas, et procedendi contra degentes extrà Curiam pro debitis, et negotiis in Curia contractis, et contra degentes in Curia pro quibuſcunque negotiis, Et inhibendi in vim Eugen. conſtitut. volentibus Curiales extrahere extra Curiam ad litigandum imponendi etiam in Curia pœnam ſanguinis, & capitalis ſupplicii abſque incurſu irregularitatis, & cætera omnia faciendi, quæ Auditores Cameræ olim facere potuerunt Eugen. 4. conſtitut. 7.

Remittendi pœnas, & commutandi. Creādi Notarios, doctorandi, & promouendi ad alios gradus, legitimandi concedendi licentiam, teſtandi etiam ad fauorem incapacium, de quibus vide ſup. conſtit. 57. quo ad reuocat. moderat. declarat. Concedendi ſaluum conductum pro debitis, & delictis etiam bannitis. Confirmando conſt. Leo. 10. & aliorum, & etiam priuilegia aliâs conceſſa Audit. Cam. extendendo illa officio Regentatus, pii 2. c. 8.

Ordinans, quod cauſæ Romanorum, et incolarum Vrbis à Curia Regentis non aſſumantur; Dilationes, et alternatiuæ, non prorsùs obligatis in forma Camer. non concedātur. Quod Bariſellus iuramentum præſtet de parendo Regenti. Regens, eius Vicegerent. Locumtenentes, et eorum bona, et familiares à iuriſdictione ordin. exempti ſint, et à ſolutione pedagiorum, et impoſitionum; Officia quinque Notariorum Curiæ Regentis ad ipſius Regentis diſpoſitionem ſpectent, Pii 4. conſtitut. 77. Clement. 7. conſtitut. 34.

Et Officiales non moleſtent Regentem in præmiſſis, cum decreto, clauſulis, etc. Datum Romæ, 4. Kalend. Decembr. anno, 4. Pii 5. conſtit. 10.

Eximia tua, &c.) Confert officium Regentis Cameræ Alphonſo Carafæ Cardinali; cum iuribus, &c. clauſul. etc. Dat. 4. Kal. Decemb. ann. 4.

Ad Rom. Pontif. &c.) Statuit Paul. 3. cuius decretum hic non adeſt, quod Cardinales acceſſum, vel regreſſum ad vnicam tantum Eccleſiam habere poſſint. Et habentes ad plures vnam eligant, & aliam dimittant. Reuocatq; regreſſus, & acceſſus ad plures. Et modò iſte pont. prohibet eiſdem, ne vigore cuiuſcunque regreſſus poſſeſſionem Eccleſ. capiant abſque licentia pontif. cum decreto, clauſul. &c. publicata 7. Decembr. ann. 3. Vide pii 5. conſtitut. 140. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 7. de Reform.

Apoſtolicæ ſedis, &c.) Reuocat facultatem conceſſam conſt. 24. Iac. Giraldo expurgandi libros hebræos, & alia, &c. Dat. Rom. 14. Apr. 1559. an. 4.

Cum ſecundum, &c.) Confirmat pœnas olim promulgatas contra ambientes papatū, pœnaſque imponit tractantibus de eligendo futuro pont. viuente, & inconſulto papa, & complicibus, & præmia conſtituit reuelantibus, cum decr. clauſ. &c. Dat. Ro. 17. Kal. Iun. an. 4. vide Iul. 2. c. 2.

Quia in futurorum, &c.) Reuocat licētias legendi lib. hæreticos quibuſcunque conceſſas: præterquam Inquiſ. Generalibus, prohibetque ne quis legat, teneat, imprimat, aut venales habeat eoſdem libros, ſub pœna excommun. & aliis à pontif. latis, monet, vt ijdem libri officio Inquiſitionis conſignentur, ſub cenſuris, & pœnis prædictis infrà terminum ab Inquiſitore aſſignandum, cum decreto, &c. clauſulis, &c. quod Ordinarii hanc conſtit. publicari faciant in eorum Diœceſi. Datum Rom. 21. Decemb. ann. 4. vide Iul. 3. conſt. 7.

Decens eſſe, &c.) Quoniam quædam congregationes prætendunt adhuc non teneri ad ſolutionem annatarum. Declarat pont. omnes congregationes, & alios ad quorum fauorem beneficia vnita ſunt, teneri, & ad ſe obligandum de illis de cætero ſoluendis, cum decr. &c. ordinatque quod Cardinales Saracenus, & de Spoleto procedant, vt Iudices iſtarum cauſarum, iuxtà formam iſtius conſtitut. & quod beneficia habentia indultum non ſoluēdi. Quindennia notificentur Cardinalibus prædictis, cum clauſulis. &c. Datum Rom. 10

Kal Februar ann.4. Vide Pau.2. conſt.9. Pii 5, conſt.178.

Ineffabilis diuinę &c.) Iubet, quod feſtum Cathedræ S. Petri Romę, ſub duplici officio celebretur die 18. Ian. ſingulis annis. Antiochenæ autem 22. Februar, Dat. Ro. 8. id. Ian. ann. 4.

Cum ex Apoſtolatus, &c.) Confirmat, & innouat omnes pœnas contra hæreticos, & ſchiſmaticos quomodolibet latas, quinimmò prælatis, Regibus, &c. à fide Catholica deuiantibus aggrauat vſque ad priuationem quarumcunque dignitatum. Iuſpatronatus habentes ad beneficia propter huiuſmodi vacantia teneantur infrà legitima tempora præſentare perſonas idoneas, alioquin ad pontiſ. deuoluantur. Prælati, & pontif. qui ante eorum promotionem apparuerint à fide Catholica deuiaſſe, eo ipſo priuati ſint omni auctoritate, & officio, & promotio nulla ſit, & nullo pacto poſſit reualidari. Subditis eorum liceat ab eorum obedientia impunè recedere, cum clauſ. &c, Dat. Rom 11. Kal. Mart. 1558. an.4. vide Innoc.4. conſt.3. & 8. Honor.3. cōſt. 2. pii 5. conſt.86. Greg.13. conſt.70. pii 5. conſtit.105.

Apoſtolicæ Sedis, &c.) Præcipit, vt Collegia Eccleſiarum collegiatarum de cætero indicent beneficia, quæ poſſident, & titulum poſſeſſionis, alias illa vacare cenſeantur. Deputatque exequutorem, &c, Confirmatur pii 5. conſt.179.

Cupientes indemnitati, &c.) Reuocat quaſcunque exemptiones quibuſcunque conceſſas à ſolutione ſubſidii à paul.3. conſt.60. impoſiti, cum clauſ. &c. Dat. Ro. 15. April. 1559. an.4. vide Iul.3. conſt.24 pii 5. conſt.10. pau.3. conſt.41.

In ſacra beati, &c.) Decernit, quod Archiepiſcopi, & Epiſcopi redeūtes ad clauſtra ſuorum ordinum, ad officia aſſumi non poſſint; Et diſpenſationes deſuper conceſſas annullat; Eligentes eos ſcienter ad officia priuati exiſtant voce tam actiua, quam paſſiua ad eligendum, cum decr. claus. &c, Dat. Ro. 19. Iul. an. 5.

Ea fuit ſuperiorum, &c.) Alumen Tulphis inuentum fuit tempore pii 2. vt conſtitut.26. Leo.10. Alumeriæ autem locatæ fuerunt pro annuo affictu, 28333. ducat, & mox auctus eſt affictus ad alia ſcuta 16. mil. ideò pontif. iſte erigit Montem, quem vocat Alumerarium vacabilem 13033. ſcutor. & ponentibus in eo pecunias aſſignat duodecim pro centen. de dictis 16. mil. ſcut. augmenti. Affictus Alumerarium; & obligat omnia bona Sed. Apoſt. pro maiori aſſecuratione Montiſtarum; Et decernit, quod quilibet etiam Religioſus in monte iſte pecunias ponere poſſit. Et quod loca dicti Montis reſignari poſſint, & non confiſcari, aut ſequeſtrari, & de illis liberè diſponi ad fauorem etiam illegitimorum. Mōtiſtæ poſſint erigere Collegium cum facultatibus, quas habet etiam Mons fidei, & exceptiones ab impoſitionibus, cum decreto, clauſulis, &c. Datum Rom. Id. Ian. 1556. ann. 3. De Montibus, Sixt.5. conſt.16. pii 5. conſt. 124.

Ex ordine, &c.) Pont. mandauit Gubernatori Vrbis, vt pœnas contra lenones, & complices publicaret, iuxtà conſtitution. pro humanis, Inn.4. quæ hic non adeſt; Clem.7. conſtit.17.

Cum ſæpius, &c.) Aduocat ad ſe cauſas omnes inter Cardinales coràm quocunque iudice vertentes in terminis, in quibus repetiuntur. Eamque cognitionem ſibi reſeruat. Idque extendit etiam ad cauſas futuras cum decreto, clauſulis, &c. publicata 1555. 9. Januar.

Cum ob inuaſionem, &c.) Ob inuaſionem Vrbis à Militibus Hiſpanis, multæ differentię ſuper locationibus, & penſionibus Caſalium, domorum, &c. ortæ ſunt, ideò pont. vt dictæ differentiæ ſummariè decidantur, ad ſe auocat omnes cauſas deſuper vertentes, & illas committit Cardinali Miganello, & Cardinali Reomano cum facultatibus, &c. cum clauſulis, &c, Vide ſimilem Clem.7. conſtitut.28.

Licet ex iuris, etc.) Statuit, quod carcerati confeſſi, vel forſan ex indiciis torquendi, nō relaxentur ſub cautionibus, cum decreto, &c.

Cupientes, etc.) Gubernator Vrbis conducit palatium pro eius Curia ſumptibus Cam. Apoſt. in Curia Gubernatoris tres Iudices deputantur pro cauſis criminalibus, & alii tres pro ciuilibus. Qui Auditores ſyndicatui ſtare debeant, contra quod ſtatuerat Leo.10. conſtit. 7. Quibus Gubernator cauſas committit, ſed votum non præſtat, duobus ex illis dare tenetur cameras, & alimenta. Gubernatori, & Auditoribus pont. præcipit ſub pęna excommun. latæ ſententiæ priuationis, &c. quod propinas non accipiant, & ab omni genere munerum abſtineant: præter paucos fructus, cognitio fiat quolibet die ſabbati, &c. cum clauſulis, &c. Obiit Rom. 15. Kalend. Septemb. 1559. Reuoc. pii 4. conſt.156. pii 4. conſt.89.

PIUS IV. Ad Charitatis, etc.) Aduocat ad ſe omnes cauſas Archihoſpitalis S. Iacobi de Vrbe, vertentes coram quocunque Iudice, &

eius

Google

ejus oſſiciales quomodulibet concernentes. Et illas committit Cardinali pro tempore protectori cum facultate, & Index procedendi ſummariè,&c.citandi, & inhibendi in Curia,& extra cum clauſ.&c. Dat.Rom.22.Ian. 1560.an.1.

Salvatoris Domini,etc.) Paul.3. conceſſit Ioann.de Torrano facultatem erigendi Monaſterium,& Hoſpitale pro iudæis; vt in eius conſtitutione trigeſimaſeptima. Archiconfraternitatem ibi quoque erexit, præpoſitumq; deputauit eundem Ioannem eius vita durante,& alium quolibet triennio eligi mandauit, Iudæiſque ſe conuertentibus victum,& veſtitum aſſignauit,& antè conuerſionem,& fidem inſtrui mandauit. Et in euentum, in quem charitatis opera ibi non exercerentur fructus, Monaſterii, & hoſpitalis applicat Hoſpital. Sancti Iacobi Incurabilium de Vrbe, de quo in præcedenti indulg. Confratribus, & aliis conceſſit, præpoſito quoque, & aliis, facultatem conceſſit publicari faciendi indulgent. recipiendi eleemoſynas: præpoſitoque regimen hoſpitalis commiſit. Quod Confratres, & alii poſſint eligere confeſſorem,& etiam præpoſitum. Et ſi verè pænitentes,& confeſſi viſitauerint Eccleſ. Hoſpital. & Monaſter. & porrexerint manus adiutrices, indulgentiam conceſſit. Exemptionem quoque à decimis, quam paul.3. cuius conſtitutio non adeſt,& confirmauit Iul.3.conſt.21.confirmat. Et beneficia omnia per eundem Io. obtenta Archiconfraternitati applicat. Vide conſt.38.& 62. Reuoc.ibi,& pii 5.conſt.32. Vide vbi ſup. Reuoc pii 5.ibi.

Et pro qualibet ſinagoga iudæorum in ſtatu Eccleſiaſtico exiſtente Iudæos ſoluere iuſſit quolibet anno ducat.10. in feſto Omnium Sanctorum, vt in eius conſtitut.48. etiam pro ſinagogis demolitis addidit paul.3. conſt.18. Cathecumenoſque,& Neophitos, & eorum bona,& officiales à quorumcunq. iuriſdictione eximit.

Protectoremque; & Iudicem ipſorum deputauit Cardinalem Saracenum. Confirmauitque eorũdem priuilegia, & exemptiones. Et eiſdem applicauit annuum ſalarium, quod Iudæi ſoluebant Iacobo Giraldo, vt in eius conſtit.24. Hic autem pontifex omnes dictas conceſſiones confirmat, & ſupplet defectus, cum decreto, clauſ.etc. Dat.Rom.23. Ianuar. anno 1.

Alias a fel.record.&c.) Præcipit, quod Cardinales non poſſint percipere introitus Theſaurarium, ſeù communitatum locorum eorum gubernio commiſſorum, cum decr.clauſ. etc. Dat.Ro.9. Febr.anno 1. vide Iul.3. conſt.5.

Cum ſicut,&c.) Quoniam Cam.Apoſt.circà ſubſidium quatreni carnis pro libra à Iul. 3. conſt.34. impoſitum, et à paul.4. conſtit.17. extenſum quoad modum exigẽdi multas ordinationes fecerat. Ideò pont. eas confirmat, ſuppletq; defectus, cum clauſ.etc. Dat Ro.Kal. Mar.an.1.

Pii patris altiſſimi,&c.) Leo.10. erexit tria Collegia Clem.7. erexit Montem fidei, Pau.3. erexit duo Collegia; Paul.4 erexit duos Mõtes, hic autem Pont. erigit Collegium 375. Militum piorum, ſed poſtea addit alios 160. vt infra in conſtitut.16. Milites ipſos familiares ſuos declarat, De quorum familiarium priuilegiis, vide ſup. Clem.7. c.14. Romani. Nobiles quoque creat. Doctorandi alios in iure Canonico, et Ciuili, et aliis facultatibus auctoritatem eiſdem Militibus concedit. Notarioſq; creandi: ad hoc autem vide infr. conſt. 112. In ſacroſancta, legitimandique illegitimos, quod limitatur infr. in conſt.86. quamuis Milites Clerici efficiuntur Notarii Sedis Apoſtol. laici verò milites auratæ militiæ; Pẽſiones ſuper fructibus beneficiorum obtinere, et in alios transferre poſſunt, quod reuocauit pius 5. infrà in ejus conſtit.71. Sacroſanctum. Teſtandique facultatem habent de bonis acquiſitis ex bèneficiis: reuocauit autẽ pius 5. infra in eius conſt.74. ſacroſanctum. Milites illegitimi in quibuſcunq; impetrationibus defectum Natalium exprimere non tenentur, et nihilominus gratiæ validæ ſint. Exemptio militum à iuriſdictione Ordinariorum. Exemptio eorundem à ſolutione eorundem, etc. ad quod vide infrà pii 5 conſt. 10. Et ſi ea, ingenia militum conſtituit, licentiam deferendi arma concedit, milites deſcripti ſunt in litteris, in quibus veri familiares pontificis deſcribuntur. Expectatiuaſq; abſq; ſignat. ad duas collationes, et duo benef. etiã iure prætetquam, etc. obtinere poſſint, conſtitutionibus de publicandis prouiſionibus milites non ligantur: Et gaudent omnibus priuilegiis conceſſis Scriptoribus, et Cubiculariis Apoſtolicis. Milites eorum officia ad fauorem quorumque perſonarum per eos nominandatum in manibus pontificis reſignare poſſunt, compoſitionem in conceſſione officii ſoluere debent. Collegium habeat faultates miniſtros deputandi Statuta condendi, reſtringendi, ampliandi etiam ſub pœna, etc. litteræ Apoſtolicæ gratis militibus expediantur. Militum præcedentiam aſſignat, ad quod vide infr. in Gregor.13.c.92. omnibus. Cum exemptione eorumdem à ſolutione iocalium et aliorum iurium Camer. Apoſtol. delectum Milites ſoluerunt pontifici centum octuaginta.

ta ſeptem millia, et quingenta ſcuta auri in auro; Et pont. eis concedit aſſignamenta, de quibus hic. Et poſteà conceſſit alia, de quibus infrà in dicta conſtit. 10. Depoſita Militum Baptiſta de Canalcantibus deputatur Gabellæ, & Theſaurarius prædictarum conductores teneantur aſſecurare milites de eorum emolumentis. Aſſecuratio militum ſuper redditibus ſubſidii triennalis conſtituit. De quo vide ſup. in paul. 3. conſtitut. 55. Milites non teneantur probare iſtas pecunias pontifici ſolutas conuerſas fuiſſe in vtilitatem Sed. Apoſt. Obligatio omnium bonorum Sed. Apoſtol. pro aſſecuratione militum aſſignat, cum clauſulis præſeruatiuis, &c. cum decreto irritante, &c. Camerarius, & alii ponant ad introitum Cameræ ſummam ſcutorum centum octoginta ſeptem millium, & quingentorum per milites ſolutam, & faciant quæcunque inſtrumenta obligatoria pro militum aſſecuratione. Deputatio, & facultates defenſorum iſtorum militum conſtitut. cum clauſul. derog. &c. officia militum non vacant per triennium ab hodie inchoãdum milites infrà deſcripti poſſint etiam poſt triennium de medietate officiorum diſponere. Dat. Ro. 3. Id. Mar. an. 1. de augmen. huius Collegii. c. 16. præcedentia in proceſſ. SS. Sacram. Greg. 13. c. 61. Reuoc. Pij 5. c. 62.

Cum ſicut accepimus, &c.) Eug. 4. Studium generale in Vrbe introduxit, et Gabellam vini forenſis, quod in Tabernis vendunt, impoſuit pro ſoluendis ſalariis lectorum, vt habetur in eius conſtitut. a. Six. 4. & Iul. 2. confirmarunt, quam Iul. 2. conſtitut. habes; Gabella iſta per populum Romanum plus offerenti vendi ſolet; Et quia variis modis Gabella iſta defraudabatur, ideò quædam capitula condita fuerunt, pontifex autem dicta capitula confirmat, ſupplendo omnes defectus, cum decreto irritante, etc. cum clauſulis derogator. etc. Dat. Rom. 11. Kal. April. ann. 1. Vide conſtit. 126.

Volentes ex rationabilibus cauſis, &c.) Paul. 4. mandauit exigi taxas equorum, ſed eius conſt. hic non habes; Et pontif. iſte eaſdẽ quibuſcunque conuentualibus exigi iubet, cum clauſ. derog. &c. Datum Rom. 19. Mart. ann. 1.

Sedis, &c.) Paul. 4. commiſit Card. de Carpo protectori Ord. Fratrum Minorum, vt cõtra Fratres extrà clauſtra religionis vagantes procederet, vt in ipſius conſtit. 28. cupientes abſolui. Idemque Paul. 4. vt contra apoſtatas plenius prouideret, aliam edidit conſtitutionem, quam habes ſup. nu. 29. Poſtquam, in exequutione autem dictæ conſtitut. Paul. 4. multæ lites, & ſcandala orta fuerunt ex cauſis hic expreſſis, ideò hic pont. abſoluit omnes apoſtatas, & translatos in ſeculo vagantes à cenſuris, & pœnis incurſis ob non paritionem dictæ conſtit. Paul. 4. Et ſuper irregularitate per eoſdem contracta diſpenſat; Et dictam Paul. 4. conſtitutionem ad formam iuris, & ſacrarum conſtitutionum reducit. Aduocat etiam ad ſe omnes cauſas contra eoſdem coram quibuſcunque Iudicibus introductas, eaſque ſummariè, & iuxtà diſpoſitionem iuris, & ſacrarum conſtitutionum cognoſcendas committit Vicario Vrbis, & reſpectiuè ordinariis locorum, & ſuperioribus monaſteriorum, &c. cum clauſulis derogat. &c. Apoſtatæ translati abſoluti pœnitentiam à confeſſoribus iniungendam facere debeant. Apoſtatæ, & translati diſpenſationes, & indulta Iudicibus præſentare, & eam expedire debent infrà ſex menſes, alias in cẽſuras anteà incurſas recidant. Dat. Ro. 3. Non. Apr. ann. 1. vide Pau. 4. conſt. 28. & 29.

Paſtoralis, &c.) Prædeceſſores bona Cam. Apol. vel notitiam habentibus multas pœnas impoſuerunt. Hic autem pont. monet detentores, & ſcientes, vt in termino hic aſſignato, bona reſtituant; Inobedientibuſque pœnas excommunicationis imponit, in qua ſi per octo dies præſentauerint, ſint dignitatibus priuati, officia, & benef. ſine alia declaratione amittant. Scientibus quoq; & reuelantibus retributionem promittit, cũ clauſ. derog. etc. Forma publ. iſtam conſt. quam tamen non inueni. Dat. Ro. 3. Non. Apr. ann. 1. vide paul. 4. conſt. 25.

De ſtatu, &c.) Continet exemptionem Monialium à ſolutione Decimarum, ſubſidiorum, & aliorum onerum; Prohibetque commiſſariis, & aliis exactoribus, ne illas moleſtent ſuper id, etc. cum deputatione exequutorum iſtius conſtitutionis, clauſulis, &c. Datum Romæ, Non. April. anno primo. Ampliatio Pii 5. conſt. 15. & 192. Vide Greg. 13. conſtit. 41.

Graue, &c.) Decernit omnia, et ſingula teſtamenta, et donationes, atque quaſcunque diſpoſitiones cauſa mortis factas à quibuſuis Perſonis, quacunque dignitate fulgentibus de bonis Eccleſiaſticis facta in futurum quomodolibet, tam in fauorem piorum locorum, et hoſpitalium abſque licentia Sed. Apoſtol. ſint nulla, et irrita, et nullius momenti. Sed tamquam ſpolia ad Camer. Apoſtol. ſpectantia deuoluta eſſe; Quare omnia nunc prout ex tunc reuocat, et annollat, cum decr. clauſ. etc. Dat. Ro. 26. Maii anno 1.

Cum venerabilis, &c.) Leo x. erexit Ar-

chi-

Digitized by Google

chiconfraternitatem Charitatis in Vrbe , vt habes in eius conſtit.52.illius,qui.Hic autem Pontifex applicat dictæ Archiconfraternitati pœnas,& taxas expreſſas. Scias autem,quod exactio taxatum non eſt in vſu.Deputat executores iſtius conſt.cum clauſul.derog.&c. ſola ſignatura ſufficit.Dat.Ro.13.Kal.Iun.anno 1.

Paſtoris æterni,&c.) Alexand.4.confirmauit donationem factam Hoſpitalis, & Fratribus Sancti Lazari per Federicum Imperatorem,vt habes ſup.in eius conſt lecta. Clem.4. facultatem eiſdem Fratribus conceſſit,leproſos vndique ſuſcipiendi,& illos cum eorum bonis tranſeundi ad hoſpitalia,vt habes ſup. in eius conſtit.5.Venerabilibus, Gregor.10. cuius conſtitut.hic non habes,exemptionem conceſſit à ſolutione decimarum, gabellarũ, &c.Ioann.22.cuius conſtitut. hic non habes, inhibuit Epiſcopis,& aliis, nè Eccleſias,Hoſpital.vel Fratres excommunicarent , Paulus 2.cuius conſtitut.hic non habes, confirmauit quæcunque indulta Domui leproſorum Sancti Lazari extra muros Capuam , & Fratribus conceſſas,& eoſdem ſub ſua protectione ſuſcepit,Adrian.5.& alij pontifices , quorũ conſtit.hic non habes,varia priuilegia , & indulta Fratribus Hoſpital. Sancti Lazari conceſſerunt,hic autem pontif.omnia,& ſingula eorum priuilegia exemptiones,& indulta approbat. Statutaque, & ſtabilimenta eorum confirmat,cum decreto irritante ,&c. cum clauſul.derogator &c.Dat.Ro.7.Kal. Iul.an.1. vide Alex.4.conſt.1.Clem 4.conſt.1.Clem.6. conſt.2.Pij 5.conſt.30.46.74. 123.vide Pij 5. c.30.

Circumſpecta,&c.) Mart.5. cuius conſtit. iſtam hic non habes, commiſit cognitionem omnium cauſarum vertentium inter Fratres, & ſubditos Hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani Magno Magiſtro , vel eius commiſſarijs. Fratribuſque,&ſubditis alios trahentibus coram allijs Iudicibus pœnas impoſuit.Sixt.4.cuius conſtitut. iſtam hic non habes,quaſcunque diſpoſitiones,ab alio quã magno Magiſtro factas,& faciẽdas de præceptorijs annullauit; Et detentores prætextu dictarum conceſſionum monuit, vt Magno Magiſtro poſſeſſionem reſtituant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſibi reſeruata abſolutione priuationis dignitatum, officiorum, & benef. ſi erunt Fratres, & per menſem excommun.ſuſtinerent cum inhabilitate, &c. Inno.8. cuius conſtitut. iſtam hic non habes,ordines S.Sepulchri , & Militiæ Sancti Lazari,vniuit,& ſubiecit Magno Magiſtro huius ordinis,Sed Pius 4.talem vnionem Militiæ Sancti Lazarij reuocauit, vt infra in conſtitut. 131.Inter aſſiduas. Et quaſcunque exemptiones conceſſas,& concedendas etiã à Sede Apoſtolica,declarauit idem Inno.non excuſare ab obedientia magni Magiſtri , & ſolutione iurium communis ærarij , beneficia huius ordinis nõn comprehendi ſub reſeruationibus Apoſtol.voluit idem Inno.Beneficia iſta,Fratribus Hoſpitalis tantum conferri per magnum Magiſtrum,& conuentum, hoc idem voluit Gregor 13. in conſtitut 64. quo magis , prouiſioneſque beneficiorum eorundem,etiam apud Sedem Apoſtol.vacãtium per magnum Magiſtrum,& conuẽtum, ſolummodò; & non per alios , etiam Rom. pontif debere declarauit Iul.2. cuius conſtit. hic non habes, ceſſiones , & gratias de beneficijs Hoſpitalis Sancti Ioannis, abſque conſenſu magni Magiſtri,& conuentus factas reuocauit.Et omnia loca Hoſpitalis liberæ diſpoſitioni magni Magiſtri , & Conuentus reſeruauit , acceſſuſque , & alias grarias aliis, quam Fratribus Hoſpitalis conceſſas annullauit.Cauſarum quoque omnium ſuper beneficijs Hoſpitalis vertentium inter Fratres, & alios cognitionem magni Magiſtri, & eius Commiſſarijs reſeruauit;Priuilegia,& gratias à prædeceſſoribus,& alijs principalibus conceſſas confirmauit: indulgentiarum quoque, & peccatorum remiſſiones publicari permiſit;Leo 10.cuius conſtitut. iſtam hic non habes,confirmauit conceſſiones Mart.5. Alex. 6.Pii 2.& Iul.2.& aliorum. Facultatemque dedit magno magiſtro, & Conuentui deputandi Vicarios in prioratibus Hoſpitalis cum auctoritate conferendi præceptorias , & ancianitates,& exigendi reſponſiones; Litteriſque magni Magiſtri, & Conuentus credi iuſſit quoad profeſſionis emiſſionem,&c. Alienationeſque bonorum immobilium Hoſpitalis prohibuit.Expectatiuas quoque,& gratias quaſcunque,&c. ſuper benef. Hoſpitalis conceſſas,& concedendas reuocat , & annullat,non obſtantibus quibuſcunque,Clemens 7.confirmauit omnia priuilegia,& gratias huius Hoſpitalis,& militiæ, Iuriſdictionemque etiam miſti,& meri imperii , conceſſit Magno Magiſtro,& Conuentui in perſonas , & bona Hoſpitalis,& Militiæ,non obſtante quouis indulto,& procuratorem generalem in Romana Curia cum ſimili poteſtate deputãdi eiſdem facultatem conceſſit. Et in eadem Curia per ſe, vel alium de benef. Hoſpitalis apud Sedem Apoſtol.vagantibus, & non tamen per reſignationem in manibus pontif. conferendi,& de benef. etiam affectis prouidendi,illaſque diſmembrandi , & penſiones aſſi-

aſſignandi,&c.indulgentias quoque publicādi,quæſtuandi,& eleemoſynas colligendi.Sepeliendi mortuos in eorum Eccleſijs,& arma deferendi,Cappellanis, Hoſpitalis auctoritatem dedit audiendi confeſſiones militum,& aliorum,& Sacramenta miniſtrandi , & celebrandi etiam tempore interdicti,facultatemque omnibus dedit erigendi loca ſub depēdentia Hoſpitalis , quæ gaudeant omnibus Hoſpitalis priuilegijs.Alienationes bonorum Hoſpitalis in eius damnum factas abſque licentia Magiſtri , & Conuentus reuocauit. Acceſſuſque, & coadiutorias,&c.ad beneficia Hoſpitalis conceſſas præterquam ex cauſa oneroſa,& de licentia magni Magiſtri , & Conuentus annullauit.Cauſas etiam vertentes ſuper benef.Hoſpitalis,à quibuſcunque Iudicibus auocauit,& magno Magiſtro commiſit.Hoſpitaleque,& eius perſonas, & bona ſub Sedis Apoſtol.protectione ſuſcepit , & à quorumcunque iuriſdictione exemit.Exemptionemque à decimis,&c.conceſſit, etiam ſi in impoſitionibus expreſsè grauarentur. Hoc idem conceſſit Pius 5. & Gregor. 13. vt in Gregor.conſt.64. quo magis. Exemptionem quoque à iuriſdictione Ordinariorum, & aliorum eiſdem dedit etiam ratione delicti,contractus,& rei,de qua ageretur.Ius patronatus,& præſentandi ad benef. hoſpitalis decreuit non concedi, niſi ratione fundationis;aut dotationis , &c. Penſioneſque ſuper prouentibus beneficiorum Hoſpitali prohibuit etiam per Sedem Apoſtol. aſſignari alijs, quam perſonis Hoſpitalis ſine conſenſu magni Magiſtri,& Conuentus,&c.hoc confirmauit Gregor.13.in eius conſtitut.62. quo magis.Perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas per Fratres, & alias perſonas hoſpitalis in eorum conſeruatores lectos, iuſſit debere eos defendere . Cappellanos huius Religionis ad deſeruiēdum in Eccleſijs eiuſdem Religionis per ordinarios admitti præcipit,& presbyteros non profeſſos recipi vetuit abſque licentia Fratres illos declarauit gaudere priuilegijs hoſpitalis , qui habitum ſuſcepiſſent,& vagabundos illis vti non poſſe decreuit.Greg.13.conſt.81. Idem c.4. Idē ibi.Greg.13.161.Pij 5.c.74. Pij 5.ibi. Reuoc. infrà c.38.Pij 5.conſt.74.Pij 5.conſt.143. ibi. Greg.13.c.64.

Confugientesque ad Eccleſias Religionis, iuſſit non moleſtari.Et ipſis Clemen. litteris derogari non poſſe decreuit.Et ità per quoſcunque Iudices iudicari voluit;Confirmauit etiam conceſſiones Alexand.6. & aliorum pontif.circa exemptionem à ſolutione decimarum,& extendit ad bona in emphyteuſim vel feudum conceſſa , non tamen in perpetuum . Expectatiuas quoque,& omnes gratias præuentiuas alijs, quam perſonis hoſpitalis ſuper illius benef.conceſſas , etiam per Sedem Apoſtol.reuocauit, & illis non obſtātibus,magnum Magiſtrum , & Conuentum de illis diſponere poſſe declarauit , Paul.3. cuius conſtitut.iſtam hic non habe s, confirmauit Clement.7.& aliorum pontif. conceſſiones,& maximè quoad perceptionem Decimarum,Noualium , & applicationem factam huic hoſpitali de Militia Sancti Lazari, &c.Declarauitque longum tempus in materia feudi,vel emphyteuſis, intelligi de tempore 99 ann.ſeù vitæ trium. Cappellanoſque dicti ordinis prouideri poſſe declarauit de Eccleſijs huius ordinis,non obſtante , quod presbyteris ſæcularibus ſolitum fuerit eas conferri.Pius autem 4.pontifex iſte,ex cauſis expreſſis confirmauit priuilegia , & gratias per Martinum 5. & alios prædeceſſores hoſpitali , & Militiæ Sancti Ioann.s Hieroſolymitani,eiuſque perſonis; & rebus conceſſas, iuxtà Leonis 10.Clement. & Pauli 3. conceſſiones Regum Aragonum editas. Conſtitutio iſta edita in Curia.Idem pontifex confirmat decreta , & ordinationes Capituli generalis nouiſſimè celebrati,& maximè de celebrandis duplici officio feſtis Apoſtolorum; De reſponſionibus, & nouis impoſitionibus. De illegitimis non illuſtribus non recipiendis.De animalium repertorum in præceptoris tempore obitus præceptorum diuiſione. De commutatione ſolutionis iurium , &c. De dilatione diuiſionis ſpoliorum. De forma licentiarum exercendi Militiam ſæcularem. De acceptatione adminiſtrationis communis ærarij . Extenditque dicta priuilegia, & gratias Hoſpitalis præfati ad hoſpitale in Meliuitanen. Inſula conſiſtens . Cauſas etiam hoſpitalia, & Militiæ committit magno Magiſtro, & Conuentui , priuatiuè quoad alios. Appellationeſque à ſententijs latis per Iudicem hoſpitalis , ad magnum Magiſtrum , & Conuentum,& à ſententijs latis per magnum Magiſtrum , & Conuentum ad Capitulum generale deuolui debere declarat Reſcripta, & ordinationes magn.Magiſtr.& Conuentus abſque aliqua licentia : vbique exequi debeant. Conſeruatoribuſq; nominatis à perſonis hoſpitalis , mandat vt eos defendant, habeantque propterea facultates expreſſas Fratribus etiam , & alijs perſonis Hoſpitalis, dat facultatem ſacros ordines ſuſcipiendi etiam extrà tempora,à quocunque Antiſtite, et celebrandi abſq; licentia etiam ſuper Altari portatile.Exemptionemq; cōcedit à decimis

cimis

cimis, & ſubſidio à Rege Hiſpaniarum, ac quarta à Rege Franciæ impoſitis, &c. Extrahendiquè frumenta ex locis Hoſpitalis, illaque loca fidelium aſportandi ſine aliquo datio, licentiam concedit. Reuocationem huiuſmodi licentiarum habes infrà in conſtit. 138. inter multiplices. Indulgentias à prædeceſſoribus conceſſas confirmat. Facultates etiam commutandi vota, & ſuper malè ablatis, & relictis pro ſuſtentatione pauperum, & ſuper diuinis officijs omiſſis componendi à Clem. 5. conceſſas approbat, &c. Beneficia hoſpitali vnita de cætero non vacare, & illa non in titulum, ſeù commendam conferri mandat. Fratres, & aliæ perſonæ hoſpitalis, in eius cauſis ad teſtificandum admittuntur deficientibus alijs probationibus magn. Magiſ. & Priores, &c. poſſint Fratres, & alios delinquentes vbique capere, & punire. Publicatio præſentium, & aliarum litterarum Apoſtol. magn. Magiſter. Conuentus in prioratibus, & alijs locis, ligat omnes tanquam ſi perſonalitèr facta eſſet. Suſcipientes habitum extrà Conuentum etiam à Roman. pontiſ. vel prouiſionem beneficiorum obtinentes, infrà annum in Conuentu comparere debent. Obtinentes beneficia, vel penſiones, citati non comparentes, coerceantur cum decreto irritante, &c. cum clauſ. derog. &c. Dat. Rom. Kal. Iul. an. 1. vide Pij 5. conſ. 79. Greg. 13. c. 64. Reuoc. Pij 4. c. 131. Conſ. Greg. 13. c. 64. Pij 5. cōſtit. 32.

Sanctiſſimus in Chriſto pater, &c.) Reſignationes beneficiorum publicari, mandauit iſte pont. dubia tamen expreſſa deſuper orta ſunt. Ideò hic pont. illa declarat, cum decr. irrit. &c. publ. 1560. 10. Sept. an. 1. vide Greg. 13. conſt. 87.

Cum nos, &c.) Hic pontifex pro ſubleuādis neceſſitatibus Sed. Apoſtol. erexit Collegium 375. Militum piorum, qui ſoluerunt ſcuta centum octuaginta millia, & quingenta ſcuta. Et eiſdem emolumenta, & priuilegia aſſignauit. vt ſupra in eius conſt. 5. Pij patris; Et modo propter alias vrgentes neceſſitates auget dictum Collegium ad alios centum ſexaginta Milites, qui ſoluerunt pontifici ſcuta octoginta millia, & eiſdem concedit omnia indulta, & priuilegia prioribus militibus conceſſa aſſignat alia ſcuta octo millia auri in auro ſuper Dohanis Vrbis: Dohanerij Vrbis tenentur ſe obligare de ſoluendo quotannis Collegio militum piorum ſcuta octo millia auri in auro, videlicet ſingulis menſibus ratam partem: Defenſorum Collegij Militum deputatio. Secretarij eiuſdem Collegij deputatio. Forma publ. hác conſtitutionem. Datum Romæ, idib. Septembr. ann. 1. vide conſt. 5.

De ſalute gregis Dominici, &c.) Ordinat, quod Epiſcopi abſentes redeant ad eorum Eccleſias, quod ſi ceſſantibus legitimis cauſis per ſex menſes continuos abſuerint incurrant pœnam quartæ partis fructuum: ſi per alios ſex aliam quartam amittant, ſi contumacia creuerit, denuncient per Metropol. & ille per antiquiorem ſuffraganeum reſidērem ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſ. ipſo iure incurrenda infrà tres menſes. Obedientes, & Reſidentes potiuntur priuilegijs infraſcriptis, videlicet. Citari non poſſunt ad comparendum in Romana Curia, niſi de commiſſione papæ iuriſdictionem quoque habent contra Clericos ſæculares, & etiam Regulares extrà clauſtra degentes quomodolibet exempros; à quorum decretis ante diffinitiuam non appellatur, & vbi agitur de correctione morum appellatio non admittitur cum decreto irritante, &c. Exequutorum iſtius conſt. deputatio, & facultates, cum clauſ. derog. &c. Forma, & effectus publicationis. Datum Romæ, prid. Non. Septembr. anno 1. Vide Concil. Trident. ſeſſion. 6. cap. 1. ſeſſ. 23. cap 1. ſeſſ 24. cap. 12. De reſid. curatorum, conſtit. 91. contra non reſidentes procedat. Aud. Cam. Pij 5. conſt. 182. infrà conſt. 127.

Cum in alienationibus, &c.) Solemnitates ſeruandæ in conductionibus, & locationibus bonorum Cameræ Apoſtol. cum decreto irrit. &c. Pacta damnoſa R. Cameræ fieri prohibentur in ſubhaſtationibus eius bonorum, ſola ſignatura ſufficit, cum clauſulis derogat. &c. Datum Romæ, 16. Kalend. Octobr. anno primo.

Prouida, &c.) Paul. 4. cuius conſtitut. habes num. 3. alienationes bonorum Eccleſiæ, & locationes, & vltrà triennium in damnum Eccleſiarum, non ſeruatis ſolemnitatibus factas annullauit, & reſcidit. Et deindè in alia conſtit. (quam habes cum nos nuper) Indicem alienationum huiuſmodi deputauit cum facultatibus ibi, & hic contentis. Lites autem, & quæſtiones multæ ortæ ſunt, & quā plurimi de rigoroſa exequutione dictæ conſtitut. Paul. 4. conquerebantur. Ideò hic pont. illam conſtitut. reducit ad terminos iuris cōmunis, & quoad cauſas pendentes, & futuras quo verò ad deciſas, abſoluit condemnatos à cenſuris, & cauſas mandat reuideri ſecundum iuris communis diſpoſitionem, decret. irrit. &c. Forma, & affectus publicationis, cum clauſ. derog. publicatio. Datum Romæ 3. id. Septembr. anno 1. Reduc. ad ter. iur. comm.

conſ.Pau.4.de aliena.bon.Eccleſ.

Cupientes, &c.) Ordinat, quod Iudices cauſarum beneficialium, eorumque affines, & familiares beneficia illa impetrare non poſſint, impetrantes autem illis priuati exiſtant, impetrationes nullæ ſint, cum decr itr.&c. cũ clau.derog.&c.ſola ſignatura ſufficit.Dat.Ro. 5.id.Nou.an.5.

Solet, &c.)Declaratio, quod indulta Nunciorum Apoſtolicorum circà collationes beneficiorum, &c.non compræhenduntur ſub quauis reuocatione. Tu autem vide moderationem, & reuocationem, de qua infrà in cõſt. 65.& 66.Sanctis.cum clauſ.derogat.&c. cum decr.itr. &c. Dat.Ro.3.Kal.Nouembr.anno primo.

Quia non ſolum, &c.)Ordinat, quod Domini reſtituant infrà ſex menſes Vaſſallis pecunias pro eis ſolutas, & ab alijs obligationibus indemnes releuent eoſdem ſubditos debitis tẽporibus.Obligationes vaſſallorum de cætero pro Dominis faciẽdæ inualidæ erunt, cum decret.irrit.&c.ſola ſignatura ſufficit, cũ clauſ.derogator.&c.publicata 30.Octob.anno 1.

Decens eſſe cenſentes, &c.) Decernit, quod bona Clericorum ex illicita negotiatione acquiſita, vti ſpolia ſpectent ad Cam. Apoſt. cum decr.irrit.&c Exequutorum deputatio, & facultas, cum clauſ.derog. &c. Datum Romæ, 9.Nouembr.anno 1.vide Pij 6. conſt.47: De facultate Theſaur.ſup.ſpol. Gregor. 13. conſt.74.

Prouidentia Romani Pontificis, &c.) Camerarij S.R.E.multis priuilegijs vſi ſunt vſq; ad tempus Paul.4.qui illa limitauit, vt habes ſup.in eius conſt.34.ſi ex præcepto; hic autẽ pontifex reuocat limitationem Paul.4.& antiqua priuilegia confirmat, & innouat. De Hebræorum tolerantijs habes infr. in conſt. 139.cum ſicut, cum clauſ.derog.&c.Dat.Romæ, idib.Nouembr.anno primo. Vide conſtit.74.

Ea, quæ à prædeceſſoribus noſtris, &c.) Continet confirmationem in conſtitut.Iul.2. Leo.10.& Clem.7. extenſionem conſtitutionum ad fautores duellantium, & affigentes, vel ſubſcribentes cartas duelli. Reuocationem quarumcunque conceſſionem duellorum.Monitionem ad omnes Principes Chriſtianos etiam non ſubſiditos R.C. vt duella, & certamina prohibeant, ad quod habes Concil.Tridentin.ſeſſ.25.cap. de reformatione.cum clauſul.derogato.&c.Dat.Rom idib. Nouemb.ann.primo.Conc.Trid.ſeſſ.25.c.19. Greg.13.conſt.87.vide Iul.2.conſt.9.cum ibi adnot.

Ad Eccleſiæ regimen, &c.)Paul.3. & Iul. 3. indixerunt Concilium Tridentinum ſed proſequutum non fuit ex varijs cauſis, de quibus hic, & in Paul.3.conſt.4.Initio, & Iul.3.conſt. 13.Cum ad tollenda. Iſte autem pontifex ex cauſis expreſſis dictum Concilium proſequi mandat ad diem reſurrectionis Domini 1561. Monetque Prælatos, vt accedant ad Concilium, hortatur etiam Imperatorem, Reges, & Principes, vt per ſe ipſos, vel eorum oratores Concilio interſint. Dat.Rom.3.Kal.Decemb. ann.1.

Cum noſtræ intentionis, &c.) Impudicis mulieribus vſum habitus Romani, & thedarum, prohiberi mandarunt Iul. 3. & Paul. 4. Hic pontif.idem confirmat; Matronaſque, & alias honeſtas mulieres, dicto habitu vti debere decernit, cum clauſulis derogatorijs, &c.

Cum ſede, &c.) Populus Romanus, Sede vacante per obitum Pauli 4.maximos exceſſus expreſſos commiſit. Et modo à Pio 4. petit, & ſine præiudicio tertij obtinet abſolutionem ab huiuſmodi exceſſibus, & reintegrationem ad gradus, honores, & bona, cum decreto irritante, &c. cum clauſulis derogatorijs, &c. cum clauſulis præſeruatiuis, &c. ſola ſignatura ſufficit. Clauſula ſine præiudicio tertij De eorum priuileg.conſt.27.quæ clauſula tollitur mox infrà. Populus Romanus poſt obtentam gratiam, cum clauſula ſine præiudicio tertij diligẽtiam fecit vſque modo repetiendi damnum paſſos, & illis ſatisfecit; Et modo petit, & obtinet gratiam, liberè, & ſine dicta clauſula. Cum clauſulis derogat.&c.ſola ſignatura ſufficit. Dat.Ro. id.Ian. ann.1.

Cupientes, &c.) Continet applicationem R.Camer.Apoſtol.fructuum benef. in Regno Neapol.pro tempore vacãtium eiſdem Sed. reſeruat.à die vacat.vſque ad diem, quo prouiſi à Roman.pontif.poſſeſſionem capient de manu Nuntij Apoſtol. Inhibitionemque contra Epiſcopos, et alios nè ſe intromittant in diſpoſitione benef.ſic reſeruatorum, cum. decr.irr.& facul.Nuntij Apoſt. in proſequutione d.conſtitutionis, clauſ.etc. Dat.Rom 7. Decemb.anno 1.Vide Pij 5.conſt.56.et infrà conſt.37.

In eminenti, &c.) Confirmat conſtitutiones aliorum Pont.contra homicidas, & bannitos. Et decernit, quod banniri etiam habita pace exulent à toto ſtatu Eccleſiaſtico. Recipientes, acceptantes.eis fauentes, pœnas læſæ Maieſtat rebellionis, priuationis, etc.incurrant. Communitates, et Barones teneantur homic.et complices capere, et ſi non

poſ-

Digitized by Google

poſſunt, debeant eos notificare. Reuocatque facultates d. homicidas abſoluendi, & deputat exequutores, cum facultatibus, clauſulis, &c. Datum Romæ 8. Id. Ianuar. anno 2. Deinde Clem. 7. c. 6. Pij 5. conſt. 18. 19. Vide conſtit. 116.

Cum nos, &c.) Confirmat conſt. Clement. Deinde declarat ſe in conſtit. præcedenti nō intendiſſe comprehendere eos, qui ſecundum iuſtitiam à ius dicentibus abſoluti, & liberati fuerunt, exceptis his caſibus, in quibus de iure contra illos procedere, denuò permiſſum eſt, cum clauſulis, &c. & quod abſolutiones minus validas habentes, recedant à ſtatu Eccleſiaſtico. Dat. Rom. 11. Kalen. Iun. ann. 2.

Romanus, &c.) Iul. 3. in eius conſt. 3. quam habes de Curialibus, & Vrbis incolis in Curia, &. eius diſtrictu decedentibus, quibus conceſſit facultatem teſtandi de omnibus eorum bonis in Vrbe, & eius diſtrictu conſiſtentibus etiam ex redditibus Eccleſ. acquiſitis, & ad fauorem incapacium. Quod limitatur per Pium 5. in dicta eius conſt. 74. & 124. & eiſdem Curialibus ab inteſtato decedentibus, eorum proximiores ſuccedere debere excluſa Reu. Cam. Apoſtol. declarauit idem Iul. 3. in d. eius conſt. 3. Quod limitatur per eumdem Pium 5. ibid. Hic autem Pontif. in eius conſt. 25. quam habes ſupra, ſtatuit bona Clericorum ex illicita negotiatione, &c. acquiſita tamquam ſpolia ad Cam. Apoſ. pertinere. Ideò dubitabatur, an iſta conſtitutio præiudicauerit dictæ conſtitut. Iul. 3. Declarat igitur non fuiſſe præiudicatum priuilegijs Curialium, & eius conſtitut. non ſe extendere ad Cardinales vbique decedentes, aut alios teſtandi facultatem habentes ex priuilegio, aut licentia Sed. Apoſtol. Ad quod vide infra conſt. 115. in ſuprema, & dictam Pij 5. conſtitution. 120. Quæ ordini confirmatio conſtit Sixt. 4. & aliorum, quam Sixt. 4. conſt. habes vbi notauit. cum decr. irrit &c. cum clauſ. derog. &c. Dat Rom. Vide Sixt. 4. conſt. 4.

Dum præclara, &c.) Indulgentiarum conceſſio, confirmatio aliarum indul. ſola ſignatura ſufficit. Dat. Ro. prid. Kal. Mar ann. 2. hoc pro SS. Roſar.

Circumſpecta, &c.) Hic Pont. reſeruauit quædam beneficia, de quibus hic. Et deindè Epiſcopis, & alijs apud eorum Eccleſias reſidentibus facultatem, diſponēdi de beneficijs non reſeruatis vacantibus. Exemptionemq; à ſolutione decimarum, &c. eiſdem conceſſit, vt ſup. in conſt. 17. de ſalute. Et modo eadem priuilegia conceſſit prælatis Concilio Tridētino intereſſentibus, pro tempore, quo ibi reſederint, aut in itinere fuerint, exequutorum deputatione, cum clauſul. derogator. &c. Datum Rom. Kal. Mart. ann. 2. Vide conſtit. 16.

Decet Romanum, &c.) Paul. 3. cuius conſt. iſtam hic non habes, Scriptoribus Apoſtol. conceſſit facultatem teſtandi de redditibus Eccleſ. vſque ad ſummam ſex millium ducatum. Iul. 3. cuius conſt. iſtam hic non habes, dictam facultatem extendit ad quamcunque ſummam. Hic autem Pontifex ex cauſis expreſſis extenſionem Iul. 3 reuocat quoad Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas. Ea autem vide inf conſt. 119. in ſuprema propēſi cum decr. irritan. &c. cum clauſ. derog. &c. Datum Rom. Idib. Mar. ann. 2. Pij 5. conſt 74. & 124.

Volentes, &c.) Continet facultates capiendi poſſeſſionem beneficiorum reſeruatorum per obitum illa obtinentium, facultas Theſaurarij procedendi contra inobedientes, & eorum fautores, &c. Inhibitio quod Ordinarij de beneficijs reſeruatis non diſponent ſuper pœnis expreſſis. Hoc habes etiam in conſtit. ſeq. cum decr. irrit. &c. cum clauſ. derog. &c. Datum Rom. 22. April. ann. 2. Gregor. 13. conſt. 74.

Cupientes, &c.) Applicatio Reuer. Camer. Apoſtol. fructuum Sedi Apoſtol. reſeruatorū, ſeù affectorum à die vacationis, vſque ad diē prouiſionis, facultas collectoris ſpoliorum exigendi dictos fructus. Inhibitio cōtra Epiſcopos, & alios: nè ſe intromittant in diſpoſitione dictorum beneficiorum, cum decreto irritante, &c. facultates collectoris pro exequutione iſtius conſtitutionis, cum clauſul. derog. &c. Ex fructibus ſupradictis onera beneficiorum ſupportari debent pro rata. Dat. Ro. 25. Apr. an. 2. vide Pau. 2 conſt. 4. Pij 5. cōſtit. 163.

Cum nos, &c.) Hic Pontif multis pijs locis, & alijs perſonis conceſſit, & reſpectiuè confirmauit, varias gratias, & indulgentias miniſtri autem piorum locorum gratiarum conceſſarum fines exceſſerunt cum ſcandalo infidelium: Ideò hic pontifex reducit dictas indulgentias, ac facultates erigendi Cappellas, Confraternitates, & Eccleſias originales, ità vt ſuffragentur illas perſonalitèr tantum, & deuotè viſitantibus, & extrà eas publicari, & quæſtus deſuper fieri nequeant, præterquā pro redemptione captiuorum, & expeditione contra infideles, & Fabrica S. Petri de Vrbe: immò reuocauit etiam indulgētias, & gratias Fabricæ Sancti Petri, vt infr. in conſt. 78. De commiſſo, & ibi not. inhibet etiam Ordinarijs

locorum, nè concedant licentias publicandi indulgentias, & quæſtuandi, ſed eoſdem coerceant. Ad hoc etiam habes Pij 5.conſt.30. Et ſi Dominici. Exequutores quoque deputat contra publican. indulg. & quæſtuantes, & etiam contra permittentes. Forma, & effectuſ publicationis, quam hic non habes, cum decreto irritante, &c. cum clauſulis derogator. &c. ſola ſignatura ſufficit. Datum Romæ 7. Kalen. Maij, ann. 2. Vide conſt. 43. & Clem. 7. conſt. 34. Pij 5. conſt. 32. infr. conſ. 82. 79. 123.

Ad eximia, &c.) Officium Audit. Cameræ vacauit olim per obitum Franciſci Alberici Aud. de cuius facultatibus habes ſup. in Iul. 3. conſt. 19. Ad eximiæ officium Aud. in officium Regentis Cameræ transformauit, & illud Card. de Neapoli conceſſit Paul. 4. vt in eius conſt. 34. 35. Officium Regentatus vacauit poſteà per reſignationem Card. de Neapoli, & illud hic pont. ſuppreſſit, & Officium Auditoriatus in priſtinum reſtituit per alias eius litteras, officiumque Auditoriatus nunc confert Flauio Vrſino, qui poſteà fuit Cardinalis, cum ſolitis facultatibus, & priuilegijs, & maximè infraſcriptis, Iul. 2. conſt. habes ſup. num. 17. Leo. 10. conſt. habes num. 3. Clem. 7. conſt. illam hic non habes, Paul. 3. conſt. habes ſup. num. 16. & Iul. 3. ſup. num. 22. Facultas cognoſcendi cauſas obligationum in forma Cameræ: immò etiam guarantigiæ, & Ripæ, & Ripertæ, & in quibus conſenſum eſt in relaxationem mãdati, exequutiui, vt in Greg. 12. conſt. 57. Ad generis facultas reaſſumendi cauſas dictarum obligationum à quibuſcumque Iudicibus præterquam commiſſas vigore ità ſcripti de eis ſpiritualem mentionem facientis, facultas promulgandi cenſuras vigore oblig. in forma Cameræ. Cauſaſq; Prælatorum, Oratorum, & Officialium Curiæ, & Notariorum ipſius Auditoris, & illorum, ac Papæ familiarium, Campſorumque & Mercatorum, & penſionum, etiam alibi ſoluẽdarum cognoſc. Appellationum quoq; interpoſitarum à ſententijs in Curia latis, præterquam à Vicario, Gubernatore, & Iudicibus ordinarijs, & arbitris, &c. in terris S.R.E. mediatè, vel immediatè ſubiectis: hoc vltimum intellige iuxtà reformationem de qua in conſt. 78. inter multiplices. Summariè què, &c. procedendi in cauſis non excedentibus valorem 100 duc. & in cauſis mercatorum Curiæ, & Notariorum ipſius Auditoris. Et cauſas delictorum cognoſcendi, tàm in Curia, quàm extrà per Officiales Sedis Apoſtol. vel Curiam ſequentes, & alios à iuriſdictione Ordinariorum exemptos commiſſorum. Litteraſque Apoſtol. & Camerarij, & Pœnitentiarij exequendi, quod declaratur in Pij 5. conſt. 121. Inter illa quæ. Sententiaſque in Curia latas exequutioni demandandi. Et cognoſcendi cauſas motas contra Vniuerſitates, & Collegia, & alios extrà Curiã degentes, pro negotijs, vel contractibus in Curia factis, & cõtra degentes in Curia, vel Curiales abſentes pro quibuſcunque rebus. Compulſoriales, & remiſſoriales intelligere, tamẽ vt pro Fiſco non decernat; vt in dicta conſt. 87. Et in vim Eugenianæ, & Leoninæ inhibẽdi trahentibus Curiales extrà Curiam. Quod declaratur ibidem, Monitoriaq; &c. ad partes decernẽdi, &c. Quod declaratur ibidem. Cenſuras Eccleſ. promulgandi. Et cetera alia faciendi, quæ prædeceſſores facere conſueuerant. Confirmat conſtitutionem Leo & aliorum, quos indicaui. Dilationes, & alternatiuæ non poſſunt obligari in forma Cameræ, quo ad bona. Immò etiam quoad perſonas, vt in dicta conſtitut. 57. Greg. 13. De materia dilationum, vide ſuprà in Clem. 7. cõſt. 31. locus A.C. in Cappella Pont. Officiales non moleſtent Auditorem ſuper præmiſſis, cum clauſulis præſeruatiuis, &c. cum decreto irritante, &c. cum clauſulis derogatorijs, &c. Iuramentum A.Cam. poſſent. Datum Romæ Kal. Maij, anno 2. Vide conſt. 57. Gregor. 13.

Cum ſicut &c.) Cauſa conſt. Aduoc. ad ſe Pont. iſte cauſas ciuiles ſocietatẽ Crucifixi, actiuè, & paſſiuè cõcernentes, & inter illam & quoſcunque Iudice motas, & mouendas. Illorumque Iudicem ordinarium deputat protectorem Societatis, vel ab eo deputandum cum facultate procedendi ſummarie, iuxtà facultatem Gubernat. & Regent. Cam. cum facultate præfati Iudicis, citandi etiam extrà Curiam, & inhiben. ſub cenſuris, & pœnis pecuniarijs, &c. Sententiaſque exequendi. Contradictores etiam coercendi. Nullitas ex defectu iuriſdictionis, & citationis, & mãdati ſolummodò opponi poteſt facultas Iudicis. Societatis cogendi hæredes debitoris, & alios ad ſatisfaciendum ſocietati, data cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus non obſtante pendentia litis diſcuſſionis corã alio Iudice etiam commiſſario, neque inhibitione indè ſequta, facultas proceden. ſingulis diebus, & horis. Notariumque ad ſui libitum deputandi. Mandatarij capitolij poſſunt exequi eius citationes. Exequutores omnes exequi debent eius mandata cum decreto irr, &c. cum clauſul præſeruat. &c. cum clauſul. derogat. &c. De priuilegijs fabricæ Sãct. Petri habes ſup. Clem 7. conſt. 8. Ad-

8.Admonet. Datum Romæ 6.Id.April. anno 1.De ſæcul. Gubernat. Leo.10.conſt.7.Regentis Cam.Paul.4.conſt.34.Vic.Vrb.Pau.3. conſt.35.

Cum nos,&c.) Continet approbationem geſtorum per Card.S.Praxedis circa cognitionem,& expeditionem cauſarum,& negotiorum Almæ Vrb. ſtatuſque Eccleſiaſtici. Ampliationemque facultatum circa huiuſmodi cauſas, & negotia, cum præſeruatione ab incurſu irregularitatis,vel infamiæ,cum decr.clauſ.&c.Datum Rom.16. Kal.Septem. anno 2.

Curia,&c.) Paul.4.conſilium ordinauit ſub die 10.Mar.1559. quolibet anno exponi debere pro ſeparatione portus Ancon. ſcuta 8000.exigenda à prou.Romãdiolæ Marchię, & Vmbriæ,& Communitate Ancon.Hic autem pontif.mandat tale ſubſidium ſolui, & exigi debere tàm à ſupradicta die impoſitionis, quàm in futurum,donec aliud ordinatũ fuerit,cum deputatione exequutorum,cum facultate compellendi per pœnas, & cenſuras, & inuocatione brachij ſæcular. decretoſclauſulis,&c.Datum Rom.9.Iun.anno ſecundo.

*Romani,&c.)*Decreuerat iſte pont.vt Miniſtri Hoſpit. & aliorum locorum S.Antonij ſolitas quæſtas continuare, & colligere Eleemoſynas citrà publicationem indulg.& confeſſionalium conceſſionem.Sed eius conſtitutio nõ habetur. Deindè reuocauit indulg. & gratias ſimiles quibuſcunq; pijs locis cõceſſas conſtitutio.38. Modo autem declarat ſub tali reuocatione non comprehendere iſtas facult. S.Anton.cum decret. clauſul.&c. Dat.Rom.19.Iulij,ann.ſecundo, vide conſt. 141.

Ex Apoſtolica,&c.) Iul.2. multas pœnas impoſuit aſportãtibus Alumina Paul.3.cõſt. 51.eaſdem promulgauit: idẽ Iul.3.conſt.45. Hic autem pont. prædictas conſt. & pœnas innouat, & confirmat, excommunicatque eoſdem,&c.Mandat etiam Dominis, & Officialibus locorum,vt eoſdem expellant de locis ad quæ declinabunt. Epiſcopiſq; & alijs pręcipit,vt eoſdem excommunicatos publicent.cum decret.clauſ.&c. Dat.Ro.8.Id.Ian. 1561.ann.2.vide Leo.10. conſt.56.Greg.13. conſt.21.

*Cum ſicut,&c.)*Paul.3.conſt.77.auocauit ab omnibus Iud. Ciuiles cauſa Fiſci ſui intereſſe concernentes,& illas ac alias mouendas in Camer. Apoſtol. cognoſci mandauit. Multi tamen prætendebant id non procedere,quando Fiſcus in iuriſdictionem alterius conſenſiſſet , vel eius intereſſe ſecundario detegeretur in cauſis inter alios vertẽtibus, pont. igitur extendit d. conſt. etiam ad illos caſus,cum clauſ.&c. Dat.Ro.26.Iul.1560.anno 1.

*Superna,&c.)*Fratres ord.Cartuſ.ob aeris malignitatem reſiſtere non valebant in Monaſt. Sanctæ Crucis in Atrio Seſſoriano de Vrbe;ideò pont.illis cõcedit,& donat Thermas Diocletiani,vt ibi Monaſt conſtruant,& ad illud ſe transferant , cum omnibus ornamentis antiqui ſui Monaſt.bonis,& Sanctorum Reliquijs. Priuilegiaque omnia. exemptiones,& indulg.d.Monaſt. Eccleſ.& Fratribus hactenus conceſſas ad nouum Monaſt. transfert,& illa innouat,& cõfirmat;indulgẽtiaſque plen.concedit viſitantibus d. Eccleſ. diebus Natiuit. Paſchatis pent. Veneris Sãct. Sollemnit.45. B.Marty. & Medic.Eccl.à primis veſp.&c. cum clauſ.&c. Dat.Rom.6.Kalend.Aug anno ſecundo, de Carthuſ. Pij 5. conſt.23.

*Circumſpecta,&c.)*Leo X. conſt.37. erexit Collegium Militum Sanct.Petri , quibus certa emolumenta aſſignauit, & priuil. conceſſit,Clem.7. quædã officia militum extinxerat,quæ Paul.3.conſt.reintegrauit.Hic autem pont.militum priuilegia innouat,& confirmat,cum decr.clauſ. &c. Dat.8.Kal.Sept. ann. 2.

Paſtoralis,&c.) Concedit facultatem Inquiſitoribus eligendi Notarios quoſcunque etiam Clericos ſæculares, vel regulares in cauſis inquiſitionis cum clauſ.&c.Dat.6.Kal. Septemb. anno 2.Vide Alex.4. conſt.22. Vrban.4.conſt.1. De alijs facult. Clem.7.conſtit.39.

*Cum,&c.)*Capitulum S.Petri, & alij petierunt confirmationem facultatum Archipresbyterij,& aliorum priuilegiorum , de quibus Paul.3.conſt. 26. Hic igitur pont. confirmat d indulta,& de nouo concedit, cum decret. clauſul.&c. Datum 10. Kalend. Octobr.anno 2.

*Exponit,&c.)*Miniſter Gen.Hoſpit. S.Lazari iud.ord.cauſarum militum,&c.ſed multi coram alijs Iud.conueniebantur, & moleſtabantur:ideo pont.d.iuriſd.Mag. confirmat: Quam,& declarat pius 5.conſt.30 Statuitque milites,& alias perſonas d.Hoſpit. pro cauſis Relig.concernentibus, vel commendas, aut eorum bona coràm alijs Iudicibus trahi non poſſe.

Committitque eidem Magiſtro omnes eorum cauſas cum poteſtate eas cognoſcendi ſummariè,militibuſque , & perſonis Hoſpit.alios coràm alijs Iudices trahentibus pœnam impoſuit priuationis cauſæ , & excõmu-

municationis reſpectiuè, facultatem conce-dit magno Mag. ſententias exequendi, & con-tradictores coercendi, &c. cum clauſ. &c. Da. Ro. 24. Sept. an. 2.

Cum ſicut, &c.) Hic pont. conceſſit offi-cium Aud. Cameræ Flauio Vrſino cum mul-tis facultatibus conſt. 38. Modo autem de-clarat ex tali conceſſione noluiſſe dare ma-iores facultates, quam alijs Aud. conceſſas Vic. & Gubernatoris facultates remanere in ſuo robore, cum clauſ. &c. Dat. Rom. prid. *Kal.* Sept ann. 2. Decl. c. 38. De facult. Aud. Cam.

Cum ſicut, &c.) Declarat iterùm non vo-luiſſe præiudicare facultatibus Vic. & Guber-nator. Vrbis per facultates conceſſas Flauio Vrſino Cam. Aud. Datum 8 *Kalend.* Octobr. ann. 2.

Cum ſicut, &c.) Notarij S. Spiritus deſi-nentes officium exercere & eorum hæredes inſtrumenta per eos rogata, & intereſſe ho-ſpit. concernentia dimittere debere in Canc. hoſp. mandat. Succeſſoreſque in eorum offi-cio poſſe, & debere illa capere, & in publicam formam redigere abſque præmio, & quod eorum ſcripturas plenè credatur, cum clau-ſulis, &c. Datum Romæ. Vide Greg. 13. con-ſtit. 47.

Cupientes, &c.) Paul. 4. conſt. 15. ſtatuit de-bitores obtinentes alternatiuas, vel dilatio-nes teneri deferre biretum viride. Hic autem pont. declarat debitores teneri debere geſta-re dictum biretum coràm Iudicibus Vrbis antequam inhibitionem obtineant, & pro-mittere ipſum de cætero deferre, cum clauſ. &c. publicata 27. Octobr. anno ſecundo, pro-cedit in Curia tantùm, & pro negotijs in ea contractis, vt colligitur ex cauſa ipſius conſt. Nos ſuffragantes in cauſa panis, Iul. 3. c. 28. Neque obligatis in forma Cam. Greg. 13. cō-ſtit. 57. Nec fraudoloſis decoctoribus, pij 5. conſt. 120. Neq; in cauſis piorum locorum, Clem. 7. conſt. 23. Neq; in debitis Ripal. Inn. 8. conſt. 12.

Cum ſicut, &c.) Inquiſitorem Auinioni, non teneri publicari dicta teſtium examina-torum contra hæreticos decernit, neque rationem reddere de proceſſibus contra illos formatis alteri, quam Roman. pont. aut Inquiſitoribus Generalibus Almæ Vrbis. In-hibet omnibus, ne Inquiſitores Auen. ſuper præmiſſis moleſtent, irritando quicquid fa-ctum fuerit contra huius conſt. tenorem, cū decreto, clauſ. &c. Dat. Ro. *Kal.* Nou. ann. 2. vi-de Vrb. 4. conſt. 1.

Cum ſicut, &c.) Præcipit, ne regiſtra fiant in cauſis ordinarij à principio, ſed ſimplices extractus. Regiſtra, & extractus faciant pro-bationem in alio tribunali, ad quod tranſ-portantur. Quod fiant in cauſis commiſſarijs. Quod Feſta incerta, & Mobilia, & de præcep-to, & conſuetudine Vrb. à ſtylo Curiæ, & pal. Apoſtol. obſeruentur. Tradidit formam con-ficiendi regiſtra. Iudices non admittant regi-ſtra, vel extractus aliter factos. Aliter fidem nullam faciant, nec ſentētiari poſſit: cū clau-ſul. &c. public. 22. Nouembr. anno 2. de Re-giſtr. paul. 2. conſt. 8. infrà conſt. 78. & 151. in Archiuio Vrb. Gregor. 13. conſt. 96. in Cur. Capit. conſt. 150. Vide conſt. 37. Clem. 7. con-ſtit. 49.

Cum ſicut, &c.) Continet applicationem fructus, & emolumentorum quorumcunque ad Capitulum, & menſam, Eccleſiarum ſtatus Vrbis ſpectantia ad diſtributiones quotidia-nas, diſtribuendas inter eos; qui officijs diui-nis intererunt, cum exequutorū deput. clauſ. &c. Dat. 12. *Kal.* Dec. an. 1.

Decet, &c.) Pœnæ pro debitis impoſitæ in locis ſtatus Eccleſ. vigore ſtatutorum, & ban-nimentorum applicatæ erant communitati-bus, & propterea delinquentes tanquam po-tentes eas non ſoluebant, & in dies maiora delicta committebantur, ideò pont. dictas pœnas maleficiorum (non tamen impoſitas pro damnis in vineis &c.) Cam. Apoſtol. ap-plicat, & non exactas exigi mandat per De-poſitarios Cam. Iubetque locorum Rectori-bus vt de cætero tales pœnas applicent eidē Camer. & applicationes alitèr factas annullat præſeruando illas, quæ pijs locis applicatæ erant, vel ex cauſa oneroſa, cum clauſulis, &c. Dat. Non. Decemb. anno ſecundo. Vide cōſt. 65. officiales quid debeant habere de d. pœ-nis conſt. 106.

Decet, &c.) Nautę vendebant mediantibus proxenetis eorum vina cauponibus, & alijs, quos non cognoſcebant, & pro conſequutio-ne precij litigare cogebantur, ideò obtulerūt pontifici ſe ſoluturos Iulius 4. pro dolio vini Camer Apoſtol. vltrà alias præſtationes, ſi idem pontif. ſuper præmiſſis prouidere vo-luiſſet. Pont. igitur Nautarum, & Mercatorum vini ſecuritati, ac vini vbertati conſulendo decernit ipſos proxenetas teneri pro pretio vini venditi eis mediantibus, quando em-ptores ſoluere recuſant, vel dilatio vltra vi-ginti dies conceſſas non ſit ab ipſis Mercato-ribus, proxenetaſque ità ſoluentes agere poſſe declarat contra emptores vini, prout ſi ipſimet vinum eius vendidiſſet. Et pro maio-ri cautela Mercatorum vini, ac proxenetarū præcipit quoſcunque caupones, & taberna-rios cauere debere pro ſcut. 100. de ſtando

iuri

iuri occaſione vini, pro quibuſcunque perſonis; Et cautionem non præſtantes coerceri mandat per Camerarium Ripæ; Et Gabellam Iul.4.ſolui,& per miniſtros exigi debere. Regiſtrat.in Cam.hæc cõſt.Dat.12.Kal.Dec. an.2. De officio proxen. & Monte accenſo, Pij 5.conſt.184.

Et ſi,etc.) Fabricæ collegium habet facultatem exequendi vltimas voluntates per hæredes non exequutas infrà annum à die obitus teſtatorum.Ad quod Pij 5.conſt.98. Ideò Pont.dat facultatem eidem collegio cogendi Notar.ad aperiendum d. teſtamenta, & ei oſtendendũ poſt annum à die obitus teſtatorum,cum decr.irr.clauſ.&c. Dat.15.Kal.Ian. an.3.Vide Cle.7.c.8.

Volentes, &c.) Ampliat,& extendit priuil. Artis mercantiæ pannorum Vrbis,& eius cõſulum,& decernit, quod libris Mercatorum mercantilitèr tentis fides adhibeatur etiam vſque ad ducatos triginta de rebus ſpectantibus ad artem. Extendendo Conſulum iuriſd. vſque ad prædictam ſummam contra quoſcunque laicos etiam curiales cum decreto,&c.Datum 28.Kalend.Febr.an.3.Vide Paul.3.conſt.50.De priuil.Artis Lanæ, Pij 5. conſt.33.

Cum inter, &c.) Paul.3. Monaſt.pro puellis,& Hoſpit. pro viris Hebræis,& alijs ad fidem venientibus erexit conſt.32. & Archiconfraternitatem inſtituit,cum priuilegijs,vt ibi.Hic autem pont. prædicta omnia confirmauit conſt.2.Et Monaſt.Virg.Neophitarum ord.prædicat.ſub inuocatione Annunt. ædificandi licentiam conceſſit. Sed non eximit Moniales à quorumcunque iuriſdictione, indulgentiaſque concedit viſitantibus Eccleſ. cum clauſulis,&c.Datum 27.Ianuar. anno 3. Translatio huius Monaſt.Pij 5.conſt.28.Pij 5. conſt.1.

Ad Romanum,&c.) Continet declarationem conſt.18. vt ſcilicèt comprehendat caſtra,& loca ſubiecta iuriſdict. Ciuitatum, & terrarum ipſius ſtatus Eccleſiaſt. cum decreto,clauſulis,&c.Datum 7.Idus Februar. anno 3.

Inter cæteras,&c.) Iul.3.conſt.29. Franchitias in Vrbe prohibuit. Hic verò Pont. approbat dictam conſtitutionem, & aliorum pont.Et contra Franchitias tenentes, & acclamantes,& iuſtitiæ Miniſtros impedientes crimen læſæ Maieſtatis incurrere, & iſta puniri vult, cum clauſulis,&c. Datum 12. Kalend.Martij,anno tertio. Vide Greg.13. conſtit. 20.

Dudum,etc.)Paul.4.multa ſtatuit circà iudæorum viuendi modum,conſt.5. Hic autem Pont.ſimilitèr decernit,quod iudæi in itinere de loco ad locum biretum nigrum deferre poſſint,ſtabilia,neque ad locatio.1500.habere valeant; Mercaturam quarumcunque rerum exercere; Pignora poſt lapſum 18.menſium vendere valeant; Statuta Vrbis eorum priuilegiorum non contraria obſeruare teneantur; Domini domorum exiſtentium in ſeptis ipſorum locare debeant illis pro penſionibus à Camerario declarandis, quæ poſteà augere non poſſint; Qui emerunt à iudæis bona ſtabilia, ſoluant pretium abſque cautionis præſtatione, vel illa cum fructibus reſtituant,cum abſolutione à criminibus cõmiſſis: Querelans contra eos occaſione exactionis intereſſe,habeat annum ad proſequẽdum querelam in reſpectu pœnæ,præſcriptio iuris communis contra Iudæos opponi poſſit.Poſſint habere hypothecas extrà ſeptam iudæorum. Quod libri eorum non probent; niſi ſcripti ſint vulgari lingua italico ſermone, cum taxa compoſitionis factæ in Cam. Apoſtol.exequutorũ deputatione,decr. clauſ.&c. Dat.27.Feb.an 3.de Mat.Pau.3.c.32.Reuoc. Pij 5.conſt.6.

His,quæ,&c.)Coſmus Medices Florent.& Senatus Dux, licentiam obtinuit à Summo Pontifice inſtituendi aliquam militiam Sancti Stephani ſub Reg.Sancti Benedicti, & compartẽtibus pronentus aſſignauit,Charitatemque,& coniugalem caſtitatem, & obedientiam milites expreſsè profiteri iuſſit. Statuta quoque huiuſmodi Reg.condidit.Hic autem Pontifex erectionem huius, ac Statuta confirmat;Et ipſum Coſmum. & alium pro tempore Ducem Florent. magnum Magiſtrum Militiæ creat,cum facultatibus,& priuilegijs, quibus aliarum militiarum magni Magiſtri inter Milites vtuntur, cum decreto exequutorum deputat,clauſ.&c. Dat.Kal. Febr.anno 3.

Altitudo,etc.) Continet priuileg. militiæ ſuprà erectæ; Quæ ſunt exemptio à iuriſdictione Ordinariorum; Poſſint obtinere, & transferre penſiones, etiam ſi ſint coniugati; Diſponere de bonis quocunque modo acquiſitis.& ad fauorem illegitimorum; Prior poſſit celebrare in pontificali, & ſollemnitèr benedicere; Tranſgreſſio Reg. non inducat mortale peccatum, niſi propter inobedientiam,& contumaciam pluries commiſſam,& continuatam,& rebellionem; Exemptio à ſolutione decimarum,& aliorum onerum penſ. ſuper beneſ.militiæ non poſſint imponi, niſi pro militibus;Indulg.conceſſio in expeditione contrà infideles;Et viſitantibus Eccleſ.cõuent.militiæ. Gaudeant priuil.aliarum Reli-

gio-

Digitized by Google

gionum,cum decreto; clauſul.&c. Dat.Non. Iul.an.3.

Confirmat, vel reuocat priuil. vide Pij 5. conſt.74. & 156. De militia S.Lazari, infra conſt.131. Hieroſolymitanis,conſt.14.milites S.Pauli,Paul.4.conſt.26. milites Pij ſup. conſt.5.

Cum vices,etc.) Continet prohibitionem deferendi, & retinendi Archibuſettos breuioris menſuræ duorum palmorum, qui contrafecerit, pœnam læſæ Maieſtat. & rebellionis,& alias à iure inflictas incurrat. Officiales licentias deferendi deſuper nõ concedant.Si dentur nullæ ſint,& à prædictis pęnis non excuſent,cum clauſ.Dat.prid.Non.Mar. ann.3.Extenſionem ad pugiones, &c. Vide Pij 5. c.154.

Sanctiſſimus,&c.) Reuocat etiam facultates Nunciorum,& cum poteſtate legati de latere;De menſe Iunij. Deinde reualidauit eaſdem quoad ea, quæ iuſtitiam, viſitationem, reformationem, & morum correctionem concernunt, die 7. Nouembr. anno 3.

Paſtoris,&c.)Continet facultatem Inquiſitorum generalium, & particularium procedendi contra quoſcunque Fratres, & Religioſos etiam exemptos, dummodò eorum Superiores non præuenerint,cum decr.clauſ. &c.1.Apr.anno 3.conſonat. Alexand.4.conſt. 33. Clem.7. conſt.33. Pau.3. conſt.29. infra conſt.92.

Et ſi cuncta,&c.)Iul.2.conſt.11. decreuit Reos delicti,pro quibus pœna ſanguinis venit imponenda non audiri niſi in carceribus conſtitutis; Et gratiam deſuper à papa obtinentes voluit ſupplicationes eorum locorum Gubernat.exhiberi,& verificari debere.Minoritatemque non excuſare; Et conſt. 6.Leo.& Clem.7.quorum conſtitutiones non adſunt,decreuerat in cauſis criminalibus non admitti appellationem, niſi facto depoſito, Paul.3.conſt.25.id confirmauit,& appellat.in cauſarum commiſſionibus, etiam à Pontifice aſſignatas nullas eſſe decreuit. Commiſſioneſque Fiſcum, & Cameram Apoſtolicam concernentes illis non citatis ſignari prohibuit,Hic autem Pontifex eaſdem confirmat, & defectus ſupplet;Nominationemque,& remiſſionem conſequi volentes iubet non audiri,niſi in carceribus conſtitutos. Derogari etiam non poſſe declarauit,niſi per pont.cum decr.clauſ.&c.Datum 16.Apr.anno 3. Declaratur infrà conſt.84.& Pij 5.conſt.45.& 183. & 141.

In ſublimi,&c.) Ordinat, quod pœnitentiarius abſtineat ab expeditionibus vltimarum voluntatum derogatur,& communitatibus benef.vnionibus,&c. iuriſpatr.conceſſione,niſi ob fundationem,aut dotationem, Innocent.8 conſt.2.Religioſi declaratorij circà prætenſum,& metum,Paul.4. conſt.29. Tranſeundi ad alios ordines licentia:& Apoſtatarũ abſolutionibus.& ſtandi extrà Monaſteria, Pau.4.ibi.

Alienationes,& permutationes bonorum Eccleſiæ non miſſionibus.Paul.2.conſt.6.Delictorum,pro quibus capitalis pœna impoſita eſt abſolutione in foro conſcientiæ tantum,in minoribus autem procedat dum delinquens non fuerit citatus, inquiſitus, &c. cum ſimoniacis realibus, vel conuentionalibus diſponendo videat, ne permittat fructus retinere.Homicidæ voluntario abſoluto non concedat altaris miniſteriũ: Litteras promouendi ad ordines non concedat,neque ad primam tonſuram; niſi allegata cauſa, cur ab eorum ordinarijs,etc. Abſolutiones à iuramento concedat ad effectum agendi tãtum. Diſpenſationes matrimoniales committat ordinarijs. Ab indebita perceptione fructuũ non niſi illis reſtitutis,pro vſurpata, vel violata Eccleſiaſtica libertate cum ſatisfactione partis læſæ.

Teſtandi facultates cum clauſula,dummodò non ſuprà 100.ducat. etiam ad pias cauſas.Religioſis extrà clauſtra nullo modo.Non confirmet geſta per Ordinarios contra formã iuris.Non diſpenſet ſuper ætate promouendorum.Non excedat ſuas facultates in expeditionibus.Sede vacante officium eius vacet in his,quæ ſpectant ad forum fori.Inhibetque pœnitentiario,et officialibus, ne aliquid expedire præſumant contra prædictum tenorem.Expeditiones contrafactæ etiam cum particula vivæ vocis oraculo, nullius ſint roboris,atq; momenti.Dat.4.Non. Maij ann.3. 1562. Vide Pij 5.conſt.87. et 88. eiuſdem Pij 5.c.86.

Romanus,&c) Continet Reformationem Camer. Apoſtol. et eius officialium. Et ideò ordinat, quod Camerarius, et Clerici cauſas Fiſci intereſſe concernentes, et non alias cognoſcant. Cauſam cognitiones, auocationeſque,etc.non expediant niſi in cauſis prophanis non excedentibus 25.et infrà 40.milliaria ab Vrbe. Alienationes bonorum Eccleſiæ in forma,ſi in euidentem non concedat,quando annuus redditus ſummam 5. ducat. excedit. Delictorum abſolutionem, aut remiſsionem non expediant.Neque dilationes debitoribus ad modicum tempus.Hebræis priuilegia non concedant contrà Chriſtianos. Super poſſeſſionem benef.nihil expediant. Vectigalia non impo-

imponant,neque immutent. Spolia,& alia credita fiſcalia non remittant.Nihil expediãt niſi ex commiſſione habita in Came.1. Notarij in expeditionibus,& ſcripturis faciant mentionem de tali commiſſione. ſpirituales materias non expediant. Nihil vltra expreſſa in eorum facultatibus, expediant, etiam ſub prætextu cõſuetudinis,vel quaſi poſſeſſionis. Notarij nihil indebitè exigant. Sede vacante Camerarij creditorum Cam.exactioni,ac Sedis vacantis prouiſionibus tantummodo incumbant. Contrafacientes pęnam excommunic.latæ ſent.incurrant.priuat.offic.& beneſ. inhabilitatis ad illa,& alia,cum decreto clauſ.&c. Datum 6.Kalen.Iun.anno 3. Vide con.conſt.114. & Greg.13.conſt.104.

Vniuerſi,&c.)Continet correctionem offic. ipſius Correctoris quod eſt antiquiſſimũ, & ideò ordinat, quod correctores. & procuratores nihil expediant, in cauſis, in quibus papa, aut ſignaturæ reſcripta emanarunt Indulgent.iuriſpatron. & teſtamentorum confirmationes non concedant.Sententiarum, laudorum,contractuum, confirmationes expediant,cum clauſula,quod ritè ſint latæ,&c. Beneficiorum vniones non concedant. Neq; alienationum bonorum eccleſ. confirmationes, ſed committantur ord.vel metropol.&c. Non expediant Declaratorias nullitatis profeſſionis Relig.Non concedant licentias manendi extra clauſtra quouis prætextu,niſi de licentia ſuorum Superiorum.Neque abſolut. á iurament.niſi,&c. Licentias teſtandi,vt de pęniten. Et iſta per ordinarios confirment in caſibus illis de iure expreſſis.Non concedãt. Titul.aut poſſ.beneſ. Neque declarent ſuper homicid.aut irregul. Neque ſuper rebus litigioſis dent confirmationem.Priuilegia in caſibus,&c. In re dubia nihil reſcribant. Non immutent qualitates facti: contrafacientes pęn.excomm. latæ ſent. priuat.inhabilit.&c. incurrant,cum decreto, clauſ.&c. Dat.6.Kalend.Iun.anno 3.Vide aliam Pij 5.conſt. 104. De Mar.Marr.5.conſt.3. inſ.conſt.83. Pij 5. conſt.29.

Cupientes,&c.) Confirmat conſt. aliorum pont. ſtatuentes dilationes,& ceſſiones non ſuffragari debitoribus Mercatorum Ripaliæ, & ſtatuta eorum mercatorum. Declarat etiã ſuam,& prædeceſſorum mentem fuiſſe, quod omnes cauſæ occaſione rerum Ripalium cognoſcantur in Cur.Ripæ, & Ripetæ, & alibi reaſſumi non poſſunt etiam ratione vniuerſalis iudicij,ac doctum.Sapientiſque votum adhiberi ſtatuit in cauſis arduis vbi cadit pũctus iuris.Cauſas quoque criminales delictorum in mari, vel ripa commiſſorum in eiſdẽ cognoſci voluit vſque ad vltimum ſuppliciũ cũ decreto irrit. Declarando,quod in conſt.6. per motum proprium confirmatorium cap. Gabellæ ſtudij non fuit eius intentionis auferre, beneſ.prælationis, prioritatis, & dominij ipſorum mercat.& nautarum in reb.ac vinis exiſtentibus iuxta tenorem conſtit Pau.3. contrauenientes pęnam incurrant excomm.& duc. mille toties quoties, &c. Datum, &c. Reg.27. Maij anno 3. Vide confirmat Pij 5. conſtit.63.De Mar.Leo.10.conſt.43.Clem.7. conſt.3. Paul.3. conſt.8. & 56. ſup. conſt. 59. Pij 5.conſtit.184.Gregor.13.conſt.106,

Dilectos,&c.) Concedit vt Rom.& incolæ in Curiæ Capit.conueniri debeant. niſi pro obligationibus in forma Camer.in quibus attenditur præuentio actionis inter iudices Capit.& Audit.Cam, Reuocando facultates deſuper conceſſas Aud. Cam. Gubernat. & Vic.Vrb. Decernit,quod Chirurgi crimina deferant ad Cur.Capit. vel Gubernat. Nullitates tantummodo ex tribus attendantur. Feriæ antiquæ in foro capit.obſeruentur. Aſſertamentum voti quando ſeruentur. Et aſſertamentum quando fiat per tres iudices tantum altero abſente, vel infirmo, vel vno ſuſpecto recuſato. Iudice abſente,vel infirmo, alter eius loco procedat vſque ad diffinitiuã excluſiuè,cum clauſ.&c. Limitatur priuil.fori Romanorum,& incolarum,vt illud non procedat in cauſis Fiſcalibus, & quando in alterius iudicis iuriſdict.conſenſerunt. Deinde declarat conſtit.7. Leo.10. quod ſcilicet præiudicet iuriſd. Gubernatoris Vrbis;de cuius facultatibus illa agitur, quas iſte innouat per præſentes,&c. Vide Sixt.4.conſt.5.Iul.2.cõſt. 13.num.16.Paul.3.conſt.14. Paul.4.conſt.15. infra conſt.89. & 134. Greg.13.conſt.17.& 84.116.Stat.Vrb.lib.1.conſtit.41. priuil pop. Rom.Pij 2.conſt.9. Iul.2.c.15.Leo,10.conſt.1. Paul.3.conſtit.2.Paul.4.conſt.1.& 15.infra conſt.89.160.

Inter,&c.) Continet reformationem Tribunalis Audit.Cam. Quando decernat monit.in prophanis. Appellationes de partibus recipiat, monit. generalia decernendo,reſeruet ord.facult.abſol.à cenſ. Cedulones non permittat affigi cum picturis dæmonum. Sequeſtra quomodo decernat. Epiſcopos non citet ad perſonaliter comparendum,niſi de mandato Papæ. Expenſæ contumaciales in criminalibus reſtituantur inſtigatori,&c.Remiſſoriæ Fiſco non concedatur, niſi de delicto conſtet.Fiſcus non examinet reos.Rei vltra triduum non retineantur in ſecretis ante examen. Fiſcus non audiatur,niſi doceat incontinenti de ſuo intereſſe,neque eius appel-

ſtio admittatur ab abſolutoria rei. Inuentarium pro Fiſco fiat, niſi agatur de delicto,&c, Sportulæ non recipiantur in cauſis ordinarijs. Notarij cum procuratoribus non paciſcantur de quota lucri. Decreta per ſeipſos non faciant. Communitates cognoſcere ſtudeant. Terminos acceptos ad referendum eadem die referant. Mandata de manutenendo non decernant, niſi conſtito ſaltem extraiudicialiter de poſſeſsione. Mandata ſuſpicionis fugæ nõ poſsit facere, niſi conſtito,&c. Indiciorum copiæ dentur petenti ante torturam. Regiſtra non fiant in cauſis ordinarijs. In cauſis verò criminalibus vide conſt.161. Aud.Cam.& id ex obligatorum in forma Cam.&c. Quæ contrafacta fuerint, ſint nulla, & inualida,&c. cũ decr. clauſul,&c. Datum Rom.4.Non. Iun. ann.3. vide Reform. aliam Pij 5. conſt.121. Dei Mater Greg.13. conſt.75.

Regimini vniuerſalis,&c.) Miniſtri Eccl. dependẽtium ab Hoſp.S.Spiritus, vel Monaſt. S.Sebaſt. ad cathecũbas, ſiue cap.S.Io.Later. de Vrbe prætendebant ſe exemptos eſſe à iuriſd.ord. & diuerſos exceſſus committebant; ideo ponit lites omnes vertentes inter illos, & ordinarios ad ſe auocat, & extinguit, reuocando illorum facultates erigendi Eccleſ. & ſociet. ſiue illas recipiendi in eorum membra, & communicat indulg. quas Societates ſubijcit iuriſd.ord. & Rectorum parochialium, poſsintque pęnas quaſcunque ad eorum arb. contrauenientibus, & impedientibus imponere, quas incurrant contrauenientes, et præter illas pęnam duorum mil. duc. et priu. off. et benef. cum decret. clauſ. etc. Dat.Id. Iun.an.3. vide Clem.7. conſt,34. ſup. conſt.38,

Inter,&c.) Iul.3. erexit montem Iulium non vacabilem, cuius conſt. non adeſt. Pau.4. cuius conſtit. non adeſt, erexit alium mõtem vacabilem. Theſaurariæ peruſiæ; et etiam montem Nouennalem non vacabilem, conſt. 52. Et montem Alumeriarum vacabilem, conſt.46. Hic autem pontif. ſupprimit d. montem Iulium, et montem Theſaur. peruſiæ. Erigitque montem pium recuperationum vacabilem. Et emolumẽta, ac prouentus aſsignat. Et omnia bona Cam.Apoſt. obligat pro aſſecuratione. perſonaſque etiam Religioſas in hoc monte pecunias ponere poſſe decernit. Et fructus ad rationem 52. pro cent. quolibet bimeſtri montiſtis ſoluendos eſſe. Montis loca, et fructus non poſsint confiſcari, aut ſequeſtrari, vel aliter impediri. Reſignari quoq; poſſe indulgent, ad inſtar aliorum off. Rom. Cur. etiam ad fauorem illegitimorum. Montiſtæ poſsint inſtituere collegium. Sint exempti à ſolut. decim. et aliarum impoſitionum quo ad pecunias in monte poſitas. Non teneantur probare pecunias verſas eſſe in vtilitatem Sed. Apoſt. cum promiſſione de reſtituendo perſonis, quæ habeant portiones in ipſis mõtibus ſuppreſſis, ſortem principalem infra annum, & inter fructus ad rationem pro quolibet centenario ſoluere, cum deputatione Depoſitarij, & Exactoris. Et quod habentes loca, vel portiones in Montibus ſuppreſſis poſsint infra annum transferre illa in hunc montem, & durante anno, percipiant fructus ea ratione, qua percipiebant in illis. Ponit formam expediendi litteras, & admittendi Montiſtas Depoſitarius poſsit deputare ſecretarium, & alios miniſtros. Cum prorogatione ſubſidij quartæ partis fructuum, & montis Nouennalis, de quo Paul.4. conſt.12. loca huius montis per certum tempus non vacent, cum decreto, clauſ.&c. Pecuniæ prouenturæ ex vacatione, conuertantur in reparationem montium vacabilium. Dando cautionem pro D.Thoma de Martiuis aduerſus obligationem aliàs per eum præſtitam de extinguendo monte nouennali. Et poſtquam loca aliorum montium redempta fuerint, loca huius montis per obitum pro tempore, ac alia loca redempta extinguantur. Datum Rom. prid.non.Iul.1652. anno 3. De montibus Sixti 5. conſt.16.

Cum aliàs,&c.) Hic põt. applicauit Cam. Apoſt. pęnas maleficiorum,&c. conſt.56. officiales tamen Ciuitatum prætendebant poſſe capere propria authoritate pęnarum portionem illis tangendam. Ideo pont. mandat, vt eorum portiones recipiant de manu depoſitariorum Camer. cum clauſul.&c. Vide conſt. 106. Paul.3. conſt.37

De commiſſo,&c.) Hic pont. & eius prædeceſſores conceſſerunt Fabricæ S.Petri, & Hoſpit.S.Spiritus, diuerſas gratias, & facultates diſpenſandi,&c. Miniſtri autem d. locorum d. facultatibus abutebantur. Ideo pont. illas reuocat non tamen facult. Fabricæ quo ad relicta ad pias cauſas, inhibetque miniſtris, ne de cętero illis vtantur cum decreto, clauſ. &c. Dat.13.Kal.Octob. anno tertio. ſup. cõſt. 38. infra conſt.123. Pij 5. conſt.98.

Solet interdum,&c.) Hic pont. ſupra reformauit offic. pęnit. Cam. Apoſt. & Correctoris, et modo præcipit præfectis ſignat. Gratiæ, et literarum Apoſt. ne aliquid ſignẽt, vel expediant contra præfatas Reformationes. cum decreto, clauſ. etc. Dat id. Iul. ann.3.

Cum nos,&c.) Hic pont. conſt.71. decreuit homicidas non audiri niſi in carceribus conſtitutos. Declarat modo conſt. procedere etiam contra non dum condemnatos reos

cuiuſ-

quinſcunque criminis, pro quibus ſit imponenda pœna corpor. hæredeſque occiſi ad clauſtra citari debere. Exiliumque loco, in quo hæredes occiſi morantur remitti poſſe vetuit, niſi habita pace. Inhibetque iudicibus, ne præmiſſis contraueniant, cum decreto, clauſul.&c. Datum prid.Non.Octob.anno 3.

In eligendis,&c.)Romanus pont. præuia maxima diligentia eligendus eſt. Ideo multi pont.conſt.ediderunt circa pont.electionem. hic etiam pont.decreuit, quod exequiæ pontific. defuncti per nouem dies continuos à Card.fiant.Et impenſæ non excedant ſummā 10. mill. duc. Conclaue ingrediantur Card. præſentes poſt decem dies à die obitus, & ad elect.procedant. Electio pontif.non poſſit impugnari ſub prætextu impedimen. Cardin. abſentium. Decernit circa quæ diſponere poſſit Cardin.collegium. Sede vacante. Card. tres vna cum camerario quolibet tertio die eligantur, vt Conclaui curam habeant camerarij, & clerici, & alij Cam. officiales incumbant Sede vacāte, exactionibus pecuniarum, & prouiſionibus Sed.vacant. & ab alijs ſe abſtineant. Pęnitentiarius, & eius officiales expediant tantum ea, quæ ad forum conſcientię ſpectant. Datarij officium expirat morte pōtif. prælatorum ſignat.officium quieſcat. Cellæ conclauis ſorte diſtribuantur. Apud conclaue nemini liceat habitare. Cardin.deputati viſitent ſæpe loca conclauis. Card.in conclaui duos tantum habeant ſeruitores, &c. Conclauiſtæ approbentur à Cardinal.deputatis. Sacriſta cum vnico clerico ſit in conclaui. Magiſtri cęremoniarū duo, confeſſor vnus. Secretarius collegij vnus. Medici duo. Chirurgus vnus. Aromatarius vnus Faber lignarius vnus. Seruientes decem. Conclaui clauſo nemo ad colloquium admittatur, & clam ingredientes, pęnas excomm. latæ ſentent. incurrant, non abſol.niſi à Summ.pont. & priuatione omnium offic.benefic.& dignitatum, & tradatur Curiæ ſęculari acerrimè puniendi. Non recipiantur, nec admittantur litteræ ſub pęna excomm.latæ ſentent. ſcommeſſæ non fiant, ſuper elect.factæ, nullæ ſint, contrafaciētes Guber. vel futuri pont. arbitrio puniantur. Card. quilibet in conclaui vnico, & moderato ferculo ſit contentus, & in propria cella veſcatur: prælati conclauis ad cuſtodiam deputati curent, ne ſub epulis, & alijs litterę, &c. tranſmittantur. Conclauiſtæ diſceſſuri a conclaui reuertere non poſſint, ſed alij in eorum locorum admittantur. Card. in Diacon.ordine non conſtitutus ad electionem non admittatur. In electione omnes ſeruent hic tradita. Et conclauiſtæ cuſtodes omnia faciant ſeruari. Cardin.collegium non poſſit immutare hanc conſtit. Sed legatur, & iuretur. Suſpenduntur omnes excommunicationes ad effectum electionis Summi pontiſ. & conſt. procedat in electione etiam facienda extra Vrb. Dat.7.Id.Octob.ann.3. vidę Pau.4.conſt. 38.

Decet,&c.)Præcipit, quod indulg.& gratiæ expediantur excepta ſolutione regiſtratæ, cū exequut.depur.clauſ.&c.

In throno,&c.)Continet reformationem Rotæ Palatij Apoſtol. ſtatuens, quod vnica commiſſio, in qualibet inſtantia ſufficiat, & illius vigore Auditor cauſam ſibi commiſſam cognoſcat, & decidat cum omnibus dependentibus, &c. prorogationes fatalium concedantur ex cauſa arbitrio Romæ, ſententiæ nō præferantur, niſi cauſa in Rota propoſita, & habitis votis ſenten.latæ prout in cedula, vel in vim termini pro ſeruato publicentur. Notarij recipientes decreta ad referendum referant, &c. Regiſtra perficiantur ante ſent. Deciſionum in cauſa factarum detur copia partibus præſentibus. Cauſæ ipſorum Auditor. & aliorum familiarium in Rota non cognoſcantur, Affines domeſtici, & Notarij Audit. non ſe intromittant in cauſis Rotæ Auditor. non inducant partes, vt aſſumant certum Aduocatum, vel procuratorem. Et animaduertant, ne contra ius, aut ſtylum, aut deciſiones impreſſas aliquid decidant, niſi, &c. Nullitates tres ſolummodo attendantur. A liquidatione fructuum, & taxas expenſarum ſemel appellari liceat Auditor. remittant cauſas ad Canceſſarium, quando ſenſerit adeſſe ſuſpicionem, &c. Criminalitates ad iudicem ordinarium remittantur Taxa ſportulæ in cauſis prophanis, & in beneficialibus. Sportulæ deponantur apud Notarium poſt latam ſenten. Notarij idonei eligantur, officiaque non attentent, & pro ſubſtitutorum facto teneantur constitutio iſta legatur, & publicetur quolibet anno in principio Rotæ, & obſeruetur ſub pęna excommunic.&c. cum clauſul.&c. Dat. Rom.6.Kal.Ian.1562.ann.3.Io.22.conſt.6.

Cum nuper,&c.) Cōtinet reformationem ſignaturæ iuſt. ideo ordinat, quod commiſſiones reiectæ in ſignaturæ iuſt. proponere poſſint in ſignat. gratiæ, quando cauſa ſcientiam papæ requirit. Aduocatoriæ, & aliæ præiudiciales non ſignentur niſi parte citata. Appellationes ab interloquutorijs, vel vim diffinitiuæ habentibus committantur, ſi habeant expreſſum grauamen. Nullitates non ſignentur, niſi ex defectu citationis, &c. A ſentent. latis prout in cedula appell. non committantur. Fatalium prorogationes non dentur, vltra

penultimam vicem, indicis cauſarum, &c. Cauſæ crimin. & matrimon. quomodo committendæ cauſæ diſcuſſionum, &c, Dat. Kal. Ian. ann. 3.

Deinde declarat, quòd concedit fatalium prorogationes, iuxta eius ſolitum, &c. Idibus Febr. anno tertio. Vide Iul. 2. conſtit. 16. Leo. 10. conſtitutio 2. Paul. 3. conſtitut. vigeſimaquinta, & ſeptuageſima prima, Iul. 3. conſt. 39. Pij 5. conſt. 100.

Cum ab ipſo, &c.) Cõtinet reformationem Ordinariorum Almæ Vrbis, & Rom. Cur. Tribunalium off. Aduocati, & procuratoris Fiſci, ac pauperum, & etiam mercedis Curſorum, Mãdatariorum, Baricellorum, & aliorum exequutorum. Non expedit ſummariè.

Quamuis, &c.) Continet annullationem legitimationum de naturalibus ſpurijs factarum in præiudicium vocatorum ex teſtamento, &c. dummodo non ſint ſortitæ effectum. Reuocationem facultatum legitimandi in præiudicium vocatorum ex teſtamento. Extinctionem litium pendentium circa eas: inhibitionem cõtra Comites Palatinos, & alios legitimandi facultatem habentes, ne præſumant legitimare contra formam, &c. cum decreto, clauſulis, &c. Ligat vbique, quoad legitimationes factas auctoritate Apoſtolica, quo verò ad alias factas Imperiali conceſſione, ligat in terris Roman. Eccl. ſubiectis. Datum Rom. public. 17. April. 1564. ann. 3. Vide Pij 5. conſtitut. 123.

Inter, &c.) Beneficia per obitum vacantia ſuſſerat hic pont. vt perſonis idoneis, præuio examine, & iuramento, & cautione, de reſidẽdo conferri deberent. Multi tamen, vt de illis prouiderentur perſonæ minus idoneæ, faciebant illa vacare per reſignationem, vel intruſis intra cedebant, ideo pont. decernit beneficia iſta eodem modo conferri debere. Contrauenientibus pęnam excommunicationis latæ ſententiæ imponit. Et beneficia ipſorum vacare, & per omnes non tamen illorum affines, & confidentes impetrari poſſe declarat cum decret. &c. clauſ. &c. publicata 10. Mar. 1563. anno 4. Pij 5. conſt. 34. de reſid. conſt. 17. ſup.

Romanus Pontifex, &c.) Continet facultatem Card. Reip. Chriſtianæ Inquiſitorum generalium procedendi etiam contra prælatos hæreticos, cum decreto, &c. 7. id. April. 1563. anno quarto. Vide conſt. 170. & conſt. 112. 151. Pij 5. conſt. 177.

Cæteris, &c.) Continet moderationem, & reuocationem facultatum Legatorum, etiãq; Nuntiorum de latere. Et quod prouiſi à Legatis, & alijs cõferendi indultum habentibus, de beneficijs per obitum vacantibus, nouas prouiſiones à Sede Apoſt. impetrare, & litteras Apoſtolicas expedire teneantur infra ſex menſes etiam, vel octo, vltra menſes à die vacationis computandos exprimendo verum valorem, aliàs collationes ſint nullæ, & beneficia, vtq; prius vacent ſic ſententiam excommunicationis incurrat, & inhabilitatis, cum decreto, &c. publicata 9. Martij 1562. anno 4.

Ad vniuerſalis, &c.) Continet erectionem Montis primi vacabilis pro ſuccurrẽda Anenion. Ciuitat. ab Hugonotis nouiter infeſtatę, cum emolumentis ad duodecim pro centenario, prout in alijs. Obligat etiam omnia bona Sedis Apoſtolicæ pro ſecuritate dicti montis: Religioſoſque declarat in eodem monte pecunias ponere poſſe: confiſcarique, & ſequeſtrari non poſſe decernit. Reſignari etiam poſſe concedit in fauorem aliorum etiam illegitimorum: mõtiſtiſque facultatem dat ad erigendum collegium quoque tribuit alijs montibus non vacabilibus conceſſa: exemptionem etiam pro pecuniis in monte poſitis elargitur. Montiſtas aſſerit probare nõ teneri pecunias redigendas ex locis eiuſdem montis per obitum vacantibus, in extinctionem locorum montis Nouennalis, & ſucceſſiuè montis Pii farinæ, aliorum montium exponi debere approbat, ſtatuit, & confirmat, cum decret. &c. 1563. 15. Kal. Sept. anno 4. De Montibus Sixti 5. conſt. 16.

Sacri, &c.) Continet ſtudii Bononienſis commendationem, & Rectoris eiuſdem iuriſdictionem facultates, & priuilegia, nec non priuilegiorum, & ordinationum ipſius confirmationem, cum decreto, &c. clauſ. &c. 23. Septembr. 1565. De quibus conſtit. 113. Pius 5. conſt. 62.

In eminenti, &c.) Continet limitationem, & exemption. quorumcũque Monaſt. & perſonarum Ord. Ciſtercienſis à iuriſdictione, & aliorum. Super illius Ordinis, ac moderationem facultatum illa viſitandi Epiſcopis, & aliis conceſſarum. Confirmationem, ac innouationem antiquorum indultorum dicti Ord. conceſſionem aliorum priuilegiorum. Abbas, & Superiores non obſtantibus quibuſcunque. &c. poſſent viſitare quæcunque Monaſteria, & loca ord. De quo Greg. 23. Indultorum Apoſtolicorum Epiſcopis, et aliis conceſſorum viſitandi eadem loca, vt Abbas, et alij ſuperiores illa etiam viſitare poſſint inhibitionem contra Epiſcopos, et alios impedientes eos in viſitationibus Monachi, et Moniales teneãtur benignè recipere eoſdem viſitatores ſub pęnis, etc. Confirmationem indultorum Ordinis, et maximè, quod com-

men-

mendatarii non habeant iuriſd. in Monaſteria commendata. Confirmationem ſtatutorũ ordinis. Vt in Monaſteriis commendatis aliis perſonis, quam ipſius ordinis, inſtitui debeat menſa conuentualis diſtincta ab Abbatiali, et ſufficiens pro Monachis. Immò hæc menſa tenea tur ad expenſas ornamentaque, etc. vt declarat Greg. ibidem. Religioſi alterius ordinis intruſi in locis huius ordinis, aut eiiciãtur, aut eiuſdem ordinis profeſſos faciant: Vniones, et ſuppreſſiones Monaſteriorum, et fructuum diſmembrationes fieri non poſsint: Monachi degentes in Monaſteriis vnitis alijs pijs locis remaneant ſub correctione Superiorum illius ordinis. Moniales alterius Ordinis; quando in Abbatiſſas eiuſdem Ordinis recipi poſsint: Monaſteria quæcunque teneãtur ad contributiones ſoluendas eidem Abbati, et capitulo, cum clauſulis, etc. Datum Romæ, 6. Kal. Octobr. 1563. anno 4.

Cum ſicut, &c.) Aduocat ad ſe omnes cauſas coram quocunque iudice vertentes inter Hoſpitale, et ſocietatem, eorumq; miniſtros, et alias perſonas, et loca etiam exempta. Iudicemque earundem cauſarum deputat Cardinalem de Carpo, et alium pro tempore protectorem. Intellige quo ad cauſas mouendas tantum. Facultateſque concedit, & iuriſdictiones omnes, quæ conceſſæ fuerunt Aud. Cam. & Vicario Vrbis, de quibus omnibus vide Leonem X. conſtitut. ſup. De Vicario Vrbis Paulum 3. conſtitution. 32. ſententias quoque per alios iudices latas nullas fore declarat. Fabricæ Sancti Petri indultum huiuſmodi, vide in Clement. 7. conſt. 8. pop. Rom. indultum habet in conſtit. 73. dilectus. Aliorum verò Tribunalium, & piorum locorum indulta quere in indice materiarum. Declarat conſtitutionem hanc intelligi de cauſis in futurum mouendis tantum, cum decreto, &c. clauſulis, &c. prid. Non. Septembris anno quarto.

Cum ſicut, &c. Decernit, quod hoſpites vrbis non poſſint moleſtari pro rebus in eorũ hoſpitiis furto ſubtractis, & eis non conſignatis per aduenas; quibus Hoſpites, & Caupones hoc notificauerint. Priuilegiaque nec non ordinationes Societatis Hoſpitum confirmat. Condendi denique ſtatuta licita, ſacriſque Canonibus non repugnanda tribuit facultatem. Cum decreto, &c. clauſul. &c. ſignatur. ſufficiat. 4. id. Nouembr. anno 4. De his vide etiam Iul. 3. c. 59. fol. 95.

Sedis, &c. Lis orta erat inter Canonicos Regulares S. Auguſtini, & Monachos S. Benedicti ſuper præcedentia. Quam Pontifex audien. & ſibi referendam commiſit tribus Cardinalibus; qui retulerunt Pontifici præfatos Canonicos præcedere debere. Pont. ita ſententiat Abbates ipſarum Religionum debere præcedere ſingulariter, & de per ſe abſque eorum conuentibus, iuxta antiquiorem promotionem. Et modo ſupplet eiuſdem ſententiæ defectus; & illam inuiolabiliter obſeruari mandat, cum decret. &c. clauſ. 1564. 18. Ian. ann. 5.

Benedictus Deus, &c) Continet confirmationem ſacri, & œcumenici Concil. Trid. &c. 1563. 7. Kalend. Febr. ann. 5. Et præcipit Prælatis, & aliis, vt obſeruent decreta, quæ etiam circa reformationem, & ius poſitiuum ligant: Et iuramenta contraria nulla eſſe decernit: prohibetque ſub excommunic. latæ ſent. ne commentaria, vel declarationes fiãt, ſed ſibi reſeruat, 7. Kal. Febr. anno 5. vide Cõcil. ſeſſ. 25. cap. fin. Greg. 13. conſt. 108.

Romanus, &c.) Græci prætendentes ſe exemptos à iuriſd. Ordinariorum, immunitate ſibi propoſita, committebant multos errores: ideò Pont. iſte eos ſubiicit iuriſd. Ordinariorum, circa ea, quæ ſpectant ad Dei cultum, &c. Rituſque alios eorundem Græcorum approbatos, reſeruat, cum clauſ. &c. decr. &c. 1564. 16. Febr. ann. 5. quoad officiorum celebrationes, vide Pium 5. conſt. 18. prouidentiæ.

Cum pro munere, &c.) Reuocat omnes licentias legendi libros Lutheranos, aut de hæreſi ſuſpectos. Prohibet ne libri prohibiti, & prohibendi legandi, &c. Et quod tales libri conſignentur locorum Inquiſitoribus, cum decret. &c. clauſ. &c 24. Martii. 1564 De eodem Iul. 3. conſt. 7. ſol. 83. Paul. 4. conſt. 39.

Dominici, &c.) Continet approbationem indicis librorum prohibitorum, cum regulis conceſſis per Patres Trid. Synod. delectos, ac prohibitionem legendi, cum decreto. clauſ. &c. 1564. 24. Mar. ann. quinto. Vide Greg. 13. conſt. 10. index fuit auctus à Sixto 5. Et modo à Clem. 8. Sacroſancta, &c. 1595. 19. Oct. anno 4.

Sanctiſſimus, &c.) Annullat omnes electiones, ad regimẽ monaſt. præpoſiturarum, & aliarum dignitatum conuentualium factas abſque Sed. Apoſt. prouiſione, aut confirmatione. Traditq; formam in futuro ſeruandam, cum pœnis electorum, vel electiones confirmantium publ. vlt. Oct. ann. 5.

Iniunctum nobis, &c.) Continet confirmationem confraternitatis Sanctiſſ. Nominis Dei, & indulg. conceſſionem plen. in die Circuncisionis, confeſſ. & commun. Decem verò annorum conuenientibus ad Miſſam, & proceſſ. in prima Domin. cuiuſque mẽſis. Et pro

adiu-

adiuuantibus, & prædicantibus contra blaſphem. & iuratores, cum facultate eligendi confeſſorem approbatum ab Ordinario, qui poſſit abſoluere, auditis cõfeſſionibus à quibuſcunque cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine latis quauis cauſa ſaluo iure tertii, & à caſibus (non autem reſeruatis in Bulla Cœnæ) etiam ordinis reſeruatis, quando quis aliquid commiſerit per cõfidentiam huius Bullæ, & Gratiæ, vult enim, quod tunc gratia nulla ſit. Dat. Idib. April. 1564. ann. 5. Vide Greg. 13. conſt. 82. Pii 5. conſt. 237.

Nota, quod facultas abſoluendi ſublata fuit à Clemente 8. vt patet ex Decreto Congreg. ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regul. ſub pœna excomm. latæ ſentent. priuationis off. & benef. vocis tàm actiuæ, quàm paſſiuæ, inhabilitatis ad confeſſ. audien. & ad benef. Datum ſub die nona Ianuar. 1601.

Cupientes, &c.) Statuit, quod officiales ſtatus Eccleſiaſtici, decem tantum pro centenario pęnarum maleficiorum accipere poſſint. Accuſatores autem quartam partem pęnarum bannimentalium habere valeant cum decret. clauſ. &c. 20. April. anno quinto vide conſt. 81. & conſt. 58.

Onerosum, &c.) Hic Pont. erexit montem ſuccurſus Auenion. ſcut. 23000. quia Hugonoti infeſtabant Ciuit. Auin. & Comitatum Venayſini, vt conſtitut. 90 Et modo ex cauſa erigit alium Montem ſuccurſus Auin. ſcutorũ 3000. & Monti aſſignat ſcuta 4000. ex redditibus Sed. Apoſtol. obligat etiam omnia bona Sed. Apoſt. pro aſſecuratione, Religioſoq; in monte pecunias ponere poſſe concedit. Emolumentaque ad rationem 12. pro centenario ſoluend. quolibet bimeſtri Montiſtis aſſignat. Confiſcari, & ſequeſtrari non poſſe declarat. Reſignationes fieri mandat in manibus Camerarii, & eo abſente, in manibus theſaur. generalis. Facultatem concedit conſtituendi collegium. Deputandi defenſores. Gaudeat priuilegiis aliorum montium. Habet exemptionem Decim. Menſ. femin. & aliarum impoſitionum. Montiſtæ non teneãtur probare pecunias verſas eſſe in vtilitatem ſuccurſus Ciuit. Auinion. Deputat protectorem cum facultatibus. Depoſitarius poſſit deputare computiſtam. Loca montis non poſſint vacare per triennium Montiſtæ poſſint nominare ad huiuſmodi loca quaſcunq; perſonas reſeruata nominantibus diſpoſitione tam locorum, quam fructuum. Apponit decretum irritan. clauſulis derogator. Pecuniæ redigendæ ex locis huius montis per obitum vacant. exponantur in extinctione locorum montis Nouennalis, & pii. Et Fatinæ. De quibus vide Sixti 5. conſt. 16. Datum Rom. prid. Non. Nouembr. ann. 5. vide Sixt. 5. conſt. 161.

Nuper ſiquidem, &c.) Declarat conſt. 30. quod gratię, & compoſitiones cum inquiſitis, & condemnatis, & bannitis ex cauſa homicidij per officiales Sed. Apoſt. fieri non poſſint, niſi ſupplicationes manu Pont. ſignatæ fuerint, & per eius Datarium datæ, cum decr. clauſ. &c. Dat. 6. Kal. Maii ann. 5.

Decet, &c.) Collegium Notar. Aud. Cam. ſtatuit ex cauſis hæredes Notariorum decedentium teneri vẽdere Collegio omnes ſcripturas pro ſumma duc. 600. Et Notarios ſubrogandos teneri reſtituere Collegio d. pretiũ ad conſt. 39. Leo. 10. confirmauit Iul. 3. cuius conſt. non adeſt, auxit pretium ad ſcuta mille. Hic vero pontif. dictas conſtitutiones confirmat. Et vltra ducat. mille concedit eiſdem Notar. alios ducatos duc. mille ſuperſcript. officij. Et ſcripturas de cętero non vacare decernit. imò, notariis de eis liberè diſponere poſſe declarat. Hæredeſque notar. decedentium teneri vult ſcripturas Collegio pro duc. mille conſignare. Et notarios ſubrogandos dict. Collegio illud pretium reſtituere. Collegium tamen primum officium vacaturum debet emere pro ſcut. 3300. computatis à d. ducat. 3000. cum clauſ. decreto, &c. Dat. Rom. 14. Kal. Ian. ann. 5. vide Pii 5. conſt. 21.

Sicut, &c.) Dubitabant multi à quo tempore ligaret Cõc. Trid. circa reformationem, & ius poſitiuum. Ideo Pont. declarat cępiſſe ligare à Kalend. Mart. 1564. Dat. 15. Kalend. Aug. ann. 5. Conc. Trid.

Superna, &c.) Reuocat quaſcunque conceſſiones Cancellariorum præterquam ex cauſa oneroſa factas, & Cancellar. & Cam. Apoſt. Confirmatque conſt. 21. Paul. 4. deſuper editam, Theſaurariumque deputat ad illas alienandum ad vitam duntaxat. Item & ad affictandum, vt in conſt. 117. Cancellarii officia emẽtes Notarii publici, eo ipſo efficiantur. Traditque Theſaurariis facultates Vendendi Cancellarias etiam locorum originarii contra conſtit. Paul. 4. Obligandi bona Camer. Apoſt. in venditionibus earum. Expellendi detentores Cancellariarum. Interpretãdi dubia ſummariè. Inhibendi etiam Magiſtratibus, Officialibus ne de Cancellariis amplius diſponant. Decernit quod Camera teneatur defendere, ac manutenere Cancellarias. Cancellariæ vacent per mẽſem elapſo triennio à data præſentium. Quod Cãcellarii quæcunque inſtrumenta rogare poſſint, cum decreto, &c. Quod Cancell. ſeruent ſcripturas. Cancellariarum conceſſiones reſcin-

Digitized by Google

ſcindantur in Cam. Apoſt. ſi vltra dimidium læſa ſit. Cancellarij ſcripturas ſucceſſoribus conſignent. Habeantur pro Archiuijs. Ad eorum inſtantiam officiales requirant, an Notarij ſint legitimi, & non repertos tales expellant. Cuſtodiant ſcript. notar. decedentium ſi non adſint Archiuia cauſæ inter plures Cancellarios per triennium menſario diſtribuantur. Non ſe intromittant in ſcript. notar. ſi adſint Archiuia. Non cogant partes ad extrahenda inſtrumenta. Poſſint cogere atthamdantes ad ſolutionem pro ſcripturis. Erigant collegium in Rom. Cur. eorum officia non confiſcentur. Eorum collegium gaudeant priuileg. Archinii Roman. Cur. & aliis. de quo Pii 5. conſt. 92. Datum prid. Non Oct. anu. 5. vide Paul. 4. conſt. 21. infra conſt. 132.

Cum inter, &c.) Concedit licentiam inquiſitoribus Generalibus habendi & legendi lib. Hæreticos prohibendique omnibus aliis ne teneant, ne legant ſiue ſaeulcare illorum, vigore cuiuſcunque priuilegii. Et quod ipſi tales licentias concedere poſſint, cum clauſ. & c. Datum 6. Kalend. Sept. ann. 5. Vide Greg. 13. conſt. 10.

Romanum, &c.) Beneficia, Eccleſias, ac Dignitates in confidentiam receptas à die receptiouis vacaſſe decreuit, & eorum diſpoſitionem Sed. Apoſt. reſeruat. & fructuum reſeruationes annullat. Redditusque, & prouentus à die receptionis perceptos Cam. Apoſt. reſtituendos eſſe declarat. Prohibetq; de cętero, ne talia fiant in virtute ſanct. obed. ſub pęnis interd. ingreſſus Eccleſ. quoad Prælatos, excomm. latæ ſent. quoad reliquos. Iudicari etiam mandat, per præſumptiones, & coniecturas cum decreto, clauſ. &c. Datum 17. Kal Nouemb ann. 5. Vide Pii 5. conſt. 90.

Cum inter, &c.) Hic Pont. celebrari fecit Concil. Trid. vt conſt. 100. Curiamque Rom. cum eius Tribunalibus reformauit, vt conſt. 66. & præſertim offic. Cam. Apoſt. conſt. 74. Hic autem confirmat omnes eorum facultates, & priuil. huic reformationi non contraria. Et aliam facit reformationem: videlicet clerici Cam. non eligantur, niſi vitæ, ac morum integritate præſtantes. Litterarum ſcientia, ac rerum experientia pollentes, &c. Camerales contractuum Cam. participantes prohibentur adeſſe, cum agitur de intereſſe illorum, vel propinquorum ſub pęnis à Pont. decretis. Clerici cauſas propinquorum non cognoſcant, aut earum diſcuſſionibus interſint. Suſpicionis cauſa contra Camerales in Cam. approbatur. Tradit formam ineundi contractus Camerales. Prouentus Cam. ſub haſta licitari debeant. Camerales conueniant diebus ſtatutis ſummo mane in Camer. Curſores debeāt Cameram pridie intimare, Cameralea abeſſe non debeant abſque licentia Camerarii, vel Decani. Veſtib. decretis indutı Miſſam audiant deinde ad Cameram ſe conferant. Ante cauſarum propoſitiones imperato ſilentio Procuratores audiantur. Notarij Camer. Procuratoris officium exercere non poſſint. Cauſæ miſerabilium perſonarum per Aduocatum, & Procuratorem pauperum in Cam. gratis tractentur. Propoſitiones occurrentes ſcribātur per clericum menſarium antequam fiat Camer. Oratioque Beati Iſidori per clericum nouiſſimū poſtea legatur. Deinde litigantes audiantur. Cam. poſtea claudatur, & nemo admittatur per Curſores cuſtodes, niſi cum licentia. Et cauſarum propoſitiones pro Fiſco, vel Commiſſ. aut Procuratore pauperum ſcribantur. Camera denique fiat per duas horas, hoc modo. Menſarius clericus in primis legat cauſarum propoſitiones. Decanus poſtea diſtribuat cauſas per turnum, non tamen concernentes officia, vel Gubernia inter clericos diſtributa clerici deinde cauſas proponant prævia citatione ad informandum, & tranſmiſſa cedula propoſitionis. Notaque deſuper ſumantur, & decidātur cauſæ pro maiori parte. Auditis autem æqualibus ea pars prævaleat cui Camerarius adhæſerit, vel eo abſente maior pars aliarum Cameralium habentium vota conſultiua. Decanus vero remittat ad Pont. cauſas, & Gubernatoris, vel Theſaur. Auditor. Cam. remittat cauſas ad eos ſpectātes. Vota aliorum reuelantes excōm. ſentent. incurrant à Rom. Pont. tantum abſolu. præter pęnam 200. duc. pro prima vice. Delinquentes in Cam. coerceantur, & Pont. denuncientur. Proponentes cauſas adnotentur à proponentibus in lib. Deciſionum Cam. Mandata, & alia, quæ prius verbo facto in Cam. expedienda ſunt ab omnibus clericis, tunc præſentibus ſcribantur exceptis ſentent. & mandatis exequutiuis, ac expeditionibus concernentibus officia inter cleric. diſtribui ſolita. Adminiſtratores Cam. rationem reddere debeant modo, &c. Computa fideliter non reddentes pęnas incurrāt, de quibus Paul. 3. conſt. 46. commiſſar. cam. officium deſcribitur, & computatorum. Expeditiones Miniſtrorum regiſtrentur, & ſcribantur à tergo per computatores. Miniſtri iurēt, & caueant, & ſub pęna, vt ſup. in Pau. 3. Librorum, & Scripturarum Cam. occupatores excommun. pęnam incurrant, appouit decretum irritan. clauſ. derog. & præſeruat. exequutorum deput. formam, & effectus publicat. Legatur hæc conſt. camerę, an. quolibet,

bet,&c.Dat.Rom.20.Kalend.Nouemb.anno quinto.Iul.2.conſt.8.Paul.3.conſt.64. Vide c.89.

Romanus &c.) Decernit, quod banniti à Regno Neap.non aſſecurentur in ſtatu Eccl. Quinimo capiantur,& capti ad Proregem mittantur. Saluiconductus ab Officialibus conceſſis nullius ſint roboris. Oriundi ex locis S.R.E.vel incolæ exerceantur ab officialibus ſtat.Eccl.pro delictis in Reg.Neap.commiſſis.Miniſtris Proregis poſſint inſequi bannitos etiam intra territor.ſtat.Eccleſ.per decem mill.Prorex autem contra eadem decernat, & obſeruari faciat,cum clauſ.&c. Dat. 10.Nouembr.ann.5.Vide Pij 5.conſt.2.

In ſacroſancta, &c.) Præcipit, quod Doctores,ac cęteri cuiuſcunque facultatis profeſſores, tàm electi, quàm eligendi illas non exerceant,niſi prius Catholicam fidem profiteantur,iuxta formam traditam. Rectores ſtudiorum, & alij ſuperiores non eligantur, niſi ſeruatis præmiſſis.Scholares non promoueantur ad aliquem gradum niſi his ſeruatis. Superiores non permittant aliter quem promoueri ad gradum, vel facultates profiteri, aut electiones retinere reſpectiuè,ſub pęna inter.Eccl.quoad Antiſtites.Ex excomm.quo ad inferiores latæ ſent. & priuat.omnium dignit.offic.beneſ.&c. inhabilitate ad illa, & ſimilia,&c.& admiſſio facta nulla ſit, ſublata facultate aliter iudicandi,interpretandi, &c. Dat. Idib.Nouembr.anno 5. Doctorandi facult.conceſſas Comit.Palat. & alijs, reuocauit Pius 5.conſt.61.de Doct.& ſtudent.Iul.3. conſt.23. & ſup.conſt.95.

Sanctiſſ.&c.)Pont.inhærendo Conc.Trid. à ſe firmato conſt.96. Decernit diſpenſationem ratione ſtudij non ſuffragari abſque conſenſu Ordinariorum.publ.24.Nouemb.an.2.

Iniunctum nobis,&c.) Continet formam iuram.profeſſionis fidei obſeruanda à prouiſis de beneſ. ac dignitatibus Eccl.Monaſt.& alijs locis ord.Regul.& militiarum,&c.Dat. Idib.Nou.ann.5.

In ſuprema,&c.) Concil.Trid.ſeſſ.6.c.1.& ſeſſ.23.conſt.1. De reform.Decreuit curatos apud eorum Eccl.reſidere debere.Hic Pont. monet, & hortatur eoſdem ad reſidentiam. Atque non reſidentiæ bona tempore obitus ad Camer.Apoſtol.tanquam ſpolia pertinere decernitur, non obſtante licentia teſtandi à Sede Apoſt.obtenta. Facultates,& licentias pro quacunque cauſa conceſſas, ac iteratis vicibus confirmatas in euentum obitus huiuſmodi etiam in Vrbe, aut eius diſtrictu in dictæ contumaciæ pęnam ex nunc, prout ex tunc caſſat, atque nullas eſſe declarat. Reſidentibus autem non ſuffragetur generalis licentia teſtandi, ſed requiratur ſpecialis, cum decreto, clauſul. &c. Dat.7. Kal. Decembr. anno 5. Vide conſt 6. contra non reſidentes procedit Aud.cam.conſt.128. De red.prælat. & curat.& facult.teſtandi ſpol.conſt.23. Vide de his,conſt.35.

Cum ad ſolitas,&c.)Continet reuocationem priuilegiorum cõfraternitatibus,& alijs conceſſorum liberandi homicidas carceratos:etiam ſi illa pluries fuerint à Summ.Pont. approbata, & quibuſcunque volens, quod ſi quis caſus miſeratione dignus occurrat, illũ ad ſe, aut pro tempore exiſtentem Roman. Pont. referri debeat cum decreto, clauſulis, &c.Datum 19.Kal.Ian.anno 5.

Dum inter, &c.) Continet deputationem Illuſtriſſ.Card. Cltemps, in legatum totius ſtatus Eccleſiaſtici, cum facultatibus viſitandi reformandi, corrigendi populos, cognoſcendi cauſas ſummarie. Reſtituendi in integrum. Sollemnitates in contractibus ſupplẽdi. Relaxandi iuramenta,committendi cauſas alijs. Auocandi illas ad ſe etiam à iudicibus à Papa delegatis. Recipiendi iuramenta fidelitatis.Concedendi,ſi in euidentem ſuper alienatione bonorum Eccleſ.Puniendi quoſcunque, & eorum bona confiſcandi coercendi officiales,& ſubrogandi alios in eorum locum. Corripiẽdi delinquentes etiam in terris feudatariorum puniendi feudatarios, & alios auxilium denegantes componendi inimicitias,firmandi pacem. Inducias indicendi.Remittendi,& abſoluendi bannitos.concedendi ſalui conductos delinquentibus, de quo conſt. 115.ſup. Annullandi confęderationes contra bonum pacis initas. Recuperandi bona iniuſte occupata.Abſque vitio ſpolij ad ea reintegrandi.Terminos inter communitates, & alios male aſſignatos ad eius arbitriũ ponendi.congregandi exercitus contra pacis perturbatores, compeſcendi hoſtes, atq; rebelles abſq; appellatione, conuocandi parlamenta quæcunque,edendi reformationes, & ſtatuta in temporalibus.Reſtaurandi pontes, & vias publicas. Siluas aperiendi.Priuilegia à Sede Apoſt. quibuſcunque conceſſa reformandi,& reuocandi.Comites palatinos,Acolitos, ac Cappellanos,& Nota. Apoſtolicos creandi.Omniaque alia faciendi, quę ipſemet Pontif.ſi præſens eſſet facere poſſet. clauſ.derog.apponit. confirmatque omnia gerenda per ipſum Card.legatum, & eius delegatos, præcipitque, vt omnes officiales, & alij illi obediant. Adhortatur legatum onus legationis ſuſcipiat,& ſtudioſè exequatur.Datum 8. Kal.Nouembr.anno 5. Vide ſimiles Paul.3.

conſtit.

conſtit.17.Paul.2.conſtit.6.Greg.13.cap.68.

Cum paſtoralis,&c.) Conſeruatores Vrbis aſſignarũt vniuerſitati Merciariorum locum in foro Capitolino, vt ibi conſules ius dicerent de rebus ſpectantibus ad artem. Senator Vrbis tempore Boniſ.9.eidem vniuerſ.facultatem dedit vendendi quaſcunque res, etiam concernentes alias artes, & erigendi vnum collegium. Inter alia ſtatuta,modo decernit, quod conſules artis, facultatem habeant cognoſcendi cauſas de rebus ſpectantibus ad artem, vſque ad quamcunque ſummam inter homines de arte. Sed inter alios vſque ad duc.30.librîſque eorum mercantiliter tentis fides adhiberetur. falſitatem ſi habere cognitum fuerit à conſul. publicè cumburantur,& pœnis ille ſubiaceat,&c.Quod à ſenten.conſulum vſque ad ſcuta 10.non poſſit appellari. Quæ ſtatuta ſenator,& conſeruatores approbarũnt. Hic Pont.modo confirmat,& innouat d.conceſſiones Senat.& conſer.& omnia: & præcipit iudicibus Vrbis ne conſules deſuper impediant.& clauſ.apponit.Deinde ampliat iuriſdict.conſulum,quando partes conſentiunt,vt poſſint citare infra diſtrictum : reaſſumere cauſas ab alijs iudicibus, & inhibere,&c. Datum Non.Febr.anno 6.

Facultates Iul.2.conſt.13. An facult.Aud. Cam.præiudicent huic conſt.Greg.13.conſt. 57.Confirmatio earundem facult. Greg.13. conſtit.facult. Gabellarij maiores circa fraudes Mereiat.infra conſt.143.

In principis,&c.)Continet reuocationem omnium indultorum,& gratiarum etiam Maremagnum,&c.quibuſcunque conceſſarũ in quibus contrariantur ſtatus Conc.Trid.& ad terminos illius reducit.cum decr.&c.Dat. 13.Kal.Mar.ann.6.1564.Vide conſt.38.141. Greg.13. conſtit.47.& 37.& 67.

Ad generis,&c.) Officium Aud.Cam.vacauit ob promotionẽ Flauij Vrſini ad Card. honorem. Nunc autem Pont. confert illud idem Alex.Riario Bonon.cum ſolitis facultatibus, & ſpecialiter, cognoſcendi cauſas per Locumtenentes,& cauſas obligat.in forma Cameræ.Reaſſumendi cauſas dictarum oblig. præterquam commiſſas vigore reſcripti de eis mentionem facientis, et vigore talium obligat.conſ.promulgandi. Vide conſt.39.et 73. Pii 5.conſt.21.

Cognoſcendi cauſas Prælatorum oratorũ. Official.Rom.Cur.Notar.ipſius Campſorũ, Mercatorum,pẽſionum,etc. Appellationum interpoſitarum à ſentent.in Curia latis(præterquam à Vicario , Gubern. et iud. Capito. curia latis (præterquam à Vicario, Gubern. et iud.Capito.et latis etiam extra Cur.Sumariéque procedendi in cauſis non excedẽtibus valorem 200.duc.& in cauſis Merca. & notar.Admittẽdi reiterationem terminorum vnico contextu:litteraſque Apoſt.& Cancellarij,ac pœnitent.exequendi, & ſent.in cur.latas.Cognoſcendi cauſas motas contra communitates,& alios extra curiam degẽtes pro rebus, & contractibus geſtis in curia,& contra degentes in curia, vel curiales etiam abſentes pro quibuſcunque rebus.&c. compulſoriales,& remiſſoriales eius arbitrio decernendi. Et in vim Eugenianæ inhibendi trahẽtibus curiales extra cur. cenſuraſque Eccleſiaſticas inſtigendi quaſuis.Excõmunicatoſq; ab alijs abſoluendi. Obligat. in forma cam. exequendi,& alia omnia faciendi, quæ anteceſſores facere conſueuerunt. Confirmatque conſt.Iul.2. & aliorum circa iuriſd. Auditor. cam.Alternatiuè obligatis in forma cam.non proſint quoad bona;immò neque quoad perſonas, Greg.13.conſt.55.præcedentiam eius aſſignat in cappella Papæ, & alibi. Iudices quicunq; nõ moleſtent eum ſuper præmiſſis, cum clauſ.decr.&c. Dat.3.Non.Apr. ann.6. ampl.conſt.ſeq.& per Pium 5.conſt.1.Declaratur Pij 5.conſt.21.Reformatur Pij 5.conſt. 121.De Mar.Greg.13.conſt.57. Vide c.78.& Pij 5.conſt.151.Pij 5.conſt.121. Limitat pro Fiſco I ius 4.conſt.78.& 89.Greg.13.con.57.

Cum no, &c.) Ampliat facultatem ſup. traditam, cognoſcendi etiam priuatiuè quo ad alios, cauſas obligationum in forma guarentigiæ,ac Ripæ,& Ripettæ,& in quibus cõſenſum eſt relaxationi mandari exequutioni (exceptis in dependentibus à litibus coram alijs iud.& inter Rom.) iuxta formam conſt. 73.Dat.Id.Oct.ann.6.

Cum ſicut, &c.) Continet erectionem montis ſcutorum 25.mill. ſuper Gabella ſtudij, cum fructibus ad 11.pro centenario.Religioſi poſſint deponere pecunias. Confiſcari non poſſint. Reſignari,& vendi valeat.Loca vacantia per obitum ſupprimantur. Conſeruatores pop. Rom. patientes concedant,pecuniæ deponantur ad idoneum depoſitariũ, cum clauſulis,&c.Dat.7.id.Apr.ann.6.

Cum nuper,&c.)Continet declarationem circa applicationem pecuniarum redigendarum in erectionem montis: nempè inſumendas eſſe in extinctionem cenſuum.Reſiduum debeat erogari in fabricam ſtudij, & palatij conſeruatorum,& conductione aquæ Silonis, &c.Dat.15.Iun.ann.6. Hic mons auctus fuit cum moderatione tamen fructuum.Greg.13. conſtit. 81. De materia ſtudij, & Gabellæ, Eug.4.conſt.2.Iul.2.conſt.12.Leo.10.cõſt.2. Paul.4.conſt.15.ſup.conſt.6.

Cum tam, &c.) Concil. Trid. & Pont. iſte mandarunt omnibus curam animarum habentibus vt in earum Eccl. reſiderent, conſt. 115. Multi tamen reſidere recuſabant: ideò Pontiſ. Audit. Cam. committit vt contr. non reſidentes procedat declarando eos incurriſſe in pœnas à Conc. decretas, & ad effectualē exequutionem, & alia grauiora procedat; publ. 11. Maij, ann. 6. cont. conſt. 182. Pij 5.

Et ſi &c. Inhibet Nuntijs, & alijs, nè à Principibus, ad quos mittuntur fauores procurent, aut illis vtantur ad obtinendas dignitates ſub pœna excomm. latæ ſentent. priuat. off. & beneſ. infamiæ, &c. Et quod litteræ Principum, vel eorum Oratorum preces Sed. Apoſt. porrectæ ſufficiant ad condemnandos prælatos inobedientes, cum decr. clauſ. &c. Dat. 15. Kal. Iun. ann. 6. vide Pauli 5. conſt. 16.

Apoſtolica, &c.) Caſſat, & annullat quaſcunque alienationes bonorum Eccl. Rom. Sed. & Cam. Apoſt. ſine competenti recompenſa, vel neceſſitate, ſeu euidenti vtilitate facta. Et declarat huiuſmodi alienationes nunquam tenuiſſe; Vaſſalloſque nullum ius vaſallagij debere occupatoribus bonorum Sed. Apoſt. Occupatoreſque bona occupata, & fructus reſtituere debere, incurriſſeque pœnas, cenſ. tàm antea, quam penam annat. &c. cum clauſulis, &c. Datum 15. Kal. Decembr. anno 6. Pij 5. conſt. 37.

Inter. &c.) Innoc. & Honor. 3. quorum cōſtitutiones non adſunt, multas gratias militiæ S. Lazari conceſſerunt, Greg. 9. cuius conſt. non adeſt, idem fecit, & indulg. 10. dierum adiecit porrigentibus eleemoſynam. Innoc. 4. cuius conſt. non adeſt, conceſſit facultatem eligendi aliquem militem non leproſum in magiſtrum generalem, non obſtante contraria conſuetudine; & Hoſpit. Leproſorum S. Mariæ Magdalenæ Terranenſ. conceſſit medietatem molendini Nimphæ, Alexand. 4. cuius conſt. non adeſt. Prioribus iſtius Relig. dedit poteſtatem abſolu. Fratres ſe inter clauſtra percutientes. Et confirmauit Reg. S. Aug. quam dicti Fratres profitebātur, vt habetur in eius conſt. 1. & donationem factam à Feder. Imperat. conſt. 1. & conceſſit Eccl. de Galbæi, & facultatem componendi de vſuris, & alijs male acquiſitis, & redemptionis votorum: prohiberique fecit Diœceſanis locorum, ne præſumerent ponere adminiſtratores, in domibus leproſorum. Nicol. 3. cuius conſt. non adeſt, eximit à ſolutione decimarum reddituus leproſorum. Clem. 4. eiſdem Fratribus conceſſit facultatem vnicuiq; ſuſcipiendi leproſos, eoſque ad Hoſp. eorum bonis ducēdi, vt in conſt. 9. & voluit eoſdem Fratres ad quæcunque loca accedere poſſe pro colligendis eleemoſynis, vt in conſtit. 1. Exemptionem conceſſit à decimis de fructibus terræ, & animalibus ſub c. Fratres quoque, ſeu milites eorū in Prioribus rebelles, aut habitu depoſito vagantes coerceri mandauit, & multa alia conceſſit Clem. 6. conſt. 5. Ioann. 22. cuius conſtitutio non adeſt, inhibuit Epiſcopis, & alijs, ne fratres iſtos, vel eorum Eccleſ. excommunicarent, vel interdicto ſupponerent Gregor. 10. ſiue Alex. 4. mandauit eoſdem Fratres nō moleſtari in animalibus, & bonis a quibuſdam clericis. Et ſolutionem a pedag. & impoſitionibus, Paul. 2. cuius cōſtit. non adeſt. Confirmauit quæcunque indulta domus leproſ. S. Lazari extra muros Capuan. & Fratribus conceſſa, & eoſdem ſub ſua tutela recipiat. Alexan. Vrban Clemens, & Greg. quorum conſt. non adſunt, conceſſerūt indulg. viſitantibus Hoſpit. leproſorum de Colle. Peruſ. & porrigentibus manus adiutrices. Nicolaus 4. cuius conſtitut. non adeſt, id approbauit, & aliis adiecit viſitātibus alia pia loca, & exemptiones dedit. Leo. 10. cuius conſtitut. non adeſt, reſtituit Hoſp. S. Lazari, Capuan. Hoſpit. S. Ioan. Leproſ. Panormitan. & S. Agathæ Meſſan. Alexand. 6. & alij, multa alia priuil. conceſſerunt, pontiſ. autem iſte omnia confirmauit, vt in conſtit. 13. & præſertim iuriſdictionem mag. Magiſt. circa cauſas militum, ac conſtit. 50. Et ad augendam Hoſpitalitatem, & roborandum milites ad incurſionem contra infideles; alias gratias hic cōcedit videlicet. Confirmat erectionem Hoſpit. & Militiæ S. Lazari Hieroſolym. & translationem ad Hoſp. Capuanum. Confirmat omnia priuilegia S. Lazari Hieroſolymæ cum particula quat. Concil. Trident. non repugnent. Reſtituit Hoſpit. & eius membra aduerſus ſuppreſſiones. Erigit Hoſpit. Capuanum in caput præceptoriarum ord. S. Lazari. Quod electio magni Magiſt. ſpectet ad ipſum conuentum, & eo ipſo cenſeatur confirmatus à Sede Apoſtol. Poſſint transferre ſedem Militiæ ad quemcunque locum ſibi bene viſum fuerit de licentia Sed. Apoſtol addit Pius 5. Poſſint reformare habitum, & crucem. Corrigere Regulam, & eius ſtabilimenta de conſenſu protectoris. Et erigere in commendas beneſ. de iure patron. laicorum. Quod quæcunque loca ſub inuocatione S. Lazari in quibus fieri poſſit, vel ſit Hoſpitalitas infirmorum, ſint ſubiecta Hoſpit. S. Lazari, & ad liberam diſpoſitionem magni Mag. & conuētus pertineant. Quod milites poſſunt transferre penſiones in articulo mortis, & in fauorem cuiuſcunque perſonæ tempore quo mi-

litia

Digitized by Google

litia eſt in expeditione contra infideles. Magiſter perſonæ, bona, ac iura quæcunq; d. Relig. ſint ſub protectione Sed. Apoſt. Eximit à iuriſdict. quorumcunque Dominorum ſpiritualium, & temporalium, præterquam d. Relig. ordinariorum, iuxta terminos Concil. Trident. Pius conſtit. 30. decimis, & omnibus alijs impoſitionibus, & collectis quauis de cauſa impoſitis, & imponendis, & ſubſidiorũ licentiam concedit extrahendi frumenta ex locis d. militiæ, illaque ad quæcunque fideliũ loca aſportandi, ſine datij ſolutione. Eximit etiam bona eorum patrimonialia poſt emiſſam profeſſionem. Conuentus, & magn. Mag. habeant iuriſdictionem inter perſonas d. Relig. Milites, & aliæ perſonæ Relig. non poſſint inter ſe litigare coram alijs, quam Iudicibus d. Relig. magnus Mag. poſſit procedere contra inobedientes, etiam ad priuationem, quorumcunque beneficiorum. Auocare ad ſe quaſcunq; cauſas perſonarum Relig. Exequi ſententias, & rẽ iudicatam. Appellationes à ſent. iudicum Hoſp. detur ad magn. Mag. & conuentum, & ab illis ad Capitulum Generale, iuxta formam ſtabilimentorum. Reſcripta, & ordinationes magn. Mag. & conuentus exequantur abſque alicuius licentia, nec per quemcunq; etiam Ducali, aut Regali dignitate fulgentem impediri poſſint. Magiſter, & Conuentus poſſint procedere contra quoſcunque detentores locorum, & bonorum huius Relig. ſeu non ſoluentes debita communi ærario. Milites, & aliæ perſonæ Relig. poſſint quamlibet perſonam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutam eligere in eorum cõſeruatorem. Obtinentes beneficia hoſpit. teneantur ſoluere iura mortuariorũ. Poſſint ſumere ordines etiam extra tempora. Quod mag. Magiſt. conuent. Priores, & præceptores intra limites ſuarum iuriſd. veri ordinarij iudices ſint. Poſſint capere in quocunque loco quomodolibet priuilegiatos Religioſos delinquentes, & eos coercendi. Annullatq; gratias præuentiuas quomodolibet conceſſas ſuper locis Relig. & facultates magn. Mag. de eis prouidendi quibuſcunque non obſtantibus mag. Magiſt. poſſit apprehendere poſſeſſionem bonorum Relig. quę detinẽtur à non prouiſis à magno Mag. Loca Relig. non apprehendantur ſub reſeruationibus Apoſtolicis. Conferantur per magn. Mag. & non alijs perſonis Relig. Exemptiones militum non ſuffragentur quo ad debita communis ærarij, & obedientiam magni Mag. & conuentus collationes locorum Relig. per alium quam mag. Magiſt. & conuent. faciendæ ſint. Idẽ de alienationibus in damnum Relig. factis etiã de licentia Sed. Apoſtol. ſine conſenſu magn. Magiſt. & conuentus; Caſſatque omnes acceſſus, ac regreſſus præterquam ex cauſa oneroſa, & de conſenſu mag. Mag. Loca, bona, & iura Relig. occupata reducuntur ad ius, & proprietatem Hoſp. Bona de cetero non alienentur omnia Hoſpit. & loca ſub inuocatione S. Lazari intelligantur huic Hoſpitali incorporata. Quę ſi obedire recuſabũnt, magn. Magiſtri, & conuentui demoliantur ab illo. Quæ omnia loca ſubdita ſint ipſo magno Magiſt. etiamſi non ſint per illum, aut Fratres poſſeſſa. Loca Relig. Patrib illius, ac proteſſis conferri poſſint. Et Presbyteri ſæculares obtinentes benef. Ord. illis cedere non poſſint, niſi de conſenſu eorum, ad quos præſentatio, ſeu alia prouiſio ſpectat. prouiſiones de benef. d. Ordin. ſine clauſula, & de conſenſu mag. Mag. nullæ ſint. Similiter iuſpatronatus, & præſentandi ad benef. Hoſpit. ex fundatione, vel dotatione non competenti. Super quibus benef. nullæ poſſint reſeruari penſiones, niſi in fauorem Fratrum eiuſdem Ordinis. Obtinentes nunc beneficia, ſiue penſ. debent ea cedere magn. Magiſtro, vel habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere. Ad Parochiales Eccleſias huius Relig. deputari poſſint Fratres cappellani non obſtante, quod preſbyteris ſæcularibus fuerint collatæ. Res iudicata ſuper tali iuriſd. non præiudicet mag. Magiſt. niſi citato ad cauſam. Milites, & aliæ perſonæ Hoſpit. in eius cauſis in teſtes recipi poſſint, deficientibus alijs probationibus. In Eccleſ. huius Ordin. non niſi per Capellanos eiuſdem deſeruiatur, & non recipiantur preſbyteri non profeſſi, niſi habita licentia. Priuilegijs iſtis gaudeant, qui habitum à Mag ſuſceperint, & profeſſionem emiſerint. Iura mortuariorum, & arreragiorum vacantium ſolui debeant quacunque exceptione non obſtante, Mag. & conuentus poſſint deputare Vicario cum facultate conferendi beneficia. Ancianitateſque concedendi, & ſolitas reſponſiones exigendi. Habenda cęmeteria in eorum Eccl. & ſepeliendi. Legata exigendi. Sacros ordines à quocunque Antiſtite recipiendi. Arma deferendi tempore interdicti celebrandi, &c. magni Magiſt. & Conuentus poſſint communicare indulgent. & alias gratias perſonis Hoſpit. & Eccl. ab eo dependẽtibus, ac Confraternitatibus. Erigendi, & inſtituendi Eccleſ. Oratoria, hoſpit, &c. vbicũq; locorum ſub inuocatione S. Lazari, in membri eiuſdem hoſpit. milites, & alij poſſint teſtari de quibuſcunq; bonis ex fructibus benef. acquiſitis, dummodo quinta pars conuentui relinquatur, prior Eccleſ & Conuentus

tus poſſit celebrare in habitu Pontificali, & dare benedict. ſolemnem, dummodo non adſit aliquis Antiſtes, niſi de eius licentia. Milites, & alij ex tranſgreſſ. Reg. non incurrant peccatũ mortale, niſi ex inobedientia, & contumacia pluries commiſſa, & rebellione mag. Mag. poſſit recipere Fratres de quocunque ordine, præter Cartuſ. de conſenſu ſuorum Superiorum. Conceditur indulg. plenar. omnibus perſonis militiæ in aliqua expeditione contra infideles, vel hæreticos decedentibus. Poſſint eligere confeſſorem: & decedentes tempore interdicti, cuius ipſi cauſam non dederint, poſſint in loco ſacro ſepeliri. Stationeſque Vrbis conſequantur, viſitando vnam, vel plures eccleſias locis, in quibus degunt, mulieres in Confraternitate deſcriptæ poſſint quater in anno ingredi monaſteria Monialium cuiuſuis Ord. conſequantur Confratres indulg. S. Spiritus, de quibus Leo. 10. conſt. 5. (Eſt reuocatum:) Benefactores Hoſpital. & militiæ in articulo mortis plen. indulg. conſequantur. Conſequatur indulg. pro defectis, erogando eleemoſynam taxatam à magn. Magiſt. Notarij teneantur ſub pena excomm. notitiam dare de legatis factis in fauorem dicti hoſpitalis. Decedentes in Hoſp. inſiſtentes obſequijs illius gaudeant omnibus priuilegijs confraternitatis Magiſt. & conuẽtus, poſſint componere de vſuris, rapinis, incendijs, & legatis hoſpit. debitis, vel alias ad pios vſus relictis. Publicare indulg. plenarias. Pœnitentiarios deputare. Confraterias inſtituere, & confeſſionalia concedere. Hoſpit. & loca ſub inuocatione S. Lazari, ſint ſubiecta Magiſtro, & conuentui. Priores à die palmarum, & per totam octauam poſſint per ſe, vel per alios confeſſ. audire de conſenſu Mag. in ſui Eccl. Campanellos appendere. Et fratres huius Ord. poſsint adminiſtrare ſacramenta infirmis degentibus in eorum hoſpitalibus. Hanc Relig. concedit omnes gratias conceſſas alijs locis, & quod nunquam intelligantur ſuſpenſæ. Suſcipientes habitum extra Conuentum etiam à Rom. pont. infra annum in Conuentu comparere teneantur, aliàs priuentur. Poſsidentes beneficia dicti Ordin. vocati, ſi comparere recuſauerint, coerceantur, ſcilicet legitimo ceſſante impedimento, iuxta Pij 5. conſt. 28. declarationem, cum clauſ. decreto, &c. cum declaratione, quod ſemper intelligatur repetita clauſula. Dummodo Conc. Trid. non repugnent, &c. Datum Rom. 4. Non. Maij 1505. ann. 6. Reuoc. Pij 5. conſt. 32. Pij 5. c. 30. Pius 5. addit quatenus ſint in vſu, & nõ præiudicent alienis iuribus. Pius 5. infra tres menſes confirmat. Limit. Pij 5. ibi deinde abrog. conſt. 74. Renoc. Pij 5. ibid. Pij 5. conſt. 170. & conſt. 30. Reu. cap. 130. Vide conſt. 50. ibi. Limit. Pij 5. c. 30. Vide Pij 5. ibi. Limit. ibi. Reuoc. Pij 5. c. 41. Limit. Pij 5. c. 30. Limitat de his, quæ non ſunt ſortite effectum ib. Vide conſt. 74. Pii 5. & 30. quo ad loca vacantis Sed. De cætero ib. Pii 4. Pii 5. conſt. 46. Reu. ibi. Greg. 13. Clement. 8. Limit. ibi. Quando vacant per dimiſsionem pii 5. conſt. 30. Declar. ibi. Reuoc. Pii 5. conſt. 45. Pius 5. ibi. Reuoc. Pii 5. conſt. 74. Pii 5. cap. 74. Reuoc. Pii 5. conſt. 27. Pii 5. conſtit. 32. ibi. Vide d. c. 30. Reuoc. conſt. 38. & conſt. 46. Pii 5. c 30

Continuam, &c.) Quia non ſeruabatur conſtit. 21. Paul. 4. fol. 120. Ideo Pontifex reuocauit quaſcunque conceſsiones Cancellariorum, præterquam ex cauſa oneroſa, vt in conſt. 170. Modo autem eidem Theſaurario facultatem concedit locandi Cancellarias. Præcipitque vt Camerarios, & Clerici contractus cum ſolitis obligationibus deſuper fieri curent, cum clauſulis. 28. Maii 1565. Vide Paul. 4. conſt. 21. & ſupra conſt. 121.

Licet, &c.) Hic Pont. & alii prædeceſſores prohibuerũt appellari in cauſis criminalibus non facto depoſito, &c. vt in conſtit. 71. Et eos non audiri, niſi in carceribus conſtitutos. Et cauſarum commiſsiones etiam per Pontif. conceſſas nullas eſſe non facto depoſito, &c. Commiſsioneſque cauſarum Fiſcum, & Cameræ Apoſt. concernen. ſignari non poſſe, illis non citatis, &c. Dubia tamen expreſſa excitabantur circa prædictas conſt. Ideo Pont. iſte declarat, appellationem non admitti in cauſis Fiſci, & Cameræ intereſſe concernen. niſi cõſtito prius ante appellationem factum fuiſſe actuale depoſitum. Condemnatoſque capitaliter non audiri, niſi in carceribus conſtitutos. In obtinendiſque expeditionibus, & commiſsionibus cauſarum huiuſmodi, citari debere Fiſcum, & Theſaurarium Prouinciæ, & cauſa in Curia, vel præſidi Prouinciæ committi. Hoc reformauit Pius V. in eius conſt. 184. Cum ſicut, &c. pœnas conuentionales pacis, vel treguæ nuptæ, & fideiuſſores de nõ offendendo ſtipulari debere, ac ſtipulatas cẽſeri decernit in fauorem Cameræ Apoſt. Nouamq; cauſam allegari non poſſe ſtatuit. Pœnam quoque conuentionalem committi declarat, etiam ſi conſtet offenſionem factam eſſe de mandato principalis. Mandatque apponi, & pro appoſita habere in inſtrumentis fideiuſsionum de non offendendo. Exemptionemque fideiuſſori denegat, quod principalis contrauenit ex cauſæ neceſſariæ defenſionis. Legitimam declarat filiorum à parentibus ſolui debere. Condemnatos in contuma-

tuma-

tumaciam infra ſex menſes tantum ad defenſiones admitti decernit in loco condemnationis ſecutæ, vel in curia Prouinciæ delicti commiſsi. Immò infra annum, vt aſſerit Pius V. cóſt. 11. Homicidæ maiores 14. annis, licet maiores 20. non excuſantur. Præuentio inter Ordinarios, & iudices ſæculares. Ad hoc autem reducit Pii V. in dicta eius conſt. 11. ad terminos iuris, & Concil. Trid. cum decreto, &c. clauſulis, &c. Datum Romæ, & publ. 1565. 20. Maii anno 6. Reformata circa appellationes à Pio V. conſt. 147. & cóſt. 183.

Cum ſicuti, &c.) Continet facultatem Collateralium, & iudicis maleficiorum altero collaterali abſente, vel infirmo, Vrbis, & eius in criminibus loci tenentis interponendi de cauſa in contractibus: & iuriſdictionem vſq; ad ſententias definitiuas exercēdi, cum clauſ. &c. 10. Kal. Iun. anno ſexto.

Sed noua ſtatuta Vrbis aliter diſponunt. Quæ confirmata ſunt à Greg. 13. conſt. 65.

Solita, &c.) Ordinat, vt Commiſſarii à iudicibus Roman. Curiæ deputandi ad capienda bona delinquentium omnia inuentariare, & conſignare debeant deputato, & indè viaticum conſequentur. Cum pœnis contrauenientium ſignatura ſufficiat. Admiſſa 8. Auguſti 1565. anno 6.

Ingens, &c.) Ordinat, quòd impetrantes indulta concernentia intereſſe Cameræ debeant infra tres menſes illa in Camera præſentare, & regiſtrari facere ſub pœna nullitatis, cum decreto, &c. clauſulis, &c. 8. Auguſti ann. 6.

Exigit, &c.) Ordinat, vt Iudices Almæ Vrbis compoſitiones pro delictis facere nequeant abſque conſenſu Theſaurarii Papæ, & quod Theſaurarius poſsit deputare iuriſperitum, qui compoſitiones ſollicitet, & referat. Cum pœnis iudicum contrauenientium, & facultate theſaur. cum clauſulis, &c. decreto, &c. 8. Auguſti anno 6.

Inter, &c.) Continet reuocationem quarumcunq; licentiarum, præterquam ex cauſa oneroſa conceſſarum extrahendi frumenta, bladá, & legumina ex Prouinciis, Ciuitatibus, & locis ditionis Eccleſię. Innouationēq; prohibitionum emanatarum contra extrahentes. prohibitionemq; denuo extrahendi, pœnaſque contrauenientium. Alias pœnas vide apud Gregor. 13. conſt. 55. Quod licentias habere prætendentes ex cauſa oneroſa debeant verificare cótam Camerario alioquin eis vti non poſſint, quod licentiæ extrahendi frumenta à Camerario non approbatæ, valere nequeant cum clauſulis, &c. Idibus Auguſti, anno 6.

Inter multiplices, etc.) Confirmat conſt. Sixt. 4. & Leo. 10. præfigitque terminum ad ædificandum illis qui ædificare promiſerunt, & ſub tali prætextu vicinorum domos ſibi vendi fecerunt. Et non ædificantibus in dicto termino pœnas imponit. Declarat etiam venditiones dominorum, &c. ſemper intimandas eſſe vicinis. De hoc vide Greg. 13. conſt. 25. Vicinoſque poſt intimationem adimplere illic expreſſa debere ſtatuit. De hoc vide d. Greg. ſimiliter. Vicinos quoque præferendos eſſe inquilinis declarat: ſimulataſque vēditiones annullat, & contrahentibus pœnas imponit, Confirmat etiam quorumcunque Pontif. conſtitutiones editas circa officium, & facultates Magiſtrorum viarum. Dubiaque deſuper emergentia in ornatum Vrbis interpretari debere decernit, & ius iſtud fauorabile cenſeri. Vicinis etiam fabricare volentibus, decernit alios vicinos domos tàm locari ſolitas, quàm non, vendere debere. Declarat deniq; ue, multaque alia fecit, quæ quoniam ad nos parum pertinent omittam cum clauſulis, &c. 10. Kal. Septembr. anno ſexto. Hæc conſtitut. ſic declarata & modificata in multis fuit per Pium 5. conſt. 138. & Gregor. 13. conſt. 25.

Romanum, &c.) Burgum Sancti Petri admodum ornaui. Leo. 10. & illud appellari Ciuitatem Leoninam. Pontif. verò apud dictum Burgum cœpit edificare aliud Burgum quod ciuitatem piam denominari mandat. Conuentumque, & Eccleſiam Beatæ Mariæ Tranſpontinæ transfert ad Ciuitatem piam; eiuſque fratribus concedit omnia priuilegia habitantibus in ciuitate pia conceſſarum: & eādem Eccleſiam viſitantibus, &c. Nouamq; Eccleſiam ædificari iubet: & dictam Ciuitatē piam Fonte, & Ludo litterario ornati mādat: Aedificantibus in ea priuilegia concedit. De limitationibus, & reuocationibus eorum, vide Pium 5. conſtit. 74 & conſtit. 124. Aedificia ibidem conſtructa confiſcari nequeant iuxta priuilegia Montis fidei, de quibus vide Clem. 7. conſtitutio. 17. Domino fundorum ibidem exiſtentium debeant, aut ædificare, aut ædificare volentibus locare. Conductores autem eorum fundorum aucta decima parte, cauſas affrancare poſsint. Ciuitates pia tandem ciuitatis Leoninæ omnibus priuilegiis gaudeat. cum decreto, &c. clauſulis, &c. 10. Kal. Septembr. ann. 6. vide ſimiliter de ædificantibus in via Fælici. Sixtum 5. nu. 171.

Ex debito, &c.) Confirmat omnia indulta, & gratia Hoſpit. S. Antonii, quo ad ea, quæ ſunt in vſu, & Conc. Tridentino non contrariantur, cum decret. &c. clauſ. &c. 10. Aug. ann. 6.

ann.6. Vide conſt.42.& declaratur pij 5.cōſt. 12. Concil.Trid.ſeſſ 21.conſt.11.de reform. priuil S.Antonij.

Sanctiſſimus,&c.) Ordinat, vt in diſpenſationibus matrimonialibus omnes gradus, tā proximiores, quàm remotiores exprimi debeant, publicata 20.Sept.ann.6. Declaratur per Pium 5. conſt.24.

Cum ſicut,&c.) Ordinat, vt Gabellarius maior officiū per ſeipſum debeat exercere. Extraordinarij admittendi, vel confirmandi ſint a Conſil. Et explicat extraordinariorum officium in perquirendis fraudibus Mercatorum Vrbis, vt Gabellarius, & officiales ſyndicari debeant à Senatore. Notarius ſeruet taxam Statutorum Fiſcus Capitolij obſeruationem huius reformationis debeat obſeruare, cum clauſ.&c. prid. Idib. Octob. anno 6.

Cum ſicut,&c.) Confirmat capitula per Cam. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ edita circa reformationem Bancheriorum Hebræorum Vrbis, ac iuriſdictio. Came. circa cauſas, concernentes dictum Capitulum. 12.Kal. Decembr.ann.6. Reformat. in aliquibus fuerat à Greg. 13 conſt.43.

Cum ſicut accepimus,&c) Ordinat, quod cōmiſſarii, qui extra Cur. ad formandos proceſſus deſtinantur, eorumque Notarij, finita commiſſione, debeant proceſſus originales conſignare Notario cauſæ, vel cui Fiſcus Cam. Apoſt. mandauerit. Kal. Ian ann.6.

Alias nos,&c.) Continet facultates Cardinal. deputandi pro obſeruantia, & exequutione Concil. Tridentini, & reform. huius pontif. de quibus conſ.72.& 100.Conc.Trid.

Sanctiſſimus,&c.) Reuocat omnia priuilegia Conclauiſtarum, & aliorum circa ceſſiones, & reſignationes beneficiorum, cum decreto, &c. clauſ.&c. 22.Septembr. anno 6. Reuocatio aliorum priuileg. habetur Pij 5. conſt.71.

Sanctiſſimus,&c.) Continet prohibitionē ſimulatarum permutationum beneſ. annullandi illa, &c. 22.Septemb.

Nobilitas,&c.) Concedit officiū Camerariatus Card. Vitello, qui ſoluit Cam. ſcuta 70. millia, cum facultate reſignandi cui voluerit infra annos octo, & pretium ab eo recipiendi cum aſſecuratione, quod interim non vacet per obitum, cum clauſ.&c. 4.Id. Nouēbr. anno 5.

Eximia tuæ,&c.) Camerariatus officium vacauit per obitū Card. S. Floræ. Et modo illud confert Card. Vitellio, de quibus vide ſupra 15.Kal. Decembr. anno 1.

Cum nos,&c.) Decernit, quod maior pars Card. Inquiſitorum in Congregatione interuenientium valeat, proinde ac ſi interfuiſſent omnes, cum decr.&c. clauſ.&c. Deputationē vide in conſt.70.& Pij 5.conſt.117. & 197.

Cum nuper,&c.) Continet taxam quam ſeruare debent Notarij cauſarum ciuilium Gubernatoris, Vicarij, Iudicis, Burgi, & Magiſtrorum viarum Vrbis, & etiam capitolij in caſibus de quibus per ſtatuta non eſt prouiſum. pœnas autem contrauenientium habes ſupra conſt.88. Taxa Not. Archiuij Greg 13. conſt. Not. Aud. Cam. pij 5. conſt. 121.

Cum nuper,&c.) Continet taxam Notariorum criminalium eorundem, officiorum, cum pœnis, &c. quam in tabella officiorum tenere debent in loco publico affixam.

Dum accepimus,&c.) Officium expurgādi immunditias vrbis, erectum fuit per cameram Apoſtolicam certa taxa Artiſtis vrbis impoſita. Extinctum tamen fuit ex decreto eiuſdem cameræ ob certas cauſas. Et ideo Pont. cōfirmat decretum dictum came. & extinctionem officiorum, cum decreto, &c. clauſulis, &c. 6.Kal. Iun. anno 6.

Cum ſicut,&c.) Auocat cauſas Monaſterij non inſtructas coram quocunque Iudice venientium quibuſcunque etiam priuilegiatis. Deputat Iudicem cum facultatibus cauſarū, & protectoris Monaſterij 16.Kal. April. anno 3.

Inter multiplices,&c.) Continet deputationem Alexandri Sfortiæ Præfecti annonæ, cum facultatibus, & priuilegijs ſolitis, & conſuetis. Facultatem necnon cogendi quoſcūq; ad notificandum frumenta, & legumina, & prohibendi, ne illa tranſportentur de loco ad locum abſque eius licentia. De quo vide Greg. 13. conſt. 119. Frumenta quoque, & legumina vndiq; cogendi, & emendi pro pretijs ſibi beneuiſis. Miniſtros deſuper deputandi cum ſalarijs ab eo declaran. Cęteraque omnia neceſſaria, & opportuna faciendi. Officiales ſtatus, & alij omnes eius mandatis pareant. Frumentaque, & legumina præfecto annonæ notificent, & graſſia non aſportent abſque eius licentia. De quo vide Greg. 13. conſt. 114. cum clauſ &c. decreto, &c. 30. Iun. 1560.

Nos pro,&c.) Clerici in Vrbe degentes debitam tonſuram, & habitum clericalem geſtare debeant ſub pęnis excommunicationis, & alijs, &c.

Cum ſicut,&c.) Continet facultatem Gubernatoris coercēdi Mercatores Vrbis exercentes cambia illicita, & infligendi pęnas expreſſas, & contētas in conſtitutionibus Marchiæ contra vſurarios, & de his vide Marchię conſt. lib.3.c.12. cum decreto, &c. clauſ.&c.

Quia

Quia licet, &c.) Reuocat exemptiones quo ad ſolutionem Dohanarum Vrbis, quibuſcunque, præterquam pijs loc s conceſſas, vel in capitulis expreſſis: Declarat etiam exemptiones duodecim filiorum ob numerum, cum decreto, &c. clauſulis, &c. Simile facit Paul 3. conſt. 48.

Paſtorali, &c.) Dno Patritij Romani aſſiſtere debeant Magiſtris viarum computa. redditionis, ac taxas impoſituris, cum decreto, &c. clauſul. &c. Confirmatur à Pio 5. conſt. 173.

Cum ob celebrationem, &c.) In cauſis prælatorum, eorumque familiarium, & aliorum ad Conc. Trid. proficiſcentium, & ibi reſidentium, ſiue inſeruientium ſuperſederi debent ibi, ſi voluerint.

Romanum, &c.) Continet deputationem, & facultatem Camerarii cognoſcendi vnà cum quinq; deputatis, cauſas concernentes intereſſe Camer. Apoſtol. Computatque Miniſtrorum, & aliorum etiam ſolidata reuidêdi, contractuſque læſionem Camer. Apoſt. continentes reſcindendi: Detentoreſque bonorum eiuſdem Cameræ coercendi, & manu Regia, & appellatione remota, &c. procedendi, eius mandatis ſtatus Eccleſiaſtici obediat officiales, cum decreto, &c. clauſ. &c. De cognitione harum cauſarum Paul. 3. conſtit. 80. fol. 80. De reſciſſione computorum, idem conſtit. 49. De reſcindendis alienationibus. ſup. conſt. 130.

Decens, &c.) Deputat Camerarium executorem dictæ conſtit. 125. de qua fol. 40. in qua annullauit infeudat, &c.

Cum ſicut, &c.) Reuocat conſt. 11. Paul. 4. Declaratque vt ſocietates iuxta antiquum ſolitum nulla deſuper expedita ſupplicatione licitè contrahantur ſuper officijs non tamen vltra valorem officiorum, Officialeſque teneantur ad requiſitionem contrahentium verè exprimere alias ſocietates contracta., cum decreto, &c. clauſulis, &c.

Licet nos, &c. Paul. 4. conſt. 51. deputauit tres Auditores pro criminalibus, & alios tres pro ciuilibus cauſis in curia Gubernatoris, ventilandis, vt habes in eius conſtit. 51. Pont. autem dictã deputationem, & alia in Pauli 4. conſt. conceſſa reuocauit, & nunc de nouo reuocat, & officium Gubernatoris ad priſtinum ſtatum reducit, cum decr. &c. clauſ. &c. Reu. conſt. 11. Paul. 4.

Cum ſicut, &c.) Continet aduocationem cauſarum Baſil. & capit. Sanctæ Mariæ Maioris coram quocunque iudice verten. Confirmationem etiam priuilegiorum, & iuriſdictionem Archipresbyteris, & Baſilicæ præfatæ, quæ intelligitur cum clauſula, quatenus Conc. Trid. non contradicant, cum decr. &c. clauſ. &c. Vide conſtit. 74. Paul. 3. Obijt Romæ 5. Idus Decembris 1565. & ſepultus eſt in Baſil. Sancti Petri, & mox delatus ad Eccleſ. Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis Diocletiani translatus, cui ſucceſſit Pius Quintus. Reu conſt. 51. Paul. 4.

PIVS QVINTVS. Cũ ſicut, &c.) Pius 4. deputauit Alexandrũ Riarum A. C cum multis facultatibus, & priuilegijs vt in eius cõſt. 170. Ad eximiæ, & conſtitutio. ſequen Alijq; Pontifices Auditori Cameræ, & officialibus, ac Notarijs ipſius Auditoris conceſſerunt. De quibus vide infra in Greg. 13. conſtit. 57. Ad generis. Hic autem Pontifex omnia priuilegia, & facultates eorũdem confirmat. Cum decr. irritante, clauſ. derog.

Romanus, &c.) Ordinat, quod banniti à Regno Neapolitano non aſſecurentur ab officialibus ſtatus Eccleſiaſtici. Quinimmò capiantur, & ad Proregem mittantur. Quod intellige, vt mox ſequitur. Saluiconductus ab Officialibus conceſſi annullantur. Oriundi ex locis S. R. E. vel incolæ pro delictis in Regno Neapolitano commiſſis carcerentur per officiales ſtatus Eccl. Miniſtri Proregis inſequi poſſint eoſdem bannitos etiam intra territorium ſtatus Eccleſię per decem milliaria, vt hic. Prorex autem vniuerſa hæc omnia decernat, & obſeruet cum clauſ. derog. Datum Rom. die 1. Febr. 1566. ann. 1. Pij 4. conſt. 115. Greg. 13. conſt. 68.

Supra gregem, &c.) Innocentiùs 3. cuius conſtitutio hic non adeſt, præcipit Medicis, vt cum ad infirmos vocantur eis ſuadeant, vt primum medicos ſpirituales vocent: idem mandat Pontifex iſte ſub pęnis præter illas Inn. perpetuæ infamiæ, priuationis gradus, eiectionis à Collegio, & pecuniæ arbitrio ordinarij. Et quod medici iurent contenta, & Ordinarij exigant idem iuramentum: & iurare renitentes, coerceant per priuationem, &c. cum clauſulis, &c. Dat. Rom. 8. Mar. ann. 1.

Sanctiſſimus, &c.) Reuocat omnes facultates celebrãdi Miſſam tempore veſpertino, & contrarium facientes, ſuſpenſionem à Diuinis incurrant, cum clauſulis, &c. Datum Romæ 29. Mart. anno primo. Vide conſt. 19. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 8. ſeſſ. 25. de reform. c. 4. infra conſt. 18.

Cum primum Apoſtolatus, &c.) Ordinat, vt diuini cultui obſeruantia ab omnibus teneatur, & contrauenientes pęnis arbitrarijs afficiantur. Et pauperes in Eccleſijs eleemoſynas petere non permittantur, dum Diuina celebrantur officia. Cadauera depoſita, ſiue

capſæ

Digitized by Google

capſæ in Eccleſijs ſuper terram exiſten. amoueantur: feſtaque venerentur. Contra ſimoniacos obſeruentur, conſtit. Paul. 2. Iul. 2. conſt. 2. Concil Trident. ſeſſ 24. de reform. cap. 14. Blaſphematores puniantur, iuxta conſtit. 11. Leo. 10. Iul. 3. conſt. 43. Sodomit. grauiter plectantur, ad quod vide conſt. 73. de concubinarijs; ad quod vide Nicolai 5. conſt. 3. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 13. Principes, & Barones faciant obſeruari hanc conſt. cum clauſulis, &c Dat. Rom. Kal. Apr. ann. 1.

Conſueuerunt, &c.) Hæc eſt Bulla, quæ continet caſus in Cœna Domini, quæ quoniam eſt eadem cum alijs, ideò omittitur. Bull. Cœnæ Vide Greg. 13. c. 97.

Romanus Pontifex confirmat conſtit. 15. Pauli 4. declaratque, quod iudæi deferant colorem illis conſtitutum (ideſt Giallo,) & derog. conſt. 63. Pij 4. cum clauſ. &c. Dat. Ro. Kal. Maij ann. 1.

Cum nobis, &c.) Nautarum bona naufragata diripiebantur ab incolis locorum maritimorum in quibus naufragia inueniebant: ideò hic Pontifex pœnas imponit impedientibus naufragium patientes, aut occupantibus bona naufragata. Et Martino Conſuli ſubditorum Regis Hiſpaniarum in Vrbe, dat facultatem bona naufragata à quocunq; recuperandi, & patronis reſtituendi. Saluantibus, aut recuperantibus bona naufragata præcipitur, ne de eis diſp o iant, inuito ipſo Conſule Baronibuſque, & Gubernatoribus, & alijs præcipit, vt in præmiſſis eidem Conſuli auxilium præſtent Et auxilium dantibus indulgentias concedit. Omnibus commorãtibus prope loca naufragiorum iubet, vt vocati auxilium præſtent. Cõmunitates etiam, & Dominos locorum ſecuti naufragij, latrones, & occupatores capere decernit. Camerariumq; S.R.E. Iudicem iſtarum cauſarum deputat. Conſuli quoque, & eius Deputatis facultatem deferendi arma concedit. Exequutorum deputatio, & facultatem. Vide ſimilem Iul. 2. conſt. 52. Paul. 3. conſt. quadrageſimaquinta.

Circa paſtoralis, &c.) Conſtitut. Bonif. 8. quæ hic non adeſt, & decretis Conc. Trid. inhærendo Pont. decernit, quod Moniales tacitè, vel expreſsè religionem profeſſæ clauſuram ſeruent. Inobedientes coerceantur per Ordinarios. Tertiariæ quoque ſi ſolemne votum emiſerint, clauſuræ ſubijciantur, ſin autem per Ordinarios eius clauſura perſuadeatur. Et volens ſine clauſura, & profeſſione viuere non recipiantur in aliqua Religione. Eleemoſynæ pro Monialibus colligantur per Conuerſas, aut per Profeſſas, habitantes propè monaſteria, & ætatis annorum 40. Monialium clauſura Conc. Trid. ſeſſ. 25. conſtit. 5.

Conuerſæ de cętero non recipiantur. Monialium recipiendarum numerus reguletur iuxta redditus monaſteriorum. Cum exequutorum deputatione, & facultatibus, cum clauſulis derogatorijs. Ordinarij non habeãt iuriſdictiones in locis exemptis, niſi circa hic expreſſa. Datum Romæ Kal. Iun. anno 1566. Declaratio conſt. 101. Greg. 13. conſt. 13. De earum exemptionibus. Pij 4. conſt. 10.

Et ſi ea ſit, &c.) Continet renocationem quarumcunque exemptionum, præterquam ex cauſa verè oneroſa conceſſas ſuper ſolutione ſubſidij triennalis quatreni carnis. Taxarum Equorum, & aliarum impoſitionum Cameralium. Et confirmationem aliarum conſt. Apoſt. ſuper tali reuocat cum facultatibus S. R. E. Camerarij cum decreto, &c. Datum Romæ 1566. 8. Iun. anno primo. Vide Pij 4. conſtit. 38. Iul. 3. conſt. 14. Paul. 4. conſt. 44 & infra conſtit. 12. Ren. faen. ſol. ſubſid. trien. quatreni carnis. Talis impoſ. Paul. 3. c. 59. Iul. 3. c. 32. Taxa equorum Pij 4. conſt. 7. Decl. conſt. 133 Pij 4.

Cum ob innumeras, &c.) Pius 4 prohibuit allegari poſſe nouam cauſam in cauſis treguæ, & pacis fractæ, vt in eius conſt. 133. Licet dudum, præuentioniſque terminos declarauit inter iudices eccleſiaſticos, & ſæculares, vt ibidem. Hic autem Pont. moderatur illius conſt. vt hic circa allegationem nouæ cauſæ, vt intelligatur quando principales ipſi interueniunt. Contumaces infra annum ad defenſiones admitti poſſe decernit. Sententiaſq; aliter latas nullas eſſe declarat, præuentionem reducit ad terminos iuris, & Concil. Trident. cum decreto irritanr. contrauenientium pęnis, clauſulis, &c. publ. 20. Iun. 1566. anno 1. Vide c. 141.

Sedes Apoſtolica, &c.) Ordinat, quod exempti omnes in Prouincia Marchiæ contribuere debeant ſubſidijs, & impoſitionibus reuocando exemptiones quacunq; cauſa, & quibuſcunque perſonis, in quacunq; dignitate exiſtentibus conceſſas, præterquam ex numero duodecim filiorum, cum decreto, &c. exequutorum deputatione, clauſulis, &c. Datum Romæ 28. Iun. anno 1.

Exigit Apoſtolica, &c.) Confirmat conſtit. Iul. 2. & 3. Leo X. editas contra Dominos, & communitates non cuſtodientes eorum territoria à furibus, & bannitis, & quod teneantur ad refectionem damnorum in caſu; &c. cum decreto, clauſulis &c. Datum Romę 8. Iun. ann 1. Vide Pij 5. conſt. 8. Iul. 2. cõſt. 5. & 11. Leo 10. c. 23. & 21.

Contra

Contra homicidas,& bannitos.

Ex ſuperna,&c.)Confirmat omnes conſt. ab alijs Pontificibus contra bannitos editas, declaratque,quod Communitates locorum, in quibus banniti damnum alicui dederint, & capti non fuerint, teneantur ad emendationem damni. Deputat exequutores cum facultatibus,&c. clauſulis &c. Datum Rom. 3.Non.Iul.anno 1. Confirmatur,& ampliatur conſt.16. & Greg. conſt.68. Vide Pij 5. conſt.30.Pij 2 conſt.8. Paul.2.conſt.5.Sixt.4. conſtit.2.Iul.2.conſtit.15. Leo.10.conſt 31. Clem.7.conſt.6.

Dum ad vberes,&c.)Continet exemptiones,& priuilegia Mendicantium. Quod ſint exempti à collectis,ſubſidijs,& hoſpitijs militum. Quod ſal illis detur gratis pro vſu per miniſtros R.Cam.cum decret.&c.clauſul.&c. Datum Romæ 29.Iul.anno primo. De Mendicantibus Mat.5.conſt.2. Leo.10.conſt.17. Greg.13.conſt.91.priu.Mendicantium. Vide c.41.& 48.

Indefeſſa paſtoralis,&c.)Et ſi multæ pęnæ impoſitæ fuerint ab alijs Pontif. contra homicidas,& bannitos. Pont.tamen hic alias imponit his,qui banniros,& eorum complices receptabunt,videlicet confiſcationis, demolitionis,exilij perpetui vna cum totis eorum familijs, & contra eos procedere iubet omnes officiales etiam per officium inquiſitionis,cum decr.clauſ.&c. Datum Romæ 18. Kal.anno 1. Contra accip. homicid. Vide Greg.13.c.66.

Contra homicidas.

Cum nuper nos, &c.) Præcipit. ſub indignationis pęna,& mille duc.quod comm.legant in conſilio quolibet ann. & in Archiuio cuſtodiant conſtitutiones editas contra bannitos, & receptatores eorum, cum decr. &c. clauſ.&c. Datum Rom.4.Sept.anno 1.

Reuocatio facult. celebrandi Miſſam,&c.

Prouidentia Romani,&c.)Reuocat facultates conceſſas Græcis celebrandi ritu Latino,& Latinis ritu Græco. Quam conſt.mandat publicari in quacunque Diœceſi in virtute ſanctę obed. Datum Romæ 28.Kal.Septembr.anno 1.

Sclaui baptizati conſeq. libertatem.

Dignum, & rationi, &c.) Quia Paul.3. conſtit.2.reintegrauit facultatem Conſeruatoribus Vrbis donandis libertatem ſclauis ad eos confugientes;ideò Pont.eandem confirmauit, & ita iudicari mandat, derogando conſtit.60.eiuſdem Pau.quam declarat procedere quoad ſclauos baptizatos,cum clauſ. &c. Datum Rom.5.id.Sept.anno 1.

Pia deuotio, &c.) Confirmat Statuta, & priuilegia nobilis artis agriculturæ Vrbis, & iuriſdictionem Cõſulum eiuſdem artis, cum decr.clauſ &c. Datum Rom. 5.idus Septẽbr. anno 1. Vide conſtit. 22. priuil. artis agric. Clem 7.conſ.4.

Confidentes,&c.) Declarat,quòd facultates Aud.Cam. per Pium 4.conſtit. 124 conceſſæ, non impediant iuriſdictionem Vicarij circa exequutionem obligationis in forma Cam.quoad perſonas eccleſiaſticas, & loca pia, cum decreto, clauſ &c. Datum Romæ prid.Idus Septembris anno 1.vide conſt. 1.

Cupientes,&c.) Prohibet, ne quis impediat deferentes ad Vrbem frumenta, & blada,& ea emat vltra vſum familiæ,& abſque licentia nemo carius vendat, & cõcedit exemptionem deferentibus blada ad Vrbem à ſolutione Gabellarum,& aliorum onerum. Et priuilegium ijſdem, ne moleſtentur pro eorũ debitis: idemq; exercentibus agriculturam, ne moleſtentur pro debitis,dum colunt,vel ſeminant frumenta. Boues aratorij &c. pro debitis capi non debent, & in tacitis hypothecis non comprehenduntur, & gaudent priuilegijs bonorũ dotalium,cum clauſ &c. Datum 11.Octob.1566.

Regularium perſonarum,&c.)Reuocat licentias quibuſcunque mulieribus conceſſas ingrediendi Monaſteria,& loca quorumcũq; ordinum Regul illaſque inanes eſſe decernit; præcipitque ſub pęna excomm.latæ ſententia à Papa tantum abſoluendæ, ne ingrediantur.Et ſub pęna ſuſp.ipſo facto,& priuationis inhabilitatis, &c. ne intromittatur,cũ clauſ.&c. Datum Rom.23.Octob anno 1.

Sanctiſſimus in Chriſto,&c.) Innouat cõſtitutionem 137.Pij 4.Statuitque,quod quotieſcunque contigerit impetrari diſpenſationes ſuper gradus affinitatis, aut conſanguinitatis, aut miſtis, præterquam ſuper primũ, ſemper remotior attendatur,qui trahat ſecũ propinquiorem, atque ob id ſufficiat exprimere remotiorem obtentis tamen poſtea ſuper propinquiore litteris declaratorijs, iuxta Gregor. & Clem. conſt.regiſt.Cancell. publicata 20.Auguſti anno primo.

Sanctiſſimus in Chriſto,&c.)Ad tollendũ omne dubium eos, qui ante Conc. Trident. Matrimonia contraxerunt, dummodo non ſint ex perſonis in decretis Concil. Trident.

enumeratis poſſe abſque diſpenſatione liberè contrahere declarauit, Et matrimonia poſt Conc. confirmationem contracta abſq; diſpenſatione inter affines infra ſecundum gradum ex fornicatione eſſe valida,& dirimi non debere. publicata 20. Auguſti anno 1.

Cum illis vicem, &c.) Nullum impedimẽtum ratione cognationis ſpiritualis ſubeſſe decernit inter maritum, & vxorem, ſuſcipiẽtis, & baptizatum, baptizatique patrem, aut matrimonium, quo minus matrimonium cõtrahere poſſint. Et ita iudicari mandat. Datũ Rom. 4. Kal. Decemb. anno 1.

Ad Romanum, &c.) Decernit nullum impedimentum remanere, quo minus inter affines ex fornicatione in gradibus vlterioribus, præter primum, & ſecundum matrimon. liberè contrahi valeat. 4. Kal. Decembr. anno primo.

Sacroſancta Catholicæ, &c.) Iudæorum multi ad fidem conuerſi ſunt tempore iſtius Pont. & ad eos monitionem, ita, vt Hoſpitale Cathecumenorum, & Monaſterium Neophitarum repleta erant hoſpital. erectione, vide ſupra in Paul. 3. conſt. 37. illius qui, Monaſterij erectionem habes ſupra in Pij 4. cõſt. 61. Cum inter cæteras. Pont. igitur inuenit ſatis commodam eſſe pro Monaſterio Neophitarum Eccleſiam S. Blaſij iuxta viam in regione Montium Vrbis. Ideò d. Eccleſiam à prioratu Vrbis, & hoſpit. S. Ioannis Hieroſolymi. diſſoluit, & illam vnà cum omnibus iuribus, &c. Archiconfraternitati Cathec. & Neophit. aſſignat pro d. Monaſterio. Inhibetque Magiſtro hoſpit. S. Io. Hieroſol. & priori prioratus Vrbis, ne effectum præſentium andeant impedire, exequutorum deputatio, clauſ. derog. &c. Datum 5. Kal. Decembr. anno 1. Eccl. S. Cecilię tradit Monaſt. Neophitarum. Vide Pau. 3. c. 32. Greg. 13. conſt. 111.

Cum ſicut, &c.) Præcipit, quod in diſpenſationibus matrimonialibus, & alijs gratijs Apoſtolicis à Procuratoribus pęnitent. veritas exprimatur ſub pęna falſi, &c. cum decreto, &c. clauſulis, &c. publicata 5. Decembr. anno primo. Alias pęnas vide in conſt. 85. De diſpenſ. conſt. 65.

Inter multiplices, &c.) Reducit ad terminos iuris communis quaſcunq; litteras Apoſtolicas in cauſis hęreſis emanatas, & reuocat eaſdem quatenus ſint contrariæ diſpoſitioni iuriſdictionis, ac ſtylo inquiſitionis, declarãdo quod ſententiæ in fauorem reorum contra dictum ſtylum latæ, & ferendæ nunquam tranſeant in rem iudicatam darque facul. inquiſit generali reuidendi dictas cauſas, dictis ſentent. etiam à Sed. Apoſt. confirmatis non obſtantibus. Et confirmat conſt. editas contra hæreticos à Paul. 4. num. 42. Dat. 14. Kal. Ian. ann. 1.

Sicut bonus, &c.) Omnia indulta hoſpit. S. Lazari iſte Pont. confirmauerat, cuius conſtitutio hic non adeſt, quibuſdam conditionibus adiectis. Nunc autem renocata confirmat, limitat, & declarat. Quod priuilegia cõceſſa per Pont. ante Pium 4. confirmata cenſeantur, quatenus eſſent in vſu tempore ipſius Pij, & non præiudicent iuri quæſito alteri. Et quod priuilegia conceſſa per Pium 4. cõſt. 131. ſint omnia inualida præter infraſcripta cum moderationibus, &c. Quod militia S. Lazari Sed. Apoſtol. contra eius hoſtes ſuis expenſis deſeruire tenetur. Electio mag. Magiſtri ſpectat ad Conuentum, & Milites. Electus petere debet cõfirmationem à Sed. Apoſtolica. Facultas magni Magiſtri, & Conuentus transferendi ſedem militię ad quemcunq; locum eis bene viſum habita licentia Sedis Apoſtolicæ. Erigendique in commendas, &c. beneficia de iure patronatus laicorum. Ius patronatus, & præſentandi fundatoribus, vel dotatoribus reſeruandi, & præſentatis beneficia conferendi. Erectionem prædictarum confirmatio peti debet à Sed. Apoſt. Quæcũque loca ſub inuocatione S. Lazari, in quibus fuerit, vel erit. Hoſpitalitas infirmorum, incorporata cenſeantur Hoſpit. S. Lazari Facultas militum obtinendi penſiones. Hoſp itale, eiuſque perſonæ, & bona non tamen patrimonialia ſub protectione Sed. Apoſtol. ſuſcipiantur, inxta decreta Conc. Trid. Exemptio eorundem à ſolutione decimarum, gabellarum, &c. Exemptio à iuriſdictione ordinariorum procedat etiam ratione delicti, contractus, & rei, cum tribus limitationibus, ſeu declarationibus poſitis hic, & mox infra. Milites, & aliæ perſonæ hoſpitalis coram magn. Magiſtri, vel deputatio tantummodo ſuper præmiſſis conueniri poſſint poſtquam Religio Sedem firmauerit, & interim coram ordinatijs tanquam Sed. Apoſt. delegatis. Exemptio eorundem à ſolutione decimarum, & collectarum pro culturis beneficiorum hoſpit. videlicet eorum, quæ alij milites talia priuilegia habentes non ſoluunt. Exemptio à ſolutione ſubſidij, per Regem hiſp. & quartæ impoſitæ per Reges Franciæ, & aliarum impoſitionum. Facultas extrahendi frumẽtum, & alios ſructus, & pecunias ex locis militiæ, & hoſp. S. Lazari, & ad quæcunq; fidelium loca ſine datio, & gabella aſportandi. Iuriſdictio magn. Magiſtri, & Conuentus, ſeu eorum delegatorum, inter perſonas Religionis, & militiæ. Citati coram mag. Magiſtro, & Conuentui,

uentui, ſeu eorum delegatis, comparere teneantur. Milites, & aliæ perſonæ religionis prohibentur coram alijs quam religionis iudicibus inter ſe litigare. Iuriſdictio Magiſtri,& conuẽtus ſuper perſonis,et rebus religionis. Facultas magni Magiſtr.procedendi contra inobedientes, etiam ad priuationem beneficiorum.Facultas eiuſdem aduocandi ſingulas cauſas lites,et querelas, perſonarum religionis(nondum tamẽ coram alijs iudicibus motas,et pendentes.) Et exequendi ſententias, et rem iudicatam. Appellationes à ſententijs iudicium hoſpitalis ad Magiſtrum, et Conuentum, et ab eis ad Capitulum generale permittuntur. Expeditiones,et exequutoriales Magiſt.et Conuentus exequantur abſque alicuius licentia, neque à quopiam poſſint impediri.Facultas magn. Magiſt.et Conuentus procedendi contra occupantes bona Religionis, ſeu non ſoluentes debitas reſponſiones quando illis actores ſunt, quando autem ſunt rei conueniri debent eoram ordinarijs, ſed Pius 4. ibi indiſtincte hoc conceſſerat. Facultas magn.Magiſt.et Conuentus eligendi conſeruatores religionis. In cauſa hoſpitalis milites, et alij admittuntur ad probandum alijs deficientibus probationibus. Obtinentes beneficia hoſpit. tenentur ſoluere iura mortuariorum,etc. Fratres iſtius Ordin.extra tempora ordines ſacros ſumere,et in quibuſcunque Eccleſ.celebrare poſſunt, vt hic Magiſter, Conuentus, Prioreſque, et Præceptores intra limites ſuarum iuriſdictionum veri ordinarii exiſtunt. Magiſter,et Conuentus,Priores,et Commendatores poſſint ſuorum locorum milites, ac alios delinquentes vbique præterquam in Vrbe capere, et carcerare. Annullatio,quarumcunque expectatiuarum,et aliarum gratiarum præuentiuarũ ſuper locis Religionis abſque conſenſu Magiſtr.et Conuentus conceſſarum, dummodo non ſint ſortitæ effectum. Et facultas magni Magiſt. de eis prouidendi illis non obſtantibus. Pius verò 4 conceſſerat ſine iſta limitatione. Loca Religionis non comprehendantur ſub reſeruationibus Apoſt. et per magn. Magiſt.et Conuentum, dumtaxat conferri debent perſonis Religionis. Religiones, ſeu ceſſiones beneficiorum religionis fieri nequeant: niſi in perſonis in d. Religione profeſſis, habitum ſolitum geſtantibus. Exemptiones conceſſæ Prioribus, et militibus non ſuffragent aduerſus debita per ipſos communi ærario hoſpit.et obedientiam magn. Magiſtri, et conuentus. Loca Religionis quælibet, præter quam apud Sedem vacantia,non niſi in Religione profeſſis, ac habitum geſtã-

tibus cõferri poſſint. Alienationes bonorum hoſpit.nullæ ſunt,iura patronatus,& præſentandi,ad beneficia hoſpit.reuocentur,& mag. Magiſt.& Conuentus diſponant de illis,reſtitutio patronis quicquid propterea datum fuerit.Prohibitio reſeruationis penſionum ſuper beneficijs d.hoſpitalis, niſi in fauorem Fratrum eiuſdem ordinis. Ad parochiales,& alias dicti ordinis Eccleſias,deputari poſſunt fratres Cappellani, eiuſdem ordin. non ob ſtante, quod alias Presbyteris ſæcularibus fuerunt collatæ,aut conferri conſuetæ. In Eccleſijs huius religionis deſeruiatur per Cappellanos ordinis: & in earum defectum per Presbyteros non profeſſos. Priuilegijs Religionis dumtaxat gaudeant, qui habitum ſuſceperint,& intra certum tempus profeſſionẽ emiſerint. Vagabundi,& dictis priuilegijs nõ gaudeant. Confugientes ad Eccleſias huius Religionis non moleſtentur. Facultas magn. Magiſtri, & conuentus, deputandi Procuratorem generalem Romana Curia,cum facultate conferendi beneficia etiam reſeruata, &c.Cęmeteriaque in eorum Eccleſ.habendi, ac mortuos ſepeliendi. Legata quæcunque exigendi. Fratres,& aliæ perſonæ Religionis ſacros ordines à quo volunt Antiſtite,recipere valeant,vt hic. Cappellani hoſpit. poſſint audire confeſſiones militum, & aliorum; ac eis ſacramenta miniſtrare, ac tempore interdicti celebrare.Facultas eligendi domos.Hoſpitalia ſub dependentia huius hoſpit.Facultas militum, & aliorum teſtandi de omnibus bonis, & de fructibus beneficiorum acquiſitis, relicta hoſp. 5.par. militis, aliæ perſonæ Religionis poſſint eligere confeſſores,conſequantur plen.indulgent.ſi contriti fuerint, & confeſſi,tempore profeſſionis,ac mortis. Indulgentia pro viſitantibus Eccleſias Religionis, in feſtiuitatibus Domini noſtri, & eius Matris Virginis Mariæ. Notarij tenentur ſub pęna excommunicationis notificare legata facta Hoſpitali,& militiæ. Priores,& Præceptores in feſto Dominicæ palmarum, & eius oct. poſſint per ſeipſos ſi Sacerdotes ſint, vel per alios, de conſenſu ordinariorum confeſſiones audire,&c,in eorum Eccleſiis. Facultas appendendi Campanas, vel aliqua nota ſubſignandi porcos,& alia animalia San.Lazaro oblata. Facultas Fratrum ordinis celebrandi in eorum Eccleſia, infirmiſque ſacramenta miniſtrandi,& mortuos ſepeliendi. Et verbum Dei prædicandi.Conceſſio militiæ,& hoſpitali poſtquam ſedem formauerint omnium priuilegiorum, et gratiarum conceſſarum. Militibus Hieroſolymitanis,de quibus habes in Pii 4.conſtit.14.circumſpecta. Mili-

T 2 tibus

tibus S.Iacobi,de quibus hic non habes. Hoſpitaliſque S.Antonii. De quo habes ſupr.in Pii 4.conſtitut.141. Hoſpitaliſque S.Spiritus, de quo habes ſupra in Leo.10.conſtit.5. Saluatur. Militibuſque Sancti Stephani,de quibus habes ſupr.in Pii 4.conſtit.64. Altitudo, clauſulæ præſeruatiuæ, decretũ irritan.clauſ. derog.Datum Rom.1566.7.Kal.Febr.ann.2. Reuoc.conſt.75.Reuo.ibid.Reuoc.conſt.45. Limit.conſt.71.Reuo.conſt.176.Reuo.conſt. 47. Vide ibid.Clem.8. Bullas Greg.13.aliorumque Sum.Pont. confirmat,ac adinuicem vnit.militias,& Religion.SS.Lazari,& Mauritij,quinimo ſint facta per Greg.13.ann.1572. Idibus Nouembr.

Cum ex Apoſtolatus, &c.) Reſeruat ſibi omnia beneficia propter crimen hæreſis vacantia,cum declaratione,quod hęc beneficia non comprehenduntur in impetrationibus, in quibus modus vacationis ob crimen hæreſis,non ſit expreſſus,neque tunc,niſi crimẽ ſit deductum, & ſuper illud ſententia lata fuerit. Datum Rom.6.Kal.Febr.anno 2. vide ſimilem Gregor.13. conſt.70.

Et ſi Domini,&c.) Reuocat quaſcunque indulg.conceſſas à quibuſcunque Pontif.quibuſcunque perſonis, & locis cum facultate quæſtuandi,& pro quibuſcunque porrigendę ſunt manus adiutrices: prohibetque ſub pęna indignationis licentias conceſſas,& concedẽdas per quoſcunque Summ. Pont. & legatos, etc.quocunque prætextu,cum quibuſcunque clauſulis, deputandi quæſtuarios, et ne quis audeat quæſtus facere pro quibuſcunque hoſpitalibus, et locis, niſi de ſpeciali licentia, et ſcientia Rom.Pont. eum derogatione iſtius conſtitutionis, Prælati in virtute ſanct.obed. hanc conſtitu.publ.et obſeruari faciant.Principes ſæculares Prælatis in his faueant, cum clauſ.etc. Derogando omnibus priuil. et indultis quorumcunq; hoſpitalium,militiarum, Confraternitatum, etc. Datum Rom.6.Id. Febr.anno 2.De indulg.Pius 4.conſt.86.123. et infra conſt.103.

Vt ad artis,&c.)Confirmat ſtatuta,et priuilegia Artis lanæ, et concedit licentiam Conſulibus cognoſcendi cauſas, etc. præcipiens iudicibus Vrbis,ne illos impediãt,cum clauſ.etc. Datum Rom.9.Septembr.anno 2. Vide Greg.13. conſt.80.

In conferendis,&c.) Conc.Trid.ſeſſ.7.cap. 13.et ſeſſ.24.cap.18.De ſeform.tradit formã conferendi Parochiales Eccleſias. Quidam verò Epiſcopi de huiuſmodi Eccl. prouiderant non ſeruata tali forma. Ideo Pontif.collationes factas,ac faciẽdas contra talem formam annullat, & beneficia vacare decernit. Imò collationes, Parochialium ſpectate ad Sed.Apoſt. Si de illis collatores,ad quos de iure ſpectat,intra ſex menſium ſpatium à die vacationis perfecto examine nõ prouiderint. Et in his, quæ ad ſedem pertinent intra quatuor menſes magis idoneos electos non præſentauerint dictę Sedi, vel illi ad quem collatio ſpectabit. Atque in his,quæ ſunt de iure patronatus cler. vel laicorum ſi ordin. præſentatum à patrono intra ſpatium duorum menſium non elegerint. Poſſit patronus habere recurſum ad Metropolitanum, vel ad Sanctam Sedem. Et quod poſſit prorogare tempus à Cancell.patronis ad præſentãdum ſtatutum præterquam per alios decem dies. Statuitque quod appellari poſſit à mala electione ordinarij ad Metropolit.vel viciniorũ Epiſc. Quæ tamen appellatio interim non ſuſpendat exequutionem electionis. Et iudici appellationis detur appellatio ad Sed.Apoſt. in omnibus, & ſingulis quicquid ſecus factũ fuerit ſit irritum,& inane, cum decreto, &c. clauſ.&c. Datum Rom.15.Kal.April.anno 2. Vide Pij Quarti.conſt 91.

Cupientes litium,&c.) Decernit quod defunctis quibuſcunque Prælatis nullus ſuper eorũ bonis mercedem petere poſſit,niſi euidentet de illa conſtet innouando quatenus opus ſit.conſtit.43.Pauli 3. Familiares Prælatorum abſtineant à petentis regalibus In ſatisfaciendis debitis primus locus detur his qui cibaria dederunt: ſecundus his qui dederunt veſtes,ad vſum,non ad ornamentum: tertius Mercenarijs,quando apparet conſtituta merces. Et his ſatisfactis in reliquis ſeruetur ius commune. Et hæc conſtitutio ſeruetur etiam in pendentibus cauſis deputatione,&c.cum decreto, clauſulis,&c. præſentata 22. Martij 1567.

Sanctiſſ in Chriſto,&c.) Reuocat indulta omnia S.R.E. Cardinalibus conceſſa de collatione beneficiorum,decernendo,quod de cętero facultates, quæ illis concedentur ad vnam tantum Cathedralem, vel maiorem Eccleſ.vnum,vel duo Monaſteria,vel alia beneficia, quæ tunc temporis obtinebant extẽdatur. Reſeruando ſibi facultatem commendandi, &c. publicata 30.April.1567. anno 2. Vide Clem.7 conſt.38. Iul.3.conſtit.37.Regul.Cancell.Sixti 5.

Admonet nos,&c.) Aliorum Pontif.veſtigijs inhærendo. Decernit quod Ciuitates,& loca Sed.Apoſt.Alienata,vel infeudata,tam deuoluta, quàm deuoluenda ipſo facto cenſeantur Sedi Apoſt.incorporata. Prohibetq; ſub excommun.latæ ſent.Sed.Apoſt.reſeruata,rebellionis, læſæ Maieſt.proditiones Ciui-

tatum,

Digitized by Google

tatum, ne de cætero quis alienet, vel infeudet, vel de hoc tractet, vel ſuadeat. Alioquin bona talia ſint fiſco Cam.Apoſtol.deuoluta, priuati exiſtant omnium offic.dignit.&c. ſine ſpe futuræ remiſſ.quibus nihilominus ſi contigerit remitti, ſint perpetuo infames. Reuocat, & annullat facultates conceſſas quibuſcunque etiam S.R.E.Cardin. poſſidendi,&c. & non relinquendi niſi reſtitutis melioramẽtis, quas nulli vult ſuffragari poſſe, & nemini deinceps concedi, niſi in caſu neceſſariæ conſeruationis locorum, quod ſecus factum fuerit contra tenorem, &c. Melioramenta ipſi Camer. Apoſtol. cedant, cum clauſulis præſeruat. Decreto irrit.& clauſulis derogat. Iurent Card.de ſeruãda hac conſtitutione. Et ſimiliter Pont. electus obſeruãtias illius promittat curet, & confirmet. Datum Rom.4. Kal.April.1566.anno 2. Vide conſt.1.Ioann. 22.cum ibi not.

Mirabilis Deus,&c.) Ioann.22. ex cauſis rationabilibus Feſtum S.Thomæ de Aquino ſingulis. annis celebrari iuſſit ſeptimo die Martii. Hic autem Pont.ex alijs cauſis ordinat, vt in Prou.Neapol.omnes ab omnibus operibus ſeruilibus abſtinentes celebrent dictum feſtum ſollemniter, ſicut alia de præcepto. In alijs partibus celebretur vt feſtum aliorum Doctorum. Conceditque indulgent. viſitantibus eius altare, &c. Datum Rom. 3.Id.Apr.anno 2.

Quantum vtilitatis,&c.) Humiliatorum fratres ita diſſoluti erant, vt reformatione indigerent: ideo Cardinal.Borrom. Protector vnà cum Generali, & alijs præpoſitis multa ſtatuit pro eorũ reformatione, ſed nihil profecit: propterea hic Pont.pro eorundẽ emendatione annullat collationes ipſis fratribus factas de beneficiis huius ordinis, & reuocat indulta deſuper quibuſcunque conceſſa; inhibetque eiſdem, vt ab adminiſtratione omninò abſtineant. Promittit etiam beneficia aliis extra perſonas ordinis collata, ad eundẽ ſtatum cum vacauerint, reducere. Inſtituraq; einſdem ordinis huic reformationi non contraria confirmat. Ordinationeſque quaſdam decernit,& obſeruari præcipit. Inhibet omnibus collatoribus in virtute ſanct.obedientiæ, ne de beneficiis in hac reuocatione compræhenſis in aliquo prouideant, vel ad illa præſentent, cum decreto irritante, &c. præcipit etiam Cardinali protectori, vt faciat obſeruari præmiſſas ordinationes,& quicquid ipſe voluerit ordinare etiam ſine interuentu alicuius dicti ordinis. Contradictores etiam per cenſuras eccleſ. & inuocatione brachii ſæcularis coerceat: præcipit Ordinariis, vt omnes fratres dicti ordinis vagantes quouis priuilegio quæſito colore etiam incarcerando cohibeat, cum clauſ.&c. Datum Romæ 1567. Kal.Maij anno 2. De illius ordinis extinctione infra, conſt.127.

Et ſi Mendicantium,&c.) Ordinarij locorum moleſtabant Mẽdicantes in multis, ideò Pont.iſte omnia hæc, quæ ſequũtur, declarat. Quod prædicare poſſint in proprijs Eccleſijs admiſſi à ſuis Superioribus non obſtante Epiſcopi contradictione, niſi ipſe Epiſcopus prædicauerit.

Admiſſis ad cõfeſſiones vbilibet, & quoſcunque audire poſsint, & ſemel admiſſus ibi ſemper intelligatur idoneus etiam quò ad prædicationem.

Confeſſores Monialium, & Lectores admiſsi à ſuis, non examinentur ab Epiſcopo. Vide contrarium conſt.138.

Diſponere liberè poſsint quo ad Moniales ſibi ſubiectas ſine reſpectu Ordinarii. Et ſimiliter quo ad ſuos fratres, neque ab Epiſcopis impediantur.

Fratres degentes extra clauſtra non recipiantur ſub protectione Epiſcopi ordin. neq; etiam in bonis illorum ordin.ſe intromittat. Neque impediat vniones ſuorum beneficiorum.

Poſsint fratres per ſeipſos exercere curam animarum in ſuis beneſ. parochial. aut per Cappellanos amouibiles adnutum, approbatos tamen ab Ordinario.

Non impediantur quo minus poſsint quibuſcunque diebus campanas pulſare, officia celebrare, mortuos aſſociare,& in ſuis Eccleſijs ſepelire ſine interuentu Rect. & clericorum legata recipere, &c.

Epiſcopi, vel Vicarii requiſiti à frattibus ad examen puellarum Deo dedicatarum facien.non niſi intra quindecim dies fiat, nec ſepta ingrediantur, alias interrogationes faciant, quam de coactione,& ſeductione.

Frattes à quolibet Antiſtite poſsint ordinari Epiſc.loci, licentia minimè requiſita.

Quod omnes in eorum Eccleſiis quocunq; anni tempore etiam diebus Dominicis miſſas eorum audire, & alia diuina cuiuſcunque generis officia, & celebrari facere tàm pro viuis, quàm pro defunctis, prædicationes, lectiones, ſcripturæ,&c. Etiam ante celebrationem Parochi,&c. & ſacram communionem percipere omnibus diebus, præterquam Reſurrectionis Domini. Interdicta in feſtiuitatibus ſuorum Sanctorum ord.ſecundum indulta Religionis ſuſpenſa intelligantur.

Controuerſiæ durantes, iuxtà Conc.Trid. decretum poſsint per Ordinariũ terminari,

non

Digitized by Google

non autem innouari poſſint, ſi ſint infamiæ.

Poſſint admitti ad curam animarum Regulares examinatione præcedente. Quarta funeralium ſoluenda à Monaſterio, & intelligatur de his, quæ tempore ſepulturæ deferẽtur, & vbi viget conſuetudo ſoluendi, nõn autem demiſſis, &c. Neque de his quæ dantur, ſeu relinquuntur ad ornatum Eccleſiarũ: Neque ſoluant, niſi quod conſuetum eſt ſolui curatis tantum iure ſepult.

Exempti ſint ipſi, eorum bona, ac beneficia etiam curata à contributione ſeminarij, Decimarum, primitiarum, quartarum, &c. pro quauis cauſa, & quibuſuis perſonis conceſſarum etiam auctoritate Apoſtolica.

Non comprehendantur inter quæſtores eleemoſynarum.

Non poſsit ordinarius procedere, vel punire quem quam Regul. intra clauſtra degentem, neque vigore Concil. Trid. niſi propter manifeſtum ſcandalum, & præcedente conſulto, ac negligentia ſuorum Superiorum.

Licentia de conſtruenda domo Religioſis gratis detur.

Die Cœnæ Domini poſſint mortuos aſſociare. Mandatum ſollemniter facere, & prædicare hora ſibi placita.

Ordinarius non permittat Parochos in eorum Eccl. officia mortuorum agere contra eorum voluntatem, neque ſepelire in illis quempiam ſine illorum licentia, & preſentia. Et Moniales eligere ſepult. in eorum Eccleſ. non ſoluta Parochiali portione.

Non teneantur ad proceſsiones niſi illæ fiant iuxta antiquam conſuetudinem locorũ, vel pro bono pacis. Neque ad has teneantur Collegia.

Pont. aduocat ad ſe omnes lites, & controuerſias ortas, & oriundas inter fratres, & Epiſcopos, ſeu Capitula, aut Collegia, &c.

Confirmat quæcunq; alia priuilegia à quibuſcunque Pont. emanata in fauorem Mendicantium. Apponitque decretum irrit. exequutorum deput. clauſ. derog. Datum Rom. 17. Kal. Ian. anno 2. 1567.

Quæ conſtitutio reducta fuit ad terminos iuris communis ab ipſo conſtit. 145. & Greg. 13. conſtit. 15. Vide conſtitut. Deinde.

Ex ſuperna, &c.) Extendit predicta omnia priuileg. ad alias Religiones non mendicantium Canonicorum, & Monachorum, tàm virorum, quàm mulierum, eorumque domos, & loca limitando, quod teneantur ad contributionem ſeminarij, & ſubſidiorum Apoſtolica auctoritate impoſitorum, & Quæſt. eleemoſyn. cum decr. &c. Dat. Rom. 7. Kal. Septembr. ann. 2.

Quoniam, &c.) Populus Romanus ad cohortationem huius Pont. ſuper moderatione dotium condidit ſtatutum. Quod Pont. laudat, & confirmat, quod ſcilicet non poſsint tranſcendere ſummam ſcutorum 1400. Notarij non poſſunt rogare inſtrumenta contra talem formam, ſub pena falſi duc. 200. priuationis offic. &c. Ad quam etiam cadant Mediatores cuiuſcunque ſint conditionis. Sponſa non poſsit oſtendere tunc ſua bona paraphrenalia. Prohibita ſint diebus nuptiarum munera inter coniuges, & affines, &c. Dat. Rom. 9. Kal. Iun. anno 2.

Cum ſicut, &c.) Reuocat quaſcunq; commiſſarias, præterquam ad iuſtitiæ cognitionem, & exequutionem. Deputatis pro rebus, & negotijs Cam. Apoſtol. intereſſe concernẽtibus; prohibetque, ne de cętero deputentur abſque ſcientia Summi Pontif. cum decreto, clauſulis, &c. Dat. Rom. & Regiſtr. 19. Maij 1567.

Officium, &c.) Suſpendit facultates Epiſcoporum, & aliorum, admittendi reſignationes, vel permutationes beneficiorum, ſeu de illis ſic vacantibus diſponere vſquequo per Pontificem dabitur forma illas admittendi, prouiſiones factæ nullæ ſint: & prouiſi perpetuo inhabiles ad eadem beneficia obtinenda, cum decreto, &c. clauſ. derog. &c. Datum Rom. Formam tradit infra conſt. 50.

Licet, &c.) Pius 4. ſtatuit, reos cuiuſcunque criminis pro quo pęna corporalis eſt imponenda, non audiri, niſi ipſis in carceribus ſtatutis, & hæredibus defuncti citatis, vt in conſtit. 68. Abſolutionem, & remiſſionem obtinentès cauſare debere à loco, in quo occiſi hæredes commorantur niſi habita pace. Hic autem Pontif. declarat dictam conſtit. Pii 4. comprehendere etiam condemnatos in contumaciam. Et in quacunque inſtantia id procedere decernit cum clauſulis præſeruatiuis, decretum irritan. cum clauſ. derog. publicata 1667. 12. Iulij, anno ſecundo. Vide Pii 4. cõſt. 71. & 84.

Graues ad nos, &c.) Pius 4. in eius conſtit. 131. & iſte Pontifex in conſtit. 32. Priuilegia conceſſerunt Militiæ, & Hoſpitali S. Lazari, vt quæcunque loca ſub inuocatione S. Lazari inſtituta, cenſerentur incorporata huic hoſpitali, & ad liberam diſpoſitionem magni Magiſtri, & Conuentus ſpectarent, & per Fratres huius ordinis, & non alios regerentur, aliqua annua reſponſione grauarentur. Vigore iſtorum priuilegiorum multæ lites per ordinem S. Lazari introductæ fuerunt. Ideo hic Pontif. illas ad ſe aduocat, & extinguit. Priuilegiaque huiuſmodi reuocat, & diſpoſitiones

corum

eorum vigore factas de ſupra dictis locis annullat. Inhibet quoque magno Mag.& Conuentui, & alijs de dictis locis prouiſis, ne vigore priuilegiorũ de cętero ſub pęna excom. latæ ſenten.priuatioois officiorum,beneficiorum, ac dignitatum priuileg. & inhabilitatis ad omnia,eum decreto irrit.clauſul.derogator.deputstione,exequutorum,&c.publicata 1567.11.Auguſti,anno 2.Vide conſt.32.

Romani,&c.) Decernit quod ornamenta, & paramenta, ac res ſacræ, & alia bona ad vſum,& cultum Diuinum ſpectantia,non veniunt ſub nomine ſpoliorum pertinentium ad Cameram Apoſtol.ſed ſpectant ad Eccleſiss tempore obitus illas obtinentium. Quod ſucceſſores propria auctoritate illa apprehēdere poſſunt. Detentoreſque illorum bonorum ad reſtitutiooem compelli debent. Supellectilia Presbyterorum, & clericorum nõ veniunt ſub nomine ſpoliorum.Spolium non poteſt prætendi per obitum obtinentis beneficia,vel penſiones uoo excedentes 30.ducatos. Inhibitio contra ſpoliorum collectores, ne deſuper ſe iotromittant,cum decreto irrit. clauſulis,&c.& quid ornamenta. Beneficentia obtinebãt plura beneficia diuidantur habita ratione fructuum, & temporis, quo ea poſſederint. Dstum Rom. 3.Kal.Septembr. Vide Pauli 3.conſtit.34.Pij 4.conſt.23.Greg. 13 conſt.44.74.

Romanus,&c.) Mēdicantes exempti ſunt à contributione ſeminarij, per Concil. Trid. ſeſſ.23.cap.18.de reformat. Et etiam à decimis,& alijs oneribus,vt ſupr.in conſt.40. Ordinarij tamen deſuper moleſtabant Mendicantes indulto Apoſtol.immobilia poſſidentes.Ideo hic Pont.declarat Mendicantes immobilis in communi poſſidentes exemptionibus,& priuilegijs gaudere debere.Inhibetque ordinatijs, & alijs, ne deſuper eos moleſtent,& ſi quid exactum eſt,reſtituatur.In virtute ſanct.obedientiæ, & ſub pęnis ad arbitrium, cum clauſulis præſeruat.&c. Decreto irritante, exequutorum deput. clauſulis derog.&c.Dat.Rom.1.Octob.ann.2.

Ad exequendum,&c.)Ordinarij excedebãt mentem Conc. Trid.io aſſignstione portion. Vicarijs perpetuis ſacienda:ideò Pont.declarat iuxtà Conc.Trident.ita conſtituendas eſſe,vt non maior ceotum,nec minor quinquaginta ſcutorum aureorum ſummam computatis omnibus etiam incertis emolumentis, &c.eis omninò aſſignetur.Et ſi Vicariis temporarijs ſolitum eſſet plus aſſignari,niſi Parochialis vnita minus quinquagiota valeat,quia eo caſu debet aſſignari totus annuus valor pro portione. Et Vicarii perpetui teneantur accipere nouam prouiſiooem à Sede. Et ſoluere annatam pro portione fructuum, & expedire litteras, nec alias ad illarum Eccleſiarum ſeruitium admitti poſſint, nec admiſſi poſſint tuta conſcieotia fructus ſuos facere. Quod nomineutur ab illis quorum ſunt Eccleſiæ vnitæ,& præuio examine deputentur. Et ſi Parochiales vnitæ ſunt Monaſterijs,poſſit eligi à ſuperioribus ex ipſis, qui approbetur per exameo ab Ordinario,& ſit ad nutum ſuperioris amouibilis,& tàm de Mendicantibus,quàm de Monachis intelligetur,ſi cum illo electo, & deputato in illa Parochiali habitant ſaltem quatuor alii monachi, cum decreto,claul.&c.Dat.Rom.Kal.Nouemb.an.2. Vide Conc.Trident. ſeſſ.7.c.5.14.c.9.ſeſſ.24. c.13.de reform.

De ſalute,&c.) Taurorum,& aliarum beſtiarum agitationem prohibet ſub excommunicationis pęna, & anathematis, ipſo factotum exercentibus, tum permittentibus. Et ſi quis ibi mortuus fuerit eccleſ.careat ſepultura. Annullando quæcunque vota.& iuramenta de huiuſmodi agitationibus faciendis emiſſs. Barones omnes obſeruent hanc conſtitutionem, Ordinarii autem faciant illã publicari, cum clauſul.&c. Dat. Romæ Kal. Nouemb.anno 2.vide Greg.13. conſt.108.

Apoſtolica &c.)Declarat,quod ordo Minimorum S.Franciſci de Paula,inter ordines Mendicantium comprehenditur, & eorum gaudet priuilegiis,& imponit finem omnibus litigiis,& controuerſiis ortis,& orituris,præcipieos Prælatis ſub pęnis ad arbitrium,ne illos deſuper audeant moleſtare, cum decr.irritan.clauſul.derog. Datum Rom.die 9.Nouembr.1567.ann.2.De priuilegiis,vide 14.& 41.

Romanus,&c.)Declarat,quod Congregatio Ieſuitorum inter ordines Mendicantium comprehenditur,& illorum gaudeat priuilegiis.Inhibitio contra Ordinarios,& alios,ne eos deſuper moleſtent, cum clauſ.præſeruatiuis,cum decre.irritan.Exequutorum deputatio.& facultates, clauſ.derog. Dat.Romæ 19.Nouembr.1567.anno ſecundo. De priuilegii,vide vbi ſupra. Confirmatur Greg.13. conſt.50.

Cum nuper,&c.)Facultas cõceditur duodecim Congregationibus Regularibus imponendi cenſus ſuper eorum bonis, & ea reſpectiuè alienandi, ob ſolutionem ſubſidii, & largitionis triginta millium ſcutorum Pontifici præſtan. pro ſubuentione Regis Francorum,& præſidio contra claſſem Turcarum. Oblatio Congregationum ſoluendi ſcuta 30. millia Pont. Facultas datur Congregationibus

bus imponendi cenſus pro ea ſumma ſuper bonis earum, eaque reſpectiuè alienaudi. Clauſulis prȩſeruatiuis,decreto irrit.exequutorum deput.& facultates,cum clauſ.derog. Dat.Rom.1.Decemb.1567.ann.2. Vide conſti'.107. Facultas 12.Congr.ſaciendi cenſus, &c.

Cum multis, &c.) Turearum tyrannus præparabat maximam claſſem, vt inſulam Melitam,Militum S.Ioanuis Hieroſolymitani expugnaret, ideò hic Pontifex pro defenſione inſulæ,monet fratres,& alios beneficia Hoſpitalis poſſidentes, vbicunque commorantes,vt infrà ſex menſes perſonaliter ſe cõferant ad defenſionem inſulȩ. Penſionatioſq; & alios eorundem beneficiorum fructus percipientes ſimiliter monet, vt pro rata fructuum, & penſionum contribuere debeant præſidio eiuſdem inſulæ. & debitores ſoluant iura debita communi ærario.

Et magno Magiſtro iuriſdictionem concedit,procedendi contra inobedientes etiam ad priuationem beneficiorum,&c. Receptatoribuſque communis ærarii dat facultatem apprehendendi poſſeſſiones beneficiorum huiuſmodi per priuationem vacantium.Cõfirmatq; proceſſus faciendos contra eoſdem inobedientes per magnum Mag.& eius deputatos,cum decreto irritan. Coloni beneficiorum ſic vacantium.Receptatoribus communis ærarii reſpondeant de illorum fructibus vſque ad integram ærarii ſatisfactionem. Iudiceſque ſæculares,contra tales inobedientes non inſignitos charactere clericali tanquã priuatos omni priuilegio huius ordinis procedere poſſint,clauſulis derogatoriis.Datum Romæ 12.Decembr.1567 anno ſecundo.Vide Pii 4.conſt.14.

*Licet,&c.)*Pius 4.conſtit.113.contra recipientes beneficia in confidentiam,&c.edidit conſtitutionem quam habes. Quia tamen huiuſmodi confidentiæ fiunt inter potentes viros, & iudices contra eos negligenter procedunt.Ideo hic pont.cauſas confidentiarum ad ſe auocat,& ſibi ac ſucceſſoribus ſuis earũ cognitionem reſeruat.Appellarique non poſſe decernit, cum clauſul.derog. public.1568. die 5.Ian.anno ſecundo. Vide conſt.165.& conſt.87. Sixti 5.conſt.53.

Cupientes,&c.) Applicatio Reu.Cameræ Apoſtol. omnium fructuum beneficiorum Sedi Apoſtolicæ in Regno Neapolis reſeruatorum à die vacationis vſque ad diem, quo prouiſi à Pontifice poſſeſſionem ȩperint de manu Nuntii Apoſtol. in dicto Regno, inhibitio,&c. Inhiberque Epiſcopis, & aliis ſub pȩna ſuſp. interdicti, & ingreſſus Eccleſiæ, aliis verò inferioribus ſub pȩna excommun. & aliis ad arbitrium, ne ſe intromittant in collatione huiuſmodi beneficiorum,cum decreto irritan. Datum Romæ 8.Ian.1568.anno 2.vide Pii 4.conſt.29.& conſt.37.

Beatus,&c.) S Franciſcus in humanis exiſtens multos fratres ſub vnica regula collegit. Sed dicta regula in plures congregationes diuerſorum cognominũ ſegregata fuit. Ideo hic Pontifex interdicit omnes congregationes diſcrepantes ab inſtitutis regulæ fratrum Minorum de obſeruantia. Omneſque illas congregationes vnir ſub ordine dictorum Minorum de obſeruantia, & iuramenta, vota,& promiſſiones,quæ eos impedire poſſunt.Fratribuſque præmiſſa adimplere recuſantibus pȩnas. Et Fratres ſic aggregatos alio,quam de obſeruantia nomine appellari prohibet, & eorum antiqua priuilegia regulæ de obſeruantia non contraria retinere poſſe decernit. Vniuerſorum autem priuilegia præcedentia declarat. Loca regularia non deſerãtur abſq; permiſſione Pontificis. Gubernatio Monialium,ad quos ſpectet. Miniſter Generalis facultas circa deputationem officialium, & Fratrum vſque ad celebrationem Cap. Loca aggregata ſint eius Prouinciæ intra cuius fines exiſtũt,cum clauſulis præſeruatiuis,cum decreto irrit. exequutorum deputatio, & facultates,cum clauſulis derogatoriis. Datum Romæ 1568.10.Kal.Febr. anno tertio. Vide Greg.13.conſt.35.

Ad Romani Pont. &c.) Deputati à gubernatore adnotare debent dictas notificationes in eorum libris: Succeſſorib.in officio conſignationis. Fabrica Sancti Petri de vrbe relicta huic Eccleſiæ exigere non poteſt ſi conſtiterit de negligentia miniſtrorum illius in illis exigend.De facultatibus Fabricæ *vide* infra in conſt.95. Decre.& conſt.ſequen.cum clauſul.derog. Datum Rom.13.Mar.anno 3.

*Licet,&c.)*Hic Pontifex bellum geſſit contra Turcas, & victoriam reportauit, vt ſupra in conſt. 130. & 142. in quo multi Chriſtiani reperti ſunt ſerui apud Turcas, qui tamẽ non permittebantur liberè abire. Ideo hic Pontif. pȩnas eos impedientibus imponit, vt in excommun.incidant non abſoluẽdi,niſi à Rom. Pontif. præterquam in mortis articulo, qui tales Chriſtianos liberos abire non ſinunt. Datum Romæ.

Cordi, &c.) Beneficiorum litigioſorum fructus lite pendente percipiebantur a capitulis,& canonicis, vigore eorum ſtatutorum, vnde lites efficiebãtur immortales.Hic Pont. modo decernit eos deponi debere penès perſonam à iudice eligendam, cum decreto irritan.

tan.clauſ. derog. Datum Rom. 3.Kal.April. anno 3. De ſequeſtris.Pij 4.conſt.147.

Quanta,&c.) Pont.iſte alias ſuſpendit facultates admittendi reſignationes,& permutationes beneficiorum, & iſtis ſic vacantibus diſponendi,vt habes ſupra in conſtit.45 officiorum creditæ. Declarat autem modo,quæ reſignationes de cętero admitti,& recipi poſſunt. Beneficia reſignanda non conferantur conſanguineis,collatorum,vel reſignantium. Qui contra fecerit à beneficiorum, & officiorum collatione, præſentatione, electione, & tamdiu ſuſpenſus ſit, donec per Summ. Pont.remiſſionem obtinuerit, & ſi ſic ſuſpenſus præſentaretur,eligere,conferre,&c. auſus fuerit, ſi eſt perſona, excomm. latæ ſent. incurrat, ſi Capitulum, Conuentus, ſit à diuinis ſuſpenſus à nullo abſoluen.prӕterquam in mortis articulo, niſi à Summ.Pontif.cum clauſulis,&c.decreto,&c. Datum Rom.Kal. April.1568.anno 3. De forma publicandi reſig.Greg.13.conſt.92.

Quamuis,&c.) Reuocat facultates Comitum Palatinorum, & aliorum promouendi ad gradum Doctoratus, licentiaturæ, & Magiſterij:& declaratur quod ab illis promoueri non gaudeant, quo ad dignitates,& cętera alia beneficia eccleſiaſtica, aliqua gradus prærogatiua. De qua in Concil.Trid.ſeſſ.22. cap.2.de reform.& ſeſſ.24.cap.12. de reform. cum decreto irritan.cum clauſ.derog.Datum Romæ Kal.Ian.anno 3. Vide Iul.2.conſt.23. Pij 4.conſt.116.

Romanum Pont.&c.)Multi prædeceſſores conceſſerunt varia indulta Tribunali,& Mercatoribus Ripæ Vrbis. Mandatque omnibus iudicibus,vt prædicta obſeruent,ac obſeruari faciant, cum decreto irrit.cum clauſ. derog. Dat.Rom. 5.Kal.April. anno 3. Vide Pij 4. conſt.76.

Ad extirpandos,&c.) Fratres Conuentuales nihil proprium habere poſſe decernit. Et diſpenſationes quaſcunq; deſuper conceſſas, reuocat,& annullat. Et bona quæcunque in communes omnium vſus conuerti mandat, Officiales manducare iubet cum alijs fratribus in tinello. Bona quæ priuatim alicui donata, vel relicta fuerint, ſuperioribus conſignari præcipit. Bonorum adminiſtrationis, ac diſpenſationis,& rationis reddendæ formã ponit.Pręcipit inſuper,& interdicit omnibus, & ſingulis,ne pro Magiſtratibus,& officijs vlli ambitus fiant:ac vi pecuniæ pro confirmationis ſigillo,vel quid aliud ſoluatur,vel aliæ pactiones,ſiue promiſſiones inter cedant,munera mittantur,nevè quiſquam etiam in officio exiſtens pecunias, aut de domo,vel cuſtodia ſibi commiſſa, vel aliunde Generali,ſeu alicuicunq; conferat. Qui ſecus fecerint,pęnam priuationis Magiſt. & officiorum incidant,& ad futura inhabiles ſint,& infames, & pęna furti puniantur.Generales tamen,Prouinciales,& Viſitatores non defraudent in his,quorum ſunt neceſſaria, cum clauſ.&c. Datum Rom.6.id.Iun.anno 3.

Ad Romanum,&c.) Declaratio Concil. Trid.cap.13.ſeſſ.24. de reformat. matrimon. ſuper impedimento publicæ honeſtatis circa ſponſalia, ſiuè matrimonia, quod Sacr.Concilium procedat in ſponſalibus de futuro,nõ autem in matrimonio iam contracto,licet nõ conſumato,quia in illo adhuc durat impedimentum,cum clauſ.derog. Dat.Rom.8.Kal. Iun.ann.3. Vide Paul.4.conſt. 16.Pij 4 conſt. 12.Et eſt officij,&c.)Cõtinet reformationem Tertij Ord.S.Franciſci. Extinctio officij viſitatoris Miniſtri,& Vicarij Tertij Ordinis.Subiecto eiuſdem ordinis Generali, & Prouincialibus miniſtris Fratrum Minorum de obſeruantia. Fratres,& Sorores Tertii Ordinis recipiunt in ſuperiores Fratres de obſeruantia,eorumque protectorem. In Capitulo huius Ordinis interueniat Generalis, vel Commiſſarius,vel Prouincialis de obſeruantia. Electiones Viſitatorum Prouinc.fiant,vt hic officia ſint annalia.Viſitatorum Prouincialiũ facultates. Fratres, & Sorores huius Tertii Ordinis profeſſi, nihil priuatim habere poſſint.Sorores eiuſdem Ordinis in communi,& ſub clauſura viuere debeant. Confeſſores,& Concionatores earundem approbari debent à Miniſtro Gen.vel Prou.Dubia deſuper oritura à Generali Prou.declarentur,clauſ,præſeruatiuis,cum decr.irritan.Priuilegia Minorum de obſeruantia, conceduntur huic Tertio Ordini.Exequutorum deputatio,& facultates,cum clauſ.derog.Dat.Rom.5.Non.Iul. 1568.ann.3. Paul.4.conſtit.4 Greg.13.conſt. 35.

Cupientes,&c.) Rectores Parochialium compellantur ad reſidẽdum per Ordinarios, vt hic cum decr. irritan. clauſ. derog. Dat. Rom.8.id.Iul.ann.3. Vide Conc.Trid.ſeſſ.23. cap.11.de reform.ſeſſ.24.c.12.Pii 4.conſt.17. & 119.

Licet contra,&c.)Decernit,quod Notarii, & alii,quibus conceditur loqui cum reis in carceribus detentis,ſi auſi fuerint propalare reſponſiones reorum, aut dicta teſtium,præter alias pęnas ſint relegati in perpetuum, vel ad triremes damnati.public.23.Iul.ann.3.

*Cum (ſicut accepimus)diuerſa,&c.*Cauſæ huius conſtitutionis. Humilitatos à cura Monialium liberat.Et Moniales ſubiicit ordinariis

narijs locorum. Exequutorum deputatio,& facultates,clauſ.derog.Datum Romæ 23.Iul. anno 3.

Illa nos,&c.) Hic Pont.pro reformatione minorum Conuentualium edidit conſt. quam habes ſupra num.61. Ad extirpandos,quæ in Cap.generali Romæ celebrato recepta fuit, eam Pont. confirmat,& ſeruari mandat,exequutorum deputatio,& facultates,cum clauſulis derogatorijs,cum decreto irritan.Nouitij ante 18.ſuę ætatis annum non recipiantur, & recepti dimittantur, niſi expleuerint ann. 15.

Laici minores 25.non recipiantur,& recepti dimittantur. Nouitij educentur in Conuentibus inſignibus. Prouinciales eligantur ex aliena Prouincia. Guardianatus officium duret quantum. Paternitatis titulo non gaudent, qui non obtinent officium Prouincialatus,vel 40.ann.agant. Fratres in eodem conuentu vltra biennium manere non poſſunt, niſi vt hic. In quolibet Conuentu maneant duodecim Fratres ad minus exceptis Conuentibus retinendis pro commoditate Fratrum iter facientium. In ſtudijs lectiones,de quibus hic legantur. Fratres proprium nihil habeant, & in tinello comedant, exceptis infirmis. Quod iuſſit etiam Pius Quintus ſup.in conſtit.61 ad extirpand.res ſacræ,& prophanæ cuſtodiantur, vt hic. Superiores omnes vnica cella,& lecto,ac menſa humilibus contenti ſint.Horti ſint communes omnium exceptis hortis nouitiorum. Veſtes,& alia reperta penès Fratres decedentes,pro dimidio Conuentui, in quo deceſſit aſſignentur: Per officialium deputationem nihil exigatur, in promotionibus nihil à promouendo etiam oblatum recipiatur. Fratres vtantur camiſijs laneis, & reliquo veſtitu paupere,& humili. Forma publ. Datum Romæ 10.Kal. Auguſt. anno 3.De Materia Leo 10.conſt.20. Paul.3. conſt.10.ſup.conſt.64. Greg. 13.conſt.74.

Volentes,&c.) Reuocatio facultatis Camerarij Clericorum,& aliorum officialium, & Cameræ concedendi commiſſiones in forma. Si in euidentem,circa alienationes bonorum Eccl.cũ decreto irritan. clauſ.derog. publicata 17.Aug.ann.3.vide Pauli 2.conſt.2.

Diuina,&c.) Extinctio litium vertentium inter Fratres Prædicatores, & alios mendicantes ſuper præcedentia. Declaratio quod Fratres Prædicatores præcedant cęteros mẽdicantes. Reuocata autem fuit hæc declaratio infra in Greg.13. in conſt.89.expoſcit paſtoralis. Inhibet contra impedientes ipſos fratres prædicatores ſuper tali præcedentia clauſulis præſeruatiuis, cum decreto irritan, exequutorum deputatio; et facultates, cum clauſul.derog. Datum Rom.17.Aug.anno 3. Reuocatur Greg.13.conſtit.91. De eorum priuil.conſt.144

Horrendum,&c.) Omnes,et quoſcunque Presbyteros, et alios clericos ſæculares, et regulares cuiuſcunque gradus, et dignitatis qui dictum, nefandumque ſodomiæ vitium exerceut, omni priuilegio clericali, omniq; officio, dignitate, et beneficio eccleſiaſtico præſentis Canonis auctoritate priuat. Ita quod per iudicem eccleſiaſticum degradati poteſtati ſtatim ſæculari tradantur, qui de eis illud idem capiat ſupplicium,quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum.Datum Romæ 3.Kal.Septemb.anno 1.Ad hoc Leo 10.conſt. 11.

Sacroſanctum, &c.) Reuocat facultates militiarum condendi expectatiuas, et reſeruationes ad beneficia, et vniendi,incorporãdi,vel ſupprimendi beneficia,et priuilegia de obtinendis,vel transferendis penſionibus, et expectatiuas, et vniones, et ſuppreſsiones iam factas,et conceſſas,et facultates teſtandi, aut aliter diſponendi de bonis eccleſiaſt. & quicquid ſecus factum fuerit irritum,& inane ſit,cum clauſulis præſeruatiuis,cum decreto irritan.cum clauſ.derogatorijs.Datum Romæ 5.id.Septembr.anno 3.

Quod à nobis,&c.) Diuini officij forma à Gelaſio 1.& Gregor. 1.inſtituta,& à Greg.7. reformata, ſed tamen poſtea multis modis immutata fuit. Ex qua varietate orandi mala hic expreſſa orta ſunt,ideo Paul.4.id commẽdare tentauit, ſed morte præuentus minimè perſecit. Pius 4. perfectionem huius operis commiſit patribus Conc.Trid. Sed Cõcilium id remiſit Pontifici, vt habes in Concil. Sed Pius Quartus non perfecit morte præuentus. Hic verò Pont.perfecit Breuiarium,& approbauit. Et modo prohibet aliud Breuiarium alias editum à Franc.Card. omniaque alia Breuiaria, non approbata in prima inſtitutione,vel conſuetudine excedẽte annos 200. Reuocat etiam quæcunque ſtatuta, & facultates orandi,iuxta formam antiquorum Breuiariorum. Breuiarumq; iſtud nouum recipi, & iuxta eius formam orari præcipit. Monet quoque Eccleſiarum Prælatos, vt hoc Breuiarium introducant. Indulg.pro dicentibus Pſal.Pęnit. vel Grad.vel offic.B.Virg. & Defunctorum diebus in eis præſcriptis.Forma public.quæ mox ſequitur.Breuiarium Romæ tantum,& non alibi,ſine licentia Pont.imprimi poteſt.Datum Romæ 3.Idus Iul.anno 3.

Quantum,&c.) Extinctio beneficiorum

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſticorum inſulæ Sardiniæ,alijs vnitorum,vel ſuppreſſorum,quæ habent Parochiales vti præbēdas,&c. Reductio Parochialium ad primæuum ſtatum, pęnarum impoſitio contra non reſidentes in Parochialibus. Deputatio Vicariorum in Parochialibus, quæ ſunt annexæ dignitatibus,&c. Exequutorum deputatio,& ſacultates, cum clauſ.derog.cũ decret.irritan. Datum Romæ Kal.Octobr.anno 3.

Romanus,&c.)Formam ſtatutam à Conc. Trid. in promouendo clericos ſæculares ad ordines extendit etiam Pontif. ad Regulares non profeſſos: promotioneſque factas non ſeruata forma, irritan. Datum Romæ pridie id.Octob.anno tertio. Vide Concil.Trid.ſeſſ. 21. cap.2.de reformat.

Lubricum vitæ,&c.)Viuentes ſub obediētia voluntaria,& extra ſollemne votum Religionis debent profeſſionem trium votorum emittere. Volentes eundem ſtatum ſeruare contra huiuſmodi decretum excommunicat. incurrant. & priuationem omnium dignitatum, offic.& beneſ.&c. cum clauſ.&c. Dat. Rom.15.Kal.Dec. ann.3.

Et ſi cuncta,&c.) Milites Hieroſolymitani multa priuilegia à Summ.Pont.obtinuerunt, de quibus in Pij 4.conſtit.14. Et præſertim exemptionem à decimis, & aliorum onerũ. Sed quia ordinarij eos deſuper, moleſtabant vigore Conc.Trid.ideò Pont.dictum priuilegium exemptionis,ac alia quæcunque approbat ſupplendo in ipſis omnes defectus,cum clauſ.decr.&c. Limitando tamen, quod huiuſmodi litteræ non comprehendant, neque Eccleſias,neq; perſonas in quibus in his,quæ ad curam animarum pertinent,in quibus decreta Conc.omnino ſeruari debent.Dat.Ro. 29.Nouembr.ann.3. Alia confirmatio Greg. 13.conſt.65. priuileg. Pij 4 conſt.14.

Cum aliàs,&c.) Paul.4.montem Nouennalem non vacabilem ad octo pro centenario ſuper redditibus ſubſidij quartæ partis fructuum Congregationem Regularium erexit. Pius 4.montem Pium recuperationum erexit ſuper reſiduo redditũum eiuſdem ſubſidij; quod deſtinatum fuerat pro extinctione Montis Nouennalis. Hic autem Pontif. vt Regn.Franc.ab hæreticis oppreſſo ſubueniri poſſit, montem Nouennalem ad maiorem ſummam extendit,ſed fructus ad ſeptem pro centenario reducit:pro admiſſione ſoluuntur quinque Iulij medietas Cam.Apoſtol. altera medietas Collegio Montiſtarum: montiſtæ ementes loca ſuperaddita alijs præferantur. Decernit autem exequutores. Et prorogat dictum ſubſidium Congregationum.Adminiſtratio illius datur Theſaurario. Quod & fecit Paul.4.conſt.13.cum decr.irrit. Et quod Mons extingui poſſit. Dat.Rom. 4.id.Iun. ann.3. Vide Paul.4.conſtit.12.& Pij 4.conſt. 80. De montibus Sixti 5.conſtit.16. Montis Nouennalis extenſio. Paul.4.conſt.12. Pij 4. conſt.80.

Cupientes,&c.) Concedit facultates officialibus puellas in periculo amittendæ pudicitiæ exiſtentes inuitis parentibus capiendi, illaſque,& alios earũ occultatores,&c. coercendi. Cauſas ciuiles,& criminales Monaſterij Sanctæ Catherinæ eiuſque Confraternitatis Monialium, & puellarum, & Monaſterio egreſſarum,& nuptui traditarum in quacunq; inſtantia ſummariè, &c. cognoſcendi, inhibendique in Curia,& extra, & inobediētes coercendi. Et ſingulis diebus, & horis procedendi Notariumq; in huiuſmodi cauſis eorum arbitrio deputandi. Mandatarij omnes citare poſſint in his cauſis. Exequutores omnea exequi debent decreto protectoris,& deputatorum. Confraternitates,Moniales,Puellæ, & Adminiſtratores coram protectore dumtaxat conuenire,& conueniri poſſint: proceſſus,& ſententiæ ab alijs iudicibus deſuper formatæ nullæ ſint, cum clauſulis præſeruatiuis, cum decret. irritant. clauſul. derogat. Datum Rom.4.Id.Febr.ann.3.

Nuper.&c.)In Romana Cur.quilibet etiã imperitus, & calumnioſus, procuratoris, vel ſollicitatoris officium exercebat. Vnde mala oriebantur: ideò hic Pontifex eos tantum procuratores, & ſollicitatores recipi iubet, qui iam matriculati ſunt in Collegio, vel de cętero admiſſi fuerunt à deputatis, cum deputatorum facultatibus.

Procuratorem approbatorum nomina deſcribenda ſunt in tabula retinenda in Tribunalibus Vrbis. Iudicum facultates coercen. procuratores non approbatos, cum clauſul. derog. publ. 13.Ian. ann.3. Vide Bened.12. conſt.1. Greg.11.conſt.3. Mart.5.conſt.3. Leo.10.conſt.24.

Cum onus,&c.)Decernit, quod cenſus imponi debet ſupra re immobili fructifera, & certis confinibus deſignata. Et in pecunia numerata in actu celebrationis inſtrumenti. Soluantur que in fine, & non anticipata, obligationes ad caſus fortuitos extra naturam contractus nullæ ſint. pacta impedientia facultatem alienandi rem cenſuatam,ſint illicita. In re cenſuali vendenda Dominus cenſus præferatur, ad quod vide Greg. 13. conſt.25. pacta, quod debitor cenſus ob moroſitatem aliquam damnum incurrat,nulla ſint.Cenſus augeri, vel creari non poſſunt ſuper fructibus

Digitized by Google

cenſus.pacta continentia ſolutiones eorum, ad quæ aliquis non tenetur inualida ſint. Cēſus petit pro rata rei peremptæ, vel infructuoſæ effectæ, extingui poteſt quandocunq; pro eodē pretio facta intimatione per duos menſes ante. Repeti tamen ab inuito non poteſt. Contractuſque aliter celebrati fœneratitij ſint: pretium cēſus ſemel conſtitutum minui, & augeri non debet. Hæc conſtitutio ligat quoad cenſus contrahen. clauſ. derog. Datum Romæ 14. Kal. Febr. anno 4. Vide Nicol. 5. conſt. 4. Paul. 3. conſt. 41.

Hebræorum, &c.) Decernit, quod iudæi omnes diſcedant de locis dominij S. R. E. Roma, & Anconæ, exceptis, infra tres menſes à die publicationis, quæ eſt hic in fine. Inobedientium pœnas apponit. Barones, Gubernatores, & alij exequantur hanc conſt. clauſulis derogat. Datum Rom. 4. Kal. Mart. anno 4. 1568. Vide Paul. 3. conſt. 29.

Iniunctum, &c.) Decernit, quod Fratribus reformatis in qualibet prouincia loca aſſignentur, cum clauſ. præſeruatiuis, cum decreto irrit. clauſ. derog. Datum Rom. 9. Mart. 1569. anno quarto. Vide Greg. 13. conſt. 56.

Si de protegendis, &c.) Offendentes, ſiuè impedientes perſonas Inquiſitoris, bonaque diripientes, & carceres frangentes, eorumq; complices, fautores: excommunicationis, læſæ Maieſt. priuationis officij, & benefic. ac dignitatis incurrant, & relinquantur in poteſtate curiæ ſæcularis, quæ de illis pœnas ſumant, quæ damnatis primo capite dictæ legis per conſtitutiones legitimas irrogantur, bonis rebuſq; omnibus fiſci iuribus applicatis, vti etiam de damnatis hæreticis per ſanctiones canonicas conſtitutum, eorum filij paterna fama ſubiecti omnis cuiuſque hæreditatis ſucceſſionis, & propinquorum, & extraneorum penitus ſint incapaces. Delinquentes præfati claras tantummodo probationes in contrariam adducere poſſint Epiſcoporum, tamen cauſæ Rom. Pont. reſeruantur. Intercedentes pro præfatis delinquentibus hæreſis pœnas incurrunt. Reuelantes huiuſmodi delicta impunitatem conſequuntur. Forma ſeruanda in abſolutionibus huiuſmodi criminum à Pont. concedant. Exequutorum deputatio, cum facultate, & clauſ. derog. Datum Rom. Kal. April. anno 4. Vide Greg. 9. conſt. 3. Innoc. 4. conſt. 3. & 8. Alexand. 4. cōſt. 10. Iul. 3. conſtit. 12. De priuilegijs inquiſitorum. Clem. 7. conſt. 36.

Tempus, & neceſſitas, &c.) Reuocat, ac ſupprimit omnem auctoritatem, atque omnes facultates hucuſq; conceſſas maiori pœnitentiario, præcipiens illi, ac omnibus perſonis Collegij, ne de cætero illis vtantur, neuè illarum prætextu, quidquam etiam inceptum audeant expedire ſub pœna priuationis omnium officiorum, inhabilitatis, atque excommunicationis latæ ſent. cum decreto, clauſ. &c. Datum Romæ Kal. Maij anno 4. De priuil. Maioris pœnit. Iul. 3. conſt. 1. Reuoc. facult. pœnitentiariæ.

In omnibus, &c.) Officia Correctorum, Reuiſorum, Scriptorum, & Procuratorum pœnitentiariæ Pont. iſte ſubduxit à pœnitentiaria, exceptis duobus officiis ſcriptorum, & procuratorum. Alioſque officiales hic deſcriptos deputat, officiorum diſpoſitionum fieri prohibet ad voluntatem illam dimittentium. Pœnitentiarius exerceat officium per ſe ipſum, & ſi abſens, vel impeditus fuerit, ſubrogetur Cardinalis, qui nomine ſuo proprio expeditiones faciat. Regēs, Datarius, & Mag. in Theologia quales eſſe debeant. Corrector qualis eſſe debeat. Sigillator qualis eſſe debeat. Scriptores, & Procuratores quales eſſe debeant.

Officiales iſti in Sacris Ordinibus conſtituti, & arcanorum continentiſſimi eſſe debeant. Pœnitentiariæ, & ſcriptoriæ officia conferuntur à pœnitentiario. Officiales per ſe ipſos officia exercere debeant, & actu exercentes tantum emolumenta capiant, contentiq; ſint, eorum ſtipendiis, & nihil vltra etiam à ſpōte dantibus capiant, ſub pœnis hic expreſſis. Regentis pœnitētiariæ officium. Pro expeditione litterarum nihil ſoluatur. Sigillator cuſtodiat omnes ſcripturas pœnitentiariæ officium concernētes. Officiales ſingulis annis iuramentum præſteut de obſeruando etiam in manibus pœnitentiarij maioris. Qui contenta non obſeruauerint per alias pœnas priuationem officiorum incurrāt, ſint perpetuò infames, & inhabiles reputentur. Si ſecùs factum fuerit, ſit irritum, & inane, cum clauſ. derog. Datum Romæ 15. Kal. Iun. anno 4. Vide Pij 4. conſt. 72. Martin. 5. conſt. Iul. 3. cōſt. 1.

In earum rerum, &c.) In conſt. præced. hic Pont. ſubduxit à pœnitētiaria officia Correctorum, Scriptorum, & Procuratorum exceptis duobus officijs ſcriptorum, & procurat. & nunc dicta officia ſcript. & procurat. omnes ad Cancellariam transfert. Et locum illis in ea aſſignat. Formamque ſtatuit expeditioni litterarum. Emolumenta officialibus aſſignat, præter ſigillatoris officium. Et inhibet officialibus ne aliquid accipiāt pro quocunque extraordinario labore ſub pœnis hic expreſſis, clauſulis derog. Datum Rom. 14. Kal. Iun. anno 4. Vide de Mat. Cancell. Pij 4. conſt. 72.

Into-

Intolerabilis,&c.)Pius 4.decreuit beneficia in confidentiam recepta vacare à die receptionis, & eorum diſpenſationem Sedi Apoſt.reſeruauit,vt ſupra in eius conſtit.109. Et in illis per coniecturas, & præſumptiones iudicari voluit.vt ibi.Sed quia iudices negligenter procedebant,ideo Pont.dictas cauſas, & illorum cognitionem ſibi, & ſucceſſoribus reſeruauit ſup.in conſt.Nunc autem declarat cauſas confidentiarum,& præſumptiones,& coniecturas deſuper attendendas. Et confidentiæ criminis reos pęnis hic expreſſis afficit, ad quod vide etiam dictam conſtit. Pij 4. num.109. cauſas confidentiarum coram eo penden. circa beneficia cõciſtorialia,ac contra Prælatos, ſibi reſeruat, & alias per alios iudices cognoſci decernit. Immò cognoſcenda ſunt per iudicem ſpecialiter deputatum, vt infra in conſt.58.& ſequent.cum clauſ.derogatorijs.Datum Rom.Kal.Iun.anno 4.Vide Pij 4. conſt.113.

Inter,&c.) Erectio Cappellarum Roſarij permittitur Magiſtro Generali ordinis Prædicatorum dumtaxat.Confirmatio indulgentiarum conceſſarum à Leo.10. de quibus vide ſup.in Paul.3.Conſt.cum clauſ.derog.Dat. Rom.29.Iun.1569.anno 4.Vide conſt.93.

Pridem nos,&c.) Archiuij Romanæ Curiæ inſtitutionem hic pont.ex cauſis expreſſis reuocauit,ſed talem reuocationem non habes. Nunc autem ex rationibus hic aſſignatis Archiuium reintegrat. Archiuijque inſtitutionem à Iul.2.factam,ac priuilegia,& facultates ſcriptoribus, per eundem Iulium,& Leo. 10.& alios conceſſa confirmat, & defectus ſupplet. Hanc inſtitutionem,& priuilegia,vide ſup.in Leo.10.conſtit.6.Ex miniſterij.Scriptoreſquè Archiuij declarat eſſe Notarios cauſarum verten. coram iudicibus commiſſarijs,& ordinarijs,videlicet non habentibus Notarios proprios. Et addit etiam eſſe Notarios cauſarum verten.coram Cardinalibus. Collegium Archiuii deputat. Notarios ad ſcribendum in dictis cauſis, & acta per alios ſcribenda nulla ſint.Curamque omnium ſcripturarum, & omnia emolumenta perferat. Gabellæ quoque, & loca Religioſa non ſint exempta à ſolutione dictæ gabellæ. Facultas Collegii erigendi montem,vel creandi cenſus ſuper ipſius proprietatibus.Hic autem Mons, & cenſus extingui debent à collegio infra 11. annos. Obligatio omnium bonorum Cam. Apoſt. in fauore collegii,cum clauſulis præſeruatiuis,cũ decreto irrit. clauſulis derogat. Datum Rom.14.Kal.Aug.anno 4.Vide Leo. 10.conſt.6.Paul.3.conſt.18.Taxam.Greg.13. conſt.96.& de eorum præcedentia ibi conſt, 75.

Conſueuerunt, &c.) Roſarium inſtituit S.Dominicus,cuius Ordinis Frater hic pont. fuit. Ideo hic pont.ad excitandum maiorem Chriſti fidelium deuotionem, Roſarii indulgentias,& indulta omnia confirmat. Et Confratres Roſarii oblationes, & legata quæcũq; recipere poſſe decernit, vt conuertantur in pios vſus Confraternitatum.Indulgentiaſque concedit eiſdem Confratribus clauſulis præſeruatiuis,decreto irrit.cum clauſ.derog.Datum Romæ 17.Septemb.anno quarto.Vide Sixti 4.conſt.9.paul.3.conſt.1.Iul.3.conſt.17. Pii 4.conſt.32. ſup. conſt.91.

Quacunque,&c.)Continet reuocationem facultatum pręter iuris communis diſpoſitionem conceſſarum,recipiendi,vel retinendi Religioſos alterius ordinis etiam laxioris. Tu vide facultatem pęnitentiarii circa licentias tranſeundi ad alios ordines in Pii 4.cõſt. 69. Annullationem litterarum Apoſtolicarũ deſuper confectarum,ac proceſſuum,& contrauenientes ſint priuati officiis, ac benef.dignitatibus habitis, ac habendis, exequutores ſint Ordinarii locorum, qui contradictores quoſcunquè per cenſuras, & pęnas appellatione remota coerceant. Dat.Rom.prid.Id. Octobr.ann.4.

Romanus,&c.) Creatio Coſmi Medices, & eius ſucceſſorum in magnos Duces Etrurię, quam intellige, vt hic in Franc. Coronę Realis donatio, cum clauſ.pręſeruat.decret. irritan.cum clauſul.derog. Dat.Rom. 6.Kal. Sept. 1569. ann.4.

Infælici ſaeculi,&c.) Bonif.8 cuius conſt. hic non habes, Offendentibus Cardinales,illorumq; fautoribus pęnas hic deſcriptas imponit, Hic autem Pont.eaſdem pęnas imponit ſcientibus,& non reuelantibus.Dat.Rom. 14.Kal.Ian.ann.4.

Infirmat,etc.) Sacerdotes Baſilicę S.Petri contendebant de pręcedentia cum Sacerdotibus S.Ioannis Latheran. ideò Greg.11.declarauit Baſilicam S.Ioann.eſſe maiorem cęteris Vrbis,& Orbis Eccleſiis,vt ſupr.in eius conſtit. Sed tamen Sacerdotes S.Petri admodum ſe opponebant.ideo Pius 4.cauſam huiuſmodi in Rota commiſit, & ad fauorem Baſilicæ S.Ioannis pronunciatum fuit, & hic pont.confirmat ſententiam dictam, & Greg. 11.conſt.prædicta.Appellarique poſſe prohibet.Contrauenientes priuat officiis,ac beneficiis,dignitatibus, & cum inhabilitate ad ea, & ſimilia in futurum, & cum decreto irrit. Dat.Rom.12.Kal.Ian.ann.4.

Decet nos,&c.) Fabrica Collegium habet facultatem exequendi legata pia, & ex eis quartam partem pro Fabrica retinendi. Ad

quod

Digitized by Google

quod vide etiam conſtitut.ſeq. quia imò habet medietatem, vt ibi. Vicarius autem Papæ vigore ſimilis facultatis conceſſæ à Sede Apoſt. in exequutione ſe intromittit piorum legatorum in Vrbe exequutioni demandam. Ideo Pont. declarat Fabricæ Collegium poſſe exequi legata iſtà, dummodo in illis Vicarius non præuenerit, infra 15. menſes à die obitus teſtatorum cum clauſulis præſe. Decre. irritan. cum clauſulis derog. Datum Romæ 11. Kal. Ian. anno 4.

Exigit, &c.) Ampliatur Fabricæ S. Petri, medietas piorum relictorum per triennium à die mortis teſtatorum non exequutorum, ſi deputati fabricæ illa exequi fecerint, etiam clauſulis preſeruatiuis. clauſulis derogatorijs. Datum Rom. 11. Kal. Ian. anno 4.

Et ſi omnium, &c.) Decernit, & in cauſis Fabricæ S. Petri in duabus ſententijs, faciunt rē iudicatam in ea parte, in qua ſunt conformes, non datur appellatio. Commiſſiones appellationum concedendæ nullam tribuant iuriſdictionem, & intelligantur ſine præiudicio exequutionis trium conformium, cum clauſulis præſer. decreto irritan. cum clauſulis derogatorijs. Datum Rom. 11. Kal. Ian. anno 4.

Et ſi de ſingulis, &c.) Fabricæ S. Petri, Deputatis datur facultas reuidendi, ac reſcindendi alienationes bonorum Eccleſ. abſquè licentia Sedis Apoſt. aut non ſeruatis ſollemnitatibus, aut in damnum earum factas. Occupatoreſq; cogendi, & relaxandi bona cum fructibus. Imò poterint illa de nouo concedere, & ſuper fructibus componere, vt infra in conſt. 115. exigi, & tertiam partē bonorum fructuum recuperandam applicāri Fabricæ. Imò loco tertiæ partis poſſunt percipere omnes fructus indebitè perceptos, &c. vt infra in conſt. 123. ex debito, cum clauſulis præſeruatiuis. decreto irritan. ex clauſul. derogatorijs. Datum Rom. Kal. Ian. anno 4. vide ſup.

Quam plenum, &c.) Quidam Præſides Eccleſiarum Hiſpaniæ publicabant aliquid ſoluentibus indulgentias, & facultates eligendi Confeſſores, &c. Ideo idem Pontif. geſta per illos annullat, & publicationis huiuſmodi indulgentiarum prohibet. Contrauenientes Antiſtites etiam Cardin. ſuſpenſi ſint ab ingreſſu Eccl. perceptione Sacramentorum vſquè ad reſtitutionem, & relaxationem ſuſpenſ. quo ad Sed. Apoſt. inferiores ſint excommun. contraria geſta nulla ſint. Datum Rom. 4 Non. Ian. ann. 4.

Decori, &c.) Præcipit nè Moniales abſquè licentia ex cauſa magni incendij, aut infirmitatis lepræ, vel epidimiæ tantummodo concedenda poſſint exire à clauſura ſub pena excommun. latæ ſenten. quam vult incurrere etiam concomitantes, recipientes, & ſuperiores tamen licentiam abſquè tali cauſa concedentes. Reuocat licentias quomodolibet cōceſſas exeundi ex ipſis clauſuris, cum decret. &c. Datum Rom. Kal. Febr. anno 5. Vide Greg 13. conſt. 36. & ſupra conſt. 9. & 23.

Romani, &c.) Continet reformationem officij Correctoris, & præcipit quod Correctores, & Procuratores abſtineant à commiſſionibus cauſarum, &c. Ad quod vide declarationem infra conſt. 171. Corrector concedere poſſit confirmationes contractuum, & ſententiarum Regul. Cancell. non concedat ſine licentia. Beneficiales materiæ non expediat. Licentias teſtandi concedat. Statutorum ordinum, & priuilegiorum confirmationes non expediat. Bonorum Eccl. alienationum confirmationes non det. Litteræ per officiales illos expediendæ examinentur. Regularium perſonarum materias non expediat. Procuratoris illius fuerit collegium, & litteræ Regis ſunt. Contra reformationem iſtam nihil expediatur decret. irrit. cum clauſ. derog. ſupplicationes commiſſionum cauſarum expediri poſſunt, tam per offic. contradictarum, quàm per litteras in forma breuis Secretarij, & Scriptores eorum taxam occaſione aliqua non augeant. Literæ regiſtrentur, & ad Archiuium Pont. portentur. Forma, & effectus publ. quam non inueni, &c. Datum Romæ Kal. Nouembr. anno 4. Vide conſt. 76. & Pij 4. conſt. 73.

Regnans in excelſis, &c.) Henricus Octauus Rex Angliæ, hæreſim introduxit in illo Regno, vt ſupr. in Paul. 3. conſt. 20. Eliſabeth Regina hęretica etiam fuit, & eſt, committendo multos errores. Ideo hic Pont. illam, & ei adhærentes hæreticos declarat, & Regno, & alijs omnibus priuat. Subditoſquè ab illius obſequio liberat. Et ei de cętero obedientibus pęnas anathematis imponit. Datum Romæ 5. Kal. Mart. anno 5. De Collegio Anglicano ad tollendas hæreſes illorum, vide Greg. 13. conſtit. 105. De hæreticorum pęnis Paul. 4. conſt. 42.

Pro noſtri, &c.) Aliàs omnes Fratres S. Mariæ Seruorum ſub vno ordine exiſtentes ab vno generali regebantur. Sed poſtmodum de licētia Sed. Apoſtol. quidam vt arctiorem vitam degerent, creato ſibi Vicario generali cęteris ſunt ſequeſtrati. Sed quoniam tandem à regulari obſeruantia deſerunt. Ideo Pont. extinguit dictam Congregationem omneſq; ſubijcit vnico Priori generali, ac Prouincialibus ordinis coniungendo omnes in vnum, & eamdem familiam ſub eadem diſciplina, regulatiq;

Digitized by Google

gularíq; obſeruantia, inualidando quæcunq; priuilegia, & pacta, quæ huic vnioni obſtare videntur, præcipiendo, vt fratres omnes huic conſtitutioni omninò obediant; & Generali vt ipſos acceptet, & publicare, & obſeruare etiam faciat. Contradictores, ac rebelles etiā proteſtantes, ac reclamantes auxiliumvè directè, vel indirectè præſtantes per cenſuras, ac pęnas Eccl. compelcendo, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 1573. 3. Non. Maij ann. 5. Ac ſubindè per alias ſuas incipientes. Poſtquam nos Deo, &c. Reuocat priuilegia omnia aliquid priuatim retinendi. Cameræ redigantur in commune dormitorium. Ambitus omnes recedant, & munera. Superiores diſpenſare valeant circa omiſſiones prædicationum, & diuinorum officiorum. Confeſſiones, communiones, & ieiunia ſeruentur iuxta regulam, &c. In quolibet conuentu adſint fratres ſaltē duodecim, exceptis Conuentibus commodis pro iter facientibus. Prædicationes habeantur ſingulis diebus feſtis. In ſtudijs generalibus duæ lectiones legantur, & in minoribus vna. Cathechiſmus ad Parochos ſingulis feſtis. Habentes libros prohibitos, præter pęnas à iure communi expreſſas, & ab Inquiſitoribus perpetuò priuati exiſtant officio legendi, prædicandi, ſacramenta adminiſtrandi, voce actiua, ac paſſiua. promouendi habeant ætatem legitimam, & examinentur, & omnia alia requiſita de iure: alioquin ſuſpendantur. Et qui licentiam conceſſerit per ſexennium, ſit inhabilis ad omnia. Confeſſores habeant omnes qualitates, quæ ad tale munus requiruntur. Priorum officium non duret vltra triennium. Fratres in eodem Conuentu manere non poſſint, niſi ſenes ſupra annum 60. Donata, & relicta debeant Fratres conſignare ſuperioribus. In Refectorio omnes cōmunibus epulis veſcantur. Nouitij ante annū 18. non recipiantur. Recepti qui non ſint huius ætatis dimittantur. Laici minores 25. annis non recipiantur, & recepti dimittantur. Nouitij recipiantur, & educentur in Conuentibus inſignioribus tantum. Infirmaria in quocunquè Conuentu inſtituatur. Res Sacriſtiæ non alienentur. Dat formam inſtituendi Nouitios, & qualitates Magiſtrorum, & veſtium, &c. cum decreto, &c. clauſulis, &c. Datum Romæ 1573. Kal. Iun. anno 5.

Chriſtiana, etc.) Continet impoſitionem ex decimarum ſuper beneſ. totius Italiæ, pręterquam dominij Venetorum, à quibus excipit Hoſpit. Hieroſolymit. cuius priuilegia ſup. conſt. 32. & alias ſex decimas ſuper penſionibus. Tempora ſolutionis aſſignat, pęnas non ſoluentium in tempore conſtit. Conductores. poſſeſſoresvè, &c. debere ſoluere nomine Dominorum, & penſionariorum percipit. Solutio fiat iuxta communem ęſtimationem, & ſuper penſiones ad rationem decem pro centenario, non excuſent à ſolutione exemptiones, aut pacta. Quietantię Miniſtrorum Camerę de decimis valeant, prout ſi eſſent principalium. Cum conductorum prorogatione vſquè ad ſatisfactionem decimarum, cum decreto, &c. collectoris deputatione, clauſ. &c. & quod decimę ſoluantur ad monetam currentem. Et carlinus vnus ſoluatur pro quietantia quantumcunq; generali. Datum Rom. 1573. prid. Id. Maij ann. 5. Vide Greg. 13. conſt. 31. moderationem pro Mendicantibus infra, conſt. 112. 114. Cum declaratione circa ſoluentes in termino.

Quia ſicut, etc.) Quodam motu proprio, qui incipit, Cupientes, &c. conſt. 34. Tradiderat ordinem ſeruandum in ſatisfaciendis creditoribus circà mercedem familiarium Pręlatorum: ideo dubitatum fuit, an contineret aromatarios: Pontif. ideò dubitationem tollere cupiens declarat, Aromatarios, quo ad medicinalia, & expenſas funerum non comprehendere, nequè eos, qui fuerunt de eorum credito ſatisfacti. De aromatariorum priuil. Iul. 3. conſt. 54.

Durum nimis, etc.) Concil. Trid. ſeſſ. 24. conſt. 14. de reformat. mandauit Epiſcopis, vt prauas conſuetudines Eccleſ. Collegiatarum, & Cathedralium aliquid recipiendi in prouiſionibus beneficiorum tollant. Hic Pont. modò reuocat conſuetudines, & conſtitutiones huiuſmodi. Et contrauenientibus pęnas imponit ſuſpenſionis quo ad Antiſtites, vſque ad ſatisfactionem interdicti quo ad collegia. excommunicationis, quo ad ſingulares perſonas, donec per Summ. Pont. &c. abſoluātur, cum clauſ. derog. Datum Romæ Kal. Iun. anno 5. Vide Conc. Trid. ſeſſ. 24. conſt. 14. de reform.

Licet, etc.) Hic Pont conceſſerat remiſſionem bannitis, qui iuxta eorum facultatem præſtarent Remiges inſeruientes claſſi triremium contra Turcas. Sed modo eam reuocat, ex cauſis expreſſis Facultateſque concedit Camerario, Gubernatori, & Theſaurario generali remittendi bannitos infrà tres menſes, cum decr. irrit. clauſ. derogat. Dat. Rom. 2. Iul. ann. 5. Vide inſ. num. 148. & Gregor. 13. conſt. 102.

Aliàs, etc.) Continet moderationem facultatis nominandi bannitos, ita vt qui bannitum tradiderit, vel interſecerit, ſi ipſe pro æquali delicto bannitus ſit, poſſit ſe ipſum via prædicta liberare, aliàs autem conſequi

præ-

præmium non poſſit. Præcipitur etiam quod officiales ſeruent hanc conſt. poſt illius admiſſionem in Camera Apoſt. cum decr. irrit. clauſul. derog. admiſſa in Canc. Apoſt. 12. Iun. ann. 5.

Cum Apoſtolica, &c.) Continet facultates R. P. D. Montis de Valentib. Gubernatoris Vrbis. De quibus Leo 10. conſt. 7. Approbationem, & in omnium rerum ab ipſo geſtarũ, & gerẽdarum, quibus vult ab omnibus fides adhibeatur, ac ſi conſtaret à ſe emanaſſe per cedulam etiam propria ſua manu ſignatam, cum clauſ. derog. Dat. Rom. 5. Id. Aug ann. 5. Vide Greg. 13. conſt. 90.

Ex ſuperno, &c.) Hic Pont. impoſuit ſex decimas ſuper fructibus, & penſionibus beneficiorum, vt ſup. proximè in conſt. 164. iuſſitque eas ſolui iuxta communem æſtimationem, & ad decem pro cent. reſpectiuè, vt ibid. Exemptionesque neminem releuare ab earum ſolutione, vt ibid. Sed modo ex cauſis expreſſis reducit illas ſex decimas ad tres, & ad antiquam taxam pro Mendicantibus. Declarat etiam ad ſolutionem decimarum non teneri Mendicantes, qui alias ſoluere non conſueuerint cum decret. irritan. Inhibet contrà exigentes à mendicantibus vltra tres decimas: & præceptum de reſtituendo quicquid vltra exactum fuit, cum clauſulis prater. exequutorum deputatio, & facul. cum clauſul. derog. Datum Romæ 29 Auguſti anno 5. Vide conſt. 108. Greg. 13. conſt. 31.

Licet nos, &c.) Declarat quod ſoluentes in terminis conſtitutis decimas ſuper fructibus & penſionibus beneficiorum Italiæ impoſitas, ſoluant iuxta taxam antiquam, moroſi verò ſecũdum verum valorem. Et quod Congregationes Regulares, quæ Cameræ Apoſtol. ſoluunt ſingulis annis quartam ſuorum redditũum, non tenẽtur ad ſolutionem iſtarum decimarum decreto irritan. cum clauſulis derog. Datum Rom. 5. Sept. anno 5.

Exigit noſtri &c.) Fons aquę Virginis ad fiſtulas fontis Triuij de Vrbe conductus fuit Pio 4. & Pio 5. mandantibus idem Pius V. modo iubet aquam ipſam diſtribui in varios fontes per Vrbem, & ad id deputat duos Cardinales, vna cum Conſer. vel à populo Romano deputandis. Immò interuenire debent etiam Magiſtri viarum, vt mox ſequitur. cum deputatorum facultatibus. cum decreto irritant. clauſulis derogatot. Datum Romæ 13 Kal. Octobr. anno 5. Vide conſt. 172. Greg. 13. conſt 25.

Priuilegiorum, &c.) Declarat quod etiam Magiſ. viarum interuenire debeant cum deputatis in ipſa conſt. cum decreto irrit. cum clauſ. derog.

Exigit, &c.) Hic Pontif. facultatem dedit collegio Fabricæ S. Petri reuidendi, & reſcindendi alienationes bonorũ Eccleſ. factas abſq; licentia Sedis Apoſt. aut non ſeruatis ſollemnitatibus, vel in damnum eccleſ. vt hic, & ſup in conſt. 102. & ſic de ſingulis. Quia tamẽ multæ cauſæ coram diuerſis iudicibus pendebant ſuper præmiſſis, & non expediebãtur, ideo Pontif. dat facult illas ad ſe vocandi, & cognoſcendi, ac terminandi: Item quia Epiſcop Bononienſ vigore Conc. Trident. & Rauennatenſ. & facultatis ad eodem Pont. habitæ in cauſis alienationum huiuſmodi in ſua Dięceſi procedebat, & ideò facultates Fabricę impediebantur, propterea Pontif. declarat Fabricæ deputatos cognoſcere poſſe omnes cauſas Eccleſiarum, & locorum exemptorũ à iuriſdictione ordinariorum, & etiã omnes alias cauſas ordinarijs non inſtituendis. Facultatemquè eiſdem deputa concedit bona ſic pro locis pijs recuperata, denuò in euidentem illorum vtilitatem dare in emphyteuſim, vel ad tertiam generationem, aut aliter, & ſuper fructibus componere de conſenſu intereſſe habentium, & circa tertiam partẽ fabricæ applicatam, ac fructus arbitrio ſuo componere, aut aliter de eis diſponere, eorũ arbitrio. Imò loco tertiæ partis bonorum applicati ſunt fructus de quibus infra in conſt. 123. Poſſeſſoreſq; bonorum in vtilitate Eccleſiæ, ſed non ſeruatis ſollemnitatibus alienatorum pęnis pecuniarijs fabricæ applican. punire pro tali exceſſu, & fructibus perceptis, & certum terminum præfigere ad obtinendum confirmationem à Sede Apoſtolic. &c. Poſſidentes quoque monere, vt inſtrumenta conceſſionum huiuſmodi, ac pacificã poſſeſſionem, & canonis ſolutionem oſtendant, alioquin eos bonis ipſis priuare, &c. Fructus bonorum pro quibus prima ſententia pro fabrica lata fuerit deponi faciendi penès idoneum depoſitarium vſque ad finem litis. Nota autem duas ſententias pro fabrica facere rem iudicatam, vt habes ſupra in cõſt. 99. Notarios etiam rogatos de ſcripturis bonorum eccleſiaſticorum, & alios informatos cogere, ad illas notificandum. Cauſaſque huiuſmodi cognoſcere, & terminare, & procedere, ſicut in cauſis debitorum fabricæ, de quo habes ſupra in Clement. 7. conſt. 8. admonet. inhibet contra moleſtãtes fabricam, & eius deputatos ſuper præmiſſis, aut illorũ exequutionem impedientes, cum decreto irritan. clauſ. derog. Datum Romæ 3. Idus Septembr anno quinto. Vide conſt. 126.

Sacroſancta, &c.) Societas Cruce ſignatorum inſtituta fuit, pro inquiſitorum præſidio

in

in cauſis fidei,& à prædeceſſoribus varia pri-
uilegia ei conceſſa fuerunt. Et hic Pontiſ.di-
ctam inſtit.ſocietatis, ac priuilegia, quæ ſunt
in vſu,& Conc. Trid.non repugnantia confir-
mat,cum clauſulis derogatorijs. Datum Ro-
mæ 13. Octobr.anno quinto. Vide Innoc.4.
conſt.36.

Cum nihil,&c) Tondentes monetam au-
ream de iure puniuntur vltimo ſupplicio,
l.quicunque,ff.de falſ.illa tamen lex non pro-
cedit contra tondentes monetam argẽteam,
vt per Couarruuiam in fin. primi voluminis.
Pontifex tamen eadem pęna vltimi ſupplicij
puniri mandat, tondentes etiam monetam
argenteam, cum decreto irritan.clauſ.derog.
Datum Rom 8.Kal.Nouemb.anno 5.

Poſtquam,&c.) Pius 4.conſtit.11.ſtatuit
debitores obtinentes alternatiuas, vel dila-
tiones teneri deferre biretum viride, quod
ampliauit Pius 4.conſt.52.Multi autem bona
prodigalitate, & luxu dilapidabant,& debita
contrahebant, & tandem ceſſione bonorum
creditores doloſè deludebant. Hic igitur Põ-
tiſ. decernit huiuſmodi perſonas nedum ad
ceſſionem bonorum non eſſe admittendas,
ſed vltimo ſupplicio plecti debere. Exequu-
tores deputat. Inhibetquè quibuſcunquè, ne
in præmiſſis eos impedire audeant ſub pęna
excommunicationis, cum decreto,clauſulis,
&c. Hæc cõſtitutio publicetur,vt in omnium
notitiam deducatur,nulluſquè ignorantiam
prætendere poſſit. Datum Romæ Kal. No-
uemb.anno 5. Vide Pij 4.conſt.54.

Inter illa,&c.)Continet reformationem
Tribunalis Auditoris Cam. Taxam expedi-
tionum. Emolumentorumque diuiſionem,
quæ non expedit colligere, cum clauſul.&c.
Datum Rom.12.Kal.Decembr.anno 5. Vide
Pij 4.conſt.78,& 153. De iuriſd.Audit.Cam.
Greg.13.conſtit.57. De eius Notarijs,Pij 2.
conſt.7. Leo.10.conſt.39.Clement.7.conſtit.
50. Pij 4.conſt.58.& 78.& 109.& 153.

Quo primum,etc.) Ex decreto Conc.Trid.
Cathechiſmus, Miſſale, & Breuiarium iam
fuit emendatum,& ab iſto Pont.cõfirmatum
conſtitut.75. Et mox emendari fecit Miſſale,
quod nũc confirmat, ac recipit,& iuxta illud
vbiquè celebrari iubet, niſi alia inſtitutio à
Sede Apoſt.approbata,vel conſuetudo ſupra
200.annos obſeruata ſit,cum clauſ.&c.Miſſa
le non imprimatur, aut vẽdatur abſquè Pon-
tiſ.licentia:ligare incipit conſtitutio in Curia
poſt menſem. Citra montes poſt tres. Vltra
montes poſt ſex, aut cum primum Miſſale
venale expoſitum fuerit, &c. Datum Rom.
prid.Id.Iul. anno 5.

Super ſpeculam Domini,etc.) Confirmat
decretum Sixti 4. approbatum à Conc. Trid.
ſeſſ.5. de peccato origin. Mandatquè quod.
Nemo cuiuſcunquè ordinis gradus, &c. in
popularibus concionibus, vel vbicunq; pro-
miſcua virorum,& mulierum multitudo cõ-
uenire ſolet de huius controuerſiæ alterutra
parte diſputare rationibus, vel Doctorum
auctoritate aſſerendo propriam ſent. & con-
trariam refellendo, aut impugnando,vel de
hac ipſa quæſtione, cuiuſuis pietatis, aut ne-
ceſſitatis,prætextu vulgari ſermone ſcribere,
vel dictare præſumat. Qui contra fecerit, ſu-
ſpenſionis pęnam à diuinis abſquè noua de-
claratione ipſo facto incurrat, ſi modo fuerit
in ſacris conſtitutus, & quocunquè præterea
gradu,ſeu dignitate,vel adminiſtratione fun-
gatur, illis omnibus ſit ipſo iure priuatus,in-
habilis ad eadem,vel ſimilia,& alijs pęnis ad
Prælati arbitrium ſubiectus. Licet tamen in
Academijs, & publicis diſputationibus, ceſ-
ſante ſcandali occaſione diſſerere,&c. cum
clauſ.&c. Dat.Rom prid.Kalend.Decembr.
ann.5.

Quæ ordini,etc.) Continet reuocationem
indultorum teſtandi, & diſponendi de acqui-
ſitis ex bonis Eccleſiaſticis, ac de alijs rebus
in fauorem illegitimorum etiam legitimato-
rum, non tamen hoſpitalibus Expoſitorum,
& Orphanorum: quod declaratur infra in
conſt.157. ad Romanum. Reuocando habili-
tationum cuiuſcunq; illegitimi ab inteſtato,
vel aliter ad dicta bona ſuccedendi. Reuocat
facultatem Legatorum Nuntiorum,& aliorũ
ſimilia conceden. Annullat io teſtamẽtorum,
& aliarum diſpoſitionum in contrarium fa-
ctarum,& effectum non ſortitarum,ac ſimiliũ
ab inteſtato ſucceſſionum. Quod ampliatur
inſ.in d.conſtit. Annullat diſpoſitiones alitèr
facien. & pęnas diſponentium ſucceſſores in
beneficijs,bona de quibus alitèr promiſſum
eſſet:recuperare poſſint,& eis non inſiſtenti-
bus idem faciant locum ordinariis pro Sed.
Apoſt. Bona Eccleſiaſtica feudalia non exi-
ſtentibus legitimis ad Eccleſiam deuoluun-
tur,cum decreto irritan.clauſ.derogat. Dat.
Rom.6.Kal.Febr.anno 6. De his facultatibus
hic reuocatis, Pij 4.conſtitut.32. Quo ad le-
gitimationem idem conſt.98. Quo ad ſcript.
Archiuij,Iul.2.& Leo.10.conſt.6.confirmata
ſupra, conſt.93.

Ex debito,etc.) Hic Pontiſ.conſtitut.100.
dederat facultatem Collegio Fabricę S.Petri
applicandi eidem tertiam partem bonorum
recuperandorum. Modo ex cauſis expreſſis
loco dictæ tertiæ partis applicauit Fabricæ
omnes fructus ex illis bonis à cõductoribus,
vel alijs occupatoribus indebitè perceptos,

ſiuè fructus vnius anni percipiendos. Fabricæquè deputatis facultatem concedit componendi, & tranſigendi in caſibus debitis, ita vt qui ſic tranſegerint, amplius moleſtari nequeant. Inhibendo etiam moleſtantes Fabricæ Miniſtros ſuper præmiſſis, cum clauſulis, decreto, exequutorum deputationes, &c. in alijs autem firma vult remanere conſt. 100. & 118.

Quemadmodum, &c.) Card. Borrom. multa ſtatuit pro emendatione Fratrum Humiliatorum. Et hic Pont. alia decreuit pro eorumdem reformatione conſt. 39. Sed tamen flagitioſam vitam retinuerunt, & multos exceſſus commiſerunt. Hieronymuſquè pognana, & quidam alij, ipſius Card. necem procurarunt. Ideò Pont. ordinem eorundem extinguit, priuatquè Generalem, & alios omnibus offic. ac benef. Conuentibus, & bonis. Et fratres profeſſos in locis aſſignandis regularem vitam ducere, aut ad pares, vel ſtrictiores ordines tranſire debere præcipit. Nouitioſquè, & profeſſos omninò expelli mandat. Alioſque ad hunc ordinem recipi, & alia loca acquiri prohibet. Reſeruatquè Sed. Apoſt. beneficia ſæcularia ob huiuſmodi priuationem vacantia, & loca, & bona huius ord. cum decreto, &c. Datum Romæ 7. id. Febr. anno 6. Ampliatur, & declaratur conſt. 137. vide conſt. ſeq.

Quoniam, &c.) præpoſituræ, & alia beneficia, quæ erant Ord. Humiliatorum iam extincti, deputat, & vnit alijs locis. præcipitque locorum Ordinarijs, vt iuxta diuiſionem, & aſſignationem præſcriptam curent, vt omnia ſeruentur etiam per cenſuras, & pęnas Eccl. cum inuocatione ſi opus fuerit brachij ſæcularis, cum decreto, clauſulis, &c. Datum Rom. 6. id. Febr. anno 6.

Muneris, &c.) præcipit omnibus Epiſcopis, vt conficiant inuentarium actorum criminalium quolibet anno, & confectum cuſtodiant Not. manuſcriptum, & morte impediente ſuo Confeſſori manu ſua, & ſigillo munitum, committãt. Qui huiuſmodi actus ſubtraxerit, corruperit, &c. priuat. omnibus dignit. offic. & benefic. cum perpetua inhabilitate ad ea, & ſimilia, &c. Datum Rom. Kal. Mart. anno 6.

Superni, &c.) præcipit, vt recipiatur officium iam emandatum B. Mar. aliaquè officia abolet, niſi, &c. Hortatur omnes non obligatos illa recitare, vt officio iſto reformato vti velint. Officiaq; antiqua inquiſitoribus conſignari mandat Officium verò reformatum mutari non poſſe ſtatuit, illudq; recitantibus indulg. concedit: Prælatis, etiam præcipit, vt illud introducant. Et illud Romæ, tantum imprimi poſſe declarat. cum clauſulis, decreto, &c. Datum Rom. 5. id. Mar. anno 6.

In his extremis, &c.) Imponit ſubſidium 400. mil. ſcutorũ ſuper bonis duodecim Congregationum Religioſ. pro expeditione contra Turcas. Conſtituendo Commiſſarios, & Procuratores. Datum Rom. 14. Kal. April. 1570. anno 6.

Decet, & expedit, &c.) Cõcedit facultatem Superioribus duodecim Congregat nominatarum, vt tali ſubſidio poſſint alienare bona Eccl. per ſe, vel Procuratores ſuos etiam reclamantibus particularibus Abbatibus, ſupplendo defectus pro Procuratoribus Generalibus, qui Romæ adſunt: & ſpeciale mandatum ad hoc non habent, cum decreto, clauſ. &c. Datum Romæ 14. Kal. April. anno 6.

Ad hoc nos Deus, etc.) Reducit ad ius commune litteras Sixti 4. Leo. 10. Pij Quarti, & aliorum Pontif. quæ de iure congrui emiſſæ ſunt, cũ quibuſdam tamen modificationibus, præcipiens iudicibus, ne alio modo iudicent, & ſentent. aliter latæ ſint nullæ. Cum decreto, clauſulis, &c. Datum Romæ 4. Idus April. anno ſexto. Vide Sixti 4. conſtitutio. 11. Leo. 10. conſtitutio. 13. Pij 4. conſtit. 123. Paul. 3. conſt. 68. ſupra conſt. 82. & 139. Greg. conſt. 25.

Cum ſicut etc.) Continet commendationẽ Confraternitatis ſanctiſſimæ Trinitatis de Vrbe. Facultatem Protectoris, & Iudices Archiconfraternitatis cognoſcendi quaſcunque cauſas illius intereſſe concernentes ab aliis iudicibus reaſſumendis Summariaquè, &c. procedendi in Curia, & extra inhibendi. Et ſingulis diebus, præterquam in honorem Dei feriatis procedendi. Notariumquè eius arbitrio in cauſis huiuſmodi deputandi. Mandatarii cuiuſcunquè Vrbis poſſunt exequi citationes, &c. in his cauſis. Exequutores omnes mandata protectoris exequi debeant. cum clauſulis præſeruatiuis, decreto irrit. cum clauſulis derogator. Datum Romæ 12. Kal. April. anno 6.

Sacro, etc.) Hic Pont. fædus contraxit cum Rege Hiſpaniarum, & Venetis cõtra Turcas. Immò reportauit victoriam, vt infra in conſt. 146. & pro impenſis propterea faciendis impoſuit Congregationibus regularibus ſubſidium 400. millium ſcutorum conceſſit etiam eiſdem Congregationibus facultatem alienandi earum bona pro dicta ſumma. Sed poſtea dictæ Congregationes compoſuerunt cum Camera Apoſtolica, de ſoluen. quolibet anno ſcuta 32. millia. Ideò hic Pont. eiſdem Congregationibus imponit dictum annum ſubſidium 32. millium ſcutorũ loco ſubſidiis

400.

400. millium. Erigitquè ſuper ipſo ſubſidio montem Religionis non vacabilem cum emolumentis ad ſeptem cum dimidio pro centenario. Et perſonas etiam Eccleſiaſticas in eo pecunias ponere poſſe declarat. Et obligat omnia bona Sedis, & Cam. Apoſtol. ipſarumquè Congregationum pro ſecuritate dicti Montis. Facultatemquè Montiſtis concedit de locis, & fructibus Montis ad eorum arbitrium. Non tamen ad fauorem illegitimorum de bonis Eccleſiaſticis, ad quod vide etiam inſ. in conſt. 157. ad Romanum. Montis loca, & emolumenta confiſcari non poſsint, cum clauſulis præſeruatiuis, cum decreto irritan. præſidentis depoſitarii, & ſecretarii, & cõputatoris officio Theſaurarii facultatibus, cum clauſ. derog. Datum Rom. 12. Kal. Iun. anno 6. De aliis montibus, vide Sixti 5. conſt. 16. & de augmento montis Relig. conſt. 132. ipſius Sixti.

Paſtoralis, etc.) Tractat de electione, & officio Miniſtri generalis, & aliorum Superiorũ ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruãtia. Decernens qui, & quomodo eligi poſsint in ſuperiores huius ordinis. Miniſter, & commiſſarius, ſiuè procurator generalis non habeant vocem in Capitulo in quo abſoluuntur. Miniſtrorum Prouincialium electio fiat per vota ſecreta. Subornantes in electionibus incurrant pęnas excommunic. latæ ſent. non abſoluendi ab alio, præterquam in mortis articulo, & vocis actiuæ, ac paſsiuę priuationis: eamdẽ incurrant ſubornati, et qui ſubornantem non detulerint officium Miniſtri generalis duret 8. menſes, et proc. 4. nequè eligantur vſquè poſt ann. prouinc. poſsit deindè eligi in aliena Prouincia Diſcret. generalis habeant vocem in Cap. præcedant alios. Lector Theol. qui quatuor curſus abſoluerit actiua, & paſſiua voce, vtatur in Cap. Prouin. Tradit Nouitiorum recipiendorum formam, cum decreto, clauſ. &c. Datum Rom. 1571. ann. 6. vlt. Maij.

Cum ſicut, etc.) Ordinat, quod præpoſiti extincti Ordinis Humiliatorum bireto quadrangulari, denominationequè, & aliis præeminentibus præpoſitalibus, de cętero non vtantur. Locationes per eoſdem præpoſitos, vel alios eiuſdem Ordinis Miniſtros, & Generales, & Procuratores factæ de bonis ipſarum præpoſiturarum nullæ fuerunt à tempore dictæ extinctionis, cum exequutorum deputatione, & facultatibus, cum decreto irritante clauſulis derogatoriis. Datum Romæ 16. Kal. Iun. anno 6. Vide conſt. 127.

Decet, etc.) Societates nominis Dei inſtitutę fuerunt ab ordine Fratrum Prędicatorum: ideò hic Pont. mandat huiuſmodi Societates erigi in Eccleſijs eiuſdem ordinis tantum, ſi ibi exiſtunt, ſin autem in alijs Eccleſijs cum licentia prioris. Confratreſq; aliter admiſſos, indulgentias non conſequi decerni. Et contrauenientes coerceri mandat per conſeruatores eiuſdem ordinis, clauſ. præſeru. decr. irrit. clauſ. derog. Datum Rom. 21. Iun. ann. 6. Confirmatur Gregor. 13. conſt. 82. vide Pij 4. conſt. 105.

Tanta eſt, etc) Hic Pont. ad terminos iuris reduxit, cõſtitutiones Sixti 4. Leo. 10. & Pij 4. quarum vigore vicini tenebantur domus vicinis vendere in certis caſibus. aderat tamen decretum Cameræ Apoſt. quod inquilini domorum vendẽdarum exquiri deberent. Quod decretum valdè reſtringebat dictã reductionem huius Pont. ideò Pont. declarat eius reductionem tollere etiam dictum decretum Cameræ, & illam procedere etiam contra inquilinos, decreto irrit. clauſ. derog. Datum Rom. 5. Non. Iul. ann. 6. Vide conſt. 133.

Romani Pont. etc.) Ordinat, quod Regulares non audiant confeſſiones ſæcularium, niſi ab Ordinariis ſint approbati, decr. irrit. form. publ. quæ mox ſequitur. Datum Rom. 8. id. Aug. anno 6. Vide Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. De reform. Greg. 13. conſtit. 15. ideò reuocatur, quod ſtatutum erat quo ad hoc in conſt. 41.

Romani Pont. etc.) Cõtinet reuocationem acceſſuum, regreſſuum, & coadiutoriarum ad beneficia conceſſarum ſuper quibus litteræ Apoſtol. integraliter expeditæ non fuerunt ordinat, quod Cancellariæ, & Cam. Apoſt. officiales litteras deſuper non expediant, cum decret. irritante, cum clauſ. derog. Datum Romæ prid. id. Septemb. anno 6. Vide Paul. 4. conſt. 36. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 7.

Dudum, etc.) Pius 4. ſtatuit condemnatos in contumaciam infra ſex menſes tantum ad defenſiones admitti, vt in eius conſt. 128. Licet dudum. Hic verò Pont. illum terminum ſex menſium ad annum prorogauit, vt ſupra in conſt. 10. Cum ob innumeras. Et modo declarat huiuſmodi conſtitutiones intelligi debere quo ad ſpontè comparentes tantum. Captos verò infra annum non admitti ad defenſiones, ſed contra eos ſententias legitimis præcedentibus iudiciis ad inquirendum latas exequi debere decernit. decr. irrit. cum clauſ. derog. Datum Romæ, id. Septembr. anno 6.

Ex proximo, etc.) Concilium Lateran. decreuit non recitantes horas Canonicas amittere fructus benef. pro rata omiſſionis offir. Hic Pontif. modo declarat dictam ratam: Vt qui horas, & deſcribe totum vſquè ad Nulli

X 2 ergo.

ergo. Clericos autem penſiones habentes officium Beatæ Mariæ tantummodo recitare debere decernit. Datũ Romæ 12. Kal. Octob. anno 6.

Expoſcit, &c.) Ortæ erant lites inter Epiſc. multos, & Militiam iſtam ſuper iure viſitandi Eccleſias militiæ, & perſonas, quod illi habere prætendebant vigore Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 6. de reformat. Pont. ideò lites omnes extinguit. Declaratquè iuriſdictionem Epiſcoporum, & aliorum ſuperiorum ſuper iure viſitandi, quod ſcilicèt vigore Con. tamquam à Sede Apoſtol. delegati, & in his quæ ad eius curam pertinent, & non aliàs iuriſdictionem habere. Datum Romæ 22. Septembr. anno 6. Vide Greg. 13. conſt. 63. & 69.

Ad hoc, &c.) Hic Pontif. & prædeceſſores conceſſerunt multa priuilegia ord. Prædicatorum, vt habes ſupra in conſt. 15. Dum ad Vrbes. Et etiam Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. circa quartam funeralium, vt in d. c. 38. Exẽptionemquè à contributione pro Seminarijs, & decimis, ac iuriſdictione ordinariorum, vt in d. conſt. 41. & ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate ordinariorum. Nonnulli tamen Epiſcopi, & alij moleſtabant Fratres, & Moniales ſupra præmiſſis. Ideò hic Pont. ad ſe aduocat omnes controuerſias ipſis Fratribus deſuper illatas. Confirmatquè omnia priuilegia eiuſdem Fratribus conceſſa. Declarat etiam eorundem priuilegia, circa prædicationes, quod ſcilicèt in ſuis Eccleſijs admiſſis à ſuis ſuperioribus poſſint prædicare ſine licẽtia Epiſcopi, immò etiam ipſis contradicentibus poſſint ſepelire defunctos in ſuis Eccleſijs, leuando ea de domibus etiam ſine interuentu curati, ſalua tamen etiam portione, (non tamen tempore interd.) quartæ funeralium, de cereis, cum candelis, quę circa funus, & alijs, quæ circa cadauer deferuntur, ſoluere teneantur non de alijs, & vna tantum. Et circa exemptionem à decimis, & cõſtitutionibus. Domos ædificare poſſint abſquè licentia Ordinariorum. Monaſteria ſua, & Moniales ſui ordinis benefic. & loca quomodolibet ab illis pendentia coloni laboratores, & conductores non teneãtur ad decimas, quartas, primitias, &c. Facultatem etiam eiſdem Fratribus, & Monialibus concedit, eligendi quaſcũquè perſonas in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutas in eorum conſeruatores, & iudices, qui hoc munus recuſare non poſſint. Declarat etiam eoſdem Fratres, & alias perſonas eiuſdem Ordin. alibi, quam coram eorum Conſeruatoribus conuenire, nec conueniri poſſe, conſeruatorum iuriſdictio facultates, clauſulis derog. decreto irritan. Datum Romæ 23. Septemb. anno 6. Redigitur ad terminũ Greg. 13. conſt. 15.

Decet, &c.) Continet facultatem Congregationis Caſinenſ. &c. alienandi bona vſquè ad 50. millia ſcuta vltra alias alienandi facultates eiſdem conceſſas, vt ſupr. in conſtit. 127. cum confirmatur Pontificis huiuſmodi alienationum à congregatione facien. contrahẽtes cum dicta congregatione non teneantur probare alienationes huiuſmodi factas fuiſſe vrgente aliqua neceſſitate, vel cauſa. Decreto irrit. Exequutorum deputatio, facultates, cum clauſ. derog. Datum Romæ 5. Octobr. anno 6. vide conſt. 132.

Cum perturbatiſſima, &c.) Hic Pont. fędus cõtraxit cum Rege Hiſpaniarum, ac Venetis, contra Turcas. Victoriamque reportauit. Et modo intendit vlterius contra Turcas procedere ex cauſis hic expreſſis, & propterea pecunias inquirere. Et ideò erigit Montem Sacri Fœderis vacabilem ſcutorum 200. millium. Et montiſtis auctoritatem concedit erigendi Collegium cum facultatibus. Montiq; aſſignat annuum redditum 21. millium ſcutorum. Exemptioneſque à decimis impoſitionibus, & oneribus pro quantacunquè re impoſitis à Summo Pontif. & aliis concedit. Montis emolumenta ad decem cum dimidio eſſe declarat. Obligat etiam omnia bona Sedis, & Cameræ Apoſtol. pro aſſecuratione montis. Loca montis, & emolumenta non confiſcari decernit. Nec ſequeſtrari poſſe declarat. Reſignatque poſſe ſtatuit in manibus præſidentis priuilegiaquè aliorum montium vacabilium, huic monti concedit, quas vide in conſt. 16. Sixti V. depoſitarii deputatio ſecretarii deputatio. Facultas Præſidentis Cameræ concedit loca vacantia per obitum, & reſignationem. Indultum quod loca ponentem, pecunias in hac prima creatione montis obitum non vacent per triginta menſes, cum clauſ. derog. Datum Rom. 16. Kal. Ian. ann. 6.

Licet iuri, &c.) Decernit, quod appellationes cauſæ in criminalibus infra ſex menſes expedire debeant, alioquin iudex à quo exequi poteſt tradi faciant, acta appellantibus. Cum clauſ. derogatoris.

Venerabilibus, &c.) Hic Pont. Fędus contraxit cum Rege Hiſpaniarum, & Venetis cõtra Turcas, vt ſupra prox. in conſtit. 147. Et propterea magnas fecit expenſas, vt ibidem, & in conſtitut. 135. Nunc autem pro vlteriori proſequutione Turcarum pecunias exquirit, & ideo deputat Cardin. ad alienandum infra annum cenſus, &c. impoſitos ſuper bonis Eccleſiaſticis Italiæ, non tamen ſuper caſtris, & fortalitiis. Bona hic liberata, & affrancata

gau-

gaudere poſſunt priuilegiis hic expreſſis arbitrio ipſorum deputatorum. Affrancationes faciendæ ex nunc ab iſto Pont.cõfirmantur. Et de bonis affrancandis liberè diſponi poſſe côceditur,prout de bonis prophanis clauſulis præſeruatiuis,cum decreto itnt. Recõpenſa detur locis pijs, quorum bona alienabuntur. Recompenſa aſſignanda obligata remaneat pro euictione bonorum affrancatorum. Affrancationes faciendæ validæ remaneant,etiam ſi recompenſæ euincantur. Affrancantes non teneantur probare pecunias erogatas fuiſſe, ac verſas in vtilitatem Sedis Apoſt.cum clauſ.derog.Datum Rom.3.Non. Decemb.anno 6.Greg.13.conſt.59.Clem.7. conſt.18.

Et ſi Romani,&c.) Iure ciuili cauetur iudices,& alios iuſtitię miniſtros ſine quoquam ſuffragio debere, vt in Auth. vt iudices, &c. Hic autem Pont.pęnas omnes in tranſgreſſoreſquè inflictas innouat. Immò addit pęnas confiſcationis omnium bonorum degradationis, & amiſſionis omnium graduum,ac dignitatum ſæcul. & Eccleſiaſticarum, ac demum, vltimi ſupplicij, procurantibus,vel obtinentibus mediante pecunia dignitates,officia,&c. Et exequutionem ignorantiæ non admitti decernit. Soluentibuſq; aliquid ex cauſa manutentionis officiorum iam obtentorũ eaſdem pęnas infligit. Promiſſioneſquè deſuper factas anullat, cum clauſ. decret.&c. Datum Romæ Non. Decembr.anno 6. Ampliatur conſt.154.

Dum mentes,&c.) Continet facultatem Cardin.de S.Cruce,& Aldobrand & Gubernat.Vrbis,ac Theſaurarij General.abſoluendi bannitus. Ordinatquè quod Officiales non moleſtent ſic abſolutos cum clauſulis,decreto,&c. Dat.Rom.Non.Decemb.ann.6. Vide aliam ſimilem,num.117.& Gregor.13.conſt. 102.

Poſtquam nuper,&c.)Pont.iſte cum Philipp.Rege Hiſp.& Repub.Venet.bellum fecit contra Turcas, & victoriam reportauit, & ex claſſe Turcarum captiui multi effecti ſunt: ideò Pont.modo prohibet captiuos huiuſmodi relaxari durante bello, & mandat officialibus notificari officialeſquè ſibi nunciare debere decernit. Et contrauenientibus pęnas excomm. latæ ſent. amiſſionis omnium feudorum,Dominiorũ,ac læſæ Maieſt.imponit. Cum exequutorum deputatione, & facultatibus,decreto,clauſulis,&c.Dat.Rom.12.Kal. Ian.ann.6.

In eam,&c.) Damnat omnia cambia ficta,& ficta,& quo ad cambia realia præcipit, ne quiſquam audeat paciſci de certo, & terminato intereſſe,neque aliter,quam pro primis nundinis,vel pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere cambia poſſint,aliter incurrant pęnas vſurarum:necq; exerceantur Monopolia, cum decret. &c. Datum Romæ Kal.Febr.anno 6. Vide Pij 4. conſtit.84. Greg.13.conſt.57.

Quoniam pro paterna,&c.) Hic Pont.fœdus contraxit cum Rege Hiſp.ac Venet. cõtra Turcas, & victoriam reportauit conſtit. 142. Et modo dat facultatem duobus Cardinalibus, & alijs deputatis ad ſoluendum delinquentes, qui contra Turcas militare, aut militantibus ſtipendia ſubminiſtrare voluerint, cum clauſ.&c. Dat.Rom. 3.Kal. Febr. ann.7. Vide indulg.conſt.159.

Cum nuper,&c.) Declarat,quod conſtit. 151.ligat etiam recipientes pecunias pro impetratura officiorum, & mediatores, cum decreto,clauſ. Dat.prid.Id.Febr.anno 7.

Cum vices,&c.) Extendit conſt.65. Pij 4. vt non ſolum intelligatur de archibuſettis, ſed etiam de pugionibus,cultellis,&c.quando ſunt breuioris menſuræ duorum palmorum. Eaſdemquè pęnas imponit:inhibetquè officialibus, ne deſuper licentias concedant, cum decr.&c. Datum prid.Id.Febr.ann.7.

Ad Romanum,etc.)Pius 4.conſt.86.anullauit legitimationes de naturalibus ſpurijs factas in præiudicium vocatorum ex teſtamento, dummodo non ſint ſortitæ effectum. Reuocauitquè facultatem legitimandi, &c. Hic Pont.conſt.120.reuocauit facultates teſtaudi,& diſponendi de acquiſitis ex bonis,& redditibus Eccl. & alijs rebus in fauorem illegitimorum,non tamen Hoſpitalibus expoſitorũm,& orphanorum. Reuocauit etiam facultates conceſſas Legatis,Nuncijs,&c.hoc faciendi,& teſtamenta,& diſpoſitiones in cõtrarium factas nondum effectum ſortitas: prohibuit etiam modo aliquo diſponi, aut etiam cum alijs contrahi ad effectum, vt aliquid ad illegitimos perueniat.Modo autem declarat eandem conſtit.procedere, etiam quo ad bona patrimonialia, cum decr.clauſ. &c. Datum 5.Martij 1572.anno 7.

Cum præſenti, etc.) Hortatur omnes, vt ſubueniant Hoſpitali infirmorum erecto pro claſſe Chriſtiana. Deputat exequutores,& collectorem eleemoſynatum,cum clauſ.&c. Dat.12.Mar.1572.ann.7.Vide Greg.conſt.4. qui finito bello eleemoſ. applicauit Hoſpit. conſt.16.

Cum nos,etc.) Hortatur omnes Chriſti fideles,vt bellum contra Turcas initum perſonis, ac facultatibus adiuuent, pleniſſimamq; peccatorum indulg. concedit.Et ſuper ſeſſoriam

riam in eorum cauſis, & liberat ab vſurarum ſolutione, cum clauſ.&c. Datum Romæ 22. Mart. anno 7.

Romani, etc.) Imperat. l. 1. C de libell. famoſ. impoſuerat pęnam capitis componentibus libellos famoſos. Et Sacri Can. eoſdem flagellari, & excommunicari decreuerunt 5. q. 1. c. Cui in alterius. Et hic Pontif. eaſdem pęnas confirmat, & extendit ad ſcribentes literas nuncupatas d'auuiſi. continentes conuicia, iniurias, &c. & futurns ſucceſſus, dictantes, exemplantes, detinentes, &c. Sed vult quod ſtatim cum ad manus alicuius deuenerint, igni tradant, vel alio modo conſumant, vel conſignent, ſub iiſdem pęnis, & aliis, &c. cum decret., clauſ.&c. Datum 16. Kal. Aptil. anno 7. Vide Greg. 13. conſt. 7.

161 *Ex debito, etc.)* Præcipit vt Ord. Confraternitatem Doctrinæ Chriſtianæ erigant in eorum Dięceſibus: indulg. concedit tàm doctrinam docentibus, quàm percipientibus. Datum 6. Octobr. anno 6. Vide Gregor. 13. conſt. 11.

162 *Ad Paſtoralis, etc.)* Hic Pont. volens pecuniarum præſidium dare Regi Francorum, reducit emolumenta Montis Iulij, ad decem pro centenario, cum clauſul.&c. Regiſtrata die 7. Martij 1569. Sixti 4. conſt. 16.

163 *Cum ſicut accepimus, etc.)* Hic Pontif. auocauit ad ſe omnes cauſas confidentiarum beneficialium, & earum cognitionem ſibi, & ſucceſſoribus reſeruauit conſt. 52. Modo autem ad eaſdem cauſas audiendas, vſquè ad definitiuam ſentent. excluſiuè Honophrium Canathenum delegat. & Andream de Graſſis Notarium deputatum confirmat, cum facultatibus, &c. decreto, &c. Datum. Deinde.

164 *Cum aliàs, etc.)* Extendit facultates deſuper conceſſas Honophrio, & Andreæ ad terminandum coniunctim eaſdem cauſas, vſque ad ſent. diffinitiuam incluſiuè, non tamen contra Card. Patriarchas, Archiepiſc. & Epiſcop. cum clauſ.&c. Datum, &c.

165 *Volumus vt omnes, etc.)* Determinat, quod eleemoſynæ pro carceratis in Vrbe colligendæ exponantur pro ſoluendis debitis pauperum carceratorum. Et quod pro debito more ciuili, & infra ſeptem aureos nullus carceri mancipetur.

166. *Sanctiſſimus, &c.)* Continet reſeruationem benef. vacantium Epiſcopali Sede vacante, ſi ſecus factum fuerit irritum ſit, atque nullum. Publicata 9. Mart. 1567. anno 3.

167 *Cogit nos, &c.)* Continet formam obſeruandam in confectione, & expeditione litter. Apoſtol. ſuper gratijs in reſignatione benefic. cum decret. clauſ.&c.

168 *Cupientes litium, &c.)* Continet facultates iudicum Curiæ Capitolij reſtituendi in integrum litigantes ad fatalia decurſa à die Sedis vacantis Pij 4. vſque ad diem coronationis huius Pont. cum clauſ.&c. Similem habes Iul. 3. conſt. 23. Greg. 13. conſt. 17.

169 *Sanctiſſimus, &c.)* Continet reſeruationem menſium Apoſtolicorum, & alternatiuā pro Epiſcopis reſidentibus. Public. anno primo. Similem habet Gregor. 13. conſt. 16. priuil. Epiſcop. Reſident. Pij Quarti, conſt. 17.

170 *Sanctiſſimus, &c.)* Continet reſeruationem menſium, &c. & alternatiuam. &c. public. anno 6. vide conſt. præced. & 166.

171 *Et ſi ea quæ, etc.)* Declarat, quod impoſitiones pro fortificationibus locorũ S. R. E. ab omnibus ſolui debeant, & nullus excuſare ſe valeat aliquo quęſito colore: Deputat exequutores, cum clauſ.&c.

Cum fæl. record. etc.) Pius 4. conſtitur. 47. Deputauerat quoſdam Cardin. Inquiſitores Generales. Hic verò Pontif. alios deputat, declarando, quod maior pars eorundem in Cõgregatione conuenientium quicquid facit, valeat, ac ſi omnes interueneriut, cum decreto, clauſ.&c.

173 *Cum vrbes, etc.)* Cõtinet deputationem quatuor Cardin. vnius clerici de Cam. ac Magiſtrorum viarum. Et duorum deputatorum à Pop. Rom. De quibus Pii 4 conſt. 156. Cum facultate faciendi omnia, quę ſibi videbuntur vtilia, ac neceſſaria ſuper vias publicas, Vrbis flumina, ac portus Tiberis, deputandique Miniſtros; ac exequutores, procedendique manu regia, & via exequutiua omni appellatione remota. Et cum clauſ.&c. decr.&c. Statuta Vrbis conſtitut. 39. Deputatorum facult. circa fontes, conſtitut. 14. Magiſt. & Camer. ſuper iure congrui, Greg. 13. conſt. 25.

174 *Cum noſtra, &c.)* Pius 4. cuius conſtit. hic non adeſt, iuſſit ædificari in oris maritimis Vrbis turres pro ſecuritate nauigantium. Hic Pontif. idem fieri expenſis Dominorum locorum, ac conuicinorum. Et aliam turrim fabricari mandat in ore Tiberis pro ſecuritate ingreſſus, & egreſſus barcarum. Fabricæq; dictæ turris applicat emolumenta ſolui ſolita Caſtellano Oſtiæ. Emolumenta etiam tractæ, ſiue tiratæ nauium, ſeu barcarum applicat eidem: ponteſque à Dominis locorum Tiberi vicinorum fieri, & viam accommodari mandat. Deputat etiam cuſtodem eiuſdem Turris cum facultate effodiendi lapides, & faciendi lignamina in locis conuicinis pro conſtructione, & manutentione illius. Deputat exequutores, apponit clauſul.&c. Regiſtrata in lib. Canc. 9. Maij 1567.

175 *Cum aliȷ́s,etc.*) Pius 4.cuius conſtitutio non adeſt, decreuit Montem farinæ, nec extingui,nec alterari,neque ab adminiſtratione admoueri poſſe. Montiſtas,& fructus montis ad ſeptem cum dimidio taxauit. Hic verò Pont.ad effectum extinguendi dictam gabellam,concedit Populo Roman.adminiſtrationem dicti montis, & fructus illius reducit ad ſeptem pro centenario. Formamque extinguendi tradit,cum decr.clauſ.&c. Hanc gabellam duorum carlenorum pro molitura cuiuslibet rubei farinæ impoſuit Iul.3.montē verò extinxit, Greg.13.conſt.86.

176 *Nuper certis,&c.*) Continet declarationem facultatum Correctoris, & Procuratorū litterarum contradictoriarum : cuius officij reformatio continetur in Pij 4.conſt.75.Pij 5. conſt.105.

177 *Sanctiſſimus;&c.*) Continet prorogationem expeditionis litterarum Apoſtolicarum, quo ad conceſſa per fel.record. Paul.4. ad alios ſex menſes.publicata 16.Iul.anno 1.

178 *Sanctiſſimus,&c.*) Continet aliam prorogationem ad alios ſex menſes. publicata 6.Februar. ann.2.

179 *Apoſtolica Sedis,&c.*) Confirmat Pont. conſtitutiones prædeceſſorum circa materiā annatarum ſupplendo omnes defectus.Et declarando, quod monaſteria, quorum fructus in libro Cam.Apoſtol. taxati reperiuntur, vt quæcunque beneficia perpetuò vnita de cętero non vacantia quindennium,& alia iura ſoluere teneantur. Ideò habentes dicta beneficia debeant ſe obligare ad ſolutionem quindenniorum,& aliorum iurium. Apponit decretum irrit. Et quod iudex cauſarum, &c. procedat iuxta formam huius conſtitutionis. Et Capitula Eccleſiarum Cathedralium iudicare debeant beneficia,quæ poſſident,& titulum poſſeſſionis, ac annuos valores, cum clauſulis.&c. Vide Pauli 4.conſt.40.& 43.

Sanctiſſimus,&c.)Iubet omnibus,vt obediant Inquiſitoribus generalibus. Hortaturq; Reges,ac Principes,vt faueant Ordinariis. Et quod carcerati pro aliis delictis, ſi de hæreſi inquiruntur, tranſmittantur ad Inquiſitores, vide Pii 4.conſt.69.& 90.

181 *Romani Pont.&c.*) Confirmat conſtit. 138. Pii 4.extenditque illam ad quodcunque genus graſſiæ,ſtatuitque,quod licentiam habentes,eis vti non poſſint abſque Camerarii patentibus litteris, cum clauſul. &c. Vide Greg.13.conſt.53.

182 *Poſtquam fauente,&c.*) Pont.deputauerat Reformatores officii Reu.Cam.Apoſt. Et dedit reformationem Procuratorum; conſt.81.& Pęnitentiariæ,conſt.87.& contradictoriarum,conſt.103. Et Aud.Cam. conſt. 119.Modo deputat eoſdem ſuper exequutione dictarum reformationum,cum facultatib. decr. clauſ.&c.

Cum alids,etc.)Pius 4.conſt.123.facultatē dedit Audit. Cam.procedendi contra non reſidētes.Hic autem Pont.dictam facultatem confirmat. De horum pęnis,vide Pii 4.conſt. 17.

184 *Sanctiſſimus,etc.*) Continet reuocationem facultatum Nūtiorum Apoſtolicorum, & Legatorum in quibuſcunque Regnis,Prouinc.&c.per quoſcunque Rom.Pont. ac Sed. Apoſt. & cōciſtorialiter creatorum, & deputatorum ſub quibuſcūq; tenoribus,& formis. Motu etiam proprio,& quibuſuis vrgentiſſimis de cauſis : quicquid prætextu facultatum reuocatarum fecerint, ſit irritum, & inane, &c.publicata anno 1.

185 *Cum ſicut accepimus,etc.*)Pius 4.conſt. 133. ſtatuit non recipi appellationes,&c.in cauſis criminalibus,niſi prius facto depoſito. Hic autem Pontifex declarat illas recip.poſſe data cautione in forma depoſiti,ſi pars nō ſit diues. Confeſſoſque appellare non poſſe decernit,cum decreto, clauſ.&c. Vide Pij 4. conſt.71.& 84. & 123.ſup.conſt.148.

186 *Cum ſicut,etc.*)Paul.3.cuius conſtitutio hic non adeſt. erexit Collegium quadraginta Proxenetarum Ripę,cum ordinationibus eorum exercitio neceſſariis: Pius 4.Extinxit poſtea dictum Collegium, & aliud nouum erexit,quorum officia ſingula vacabilia excepto ptimo eſſe voluit.hic autem Pontifex remouet nouos iſtos ab officiis,& ea cum priuilegiis iterum concedit antiquis erectis à Paulo 3.Subſtituens nouos in locum demortuorum abſque facultate exequendi officia per ſubſtitutos. Quod Proxenetæ de cętero admittendi abſque alio miniſterio patentes litteras Cameræ obtineant ſolutis ſcutis 25. & Cameræ ducat.ſex habita probatione Collegii. Reſignare poſſint officia quandocunque, & coram quocunque collationes ſpectent ad Camerarium.Statuta per Collegium facta,& Cameram ex nunc confirmantur.Proxenetici exactio interdicatur officialibus dohanarū Ripæ,& alijs.

Erigitque montem non vacabilem ſuper emolumentis maſſæ Collegii Proxenetarum Ripæ pro ſcutis viginti ſex millium, & quingentorum.

Montiſtis aſſignantur ſcuta ſeptē pro centenario ſoluenda quolibet bimeſtri pro rata de ſcutis 1820. dictæ maſſæ.

De dicta ſumma ſcutorum 26500. reſtituantur Proxenetis, vt ſupra, remotis ſcutis

viginti

viginti mille, & reſiduũ extrahatur pro ſubuẽtione Sedis Apoſtolicæ. Montiſtæ, & proxenetæ non teneantur vnquam probare, tales pecunias verſas eſſe in vtilitatem Sedis, vel Cameræ Apoſtolicæ.

Montiſtis, & eorum hæredibus conceduntur priuilegia conceſſa Montiſtis, & Collegio Montis Farinæ Vrbis.

Proxenetarum Collegiũ debeat quolibet anno partem montis extinguere, modo, &c. Quo extincto omnia emolumenta remaneãt libera pro ipſis proxenetis, pro aſſecuratione Montiſtarum in caſu quo impedirẽtur quolibet anno in exactione, obligat omnia bona Cam. Apoſtol. cum clauſ. &c. Deputatur executor Camerarius, cum facultatibus, &c. Datum Rom. prid. Non. Mart. ann. 4. De proxenetis, Paul. 3. conſt. 56. Pij 4. conſt. 59.

Sanctiſſimus, &c.) Continet formam publicandi reſignationes, & iurium ceſſiones à die datæ ſupplicationis, non autem præſtiti conſenſus intra ſex menſes. Et formam cedẽdi conſenſus reſignantis, vel cedentis, reſignationes, & ceſſiones, & conſenſuum extenſiones aliter publicatæ, vel factæ nullæ ſint. Et quod hæc conſlit. procedat etiam in beneficijs cõciſtorialibus, cum decreto, &c. public. 2. Septembr. anno 3.

188 *Sanctiſſimus, &c.*) præcipit, quod excõmunicationes expediantur ad inſtantiam eorum, quorum ciuiliter intereſt. Quod ſpecificentur res deperditæ. Quod committatur ordinarijs, vel eorum Vicarijs, cum decreto, &c. public. 27. Iun anno 5. vide Paul. 3. conſt. 67. Conç. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform.

189 *Cum ſicut, &c.*) Cõtinet declarationem facultatum Viſitatorum circa relaxationes carceratorum ex cauſa criminali. Et quod iudices cauſarum non concedant mandata relaxandi carceratos vigore ordinationis viſitatorum, contra tenorem iſtius conſtit. cum clauſulis, &c. public. 29. Iul anno 3. conſonat Paul. 4. conſt. 50.

190 *Accepimus, &c.*) Cardinalis de Capranica inſtituit Collegium Capranicenſe pro ſtudentibus in Vrbe: & Cardin. Nardinus Collegium Nardinum, & eorum Gubernatores deputandi Cuſtodes Sanct. Saluatoris. Scholares antem dictorum Gubernatorum iuriſdictiones euitare tentabant. Ideo Pau. 3. declarauit dictos Gubernatores eſſe iudices ordinarios eiuſdem. Et quod ſcholares non ſuſtinentes concluſiones, iuxta Collegij ſtatuta expellerentur. Paul. 4. prædicta omnia confirmauit. hic Pont. ſimiliter eaſdem confirmat. Armorumque vſum, & retentionem ipſis ſcholaribus interdicit. Ludum quoque alearum, & taxillorum prohibet. Habitumq; & Capucium eos geſtare debere præcipit. Et Logicæ, Philoſophiæ, & iuri ciuili, operam dare poſſe declarat. Licentiaſq; à Pio Quarto conceſſas reuocat. Conſtitutioneſq; Collegium circa promotionem ad ſacros Ordines declarat. Exequutores deputat ipſos Generales. Apponitque clauſ. atque decretum irrit. De priuilegijs Doctorum, atque Scholar. Vrbis. Vide Bonif. 8. conſt. 2. cum ibi adnotatis.

191 *Aequum cenſemus, &c.*) Confratres Societatis Miſericordiæ de Vrbe petierunt à Pio 4. facultatem celebrare faciendi Miſſam ab eorum Cappellano ante diem. Et adminiſtrandi etiam ante diem Euchar. morituris, & ſimiliter carceratis, Pont. igitur concedit quod petunt. Et addit facultatem abſoluendi quoſcunque condemnatos à quibuſcunq; peccatis reſeruatis etiam in Bulla Cœnæ Domini. Et indulgentiam plenariam eiſdem cõcedendi. Hic verò Pont. eandem conceſſionem Pij 4. valere decernit perindè ac ſi litteræ tunc deſuper expeditæ fuerint. Dat. 17. Ian. 1566. anno 1. De erectione huiuſmodi Confrat. vide conſt. ſeq.

192 *Cum ſicut, &c.*) Innoc. 8. Erexit ſocietatem Miſericordiæ in Vrbe, cum facultate habendi Cappellanum, qui adminiſtraret ſacramenta. Et confortaret condemnatos. Cõfeſſorem eligerent cum facultate commutãdi vota, & concedendi Confratribus indulg. Cauſas ciuiles Societatis Aud. Cam. cognoſcendas tantum commiſit. Et conſequi poſſe voluit bona relicta. Leo. 10. omnia approbauit, & addidit, Confratres cogi non poſſe ad recipiendum in ſocietatem eos, qui non ſunt nationis Florentinæ, indulgentiaſque conceſſit. Clem. 7. præmiſſa confirmauit. Cappellano dedit facultatem miniſtrandi ſacram Euchariſtiam in die Reſurrect. & dicẽdi Miſſam condemnatis ante diem. Indulgentiaſq; conceſſit viſitantib. d. Eccleſiam. Et Confratribus dedit authoritatem conſequendi legata à condemnatis relicta, & eorum veſtimenta. Paul. 3. prædicta omnia approbauit; & Confratrum facultates conſequendi legata ab ipſis condemnatis relicta ampliauit. authoritatemque conceſſit liberandi vnum condemnatum. Iul. 3. prædicta approbauit, Confratrumque facultates conſequendi bona condemnatorum ampliauit, Pius 4. prædicta omnia etiam confirmauit. Confratribuſque dedit facultatem celebrare faciendi in eorum domibus durante infirmitate. Hic Pont. modo confirmat prædicta omnia priuilegia, gratias, & indulgentias, & defectus ſupplet,

pler, cum clauſ.&c. Et declaratione, quod d. Confraternitas teneatur Summo Pontifici denominare condemnatum, quem vult liberare,&c.Reuocauit Pius 4.conſt.116.

193 *Cum ſicut,&c.*)Imponit pęnas duorum millium ducatorum, & alias contra illos, qui aſſignant milites in monaſterijs, & alijs pijs locis,& contra Capitaneos,& alios diſtribuētes ibidem Milites,& Gubernatores locorū, & alios officiales hoc fieri permittentes,cum exequutorum deputatione, decr.clauſul.&c. Vide pro Mendicantibus,conſt.14.

194 *Reuer.DD.Viſitat.&c.*) Continet facultatem Viſitatorum carcerum Vrbis. Quod Statuta obſeruare debeant. Vide Paul.3.cōſt. 62. Dilationes concedendæ Iul.3. conſt.53. & conſt.8. Viſitationes quando fieri debeant. Paul.3. c.62.

195 *Accepimus multos,&c.*) Præcipit,quod miſerabiles perſonæ in cauſis diſcuſſionum præferantur pro ſumma ducatorum triginta, cum decret.&c. Viſit.carcerum,ſup.cōſt.189.

1 GREGORIVS XIII. *Inter cętera, &c.* Confirmat Pij 5.conſt.35. Qua prohibuerat nō alienari,aut infeudari loca S.R.E. Datum Romæ 6.Kal.Iun. anno 1.

2 *Omni certè &c.*)Prohibet ſub pęna excom. latæ ſentent. ne quis Agnus Dei pingat, vel venales proponat. Quos & ab Ordinarijs locorum alijs pęnis puniri mandat, cum clauſ. &c 8.Kal.Iun. ann.1.

3 *Et ſi in craſtinum, &c.*) Reualidat decimas,& ſubſidia à Pio 5.impoſita, cum decr. clauſ.&c.Idib.Iunij anno 1.Vide Pij 5.conſt. 108.131.infrà. conſt.31.

4 *Cum ſicut, &c.*) Hortatur omnes fideles ad ſubueniendum Hoſpitali Corcirenſi, vbi infirmi claſſis Chriſtianæ recipiebantur, durante bello contra Turcas.Deputat exequutores,& collectores eleemoſynarum.17.Iun. anno 1. Vide Pij 5.conſt.153.

5 *Sanctiſſimus in Chriſto,&c.*)Prorogat expeditiones Pij 4. 8.Nouembr. anno primo. Idem Pii 5.conſtit.172.178. prorog.expedit. Pii 4.

6 *Sanctiſſimus in Chriſto,&c.*)Continet reſeruationem menſium Apoſt. cum alternatiua pro Epiſcopis reſidentib. 26. Ian.ann.1. Vide Pij 5.conſt.164.169.Sixti 5.conſt.

7 *Ea eſt rerum, &c.*) Prohibet ne quis audeat commentarios conficere(vulgo Reporti)neuè ab aliis confectos recipere, deſcribere,ſpargere, aut ad alios mittere ſub pęna perpetuæ ignominiæ. Et deputationis ad triremes ſine ſpe veniæ. Idem qui recepta non conſignauerint Vrbis Gubernatori. Kal. Septemb.anno 1. Vide Pij 5.conſt.160.

8 *Inter nonas,&c.*) Continet vectigalium impoſitionem cum deputatione Theſaurarij,& facultate deſcribendi blada,& coercendi contrauenientes:& quod officiales contra ſtatuta Eccleſiaſtica non intromittant ſe in præmiſſis. Sed requiſiti aſſiſtant,& Theſaur. & eius Miniſtris cum decreto,clauſ.&c.Kal. Septembr.anno primo, De prohibitione extrahendi blada, conſt.53.

9 *Dum ad vrbes,&c.*)Datur facultas fratribus S.Auguſt. & Monialibus, bona etiam ſtabilia alienandi,& in emphyteuſim concedēdi dummodo id fiat in vtilitatem Monaſt. & de conſenſu duarum partium,ac Prioris Generalis, Quarè,& confirmat alienationes faciendas,cum deputatione exequutorum, irritan.clauſulis,&c.Datum Romæ 5.Septemb. anno primo.De eorum priuil.conſt.14.Exēptio Monial. à Congreg.Lombard. conſt.61.

10 *Vt peſtiferarum,&c.*)Index lib.prohibitorum confectus per patres Conc.Trid.confirmatus fuit à Pio 4.conſt.103.Hic autem Pont.ad recognoſcendum,& declarandum talem iudicem, & expurgandos lib.prohibitos deputat quinque Card. cum facultatib. &c.clauſul.&c.Idus Sept.anno 1.Alia expurgatio facta eſt ordine Clemen.8.conſt.ſacroſanctum.17.Octobr.1595.anno 4.

11 *Illius qui,&c.*) Ampliat indulg.Confratribus Doctrinæ Chriſtianæ cōceſſas à Pio 5. conſt.156.21.Octob.ann.1.

12 *Sanctiſſimus, &c.*) Concedit omnibus Chriſti fidelibus ingredientibus confraternit. Doctr.Chriſtianæ 10.ann.indulg.& aliàs,&c.

13 *De ſacris,etc.*)Applicat Monialibus clauſuram ſeruantibus medietatem eleemoſynarum pro Chriſti pauperum victu, & veſtitu deſtinatarum, & erogandarum. Ordinans quod ordinarii locorum exigant,& applicēt, & diſtribuant huiuſmodi eleemoſynas. Conſanguineoſq; Monialium,& alios hortentur, vt eiſdem Monialibus charitatiuè ſubueniant etiam declarando conſt. Pii V. ordinat, vt Ordinarii Conuerſas compellant ſub clauſura viuere,& nolentes habitu priuent. Et non recipiantur Conuerſæ amplius extra Monaſterium degentes.Quod nullis etiam Tertiariis liceat habere oſtium per quod poſſint à Monaſterio Eccleſ. ingredi, in quam ingrediuntur ſæculares.Quod Domini temporales faueant in præmiſſis, ordinariis.Faciant hanc conſt.publicare,cum decreto,clauſ.&c. Datum Rom.3.Kal.Ian.anno 1. Conc.Trid.ſeſſ. 25.De regul.Pii 5.conſt.9.& 23.

14 *Si præſentia,etc.*)Augumentum vectigalis quattreni carnis reducit ad ſcuta 300.mil. Et ſimul cum ſubſidio triennali, ac eodem

modo exigi mandat. in communitatibus, & particulares perſonas dicta immunitate gaudere decernit, cum decreto, &c. Kal. Febr. anno primo. Vide Iul. 3. conſt. 31. & nota quod gabellæ carnis ſumtam pro lib. 50. impoſuit Pius 5. pro bello contra Turcas, ſed eius côſt. non adeſt.

15 *In tantarum, etc.*) Omnia quæ à Pio V. diuerſis côſtit. decreta ſunt, reducit hic Pont. ad terminos iur. conſt. & Concil. Trident. dubiorumque futurorum declarationes Sedi Apoſt. reſeruat, cum decreto clauſ. &c. Kal. Mar. anno 1. Vide Pij 5. conſt. 41. 50. 155.

16 *Cum dilecti etc.*) Eleemoſynæ collectæ pro Hoſpital. Corcirenſi finito bello applicat hoſpital. Hieroſolymit. deputando collectorem, cum clauſulis, &c. 11. April. anno 1.

17 *Cupientes litium etc.*) Concedit facultatem iudicibus Cur. Capit. reſtituendi in integrum litigantes ad fatalia decurſa à die Sed. vacant. Pij V. vſque ad diem coronationis ſuæ, &c. cum clauſ. &c. Vide Iul. 3. conſtit. 23. Pij 5. conſt. 168.

18 *Et ſi ſumma, etc.*) Statutum Vrbis antiquum, lib. 1. cap. 22. & l. 4. cap. 3. &c diſponebat ſyndicos, & capitol. iudices eligendos poſt exitum officialium, & ſyndicis nullum conſtituebat ſalarium. contrarium tamen ſæpè obſeruabatur, ideò Pont. huiuſmodi obſeruantias anoullat, ſyndicoſque duos abſq; ſalario eligi iubet, poſtquam iudicum officia vacauerint. Quod habetur in nouo cum decreto, clauſulis, &c. & ſtatuta confirmat côſt. 65.

19 *Poſtquam Deo, etc.*) Iul. 3. erexit in vrbe Collegium Germanicum, ſed quaſi deſtitutũ remanſit, ideò Pont. iſte de nouo illud erigit, & pro illius ſuſtentatione applicat annuos duc. 10. mil. at eius gubernationem concedit Presbyter. Societ. IESV. Exemptionem à decimis, & gabellis. quod melius declarat côſt. 26. priuilegia quoque ſtudij Vrbis, eiuſque Doctoribus, & officialibus, inhibetquè omnibus officialibus ne dictum collegium deſuper moleſtent, Regentibus, & Superioribus collegij dat facultatem, vt vnà cum protectoribus poſſint ad gradus ſæculares promoueri. Deputatq; protectorem cum facultatibus, clauſulis, indulg. &c. 8. Id. Auguſt. anno 2.

20 *Et ratio, etc.*) Mandat conſt. 62. Pij 4. de franchitijs omninò, & inuiolabiliter obſeruari ſub pęnis, vt in illa. Datu Non. Septemb. ann. 2. Vide Iul. 3. conſt. 26.

21 *Muneris noſtri, etc.*) Confirmat omnes prohibitiones applicatas contra aſportantes Alumina infidelium ad partes Chriſtianorũ, eorum complices, & fautores editas, cum clauſ. &c. Idib. Septemb. anno 4. Vide Paul. 3. conſt. 51.

22 *Dominus, ac Redemptor, etc.*) Continet indictionem magni Iubilæi pro viſitantibus eccleſias deputatas in toto anno 1575. Datũ 6. Id. Maij, ann. 2. Vide Paul. 2. conſt. 10. cum ibi notatis, intrà conſtit. 29. & 33. pro Anglis impeditis. Vide Paul. 2. conſt. 10. cum ibi adnotatis.

23 *Superna diſpoſitione, etc.*) Pius 4. ex clauſulis confirmauit antiqua priuilegia ord. Ciſtercienſ. & alia deſuper ſtatuit conſtit. 96. Pius 5. eadem confirmauit, & alia adiecit conſt. quæ hic non eſt, Pont. iſte omnia confirmat, & ampliat, ita quod Abbas, & cęteri eiuſdem ordin. ſuperiores poſſint iuxtà illius inſtituta viſitare quæcunque Monaſteria, & loca non obſtantibus quibuſcunque exemptionibus, vide d. conſt. Pij 4. Indulta Apoſt. Epiſc. et alijs conceſſa viſitandi eadem loca limitantur, ita vt Abbas præfatus, et ſuperiores illa etiam viſitare poſſint.

Inhibetque Epiſcopis, et alijs ne impediãt illos in viſitationibus. Monachi, et Moniales omnes admittant Abbates, et alios ſuperiores viſitantes ſub pęnis excommun. Confirmat quaſcumquè gratias, et exemptiones ipſius ordinis, atquè ſtatuta, ordinatquè, quòd in Monaſterijs commendatitijs alijs perſonis quam ipſius ord. inſtitui debeat menſa conuentualis diſtincta ab Abbatis, et ſufficiens pro Monachis. Religioſi alterius ord. intruſi in locis illius ord. aut indè eiiciãtur, aut eiuſdem ord. profeſſionem faciant. Moniales alterius ord. non niſi cauſa legitima ſubſiſtente in Abbatiſſas huius ord. Monaſt. Monialium aſſumi poſſint: vel ſi aſſumator non poſſint recipi in Monaſt. niſi illorum mandato patre Superiore præſente, qui habitũ illi exhibeat, etc.

Monaſteria omnia teneantur ad contributiones ſoluendas Abbati, et Cap. et reficiantur, et reducantur ad clauſuram etiam ſi ſint de iurepatron. laicorum, et deſtituta. In eccleſiis prouideatur de omnibus neceſſariis ad vſum Monachorum, et cultum diuinum, Miſſæque celebrentur, etc.

Nouitij ordinentur, et inſtituantur in duobus monaſt. cuiuſque Prouinc. conuentus claudantur, et nullo modo impediantur à Commendatarijs, vel alijs. Mulieribus interdictus ſit ingreſſus ad eorum loca inuentariũ fiat in quolibet monaſt. omnium iurium, et bonorum. Monaſt. exiſtentia in locis non tutis transferantur ad loca vicina, viſitationes fiant ſollicitè, et prudenter, et viſitatores hoſpitari debeant a Commendatariis, qui nihil

detra-

Digitized by Google

detrahant de menſa, et alijs neceſſariis Monachorũ, & eos propter delicta non eijciant, ſed ad ſuperiores ſuos deferant. Archiuium fiat in monaſterio Ciſtercij, & fiat iudex cuiuſcumquè monaſt. & benef. ac bonorum, & iurium eorum. Reuocat omnia indulta habendi proprium, eleemoſynas pauperibus ſubminiſtrantes commendat. Appellatio non detur ad Legatos, vel Nuncios Apoſt. à ſent. Abbat. & aliorum, clauſ. præſeruat. apponit decret. irrit. exequut. deput. clauſ. derog. Dat. Rom. 12. ann. 3. vide Leo. 10. conſt. 40. Pij 4. conſtit. 96. Pij 5. conſtit. 41 Quo ad Moniales eius ord. infra. conſt. 62. Pij 5. conſt. 23. Pij 4. c. 17.

24 *Ad Romani, &c.*) Rom. Pont. ſolet quandoq; præcipere, vt poſſeſſio, & fructus benef. Sedi Apoſt. reſeruatorum nomine eiuſdem Sedis Apoſt. deprehendantur, donec litteræ Apoſt. expediuntur, & quandoq; etiam mandat prouiſos ipſos in poſſeſſionẽ induci, &c. Multi tamen ad impediẽdam exequutionem dicebant cauſas omnes in prima inſtan. ſpectare ad ord. exceptis cauſis à Pont. per ſpeciale reſcriptum committẽdis: ideò hic Pont. declarat exequutionem huiuſmodi litterarũ Apoſt. impediri non poſſe ex prędictis cauſis, apponitquè decretum irrit. & clauſ. præſeru. volens, quòd contradictores per cenſ. & pœnas eccleſ. & alias coerceantur, cum clauſ. derog. Datum die 10. Iul. ann. 3. Vide Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de reform. De pęnis imped. exequut. Innoc. 8. conſt. 14. Leo. 10. conſt. 26. Clem. 7. conſt. 41.

25 *Quæ publicè vtilia, &c.*) Continet abrogationem omnium diſpoſitionum Apoſt. circa conſt. hic. Dat facultatem Came. & Magiſtris viarum, &c. Cogno ſcendi Dominos locorum ad ea vendendum pro vijs, & locis publicis dirigendis, domoſque dirutas, & areas, aliaque loca vacua exiſtentia penès loca publica claudendi. Quòd ædificantes poſſunt mutuo propinquo vti ſoluto pretio. Viculoſque intermedios abſque pretij ſolutione eorum domibus adiungere, vicinos quoque cogere ad vendenda loca eius vicina aucto pretio. Domini habitatores domorum ob opus publicum dirutarum cogere poſſint vicinos ad vendendum eis domos contiguas locari ſolitas aucto pretio. Domini autem nõ habitatores earumdem domorum, ſi plures ſint, idem inter ſe facere poſſint, ſed electio ſit eius, qui maiorem iacturam paſſus eſt. Inter plures verò dominos habitatores electio ſit eius, qui domum ſuam ſarſit in termino à Magiſt. præfixo. Vendere volentes domos, aut fundos debeant vicinis intimare, & ipſi, ac emptores iurare venditionem eſſe veram, alioquin retrahere poſſint quandocũq; infrà annum id reſciuerint. Vicini autem, quibus venditiones firmatæ fuerint ſi emere voluerint, hoc debeant declarare, &c. Simulatoreſquè eiuſmodi venditionum pretio, priuentur, & pęna falſi puniãtur, & venditio nulla ſit. l. 3. ſtat. c. 39.

Inquilinis etiam fieri debeat præfata intimatio, & ipſi præſtare teneantur, contenta in venditione, non autem ædificare. Vicini autẽ eis præferantur, ſi ædificare voluerint. Viciniſquè pluribus concurrentibus, magis qui indiget præferatur.

Aedificare volentes pro ſtabili in emphyteuſim, &c. Conceſſionem obtineant à Cam. Apoſt. & Magiſt. eorum liberatione præſtita alia re ſtabili eiuſdem pretij, & redditus cum oneribus, quæ erant in re ſic liberata Vineæ, aut Canneta intra milliaria tria ab Vrbe, & locari ſolita, vendantur vicinis habentibus ibi vineas, &c. Prædiola decem Ruborum intra 12. ab Vrbe, & maioribus prædijs contigua, vel ea interſecantia vicinis vendantur.

Declarat etiam quod diſpoſitio circa prædictas venditiones ſpontè, vel coactè faciendas locum habeant etiam in bonis ad pia loca ſpectantibus, aut fidei commiſſo ſubiectis. Concedit facultatem Cam. & Magiſt. & formam procedẽdi in caſibus, in quibus recuſat quis vendere aliqua bona iuxtà formam huius conſt. Et procedendi etiam quando quis conſenſit vendere, iuxta hanc diſpoſitionem. Et præſcribendi tempus ad ædificandum, & ſummam ibi exponendam à volentibus vti fauore huius conſt. ex cauſa ædificandi. Qui emerunt bona vigore licentiarum Sixti, ac Pij 4. Et ædificare promiſerunt, debeant ea adimplere infrà ſex menſes. Pęnæ contrauenientibus impoſitæ applicentur locis pijs. Cam. & Magiſt. poſſint procedere ſummariè, &c. pro exequutione prędictorum. Idem poſſint facere iudices vrbis pro exequutione d. pęnarum, cum decreto, clauſul. &c. Datum Romæ 4. Kal. Octobr. anno 3. vide Mart. 5. conſt. 4. Sixti 4. conſt. 11. Alexand. 6. conſt. 2. Leo. 10. conſt. 13. & 25. Paul. 3. conſt. 69. Pii 4. conſt. 138. 160. Pij V. conſt. 84. 133. 139. De Taxis imponendis. Paul. 3. conſtit. 69. Pii 4. conſt. 160. Pij 5 conſt. 114. 170. De pontibus, & fluminis, &c. Pij 5. conſt. 118. 163.

26 *Vt cæteri de Rep. &c.*) Continet exemptiones Collegij Germanici, eiuſquè ſcholarium, & aliorum in eo degentium à ſubſidiis. Gabellis, et impoſitionibus, ac facultates, et iuriſdictionem protectoris. Cũ decreto, clauſul, etc. Idib. Iul. ann. 3. Vide Pii 5. conſt. 10. ſequuntur facult.

27 *Cupientes, &c.*) Statuit, quod quilibet Doctor Romanus admittatur ad legendum in publico Gymnaſio cum ſalario 2 ſyſcut. in anno ex redditibus ipſius Gymnaſij, cum executorum deputatione, clauſ. &c. Datum 12. Octob. anno 3. De ipſis redditibus pro ſalario, vide Pij 4. conſt. 127. De priuileg. Doctor. & Studij Bon. ſ. 8. conſt. 2.

28 *Ab ipſo Pontificatus, &c.*) Bonif. 8. excommunicauit dantes, vel recipientes aliquid, ſiue promittentes, aut promiſſiones recipientes pro obtinenda gratia, vel iuſtitia, Sed. Apoſtol. Expeditioneſque obtinendas nullas eſſe declarauit. Hic ergo Pont. id confirmat, & ad prædictorum fautores extendit, & omnes etiam benef. & Eccleſ. Offic. & ſæcularibus priuat, perpetuòque priuatos, inhabiles, & infames eſſe decernit. Reuelantibuſque eoſdem immunitatem conc. Dat. Non. Nouembr. anno 3. Vide Com. Nauarr. ſuper hanc conſt. in conſt. in tom. 3.

29 *Quoniam Sancti, &c.*) Quoniam indixerat iubilæum. Modo ſuſpendit durante ipſo anno qualcunque plenar. indulgent. quibuſcumq; conceſſas. Cum prohibitione interim publicandi eaſdem ad beneplacitum Sed. Apoſt. cum decreto, clauſ. Datum Id. Nouemb. anno 3. Vide expoſit. Nauarr. tract. de Iubilæo. & indulg. tom. 1. Vide conſt. 22.

30 *Dum recte, &c.*) Continet reformationē Curiæ Sabellicæ. Quod iudex gratuitò deputetur Paul. 4. conſtit. 85. & ad annum, ſiuè ex rationabili cauſa ad biennium. Syndicatui ſtare debeat. Commentarienſis, Capitanei officia non vendantur, nec locentur. Iudex non cognoſcat cauſas, pro quibus ſtatuta & pęna corporalis, neque alias ſi alibi ſit preuentum. Significationeſquè non concedat. Fiſcus citetur in cauſis criminalibus eiuſdem Curiæ. Pęnarum ſolutiones adnotentur. Appellatio detur in ciuilibus ad Audit. Cameræ. Immò ſtylus eſt, vt detur Gubern. Tributum non exigatur ab inhoneſtis mulieribus, cū clauſ. &c. Datum 6. Kalen. Febr. anno 3. Vide Iul. 2. conſt. 13. cum ibi adnotatis. Sixti 4. conſtit. 5. Pij 4. conſt. 89.

31 *Quo in ſtatu, &c.*) Continet impoſitionē ſex decimarum ſuper fructibus, & penſionibus benef. Eccleſ. totius Italiæ, prætérquam Domino Venet. A qua excipiuntur Congreg. Regul. & Card. & hoſpit. Hieroſolym. Cum pęna interd. his qui vel iuſte, vel non in termino ſoluent. Conductores ſoluant nomine Dominorum. Et ſoluant communem æſtimationem ad rationem decem pro centenario. Exempti non excuſentur cum prorogatione conductionum vſque ad integram ſolutionē. Deputatione Collectoris, clauſ. &c. Datum 15. Kal. Mart. anno 4. Vide ſimilem Pij 5. cōſt. 108. & infra conſt. 50.

32 *Inter cæteras, &c.*) Deputat præfectum Annonæ Vrbis, & totius ſtatus Eccleſ. cum facultate cogendi quoſcumquè ad notificandum eorum frumenta, & legumina, prohibendi, ne aſportentur de loco ad locum ſine eius licentia. Coercendi fraudes deſuper committendas. Congregandi, & emendi frumenta, & legumina pro pretijs ſibi bene viſis. Deputandi miniſtros cum ſalarijs à ſe ſe decernendis, & faciendi cętera omnia neceſſaria, & opportuna. Cui omnes officiales obediant, cum clauſ. &c. Regiſtrata 7. Maij 1576. Vide ſimilem Pij 5. conſt. 102. de vectigal. conſt. 8. Quod tractę concedantur à Camerario, cōſt. 41.

33 *Saluator Dominus, &c.*) Concedit iubilæum Catholicis Anglis Romam venire impeditis cum facultate Confeſſores eligendi, &c. cum clauſ. &c. Datum 30. Mart. 1575. anno 3.

34 *Quoniam noſtro, &c.*) Continet prohibitionem appellandi a Prelatis O. d. S. Franciſci de Obſeruant. ad ſæcularia tribunalia, ſub pęna excommunic. latæ ſent. à Papa abſoluend. priuationis, inhabilitatis, &c. Quam incurrant fautores, conſultores, &c. & reſiſtendi Commiſſarijs pro viſitandis Prouinc. ſub eiſdem pęn. Facultatem Miniſtri Gener. mittendi Commiſſarios; Et quod Prouinciales non immutent ordinata à Commiſſarijs, ſinè expreſſa licentia Gener. cum decr. clauſ. &c. Dat. 8. April. 1575. ann. 3. Vide conſt. 35.

35 *Ex benigna, &c*) Chriſtophorus de Capitefontium, Miniſter generalis petit à Papa confirmationem priuileg. à prædeceſſoribus conceſſorum: ideò Pontif. confirmat omnia cum clauſula, quatenus ſint in vſu, & Can. Conc. Trid. non contraria, cum executorum deputatione, clauſulis, &c. Datum 21. Mart. anno 3. vide Paul. 4. conſt. 4. Pij 5. conſt. 14.

36 *Vbi gratia, &c.*) Reuocat licentias ingrediendi monaſteria Monialium, & virorum cuiuſcumq; ord. reſpectiuè. prohibet, ne quis ingrediatur vigore earum ſub pęna excōm. latæ ſent. & à Papa abſolu. priuationis, inhabilitatis, &c. quoad Religioſ. & quod nullus poſſit vt licentijs ſibi conceſſis ab Ordinario in caſu neceſſitatis, niſi neceſſitas ipſa vrgeat ſub eiſdem pęnis, cum clauſul. Dat. Idib. Iun. 1575. anno 4. Vide Pij 5. conſt. 23. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de regul. Pij 5. conſt. 104.

37 *Regimini, &c*) Multi Pont. quorum conſtitutiones hic non habes, conceſſerunt multas gratias ordin. S. Trinit. Redemption. ca-

pti-

priuorum. Hic Pontif. modo quæcunque priuilegia illius confirmat, cum clauſ. dummodò ſint in viu, & Conc. Trid. non contraria, de quo Pij 4. conſt. 123. Dat. 19. Nouemb. 1575. anno 4.

38 *Cum ſicut accepimus, &c.*) Continet deputationem Theſaur. in Collectorem ſpoliorum, ac bonorum vacantium in Italia cum facult. Et quod cauſæ ſpoliorum coram Theſaur. tantum cognoſcitur, niſi Pont. alteri ipſas committat illo citato. Et appellatio ſuper præmiſſis non detur abſquè cedula bancaria in forma depoſiti, cum decreto, clauſul. &c. Datum 4. Decembr. 1576. ann. 5 Vide conſt. 74.

39 *Cognoſcentes, &c.*) Declarat, quod à ſententijs Subcollectorum, & miniſtrorum circa ſpolia in Italia. Deputatorum à Theſaur. generali ad eum immediatè appelletur, & inhibet Camerario, ne deſuper ſe intromittat, &c.

40 *Romani Pont. &c.*) Pius 5. officium Cancell. Marchiæ, & Secretariæ Romandiolæ, erexit in quatuor officia venalia ad inſtar aliorum offic. Roman. Cur. priuilegiaquè, & emolumenta conceſſit, & exemptiones, & honores Secret. Apoſt. conceſſos eiſdem condonauit. Hic Pontif. modò auget numerum Secret. Prouincialium ad ſex cum eiſdem priuilegijs, & exemptionibus Obligatquè omnia bona Cam. Apoſt. pro ſecuritate, cum decr. clauſ. &c. declarando quod conſt. in nullo præiudicet antiquis Secretarijs. Dat. Idib. Ian. 1575 anno 4. Vide Innoc. conſt. 4.

41 *Pro paterna, &c.*) Pius 5. pro bello contra Turcas auxit vectigal quatreni carnis, reuocando immunitatem cõceſſam pro lib 50. carnis ſuillæ, illudquè ab omnibus exigi mãdauit. Hic autem Pont. dictum augumentum reduxit ad ſcuta 30. mil. illudquè exigi à Cõmunit. decreuit vnà cum ſubſidio trienn. & d. immunitatem omnibus reſtituit, vt conſt. 14. imò ſuper d. augmentum erigit montem Prouinc. ſcur. 30. mill. monetæ. Fructuſque ad ſex cum dimidio monti aſſignat: videlicet 19. mill. & ſex ipſius augmenti. Reſiduum verò in extinctionem eiuſdem montis conuerti mãdat. Et pro ſecuritate obligat, &c. Religioſos præter Mendic. pecuniæ in illo ponere poſſe decernit. Diſponere poſſe concedit ad fauorẽ incapacium. Non poſſint ſequeſtrari, aut confiſcari. Ad ſucceſſores liberè deuenire poſſint, ſecundum iuris diſpoſitionem. Montiſtæ poſſint conſtituere Collegium. Habeant priuil. Montis fidei. Mons non teneatur probare pecunias in vtilitatem Sed. Apoſtol. apponit clauſ. præſeruat. decretum irrit. Theſaurarij deputationem ad faciendum patentes, &c. Montiſtæ poſſint nominare alios ad loca montis reſeruatis ſibi fructibus, & locorum diſpoſitione. Præſidentes Reg. Cam. abſente theſaur. eaſdem habeant facultates. Exequutores deputantur, clauſ. derog. Forma extinguendi montem. Quo extincto ceſſet impoſitio duc. 30. mill. ſcutor. durante autem vnaquæquè terra teneatur ſecundum taxam in Camer. conſtitutam dictam impoſit. ſoluere, ſumma d. ſcut. exponatur in redemptionem prouentuum Sed. Apoſtol. alienatorum, &c. Dat. Rom. prid. Kal. Septem. 76. anno 5. Vide Sixti 5. conſtit. 16. Pij 5. c. 125. Clem. 8. conſt. 17.

41 *Quæ in Eccleſiam, &c.*) Nicol. 5. ſtatuit Ordinarios poſſe diſponere de benefic. vacantibus in menſibus Sed. Apoſtol. reſeruatis, niſi fuerit à dicta Sede prouiſum, vt in eius conſtit. 1. Hic Pont. modò declarat d. conſtit. locum non habere, quod poſt lapſum trium menſium à die notæ vacat. ord. vel alijs collatores diſponere poſſint de vllis beneficiis prædictis aliàs ſub cõceſſione, & litteris prædictis comprehenſis extra Rom. Cur. in menſib. prædictis quoquò modo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium menſium per Rom. Pont. ac d. Sed. qualiſcumquè gratia, vel diſpoſitio, aut cõceſsio facta fuerit. Sed tamen teneantur intra tres menſes à die vacationis de gratia ſibi facta ſignificare collatoribus. Dat. Kal. Nouembr. ann. 5. Clem. 7. conſt. 46.

43 *Cum ſicut accepimus, &c.*) Continet confirmationem Capitulorum per Camer. Sed. Apoſt. editorum circa reformationem bancheriorum Hebræorum Vrbis. Et iuriſdict. Camerarii circa cauſas concernentes dicta Cap. Datum 1. Febr. ann. 5. 1577. Vide Pii 5. conſt. 143.

44 *Officij noſtri, &c.*) Pius 4. conſt. 4. ad ter. iur. & ſacrarum Conſtitut. reduxit conſtit. 29. Paul. 4. in qua inter cętera applicauerat bona Regul. degentium extra clauſtra Monaſt. in quibus illi primò profeſsi fuerant. Sed conſt. 3. Paul. 3. ſpectabant ad Cam. Apoſtol. Multi tamen contrarium prætendere voluerunt: ideò Pontif. declarat bona eorundem ad Cam. ſemper ſpectaſſe, & ſpectare pleno iure, cum decr. clauſ. & exequut. deputatione. Datum 21. Ianuarii ann. 5. 1577.

45 *In Apoſtolica, &c.*) Græci imperio, & ſcientia erant ſublimes, ſed ad præſens ſunt in maxima calamitate, ignorantia, & à fide Catholica deuiarunt. Hic igitur Pont. volens ad ſalutis viam, & lumen veritatis eos reducere, ſtatuit in Vrbe Collegium Græcorũ erigere,

cui

Digitized by Google

cui aſſignat redditus cum exemptione à ſuperioritate Ordinarij; & ſolutione gabellarũ. Conceditque priuilegia ſtudij Vrbis. Cum facultate promouendi Scholares, ac gradus, & deputatione Car. protectoris, cum decreto clauſ. & c. Datum 1. Ian. anno 5. De materia Græcorũ Pij 4. conſt. 101. Bonif. 8. conſt. 2.

46 *Decet Romanum, &c.)* Multi Pontif. ex cauſis decreuerunt, & mandarunt ficam Dohanæ quoſcumquè ſoluere debere. Affidatoſque conducentes animalia in Dohanam nullo pacto etiam moleſtari, aut aliquid ab eis exigi poſſe. Multi contrarium faciebant. Ideo hic Pont. præfatas Conſtitut. confirmat, & innouat. Declarat etiam quoſcumquè teneri ad ſolutionem fidæ. Moleſtantibuſque ipſos affidatos pęnas imponit. Et quo ad damna illata decernit credi debere, medio iuramento, conducentibus animalia. Intimationumque faciendam vni ex Dominis, ac prioribus locorum omnes ligare debere. cum exequutorũ deputa. clauſulis, &c. Datum 18. Febr. anno 5. Vide Pij 2. conſt. 10. Paul. 2. conſtit. 1. Leo. 10. conſt. 28. Iul. 3. conſt. 57. & 57. Innoc. 8. conſt. 15. Alex. 6. conſt. 5.

47 *Si inter præcipuas, &c)* Confirmat, & ampliat indulg. priuilegia Hoſp S. Spir. in Saxia de Vrbe, cum clauſ. Quatenus ſint in vſu, & Sacr. Conc. Trid non contraria, cum clauſ. decreto, &c. Datum 15. Mart. anno 5. vide Sixti 1. conſt. 5.

48 *Cum ſicut accepimus, &c.)* Continet auocationem quarumcumque cauſarum tangentium Eccleſ. Capitula. &c. S. Io. Lateran. corã quocunq; iudice Roman. Cur. vertentium, cum deputatione Card. Altemps, & pro tempore exiſtentis Archipresbyt. eiuſdem Eccleſ. ad audiendum omnes cauſas Eccleſ. & cap. ſummariè, cum facultate inhibendi, & coercendi inobedientes in Cur. Rom. & extra excommunicandi, & abſoluendi canonicos, fatalia prorogandi, & reſtituendi in integrum, auocata reuocandi. Iudices cauſarum appellationum procedere poſſint non obſtantibus ferijs. Cauſæ ab Archipresbyt. auocari non poſſint, niſi illo citato, cum decreto, clauſ. &c. Datum 13. Iun. 1577. anno 6. De dignitate Eccl. Later. Pij 5. conſt. 97.

49 *Cogit muneris, &c.)* Quidam Matthæus della Fuente, in Eremo del Turdon, pauperẽ, ac religioſam vitam degere cępit, quem multi ſecuti ſunt, qui tandem notitiam habuerũt conſt. 75. Pij 5. Et propterea Regulam S. Baſilij profeſſi ſunt, & quaſdam domos ibi eorum manibus ad Monaſt. formam fabricatas habitare cęperũt Monachorum more viuendo, & diuina officia conuentualiter recitando, neceſſariaq; proprijs laboribus ſibi parando. Ipſe autem Matthæus Abbatia munere functus mortuus eſt, in cuius loco Didacus Vidas in Abbatem fuit electus. Quæ tamen eorum profeſſio nulliter emiſſa erat, neque Eremitoria in Monaſterium canonicè fuerant erecta. Ideo Pont. ea erigit, & dignitatem Abbatialem, & alia officia inſtituit, illiſque concedit facultatem tenendi in Eccl. Euchariſtiam, Miſſam, & alia officia celebrandi iuxta Miſſale reſtitutum, ac Breuiarium. Monaſteria prædicta del Turdon, & Galleguillos, ac S. Marię de Ouiedo, & alia in Regno Hiſpan. conſtruenda ſubijcit Ord. S. Baſilii, & ſub protectione Sed. Apoſt. recipit, & ab ordinar. iuriſd. liberat eadem Monaſteria conſtituendo inter ſe vnam Prouinciam nuncupandam Hiſp. in qua prouinciale Cap. fiat quolibet triennio, habitu nigro omnes vtantur, priuilegia omnia concedit S. Iuſtin. de Pad. quatenus ſint in vſu, & Sacri Conc. Trid. non contraria, Viſitatores ad triennium eligant, qui omnes cum Prouinc. & cęteri ſint ſubiecti Vic. Generali Ord. & Viſitator conueniat in electione Generalis, & aliis rebus, & in electione Abbatis habeat vocem tàm actiuam, quàm paſſiuam, in Cap. prouinc. fieri poſſint ordinationes Concilio Trid. & ord. Conſtitutionibus, & ſacris Canon. non contrariæ. Degentes in Eremitoriis del Tardon, & de Galleguillos, ſi profeſsionem S. Baſilii emittere voluerint, recipiantur in Monachos, quivè per annum ſub voluntaria obedientia vixerunt profeſsionem facere debeant: exemptionem concedit à ſolutione decimarum, cum decre. clauſ. &c. Dat. 8. Kal. Iul. ann. 6. Vide conſt. 61.

50 *Plurimis, & grauiſſimis, &c.)* Sex decimæ, quarum exactio dilata fuerat vſque nũc, præcipit, vt exigãtur, & ſoluantur, cum clauſ. &c. 7. Id. Iul. ann. 6. vide conſt. 31.

51 *Cum nos, &c.)* Eaſdem ſex decimas impoſitas reducit ad tres in fauorem Mendicãtium, inhibetque Collectoribus, ne permittãt eoſdem deſuper moleſtari, cum clauſulis, &c. 17. Sept. ann. 6.

52 *Ex incumbentis, &c.)* Continet prohibitionem mercandi Sal. exterum in locis S. R. E. cum decreto &c. 17. Decembris ann. 6.

53 *Volentes prouidere, &c.)* Continet prohibitionem extrahẽdi frumenta ex ſtatu Eccleſiaſtico, & impediendi eos, qui illa afferũt, contrafacientes amittant iumenta, blada, &c. cum clauſ. etc. 18. Decembr. ann. 6.

54 *Cum ad noſtram, etc.)* Tribuit Ordinariis facultatem abſoluendi à cenſuris incurſis ob extractionem frumentorum, recepto iuramento, talia in futurum non committẽdi, die d. etc.

55 *In*

55 *Inter multiplices,etc.*)Continet eamdem prohibitionem,præcipitquè,ne quis emere poſſit vltra vſum vnius anni,deputat exequutorem : reuocat licentias conceſſas,etiam ex cauſa oneroſa,&c. Dat.1.Maij 1578.anno 6. vide Pij 4.conſtit.138. Pij 5.conſt.181.priuil. Blada deferentium, Pij 5.conſt.21.licentiam poſſit concedere Camer infra, conſtitur.114. Vectigal.conſt.8.

56 *Spectatur qui,&c.*) Mart.5. ſuſcepit ſub protectione Sedis Apoſtol. Congreg. Ieſuar. Eugen.4.& alij Pont.multa priuil.exempt.& indulg.conceſſerunt eiſdem , Pius 5.extendit ad illa priuil. Mendicantium ; hic verò Pont. omnia confirmat,cum clauſ.quatenus ſint in vſu, & Concilio Trident.non contraria,cum clauſ.exequur.deput.decretum. Dat 1.Febr. 1578.anno 6.de priuil.mendicant.Pii 5.cõſt. 40.

57 *Adgeneris nobilitatem &c.*) Offic.Aud. Cam. vacauit ob promotionem Alex.R arii ad Card.de cuius facult. Pii 4.conſtit.120.& Pont. modò cõfert illud Hieronym.Matthæo cum facultatibus cognoſcendi cauſas per locumtenentes, reaſſumendi cauſas d. obligationum à quibuſcumq; Iudicib. præterquam commiſſas vigore reſcripti ſpecialem mentionem de eis faciendi, & vigore realium obligationum cenſur. promulgandi, cognoſcendi cauſas Prælatorum , official. Cur. ac Notar.Audic.ac aliorum , & Papæ familiariũ Campſorum, mercatorum,& perſonarum aliàs ſoluen. appellationum quoq; interpoſitarum à ſent.in Cur.latis (præterquam a Vicar.Vrb. Guberna.ac Iud.Capit.& latis,etiam ex Cur. à quibuſcumque Iudic.Ord. & Arbitris in terris S.R.E.ſubiectis. Procedendi ſummariè in cauſis non excedentibus valorem 200.duc. de Cam & mercat.Cur.& Notar.ipſius Audit. Admittendi reiterationem terminorum vnico contextu, & cognoſcendi cauſas delictorum in Curia , vel extra per officiales Sedis Apoſt.vel Sedem ipſam ſequentes,& alios exemptos à iuriſd.ord.demandandi exequutioni ſentent.in Cur.latas,cognoſcendi cauſas contra Communitates,& alios extra Cur.degentes pro negotiis,vel contractibus in Curia latis , vel degentes in Cur aut Curiales , etiam abſentes pro quibuſcumq;rebus decernendi Compulſoriales , & remiſſoriales ad eius arbitrium,& in vim Eugenianæ,& Leoninæ inhibendi habentibus Curiales extra Curiam:cenſuras promulgandi à quibus non poſſint per alium abſolui, niſi in mortis articulo , abſoluendi excommunicatos ab aliis, diebus Paſchalibus,& Natalitiis , obligationeſquè in forma Cam. exequendi etiam poſt mortem debitoris, &c. confirmatquè conſt. Iulii 2.& aliorum circa iurid.Aud.Cam.præcipit,quod dilationes,& alternatiuæ non proſint obligatis in forma Camer.;De erat eius præcedentiam in Cappella,& alibi.Dat facultatem præferendi miſerabiles perſonas in cauſis diſcuſſionum creditoribus anterioribus iuxta formam Pii V.conſtit.190. cognoſcendi cauſas Cambiorum iuxta formam Pii 4.conſtit.154. Iudices illum moleſtantes excommunicationes conſuetas incurrant : apponit decretum,præcipit Camer.vt ponat Aud.in poſſeſsionem officii,cum clauſ.et declaratione, quod hæc conſtitutio non præiudicet Concil. Trid. neque reformationibus Pii 4. et Pii 5. et Aud.Camer.præſtet ſolitum iuramentum de fideliter exequendo ſuum officium. Datum 14.Kal.Apr.1578.ann.6.Vide Iul.2.conſt.13.cum adnotatis.Pii 4 conſt.78. et Pii 5.conſt.120. Quo ad Fiſcum Pii 4.cõſt. 78 Pii 5.conſt.121. Clem.7.conſt.31.

58 *Cum illius vicem, &c.*)Clem.7.conſt.41. nonnullas tradidit ordinationes pro regula reformatorum, et à fratribus de obſeruantia deſuper non moleſtari iuſsit, et nihilominus moleſtabantur,ideo Pont.decernit,Nouitios, et fratres de obſeruantia ante iam profeſſos ad Reformatos tranſeuntes,annum habere ad deliberandum an velint inter Reformatos manere: et profeſſos inde recedentes apoſtatas eſſe declarat:Reformatos non niſi ad Capuccinos,habita prius licentia Cuſtodis,trãſire permittit. De pœnis apoſt.Paul.4.conſtit. 29.

Nouitii,et fratres reformandi per Cuſtodẽ recipi poſsint, habito tamẽ conſenſu fratrum eiuſdem loci,et loca Reform.aſsignentur,etc. Paul.3. conſt.28.

58 Miniſter Generalis fratrum de obſeruantia,et non alii facultatem habeat viſitandi, et corrigendi reformatos : reformati non retineant in eorum locis aliquem non reformatum niſi Lectores, Prædicatores, de ſuorum ſuperiorum licentia. Cuſtos poſsit mittere fratres ad loca extra Reformatorũ cuſtodias pro negotiis neceſſariis,et piis cauſis. Capitula cuſtodialia ſingulis annis in locis cuſtodiæ ad electionem cuſtodis fieri debeant.Capitu.præeſſe poſsit cuſtos,vel eo mortuo Cõmiſſarius,vel ipſe Miniſter Generalis fratrum de obſeruantia. Cuſtodes ad triennium eligantur,et confirmationem petant à Prouinc. Cuſtode decedente, eligatur Commiſſarius vſq; ad Capitulum cuſtodiæ. Conſtitutiones faciendæ in capit.generali non contrariæ illi obſeruantiæ obſeruentur per reformatos,veſtes eorum ſint viliores , et deſpecti coloris :

cum

cum clauſ. præſeruat. decret. irrit. Exequutoris deput. clauſ. derogat. Datum 3. Iun. 1579. anno 8. alijs declarat. Vide conſtit. 72. & 101. Vide Clem. 7. conſt. 41. Pij 5. conſt. 86. Iul. 3. c. 10. Pij 5. conſt. 85. Vide c. 87.

59. *Cum ab initio, &c.*) Pius V. deputauit quoſdam Card. ſuper liberatione bonorum Eccleſ. conſtit. 146. Quorum facultates hic Pont. pluries prorogauit per conſtitutiones, quæ non habentur hic, quas & nunc prorógat ad triennium. Datum Kal. Septemb. 1578. ann. 7.

60 *Quæ inter Religioſorum, &c.*) Pius V. ordinauit quolibet triennio celebrari cap. gener. & ibi eligi gener. & Prælatos quod confirmauit hic Pont. ac denuò confirmat, inhibetquè ſub pęna priuat. offic. dignit. &c. vocis actiuæ, & paſſiuæ, & alijs cenſ. ad arb. ne de cętero tractetur de immutando hoc decreto, & confirmatione, cum clauſ. &c. Datum 16. Decembr. ann. 8.

61 *Benedictus Dominus, &c.*) S. Baſil. Magnus Monachorum ord. erexit, qui in ſanctitate, & doctrina olim floruerunt, nunc autem quaſi defecerunt: ideo hic Pontif. pro reformatione dicti ordinis præcipit fieri capitulũ eligiquè Abbatem gener. & alios officiales, qui electi fuerunt, & modo hic Pont. electiones confirmat, & Abbatem de nouo eligi, cuí omnium Monach. ordin. S. Baſilij committit, habitum nigri coloris aſſignat, profeſſionem emittere iubet, & cap. gener. celebrari quolibet triennio, officia ſint triennalia, ſed confirmari poſſint.

Capitu'o intereſſe poſſit, & præmiſsè aliquis Abbas Congr. Caſſin. ſi protectori ord. videbitur opportunum, in quolibet Capitulo deſignetur locus alterius Capituli, electiones fiant per ſuffragia ſecreta, Monaſt. commendatis clericis ſæcularibus. Menſa conuẽtualis ſit diſtincta ab Abbatiali, & commendatarius aſſignet tot bona quæ pro Monachorum ſubuentione ſufficiant.

Monaſteria omnia etiam commendsta huic Congregat. aggregata cenſeantur, ſaluis remanentibus dignitatibus Abbatialibus, de quibus Sed. Apoſtol. liberè diſponere poſſit priuilegiorum, & gratiarum omnium Ordin. S. Baſilij, vel congreg. Caſsinenſi conceſſorum confirmationem apponit. Eximit à iuriſdictione Ord. & Commendatariorum, qui Reg. S. Baſilij profeſsi non ſint. Abbas, & Viſit. viſitent, ac reformẽt Monachos, atq; inobedientes corrigant, &c. Apponit decretum clauſul. &c. Datum Romæ Kal. Nouem. 1579. ann. 8. Vide conſt. 49.

62 *Vniuerſi Dominici, &c.*) Continet exemptionem Monialium Ord. Ciſtercienſis à ſuperioritate. Miniſtr. eiuſdem Ord. quas ſubijcit iuriſdict. Ordinariorum. Inhibetquè Abbati, & alijs ipſius Ordin. Superioribus, ne de cętero ſuper præmiſsis ſe intromittere audeant, cum decreto, clauſul. &c. 15. Kal. Mart. anno 8. Vide conſt. 23. De clauſul. Pij 5. conſt. 10.

63 *Pro noſtri Apoſtolatus, &c.*) Continet exemptionem Monialium Ord. S. Aug. de obſeruantia, à fratribus illius Ord. quas ſubijcit Ord. &c. Kal Mart. anno 8.

64 *Quo magis, ac firmius, &c.*) Pius 4. conſt. 14. Confirmauit, & ampliauit priuil. Hoſpit. S. Ioa. Hieroſol. Clem. 7. quod & fecerunt alii Pont. & idem Pius conſtit. quæ hic non adeſt, confirmauit priuileg. prioris, & Commendatariorum prouidendi de beneficiis à ſuis prębendis dependentibus, & confirmandi decretum, quod benef. huius Ordin. aliis, quam fratribus Ord. profeſsis non conferantur. Hic verò Pont. dictas conceſsiones prædeceſſorum confirmat. Declarat etiam, quòd nunquam fuit intentionis ſuæ, ac prædeceſſorum in cõceſsionibus benef. huius Relig. & cum ſimplici derogatione ſtabilimentorum, & priuilegiorum Religionis factis, abſoluere à ſuſceptione habitus, & omiſsione profeſsionis: imò ſic prouiſos, et de cętero prouidendos, decreuit intra ſex menſes habitum ſuſcipere, et profeſsionem emittere, ſi ſecus fecerint priuat eos quocunque iure dicti benef. præcipit vt amoueantur, tanquam intruſi, neque poſsint gaudere aliqua Regula de triennali, etc. neque aliqua, temporis, etiam longiſsimi præſcriptio illis ſuffragetur. Obedientes autẽ, ſcilicet, iam prouiſi ſpolia condonari poſſe declarat per Priores, et Commendatarios, ad quos id ſpectat.

Confirmat etiam quo ad exemptionem à decimis, et aliis oneribus cõceſsionem Pii 5. conſt. 78. apponit decretum irrit. cum deputatione facultatum exequut. huius ord. clauſ. etc. Datum 23. Mart. 1580. ann. 8. Vide Pii 4. conſt. 14.

65 *Vrbem Romam, etc.*) Pop. Roman. inſtituit reformare antiqua ſtatuta Vrbis, et noua condere, quæ fuerunt Pontif. exhibita in trib. lib. Pont. autem deputauit Card. S. Seuerinæ, et alios ad illa examinanda, et corrigenda, quod et fecerunt. Quare Pont. antiqua ſtatuta abrogat, et noua confirmat, et obſeruari præcipit in Cur. capit. generaliter, et in aliis Cur. Vrbis, et diſtrictus quo ad deciſoria tantum. Derogationemque ſtatutorum ſibi reſeruat. cum decreto, clauſul. etc. Datum 8. Kal. Iun. 1580. anno 9. Vide derogator. circa iuriſdict.

Con-

Conſulum, conſtit.84. et quo ad cauſas criminales, conſt.116.

66 *Ad Romani etc.)* Innoc.8.conſtitut.16. Alex.7.conſt.6.Paul.4.conſt.32.pęnas impoſuerunt non ſoluentibus iura debita Camer. Apoſtol. Fiſcus cam.quolibet anno in vig.feſto SS.Petri, et Pauli acceptauit quaſcunque caducitates, et deuolutiones, et non ſoluentes moroſos, et contumaces declarari à Cameralibus obtinuit, quas proteſtationes, et Camer. ſententias comprobauit idem Paul. poſtea quolibet anno feudatarij, et alij Camer.debitores dicta die citari fuerunt,et non ſoluentes cenſ. et pęnis innodati fuerunt. Multi tamen adhuc terras, et bona Sedis Apoſt. detinent, et in pęnas non incurriſſe prætendunt ex cauſis,etc.ideò Pont.innouat, et confirmat prædeceſſ. conſt. et Fiſci proteſtationes ſent. ac decreta prædicta, et declarat quoſcunq; feud.etc.Comprehenſos fuiſſe in diſpoſitionibus, & Cam.Apoſt. ad realem locorum poſſeſſionem,& incorporationem potuiſſe deuenire. Feudarioneſque, & alios decernit anno quolibet in Camera Apoſt.vbi eam adeſſe contigerit, dicto die debita iura Cam. ſoluere debere, ſolutioneſque factas,& faciendas ſemper intelligantur ſine præiudicio iurium R.Cam.ſolutiones etiam oblatas poſt dictam diem non recipi decernit, cum decreto,clauſ.forma publicādi,& quod ſiget ſtatim præſentes,abſentes vero poſt decem dies,quam in Cam.lecta,& præſentata fuerit. Dat.1580 Kal.Ian.9.

67 *Chriſtiana nobiſcum,&c.)* Hic Pont.redemptioni captiuorum præficit Archiconfrat. Cōfalonis de Vrbe facultatem concedit colligendi eleemoſynas ad hunc effectum. Hortatur etiam eoſdem Confratres, & alios, vt Redempt. curam ſuſcipiant, & faueant, &c. Monetquè omnes Religioſos,vt Chriſti fidelibus hoc denuncient, & ad ſuccurrendum huic operi cohortentur,cum decreto,clauſul. exequut.deput.&c. Dat.6.Kal.Iun.1581.anno 9. Vide conſt.37.

68 *Tanta,tamquè,&c.)* Innouat Conſtitutiones prædeceſſorum contra bannitos, & homicidas, aut recipi permittentes, & fautores eorum,& impedientes iuſti.Miniſtros,qui excomm.priuantur bonis,&c. inhabiles ſiūt, &c.eorū vaſalli liberantur.&c.ædificia eruantur,dominia,& bona Cam.Apoſtol.applicantur:priuilegia de recipiendis bannitis annullantur. Bona publicata non comprehendantur in conſt.38. Pij 5.cum exequut.deput.&c. Dat.5.Id.Iul.anno 9. Vidè Sixti 5.conſtit.8. Pij 2.conſt.8. & concord.

69 *Circumſpecta,&c.)* Continet reſtitutionem priuilegiorum, & exemptionum Ordin. S.Io.Hieroſolym.ad ter.Conc.Trid.cum declaratione iuriſd. Ordin. in puniendis Miniſtris,& familiaribus militum de exceſſ. etiam extra viſitationem, cum clauſul.&c. Datum Rom.25.Nouembr.ann.9.Vide Pij 5.conſtit. 142.

70 *In Eccleſijs, etc.)* Annullat diſpoſitiones beneficiales pro perſonis prohibitis cum reſeruatione omnium benef. eiſdem collatorū, & modo impetrandi illa cum decreto, &c. Ignorantia non excuſet. Datum Id.Nouemb. an.9.vide Pij 5.conſt.312.

71 *Romanum decet, etc)* Continet prohibitionem vendendi paſcua exiſtentia intra limites Dohanæ alteri,quam Dohanerio,vt Pij 2. conſt. 7. Confirmat omnes conſt. Apoſtol. editas ſuper Dohana, & apponit declarationem circa ſementes, & alienationes poſſeſſionum exiſtentium intra dictas limites, cum decret.clauſul.&c.Dat.Kalend.Febr. anno 9. Vide conſt.46.

72 *Ex quo nos,&c.)* Edidit conſt. obſeruandam à Fratribus de obſeruant. & eorum Reformatis circa eorum Reg. & tamen Reformati contra formam d.conſt.56.moleſtantur: ideo pontif. eximit à iuriſ. Miniſt. prouinc. de obſeruantia,omnes Reformatos commorantes in Regnis Aragon.& Valent.& principatu Cathalonæ. Et omnia eorum loca in vnam prouin.redigi iubet,& eam pro Miniſt. prouinc. ab ipſis reform. eligendi gubernari mandat Prouinciamquè ipſam ſub obed.Miniſtro,aut Commiſſ.Gener.remanere declarat,cap.Gener.Miniſt.vel Commiſſar.Gener. præſidere poſſit Prouinc. confirmationem petat à Miniſt.vel commiſſ.gener. profeſſi inter Minores de obſer.& alij Nouitij non profeſſi tranſeuntes ad Reformatos habeant annum probationis, & eo finito indè recedere non poſſint Prou. poſſit eos admittere abſq; licentia Generalis de conſenſu tamen fratrū illius loci. Ordinationes in capit.general.factæ, & faciendæ ſeruentur per reformatos, dummodò huic reformæ,non ſint contrariæ, eleemoſynæ diuerſis diebus quærantur à Reformatis,& Minoribus de obſeruantia;cum clauſ.decreto,etc. Inhibet fratribus de obſeruantia, ne reformatos deſuper moleſtent,reuocatque quaſcunque facultates eiſdem de obſeruantia conceſſas de viſitando,vel corrigendo reform.cum exequut.deput. Datum Romæ 28.Febr.ann.9.vide conſtit.56. Vide conſt.50.

73 *Aliàs pia me.etc.)* Pius 4.conſt.5.prohibuit, medicos Iudæos curare poſſe Chriſtianos, Pius autem V. conſtit.6.id approbauit,

quas conſt.hic Pont.innouat, præcipitque id publicari ſingulis annis,& Parochos ęgrotantibus ſignificare debere: quod ſi contra hanc prohibitionem ſacere audebunt eis ſacram. eccl. nullatenus adminiſtrentur,neque à religioſis exemptis,& ſi decedant Eccleſ. careāt ſepultura.Epiſcopi in tranſgreſſores debita animaduerſione procedant, etiam in ipſos medicos, cum clauſ. Datum 30.Mart.1581. ann.9.De Hebr.Paul.3.conſt.29.De medicorum officio Pij V.conſt.3.

74 *Cum ſicut accepimus,&c.*) Continet deputationem Theſaurarij in collectorem,& iudicem ſpoliorum, & bonorum vacantium, coram quo vult,vt cognoſcantur omnes cauſæ huiuſmodi bona concernentes, aut cum eis connexionem habentes, niſi aliud ipſe Pont. ordinauerit illo citato,& appellatio ſuper præmiſſis non concedatur niſi cum cautione Bancheriæ in forma depoſiti cum decreto,clauſ.&c. Datum Tuſculi 7.April.an.9. Vide conſt.38. & 44.

75 *Antiqua Iudæorum,&c.*)Continet errores pro quibus Hebræi ab Inquiſitoribus puniri poſſint, videlicet negantes quæ communia habent circa fidem cum Chriſtianis, dæmonibus immolantes, & inuocantes illos: Chriſtianos nefaria iſta docentes: Blaſphemias in Chriſtum, & Beatam Virginem proferentes, Chriſtianos à fide deducentes,infideles ad fidem Chriſtianā tranſire impedientes,hæreticos ſcientes,receptantes,vel ſauentes illis: libros prohibitos deferentes,vel detinentes, Hoſtiam altaris deſpicientes, aut aliquid Cruci affigentes,deridenteſque: Nutrices Chriſtianas habentes, ſiue cogentes lac in latrinas effundere, præcipit locorum Ordin.vt has publicari faciant,& ab inquiſit. obſeruari,cum decr.clauſ.&c. Datum Rom. Kal.Iul.ann.10. Vide Clem.8.conſt.2.Iul.3. co. ſt.46.Innoc.4.conſt.1.

79 . *Sedis Apoſtolica,&c.*) Pius V.conſtit.98. Fratru ..us de obſeruantia aggregauit Clarenos,&c. . llorum tamen multi ad ordinem cōuentualiu. n tranſierunt abſque licentia Sed. Apoſtol. Po nt. ergo facultatem concedit geneta. d. trans latos à quibuſcunq; cenſ.& pęn. abſol. & admit. tendi ad liberam cōceſſionem vtendi gratijs co. uentualium, cum decreto, clauſ.&c.20.Dece mb.anno 10.De Mat.conuentual.Pij V.conſt. 71.De tranſlat. ad ordin. vel degen.extra clauſ. l.Pau.4.conſt.29.Pij 4. conſt.69.71.

77 *Dubijs quæ,&c.*)Decl. ratio,quòd Prælati monast. Monialium in ca. ſibus tantummodo neceſſarijs ea ingredi valeant: & ſi contrafecerint Epiſc. prima vice ingreſſu eccleſ.ſint priuati ſecunda à munere Pontificali ſint ſuſpēſi, & deinceps ipſos ſacto excōmunicati. Regulares verò omni officio, ac beneficio priuati, excommun.incurrant cum decreto, clauſ.&c. Datum 23.Decembr.ann.10.Vide Pij 5.conſt.22.ſupra conſt.36. Conc.Trid.ſeſſ. 25.cap.5.de Regul.clauſ.Monial.Pij 5.conſt. 104.

78 *Inter grauiſſimas,&c.*) Prælati Concil. Trident.remiſerunt Pontif.curam reſtituendi Breuiarium,ad quod duo requirebantur,primum officij recitatio, quod exequutus eſt Pius 5. conſtit.76. alterum emend. Kalend. quam hic Pont.viris peritis propoſuit, & primò reponit vernum æquinoctium in ſede ſua ad 12.Kal.April. & ne inde recedat, ordinat, vt omnium anno centeſimo auferatur biſſextus,præter quam 40.quoq; anno centeſimo; Cyclum Epactarum conſtituit in Kalendario loco aurei numeri.Cyclum ſolarē antiquum ad nouam, & quamcunque intercalandi rationem accommodat. Kalendarium ſic reſtitutum approbat. Illudque imprimi prohibet ſine licentia Pont.pręcipit,vt omnes eo vtantur poſt diem 10.Septembr.1582. Hortatur, imperat Principibus, vt Kalendarium ſic emendatum recipiant,& ſeruari ſaciant. Datum 6.Kal.Mart.1581. anno 10.

79 *Cupientes pro Paſtoralis,&c.*) Continet declarationem ſuper obſeruatione Kalendarij pro his,qui de menſe Octobris 1582. obſeruare nō cęperunt. Dat.1582. 7.Nouemb. anno 11.

80 *Cum ſicut accepimus.etc.*)Præcipit,quod furnarij vrbis in cauſis diſcuſſionum cęteris creditoribus præſerantur, omneſque iudices Vrbis in eorum cauſis manu Regia procedere poſſint. Dat.13.Nouembr.1581.anno 10. Vide Iulii 3.conſt.31. Clem.7.conſt.31.*Pii* 5. conſt.36.& 199.inf.conſt.84.

81 *Dudum fęl.record.etc.*) Pius 5.declarauit quoſcumque obtinentes benef.Relig.S.Ioan. Hieroſolym. fructus,aut penſiones percipiētes teneri pro rata ſoluere iura debita com. æratio quacumq; exceptione non obſtante. De anno 1578. in cap.gener. fuit impoſitum ſubſidium 400. mill. ſcut. ſuper fructibus benef.d.Hoſpit. Multi tamen maximè à Sede Apoſt.prouiſi ſoluere recuſarunt: ideò Pont. declarat omnes benef. huiuſmodi etiam iuriſpatr.& à Sede Apoſtol.obtinentes,& penſiones percipientes quibuſcunq; exemptionibus obtentis,& obtinendis,non obſtant.teneri ad ſolutionem quorumcunque onerum, cum decr. deputatione exequut. clauſul.&c. Datum 20.April.1582. anno 10.

82 *Aliàs per fęl.etc.*) Pius 4.conſt.105.conceſſit

ceſſit indulg.Confr.nominis Dei, cōfeſſoreſq; approbatos eligendi conceſſit, Pius 5. conſt. 137. decreuit Confraternit. iſtas inſtituendas eſſe in Eccleſ.Fratrum Prædicat.ſi ibi exiſtāt, ſin autem alibi,de conſenſu prioris illas conſt. Pont.iſte confirmat, indulgentiamq; plenar. Confratribus pœn. & confeſſ. communicatis in die ingreſſus, ac mortis articulo concedit, cum clauſ.&c.Datum die 9.Iul.1580.anno 9.

84 *Pius Papa IV.etc.*) Concedit,quòd celebratio Miſſæ, quæ ſolita fieri erat prima Dominica Menſ.poſſit fieri Dominica ſecunda, conceditquè indulg. confratribus intereſſentibus proceſſ. Dat.5.Sept.1580 ann.9.

84 *Almam Vrbem, etc.*) Mart.5. & Paul.3. conſtit.47.conceſſerunt iuriſdict. Conſulibus Mercatorum Vrb.cognoſcendi cauſas ad artem ſpectantes,idem Pius 4.conſtit.118.conceſſit conſul.Merciariorum, & Iul.2.conſtit. 51.conſul.Aromatar.& conſtit.28 Furnarijs, & conſules vigore huiuſmodi facultatum cauſas cognoſcebant,etiam contra perſonas, quæ non erant de arte, contra Statuta non confirmata,conſt.63.ideò hic Pontif.declarat hæc Statuta non præiudicare facultatibus dd. conſulum,quas & confirmat. Appellarique poſſe decernit ab eorum ſententia ad conſul. tantum, cum decreto, clauſul.&c. Datum 1.Maij 81. Deinde.

85 *Ne præinſertas,etc.*) Declarat corrigendo ſup.d.conſtit.ne præiudicet facult. Gubern.& Capitan.appellat. Vrbis,Datum Non.Iul.anno 10.

86 *Dilectos filios etc.*) Iul.3.cuius conſt.non adeſt hic,impoſuit gabellam farinæ carlen.2. pro molitura rubei grani, & montem vacabilem deſuper erexit, cum emolumentis ad 10. pro centenario, Pius 4.d.emolumenta reduxit ad ſeptem cum dimidio, conſt.non adeſt, Pius 5.conſtit.172. illa reduxit ad ſeptem, & adminiſtrationem conceſſit pop.Rom. pop. autem Romanus cum auctoritate huius Pōt. extinxit gabellam farinæ, & pro eius extinctione montem gabellæ ſtudij locorum 1180. nō vacabilium cum fructibus ad quinque pro centenario auxit, Pont.ergo modò approbat illam extinctionem, & erectionem, adminiſtrationemque pop.Rom.concedit,& montiſtis indulta elargitur,priuilegiaquè concedit, quæ alijs montiſtis conceſſa ſunt,vtquè montiſtæ nō teneantur probare pecunias per eos ſolutas,conuerſas eſſe in dictam cauſam,cum decreto,&c.Dat.1.Ian.1583.anno 15.Vide Sixti 5.conſt.26.

87 *Ad tollendum,etc.*) Hic Pont.extendit pœnas à Concil.Trid. impoſitas duellantibus,ac permittentibus duellum,etiam priuatim ſuadentes,fauentes,cum clauſul.&c. Dat.Non. Sept.1582.anno 11. Concil.Trid.ſeſſ.25.cap. 19.Vide Iul.2.conſtit.9.cum ibi notatis.

88 *Vniuerſi orbis etc.*) Erigit Eccl.Bonon. in Eccl.Metropolitanam,& Archiepiſcopalē, cum priuilegijs aliarum,ſubijcitque illi eccleſias,placentinam,ac parmenſem,præſuleſquè Regiens.Mutinenſ.Imolenſ. Ceruienſ. Cremenſem cum decreto,clauſulis,&c. Datum 4.Id.Decembr.anno 11.Idem fecit Pius 2.de Eccl.Senenſi,conſt.1.

89 *Expoſcit debitum, etc.*) Decernit, quod Abbatiſſæ Monialium ad triennium tantummodo eligantur,iuxta formam ſuorum ordinum, & inſtituta Concil.Trident.ſeſſ.25.c.6. de regul.cum decreto,clauſ.&c. Datū 1.Ian. 1583.anno 11.

90 *Sperantes te,etc.*) Deputat Gubernatorē cum ſolitis facultatibus,& emolumentis,præcipit quod Camer. & alii admittant eum ad eius officium, Theſ. & Depoſ. ſolita ſoluant emolumenta Gubernat.ſolitum præſtet iuramentum,cum clauſ.&c. Dat.27.April.1583. ann.11.Vide.Leo.10.conſt.7.cum adnotatis.

91 *Expoſcit Paſtoralis, etc.*) Continet extinctionem litium vertentium inter ordines Mēdicantium, & Confraternitates laicorum ſuper præcedentiam, declarans, quod inter Mendicantes ille ordo præcedere debeat in proceſſionibus, qui eſt in poſſeſſione præcedentiæ: & ſimiliter id etiam obſeruent Confraternitates; ſi autem de poſſeſſione præcedentiæ non conſtat inter Mendicantes, præcedāt antiquiores in loco præcedentiæ, & inter fraternitates præcedant, quæ prius ſaccis vſæ ſunt. Inter mendicantes etiam ille ordo intelligatur habere præcedentium, qui prius habuit Monaſterium in illo loco, & conſtitutio iſta intelligatur habere locum in proceſſionibus tantum,nullumquè præiudicium ferat Capuccinis,volentibus incedere ſub Cruce conuentualium, vel de obſeruantia,cum decreto,clauſ.&c. Datum 15.Kal.1583.anno 11. De Fratribus Prædicatoribus,vide Pii 5. conſt.74.

92 *Humano vix,etc.*) Præcipit,quod omnes reſignationes,& iurium conceſſiones publicentur intrà ſex menſes, ſi beneficia ſint citrà montes,ſi autem vltra,intra nouem. Fiatquè publicatio in Eccleſia Cathedr. et benef.Eccleſiaſtica,vel Eccleſiis,ſi in pluribus illud ſit, inter Miſſarum ſollemnia, etc. aſſignaturquè ſcriptum in valuis Eccl.ſis,in quem diſponi de benef. contigerit, teneatur intra dictum tempus poſſeſſ.apprehendere vigore litterarum deſuper confectarum, vel ſaltem (ſi aliquod aderit impedimentum) præſentare lit-

teras illi, cui exequutio commiſſa eſt, et poſſeſſionem inſtanter petere. Forma prædicta ſeruetur in omnibus benef. ſpecificè, & non per æquipollentem. Formæ autem omiſſio faciat gratiam nullam, inducatque vocationem, inualiditatem, inhabilitatem, nec proſit, reſignanti poſſeſsio, poſtea continuata, ſpecificaturque modus impetrandi ob non ſeruatam formam, & quod propter nullitatem concesſionum non ſunt irritæ reſignationes, niſi in caſu, &c. & in caſu benefic. litigioſorum procedatur contra cedĕrem, donec ſucceſſor venerit ad eum. Reſignationes in manibus Ordinar. Nunciorum, & Legatorum, etiam ob permutationem expediantur, & prouiſos intra tres menſes à die prouiſionis illam publicet, & poſſeſsionem capiat, aliter prouiſio nulla ſit, & benef. vacet, & omni pro tunc ſint priuati, cum decreto, &c. Datum Non. Ian. 1587. ann. 12. Vide Innoc. 2. conſtit. 13. Pij 4. conſt. 15 Pij 5. cōſt. 187. De reſignat. Clem. 7. conſt. 19. Pij 4. conſt. 91. Pij 5. conſt. 43. & 62. 188.

93 *Conſueuit ſedes, &c.*) Præcipit, quòd Ordinarij non ſe intromittant in viſitatione, & correctione Militum, niſi in concernentibus curam animarum, & adminiſtrationem ſactū. Deputat exequut. cum facultatibus. &c. clauſulis, &c. Datum 7. Ian. 1584. Vide Pij 5. cōſt. 142. & ſup. conſt. 69.

94 *Quo in vos, &c.*) In cap. mox celebrato ſubſidium ann. 50. mill. ſcut. ſub benef. Hoſpit. Hieroſol. impoſitum fuit vltra aliam impoſitionem factam in alio cap. de qua conſtit. 8. hanc igitur impoſitionem Pont. confirmat, & non ſoluentibus pęnas imponit, deputando exequut. cum facultatibus. Datum 7. Ian. an. 12.

95 *Omnibus, & ſingulis, &c.*) Continet ordinem obſeruandum Romæ in proceſſ. ſanctiſſimi Sacramenti in die Corporis Chriſti, &c.

96 *Aliàs cupientes, &c.*) Continet taxam ſeruandam à ſcriptoribus Archiuii Roman. Cur. Datum Kal. Iun. 1581. anno 10. De taxis Notar. Pii 4. conſtit. 148. De Archiuio, Pii V, conſt. 93.

97 *Conſueuerunt Rom. Pont. &c.*) Eſt Bulla Cęnæ, quæ continet caſus reſeruatos ipſi Sūmo Pont. & excomm. & ſunt contenti hoc verſu.

Hæretici, Appellas, Latroque, Pedagia, Falſas,
Ferrum, Annona venit Romam, cum Cardine, cauſas
Vſurpas, Satuis. Decimas, Capitalia Auertis,
Atquè Peregrinos, Terras, Rapis; ipſequè ſolues.

98 *Aliàs emanarunt, &c.*) Declarat, quod conſt. edita contra ementes ſal exterum in locis S.R.E. comprehendat non ſolum immediatè, ſed etiam mediatè ſubiectos Sed. Apoſt. cum decreto, &c. 3. Decemb. 1582. an. 11. Vide conſt. 52.

99 *Ad Apoſtolica, etc.*) Continet nonam erectionem montis Pii non vacab. iam à ſe extinctum, ſcut. 176. mill. & 50. cum ratione ſex pro cent. quem extingui non poſſe mandat, deputat. exequut. facultates montiſtarū. & Card. protectores, cum clauſ. &c. & nomina montiſtarum. Dat. 6. Kal. Nou 1577. an. 6. Vide Sixti 5. conſt. 16. Pii 4. conſt. 76. 80.

100 *Sancta Mater, etc.*) Ordinat feſtum S. Annæ celebrandum quolibet anno die 26. Iulii ſub dup. officio, quod Epiſcopi id faciāt obſeruare. Kal. Maii 1584. anno 12.

101 *Ad ſaninoroſos, etc.*) Edidit conſtit. 66. contra bannitos, ideo concedit facultatem Presbyteris approbatis ad confeſſ. vt poſsint abſoluere eos, qui cenſ. incurrerunt ob id, & duret per annum, cum clauſul. &c. 4. Id. Maii anno 12.

102 *Cui Regis, etc.*) Continet facultatem, & deputationem quatuor Card. abſoluendi bānitos cum clauſ. &c. 12. Maii anno 12. Vide ſimilem, Pii V. conſt. 111. & 158.

103 *Pia conſideratione, etc.*) Innoc. 4. confirmauit declarationem Reg. ord. Carmel. Eugen. 4. mitigauit d. Reg. circa ieiunia eſum carnium, & ſolitudinem, ſed poſtea de anno 1565. multi Religioſi primitiuam Reg. obſeruare cęperunt, & nonnulla alia, & Diſcalciati appellati ſunt, qui ab aliis obſeruātibus Reg. mitigatam moleſtabantur ideò Pontif. d. Diſcalciatos in Regn. Hiſpan. ab ipſis mitigatis ſeiungit: Monaſteriaquè ipſorum diſcalciatorum, tum erecta, tum erigenda in vnam *Prouinciam* erigit, quam appellandam cenſuit Diſcalciatorum, & eam & Magiſtro Generali totius ordinis ſubiicit, aſsignatq; facultates tum Generalis, tum Prouincialis Diſcalciatorum: conceditquè priuilegia. Diſcalciatos ad alium ordinem, quam Carthuſienſem, tranſire prohibet: idem de mitigatis, & quòd officiales mitigatorum non moleſtent ipſos diſcalciatos ſub pęna excommun. ipſo facto. Diſcalciati poſsint habere recurſum ad Sed. Apoſt. vel ad ord. protectorem: Reuocanturquè omnes facultates, quas habebant mitigandi, viſitandi ipſos diſcalciatos, cum decreto clauſul. &c. Datum Rom. 21. Ian. 1580. anno 9. Clem. 7. c. 37. Pii 5. conſt. 49.

104 *Ad hoc nos Deus, etc.*) Quidam Fratres Ord. de obſer. ſtrictiorem vitam degentes in Regn. Hiſpan. Diſcalciati Congreg. S. Ioſeph, nun-

nuncupabantur, & à Fratribus de obſeruantia deſuper moleſtabantur: ideò Pont.confirmat ipſam Congreg.Inhibetquè officialibus Fratrum de obſeruantia, ne eos ab eorum viuendi modo moleſtent, aut innouent,& eiſdem Diſcalciatis concedit facultatem recipiendi Fratres de obſeruantia, & retinendi tranſeuntes ad eos,& alia loca concedenda, ſtatuitquè, quod Obſeruantes nullum onus illis imponere poſſint, & quod Cuſtodia S.Gregorij ſit incorporata Prouinc. S. Ioſephi. Et Diſcalciati remaneant ſub iuriſdictione Magiſtri Generalis ipſius Ord.cum decr. clauſul.&c.Datum 12.Nou.1578.an.7.Pij 5. conſt.95.

105 *Quoniam diuinum,&c.*) Gregorius I. reduxit Anglorum Nationem ad fidem Catholicam, Angli verò,qui tunc erant obediẽtes, in hæreſim deindè prolapſi ſunt. Quarè hic Pont. ad imitationem d.Greg. pro d.Anglorum ab hæreſi liberatione Collegium Anglorum in vrbe erigit, & in eo quinquaginta ſcolaſticos Anglicos cum ſuo Rectore,& Miniſtris alijs ali, & in ſtudijs inſtrui decernit. Annuoſquè redditus ſcutorum quinque millium dicto Collegio aſſignat Hoſp.Anglorũ, & Eccl.S.Trin.& S.Thomæ Mat. ac omnia bona eiuſdem Hoſp.eidem Collegium applicat,& concedit.Vultquè,quod Miniſtri Collegij obediant per omnia Protectori, & Rectori.Et quod ſi Collegium diſſoluatur,bona omnia remaneant dicto Hoſpitali.Inhibentquè Miniſtris dicti Hoſpitalis, ne moleſtent Collegium, & eius perſonas ſuper prædictis. Conceditquè exemptionem à iuriſdict.Ordinar.& quorumcumquè iudicum: à ſolutione gabellarum,& pedagiorum. Præcipit officialibus omnibus ne Collegium, aut illius perſonas moleſtent in pręmiſſis.Superiores Collegii de conſenſu Protectoris poſſint promouere Scholares ad gradus:Scholares,& alumni eiuſdem Collegii promoueri poſſint extra tempora,& abſquè ord.litteris,& ſinè titulo, & non obſtante defectu natalium. Deputat protect.cum facultatibus,& formam recipiẽdi alumnos, & probationis ipſorum antequã recipiantur,& iurament.poſt admiſſionem,& abſoluendi ipſos alumnos, & à quibuſcumq; exceſſibus, etiam reſer.in Bulla Cœnæ,cum clauſ.indulg.conceſſ.&c. Dat.9.Kalend.Maii ann.9. De hæreſi Anglorum,Paul.3.conſt.23. Pii 5.conſt.104.

106 *Cum aliàs ſel.&c.*) Paul.4.conſtit.46. exerexit montem Alumerarium,Pius 5.vacabilem illum efficit, & fructus ad ſeptem pro centenario reduxit,Pont.igitur iſte hunc eundem montem perpetuum, & non vacabilem eſſe ſtatuit, & illius fructus ad quinque pro centenario reducit;pro aſſecuratione montiſtarum aſsignauit annuam ſummam 8477. ſcuto.ex redditibus Alumeratium,& obligauit omnia bona Cam. Apoſt. ſed litteræ hic non habentur.Deinde idem Pont.ſciuit nonnulla loca eiuſdem montis perſonis pignorata,quemdam annum cenſum ſuper eodem monte conſtitutum fuiſſe:ideò loca illa non ſupprimit, & cenſum illum extinguit, additq; eidem monti quædam alia loca:pro quorum aſſecuratione obligat omnia bona Cam.Quę loca ſic addita eiidem indulgentiis gaudere decreuit, quibus alia loca potiuntur, & gaudent, cum clauſ.decr.&c. Decernit,quod hæc conſtitutio admittatur,& deſcribatur in Cam.Apoſt. Apponit clauſ.derog.Dat.Rom. 4.id.Iul.anno 13.admiſſa fuit 23.Iul.&c. Vide Sixti 4. conſt.16.

107 *Aſcendente Domino,&c.*)Quoniam Societas IESV aſsiduos labores pro Chriſto impendit, Paul.3. & Iul.3. Societatem hanc approbarunt, exemptionem,eidem Paul.3. à iuriſd.Ord.ſubtraxit,Pius autem 5. intra ordines Mẽdicantium illam aſcripſit.Hanc Pont. commendat cum illius ſtatutis: probationis Nouitiorum, cum illorum admiſsione inter ſcholares approbatos, vel coadiutores temporales nondum formatos Coadiutores pręGdicti admittuntur deinde in gradum Coadiutorum formatorum. Qualitates admittendorum ad pr feſsionem quatuor vototum diſtributorum. Admiſsi ſint incapaces ſucceſſionis hæreditariæ,& loca Societatis non ſuccedant bonis eorum ob eorumdem mortem, aut profeſsionem profeſsi 4. votorum emittere debẽt ſollemne votum obed. erga Pont. vltrà alia ſollemnia vota. Omnes debent alia duo ſimplicia vota emittere, etc. Non immutandi Conſtitutiones circa paupertatem, nec procurandi aliquam dignitatem: probatorum vna ſit in Societate viuendi ratio; Qui ad gradus profeſſorum, et coadiutorum formatorum non peruenerunt, retineant dominium ſuorum bonorum ad beneplacitum præpoſiti generalis,ſed quoniam multi contra Societatem præmiſſa ſtatuit abiicere non ſunt veriti; ideò Pontif. declarat, et decernit confirmando inſtituta, gratias, et priuilegia, quod tria vota etſi ſimplicia,verè tamen ſunt Religionis ſubſtantialia,quod verè ſint Religioſi,et exempti à iuriſd.ordin.Diſcedentes à Congregat.ſunt verè Apoſtatæ; inhabiles ad matrim.ante abſol.Pont. vel præpoſiti generał. Quod nulli liceat impugnare inſtituta huius Relig. nec in hac Conſtitutione interpretare contenta. Dubia deſuper oriunda ad

Sed.

Digitized by Google

Sed. Apoſtol. pertinent, cum decret. clauſ. etc. Datum 8. Kal. Iul. 1584. anno 13. Vide Pau. 3. conſt. 24.

108 *Inter Apoſtolicas, &c.*) Innouat Nic. 2. & aliorum conſtitutiones editas circa reprobationem iuram. de illicitis damnoſis, & impoſſibilibus Eccleſ. liberr. & decret. Concilij Trident. aduerſantibus, & eadem de cętero exigentibus imponit pęnas ſuſp. à dignitatibus, irreg. & excomm. reſpectiuè, iurantibus verò ſcienter, ipſo facto priuati ſint gratijs, pro quibus iurauerint ignorantes verò à iuramento huiuſmodi ſint abſoluti, cum decreto clauſ. &c. Dat. Non. Sept. anno 13.

109 *Inter multiplices, &c.*) Statuit, quod depoſita actualia ſup. ſcuta 5 fiant penès Montem Pietatis cum decret. &c. Iud. & Notarij contrafacientes emolumentis vnius anni careant, deinde officio priuati exiſtant. Datum 1. Octobr. anno 13.

110 *Cum aliàs, &c.*) Aduocat ad ſe omnes cauſas vertentes inter Mercatores Ripæ, & quoſcumquè ipſorum ex vna, & quaſcumquè mulieres etiam coniugatas, declarando cōſt. 52. Paul. 3. procedere etiam contra mulieres tam in debitis contractis, quàm contrahendis, cum decret. &c. Datum 3. Maij 1584. anno 13.

111 *Sancta Mater, &c.*) Epiſcopi, & alij curent qualibet hebdomada prædicari iudæis in terris, vbi ſunt Sinagogæ, quibus prædicationibus interſint iudæi maiores 12. annis vtrinſquè ſexus. ita vt ſaltem tertia eorum pars adſit ſub pęnis interdicti à conſortio Chriſtianorum, quod ſi Chriſtiani eos à prædictis impediant excommunicati ſint ipſo facto, principes faueant Ordinariis in præmiſſis. Datum 3. Kal. Sept. anno 13.

112 *Vt Apoſtolicam, &c.*) Continet reſeruationem omnium benefic. Monaſter. S. Crucis Fontis Auelian. Ordin. Camald. Diœceſ. Eugubin. cum decreto, &c. Datū Non. Sept. 1578. anno 8.

113 *In conferendis, &c.*) Camerariatus officium vacauit per obitum Card. Cornelii, & modo illud confert Card. Vaſtauill. aſſecurādo illud, vt fecit Pius 5. conſtit. 142. & obligat omnia bona Cam. Apoſt. cum decreto, &c. Dat. prid. Id. Mart. anno 12.

114 *Quæ à Romanis, &c.*) Paul. 3. prohibuit clericis, ne expedirent Camerales expeditiones aliter quam ſub nomine, & ſigillo Camerarij, quod confirmauit Iul. 3. Clerici tamen contrafaciebant; ideò Pontif. innouat, & confirmat dictas Conſtitutiones, & inualidas eſſe decernit expeditiones à clericis faciendas. Præcipitquè eiſdem, vt omnes expeditiones ſub nomine, & ſigillo Camer. ſignent, & cum ſola ſubſcriptione viſa, &c. Exceptis Gubernatore, &c. Inhibet quoquè Notariis, ne expeditiones aliter ſcribant. Inter Cler. Auditor ne expedit. ſuper rebus ad Cam. pertinentibus ſubſcribant. Camerariæ expedit. & tractæ tritici, & ſegetum ſpectent ad d. Camerarium, cum decreto, clauſulis, &c. Datum Non. Decembr. anno 13.

115 *Non ſine graui &c.*) Excommunicantur diripientes animalia, & bona alia in ſtatu Eccleſiaſtico, vel illa emētes Epiſcopi ſtatus Eccleſ. & Reg. Neapol. ac Duc. Hetruriæ Ferrar. Vrb. faciant publicari hanc conſtit. cum clauſul. & Datum 7. Decembr. anno 13.

116 *Cum in Curiam, &c.*) Concedit facultates procedendi, & iudicandi in cauſis criminal. non ſeruata forma ſtatutorum, & iuxta facultates Gubern. de quibus Leo. 10. conſtit. 7. cum decreto, &c. Obiit die 10. Aprilis 1585.

1 *SIXTVS V. Virium noſtrarum, &c.*) Continet indictionem Iubilæi ad implorandum à Deo lumen, & auxilium pro bono regimine chriſtianæ Reip. vt in forma, &c. Datum Rom 8. Kal. Iun: anno 1.

2 *Onus Paſtoralis, &c.*) Deputat tres Card. ad audiendū grauamina ſubditorum, & facta ipſi Pontif. relatione deſuper prouidendum, cum decreto, clauſul. &c. Datum Rom. 5. Iun. anno 1.

3 *Sollicitudo paternuſquè, etc.*) Cōfirmat ſtatuta prohibentia alienationem bonorum ad fauorem forenſium, & non ſubditorum, prohibet, ne vendantur bona ſtabilia in ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentia, & quod extraneus, aut ſubditus originarius bona huiuſmodi in dicto ſtatu habens, & in eo habitans, ſi diſcedat, amplius non reuerſurus, illa non poſſit retinere, ſed immediatè ea vendere, vel pro alus rebus extrà exiſtentibus ea commutare debeat. Poſſit quilibet de bonis ſuis omni titulo diſponere, præterquam venditionis, donationis, permutationis, &c. Bonorum appellatione non veniant loca Montium, nec dotes, neq; Vrbes: Contrahentes contra dictam formam ſint inhabiles, etc. Datum Romæ Kal. Iul. anno 1. Vide Paul. 4. conſtit. 2. quo ad bona in vniuerſum, quoad feuda infra conſt. 25.

4 *De ſtatu, etc.*) Theſaurariæ officium vacans ob reſignationem Benſolij ideò Pontif. erigit illud officium perpetuum ad inſtar Clericatus, illiquè annectit officium collectoriæ ſpoliorum cum emolumentis: locum in cappella, etc. Annua ſcuta 200. pro conducenda domo, et victu pro ſe, et familia ex palatio

latio Apoſtol. præſtari decernit priuilegia, etiam, et exceptiones aliis Theſaurariis, et Collectoribus conceſſa ſpecialiter non reuocatas eidem concedit. Officiumquè Theſaut. ſic erectum vnà cum officio Collectoriæ, et aliis ei annexia D.Bened.Iuſtin.confert. Et pro aſſecuratione eius, qui Rom.Cam.ſcuta 50. mill. ſoluit omnia bona eiuſdem Camer. obligat: ipſumquè decernit non teneri probare hanc ſommam conuerſam in ſubuentionem Sedis Apoſt. nequè regiſtrari facerè in Cam. has litteras, iuxta conſtit. 131. Pii 4. cum clauſulis, etc. decreto, etc. exequutorum deputatione, etc. Dat. Romæ 1585.6.Non.Maii anno 1. Deinde cum ſequitur. Theſaurariatus Greg.13. c.74.

5 *Cum hodie, etc.*) Facultates ipſius Theſaurarii explicat reuocando, et annullando omnes alias auctoritates conceſſas Collectoribus, et Subcollectoribus ſpoliorum per prędeceſſores ad hunc vſquè diem. Decernens, quod ipſe habeat in perpetuum plenam facultatem colligendi per alium, ſeu alios, tam in Vrbe, quàm per totam Italiam omnia bona quæcumquè, et ſpolia, fructus, atquè prouentus quarumcumquè Eccleſiarum ex quouis titulo indebitè perceptos, et bona vacantia, de quibus diſponi contigerit, contra conſtit. 122. Pii 5. et 44. et Gregor.13. etc. Vocandi coram ſe, vel alium ad reddendum compotum quoſcumquè dignit. etc. etiam Collectores prædeceſſores, etc. Monendi, citandi, etc. etiam ſub cenſ. et pęnis Eccleſ. etiam excommunicationis, confiſcationis, et priuationis, etc. Declarandi incidiſſe, etc. cum auxilio etiam brachii ſæcularis, etc.

Abſoluendi, et liberandi, componendi. cōcordandi, etc. conſtituendi Collectores, Subcollectores, Commiſſarios, etc. Cognoſcendi ſuper controuerſias ortas, et orituras ſuper quibuſuis fructibus, et ſpoliis, etc. cauſis appellationum à ſuis Subcollectoribus deputatis, etc. Quod hæc conſt. non eſt regiſtranda in Cam. licet generaliter contrarium decreuerit Pius 4. conſt. 135. cum clauſ. etc. Datum Rom. 11. Maii anno 1.

6 *Deinde cum ſicut accepimus, etc.*) Cum noua Ciuitas Terracina de mandato Greg. 13. ædificari cępta fuerit. Hic Pontifex pro illius perfectione prouentus illius Communitatis ſequeſtrari, et in tali ædificatione erogari mandat. quod Theſaur. Salariumquè Gubernatorum, et alia ſubſidia, onera d. Cōmunitatis ſolui mandat èx dictis prouētibus durante d. ædificat. cum clauſ. etc. Dat. Rom. 31. Maii ann. 1. Deinde.

Alias cum, etc.) Quoniam Pius 5. conceſſerat facultatem Boſſoloſo Theſaurario vendendi loca Montis Iulii vacantia per obitum Montiſtarum d. Greg. 13. declarat Epiſc. Lauden. eius Theſaurario facultatem diſponendi de locis quocumquè modo vacantibus ipſius Montis Iulii, ac montis ſecundi ſuccurſus Auenion. Hic etiam Pont. eaſdem dat facultatea iſti Theſaurario, perſoniſq; huiuſmodi montium ab ipſo Theſaurar. Emptoris dat priuilegia conceſſa antiquis montiſtis, cum decr. clauſ. &c. Regiſtr. 9. Sept. 1585. De ſpolijs, Paul. 3. conſt. 34. 53. Iul. 3. conſt. 16. Pau. 4. conſtit. 26. Pij 4. conſt. 119. Greg. 13. c. 38. & 44. & 74. De facultat. Theſaur. Pij 4. conſtit. 127. Greg. 13. conſt. 41. De monte Iulio, Pij 5. conſtit. 159. De monte primo ſuccurſ. Auin. Pij 4. conſt. 94. De ſecundo idem conſt. 103.

7 *In Cœli Throno, &c.*) Recenſitis S. Frāc. de Paula meritis, & laudibus narrat illum inſtituiſſe Ord. Minimorum, & à Leo. 10 in ou.

Sāctorum adſcriptum, & modo iſte Pont. eius diem feſtū 2. Aprilis celebrari præcipit. Dat. Rom. 1585. ann. 1.

8 *Hoc noſtri Pontificatus, &c.*) Confirmat conſtitutiones à prędeceſſ. editas contra Bann. eorumq; fautores cum pęnis in eis contentis, præterquam excomm. præcipitquè vt Barones, & Communitates eorum Territoria à bannitis, &c. liberas cuſtodiant, eoſquè capiant, & officialibus Pont. conſignent. Capere non valentes proſequantur conuocatis Communitatibus conuicinis. Ad cauilloſas excuſationes non admittantur: particulares perſonæ contra bannitos, &c. Arma capiant, & accurrant. Exequutoribuſquè iuſtitiæ armata etiam manu ſubueniant Barones, & Communitates loci, in quo furta, latrocinia, vel alia damna illata fuerint facinoroſos capere debeant, alioquin vltra alias pęnas ad refectionem damnorum, & pœnam Camer. Apoſt. ſoluendam aſtricti ſint. Barones & alij maiores annorum 14. & S.R.E. mediatè, vel immediatè in temporalibus ſubiecti, auxiliantes, aut eoſdem bannitos receptantes quomodocumquè, ſiue impedientes Miniſtros, verberantes, terrefacientes, &c. Conclamantes ad arma, aut excitantes alios, franchitias appellauerint contra conſt. 10. Greg. 13. læſæ ſuæ Maieſt. reatum verum, & rebellionis pęnam incurrant, amiſſionem priuileg. & gratiarum, nec non exemptionum, ac dignitatum temporalium, atquè Eccleſiaſticorum offic. & benefic. honorum, iurium & bonorum omnium, atquè actionum cum inhabilitate perpetua ad illa, & ſimilia. Et omnia intelligantur ipſo facto applicata fiſco Cam. Apoſt. iuxta conſt. 48. Pij 5. Communitateſq;

eadem

Digitized by Google

eadem tolerantes, eaſdem pœnas incurrant, particulares autem perſonæ eos capere non valentes, illico propalare, & conuicinos conuocare debeant. Sciētes in præmiſſis aliquem eſſe colpabilem reuelare teneantur. Iudices procedant etiam per inquiſitionem, & priuileg. de recipiendis, & non conſignandis omninò ſublata ſint; Receptantes non excuſentur prætextu agnationis, vel conſanguinitatis, aut non doloſæ receptionis niſi coactè quis fecerit, cum decreto, &c.

Exequutorum deputatiõne. Clauſulis. Hortatur principes extra ſtatum Eccleſiaſticum temporalem iuriſdictionem habentes, vt bannitos non aſſecurent, ſed capiant, & remittant, tradit formam publicandi, ac præcipit Communitatibus, vt hanc conſt. publicēt in publicis Conſilijs, & eam in Archiuijs cuſtodiant. Et quolibet anno in publico Conſilio recitent. Dat. Rom. Kal. Iul. anno 1. Vide Pij 2. conſt. 8. cum concordantijs.

9 *Aliàs fœlicis, &c.*) Pius 5. conſt. 2. Bannitos à Regno Neapolit. aſſecurari non poſſe ab officialibus Status Eccleſ. ſed ad Proregē remitti debere iuſſit. Hic Pont. modo idem ſtatuit, oriundoſquè ex locis S. R. E. puniri poſſe decernit pro delictis commiſſis in Regno. Proregis officiales inſequi bannitos intrà territorium Eccl. poſſe concedit. Et etiam Monaſterijs perquirere, & perſonas Eccleſiaſticas capere. Familiaſquè à Regno expellendas prohibet receptari in ſtatu eccleſiaſtico. Communitatibuſquè, & alijs mandat, vt faueant exequutoribus illius Conſtitutionis, Prorex autem idem faciat in ipſo Regno cū clauſulis, &c. Dat. Rom. 28. Iulij anno 1. vide Pij 4 conſt. 115. *Multa & grauia, etc.*

10 Continet erectionem Montis Pacis non vacabilis, cum aſſignatione fructuum ad quinque cum vno quarto pro cētenario obligatione omnium bonorum Sed. Apoſtol. pro aſſecuratione. Facultatibus diſponendi de locis ipſius, & fructibus ad fauorem etiam illegitimorum; Et transferendi in alios reſeruata ſibi libera adminiſtratione, & diſpoſitione. Declarando quòd illegitimi ſint inhabiles ad ſuccedendum in acquiſitis de bonis Eccl. loca Montis, & fructus non poſſint ſequeſtrari. Conceditquè illi priuilegia Montis Fidei, & Alumeriorum, & Religionis, cum decreto, clauſulis, &c. Dat. Rom. 4. Kal. Auguſti ann. 1. Pij 5. conſt. 125. Clem. 7. c. 17. Paulus 4. conſt. 46. Pij 5. conſt. 135.

11 *Spectata tua fides, &c.*) Deputat Gubernatorē cum ſolitis facultatibus, & emolumentis, præcipiendo Camerario, & alijs, quod admittant eum ad eius officium, quod Theſaurarius, & Depoſitarius præſtent ſolita emolumenta, & Gubernator præſtet ſolitum iuramentum. Datum Romæ 20 Aug. anno 1. De facultatibus gubernat. Sixti 4. conſt. 15. Leo. 10. conſt. 7. Pij 5. conſt. 113.

12 *Quia ob diſceſſum, &c.*) Deputat Michaelem Perettum Gubernatorem Burgi S. Petri. Conceditquè iuriſdictiones, & facultates, de quibus Pij 4. conſt. 85 cum earum declaratione iuxta formam eiuſdem Pij. Aſſignatquè ſolita emolumenta, &c. Dat. Rom. 12. Nou. ann. 1.

13 *De tua fide, &c.*) Deputat gubernatorem Burgi S. Petri, ac generalem Capitaneū cuſtodiæ Sanctiſ. D. N. Papæ Robertum de Altemps, cum facultatibus cognoſcendi cauſas ciuiles, & criminales habitantium in Burgo in prima inſtantia. Conceditq; illi eaſdem, quas habuerunt alii Capitanei, officialibus dictæ cuſtodiæ, quod illi obediant: quod Camerales præſtent illi ſolita emolumenta, præſterquè ille ſolitum iuramentum. Dat. Rom. 25. April. anno 1.

14 *De doctrina, &c.*) Ioannem Iacobum Panici I. C. Maceratenſ. &c. Deputatquè in Procuratorem generalem Fiſci, & Reu. Cam. Apoſt. com clauſ, &c. Dat. Rom. 28. Maii anno 1.

15 *Volentes dilectum, &c.*) Sixtus 5. dum erat Cardin. fuit deputatus tutor, & curator Iuliani Cæſarini in teſtamento paterno: ideò ipſe Pont. ad extinguendum debita contracta per anteceſſores ipſius Iuliani erigit mōtem non vacabilem 100. mil. ſcutorum. Montiſſiquè aſſignat fructus ad quinque cū dimidio pro centenario, & declarat eos non teneri probare pecunias in mōte poſitas verſas fuiſſe in extinctionem debitorum ipſius Iuliani illiſquè concedit facultatem eligendi Secretarium, priuilegia Montis fidei, & aliorum concedit. Declarat eos eſſe obligatos ad retrouendendum ipſi Iuliano ſua credita poſt triennium. Iulianumquè debere illa credita emere, & partem montis extinguere, iuxtà prouentus, qui ſuperfuerint. Et obligatio Depoſitarii de triennio in triennium reuocetur, cum decreto, clauſul. &c. Dat. Rom. 13. Iun. ann. 1. Deinde &c.

16 *Cum nos nuper, &c.*) Montem ſupradictum poſt triēnium extingui debere decreuit pro rata prouentuum, quæ ſupereſſent, præcipiens Depoſit. vt iura, quoquè menſe exburſare debeat, quicquid ex dictis prouentibus ad manus habebit pro extinctione, ità vt in circulo annorum quatuordecim extinctio perficiatur, cum clauſ. decr. &c. Datū Rom. vlt. Iun. anno 1.

17 Mons

17 Mons fidei Clem.7.conſtit.17. mons Alumeriarum. Paul.4.conſtit.46.mons Religionis.Pij 5.conſt.135. mons gabellæ Vrbis, Pij 5.conſt.175.mons Iuliani,Pij 5.conſt. 159. mons proxenetarum Ripæ, Pij V.conſt. 186. mons Nouennalis,Paul.4.conſt.12.mons Pacis ſup.conſtit.7.mons Pius, Pij 4.conſtir.8. Greg.13.conſt.99.mons primus ſuccurſ.Auinion.Pij 4.conſtit.94.mons ſecundus conſtit. 103.mons Prouinciarum, Greg.13.conſt.13. mons Theſaurariæ,Pij 4.conſt.86.mons Monialium S.Bernardi, inſ.conſt.25.mons Sixti, conſt.70.mons Cameratiatus,conſt.80.mons Dararæ,conſt.88.mons Vrbis veteris,conſt. 89.mons Cancellarium,& Secretariarum, conſt.99. mons S.Bonauenturæ.conſtir.103. Mons Archiuiorum conſt.122.mons Sabellicus.conſt.127.

18 *Cum in Curia,&c.*)Continet facultates Senatoris Vrbis procedendi,& iudicandi in cauſis criminalibus ſecundum facultatem gubernatoris, & non ſeruata forma Statutorum nuper editorum,ac confirmatorum,cum clauſul.&c.Datum Romæ 16.Auguſt.ann.1. De confirmat. Statutorum, Greg.13.conſtit. De facult.gubern.ſup.conſt.9.

19 *Cum primum à te,&c.*) Continet deputationem Cardin.qui cauſas Religioſorum degētium extra clauſtra audiant, & deſuper prouideant,cum clauſ.&c.Dat.Rom.16.Aug. ann.1.

20 *Intemerata Virg.&c.*)Continet indictionem feſti Præſentationis B.Mariæ Virg. celebrādam 21.Nouemb. ſub duplici officio ſingulis annis. Dat.

21 *Cum à primaua,&c.*) Cōtinet indulg. plenar.perpetuam pro omnibus Chriſti fidelibus viſitantibus Eccl. Fratrum Ord. S.Frāc. in ſollemnitatibus S.Franc.S.Ant.de Padua, Lud.Epiſcopi,& confeſſ.S.Bernardini,& Bonauent. Dat.Rom. 28.Sept.ann.1.

22 *Ex ſuperne,&c.*) Summus Pont.cupiens Eccleſiam Aſſiſi,in qua requieſcit corpus S.Franc.amplius decorare,Archiconfraterniratem Cordigerorum erigit in illa Eccl. ingredientibus indulg.plen.concedit. Concedit què facultatem Generali illius Ord. erigendi alias Confraternitates in quibuſcumq; Eccl. Ord. S.Franc. communicandiq; eiſdem eaſdem indulg. Dat.Rom.13.Kal.Decembr. ann.1. Vide conſt.68.

23 *Et ſi nos,&c.*)Officiales ſtatus Eccleſiaſtici dantes participationes proueutuum officiórom pro illis obtinendis, aut retinendis participationes ipſas, ac Barigelli vltra eorum ſtipendia aliquid exigentes priuati exiſtant perpetuò ſuis officiis, & inhabiles ad illa,& infames,&c. Dat.Rom.Id.Octobr. ann.1.Vide Sixt.4.conſt.8.

24 *Cum aliàs,&c.*)Sanctiſſ.Pontif.volens introducere in Vrbe artem lanæ pro pauperum ſuſtentatione Cardin.S.Sixti deputauit, qui quaſdam ordinationes fecit, quas nunc confirmat,quatenus Conc.Trid.non ſint contrariæ.Conceditquè iuriſdictionem Conſulibus cognoſcendi cauſas artem ipſam concernentes,& credita ab Hebræis conſequendi,cum clauſ.decr.&c. Dat.Rom.18.Decēb. ann.1.Vide Pij 5.conſt.34.

25 *Romanus Pont.&c.*)Præcipit omnibus Prælatis ad aliquam Eccl.ordinandis,cū trāſituris,vt iurent,quod limina Apoſt.ſtatutis hic temporib.perſonaliter viſitabunt,& Pont. de paſtorali eorum officio rationem reddēt, mandataquè Apoſtolica diligentiſſimè exequentur:ſi impediti fuerint,faciant id per eorum Nuncium.Hortatur principes,vt per ipſos Epiſcopos,& eorum Nuntios eis fides à Sede Apoſt.ſubſidia petant. Tempus Viſitati nis antecesſoribus excurſum, ſucceſſoribus excurriſſe declarat,cum clauſ. Concedit abſolutionem à reatu periurii his, qui vſquè modo viſitationem diſtulerunt. Inobediētes ſuſpendit ab ingreſſu Eccleſiæ eorum, & fructuum adminiſtratione.Datum Rom.13.Kal. Ianuar. anno 1.

26 *Sancta Romana,&c.*) S.Nicolaus de Tolentino à Ioann.22.& Inno.6.in Sanctorum numerum relatus eſt,& modo Pont.præcipit eius feſtum celebrari die 10. Sept. ſub officio duplici.Dat.Rom.10.Kal.Ian.ann.1.

27 *Pia Sanctorum,etc.*) Præcipit Feſtum SS.Ianuarii, & Sociorum mart. ſingulis annis celebrari 19. ſept. Dat.Rom.5.Kal.Febr.anno 1.

28 *Cœli,ac Terra,etc.*)Inuehitur multum contra Aſtrologiam iudiciariam, recenſens in compendio omnia mala, quæ in ſortilegiis, & incantationibus concurrunt.

Deinde prohibet,ne Aſtrologiæ iudiciariæ ars, vel faciendi ſortilegia, incantationes, & diuinationes exerceantur.Qui ſecus fecerint, ab Ordinariis, & Inquiſitoribus Canonicis penis puniantur,vel aliis ad arbitrium.Nevè libri huiuſmodi,ſicut per Regulas Conc.retineantur. Cum facultate Inquiſitoribus facta, coercendi illos,qui legunt,vel detinent cum clauſul.&c. Dat.Rom.Non.Ian.1585.ann.1. De penis incantatorum, Leo.10.conſtit.11. ſed non ſunt deſcriptæ. Vide ſummam Concil.Conſtantienſis.

27 *Pro eo quum,&c.*) Statuit,quod Fratres Capuccini de cetero non recipiant, neq; retineant Fratres de obſeruantia,nequè hi de ob-

A a

obſeruantia ad Capuccinoa tranſeant abſquè ſpeciali licentia Summ. Pontiſ. ſub pęna excomm. latæ ſent. priuationis, &c. clauſul. decr. depuratione exequutorum, &c. Dat. Rom. Ian. anno 1. Vide Paul. 3. conſtit. 28. Iul. 3. conſt 10.

30 *Superna diſpoſitionis, &c.)* Card. Alexandrinus ſuo, & aliorum Officialium nomine Cõſtat. S. Bernardi exponit, quod quidam Franciſcus Tuſcus Eccl. S. Bernardi in ſua domo ſita in Regione Montium Vrbis conſtrui fecit, & omnia bona ſua ei donauit, in eaquè confraternitas S. Bernardi erecta fuit de anno 1368. Redditus eius Eccleſiæ diuerſis ipſis operibus à confratribus vſquè modo erogati fuerunt. Nunc autem diuino Spiritu ducti Monaſterium pro Monialibus S. Bernardi cõſtruere cogitarunt. Et quod ob mortem Card. Vercellenſ. vacabat Eccl. SS. Viti, & Modeſti in macello Mart. de Vrbe: in qua nec ſacra celebrantur, nec paramenta, & alia neceſſaria exiſtunt. Et ſi apud dictam Eccl. dictum Monaſterium congrueretur, eiq; fructus d. confraternit. & prædictæ Eccl. SS. Viti, & Modeſti, cum ſuis iuribus, & redditibus donarentur pauperibus puellis, quæ Moniales effici cuperent, ac reſtitutioni de rebus Eccleſiæ admodum conſuleretur; ideo Pont. dicto Car. & Confratribus licentiam concedit conſtruendi dictum Monaſterium apud dictam Eccl. & quicquid petitum eſt. Applicatque omnes eleemoſynas conceſſas, & cõcedendas. Moniales ſub protectione Sedis Apoſt. recipit, ac Confraternitatem Orphanorum, & crucifixi Officialibus Confraternit. dat facultatem concedendi ſtatuta, & ordinationes licitas à Vicario Vrbis approbandas. Cardinali protectori tribuit facultatem extrahendi tres Moniales à Monaſterio Sanctæ Ceciliæ, pro inſtructione Monialium huius Monaſterij, & Monialibus omnes gratias, & indulg. & priuilegia alijs Monaſter. conceſſa elargitur, cum clauſulis, &c. Dat. Romæ Idibus Febr. anno 1. Paul 3. conſt. 32.

31 *Egregia pop. Roman. &c.)* Memorat, quod ſtatutionum conſuetudo antiquiſſima eſt, & quod Roma hanc retinet, & conſeruat vſquè modo, & præſertim ad ſeptem in Vrbẽ Eccl. celeberrimas, in quibus antiqui Pontiſ. diuina officia celebrare ſolebant: ideo Pont. ad ipſarum Baſilicarum venerationem, & populi deuotionem augendam in eiſdem Baſilicis ſolemnes Miſſarum Cappellas Pontificales in futurum celebrari decernit, vno ex Cardinalibus Miſſam cantante. Et propterea ad dictas Baſilicas vias latas aperuit: & modo in locum Eccl. S. Sebaſtiani Eccleſiam S. Marci ſubrogat. Cappellarumquè ordinem ordinem ſubnectit, vt prima ſit in S. Mar. de populo. Secunda S. Pauli Tertia ad S. Laurẽt. extra muros. Quinta ad S. Crucẽ in Hieruſ. Quinta ad S Mar. Maiorem. Sexta ad S. Petrum. Septima ad S. Ioan. Lateran Et hoc in Quadrag. In Aduẽtu autem. Prima ad S. Laurent. Secunda ad S. Ioann. Lateran. Tertia ad S. Crucem. Quarta ad S. Paulum. Quinta ad S. Mariam Maiorem. Sexta ad S. Mar. de populo. Septima ad S. Petrum. primo autem die Quadrag. ad S. Sabinam Card. S. Marci pęnit. Cantabit Miſſam hortatur populum, &c. Et indul. concedit. Datum Romæ Idibus Febr. anno 1. infra conſt. 70.

32 *Quarta Apoſtolica, &c.)* Confirmat conſtit. Pij 5. de non infeudandis, & alienandis Caſtris & locis S. R. E. Datum Romæ Kal. April. 1586. ann. 1. Vide conſt. 3. Pij 5. conſt. 38. Greg. 13. conſt. 1.

33 *Et ex noſtris, &c.)* Pont. ob multa merita Relig. Hieroſolymit. confirmat omnia eius priuilegia, cum decreto, clauſulis, &c. Exequutorum deput. ſinè tamen præiudicio conſt. 143. Pij 5. Nec non conſt. 88. Greg. 13. Datum Rom. 20 Mart. 1585. anno 1. De priuilegijs Militum Hieroſolym. Vide.

34 *Cum benigna, &c.)* Greg. 13. Redimẽdorum captiuorum ſtatus Eccleſiaſtici opus in Vrbe ſtatuit, & Archiconfraternitati Confalonis hanc curam dedit. Hic igitur Pont. dictam inſtitutionem confirmat, & aſſignationem, cũ facultate deputandi Quæſtores eleemoſynarum; prohibetquè Fratribus S. Trinitatis, & alijs, ne id faciant. Aſſignat eidem redditus expeditionum, &c. Bonorum emphyteuticorum diſpoſitionem ad fauorem dictæ Confraternitatis pro hac redemptione fieri poſſe declarat. Legata, & relicta facta, & facienda in toto ſtatu Eccleſiaſtico (*non autem* pro certa quadam perſona, & regulari loco) applicat eidem. Eccleſiaſticis perſonis ad eius fauorem tertiæ partis, eidem ſoluta vſq; ad ſcuta 300. diſponere poſſe indulget. Capſas ad colligendas eleemoſynas in toto ſtatu Eccleſiaſtico deputandi licentiam concedit. Ordinarios hortatur, vt huic operi faueant, & ſtatuta condẽdi, & mutandi approbanda à Vicario Vrbis non contraria Conc. Trid. indulget, concedit etiam indulg. cum facultate illas communicandi alijs Confraternitatibus, & certis perſonis reſpectiuè, cũ clauſ. decr. &c. Dat. Rom. 12. Kal. Apr. ann. 1. Vide Greg. vt ſupr. de Confraternit. S. Trinit. Greg. 13. conſt. 37. Vide conſt. 43. Archiconfrat. Confalonis. Greg. 13. conſt. 65.

35 *Ex omnibus, &c.)* Continet inſtitutionem,

nem, & confirmationem cuiuſdam Societatis miniſtrantium infirmis: datquè illis facultatem colligendi eleemoſynas pro illis viſitãdis. Audiendi eorum confeſſiones in quibuſuis Hoſpitalibus ſinè præiudicio Superiorũ eorumdem: modo à Vicario Vrbis ſint approbati, & in cõmune viuant,&c. Dat.Rom. 18.Mart.ann.1 1.

36 *Inuictorum Chriſti, &c.*) S. Petrus martyr Ordinis Prædicatorum profeſſus, & inquiſitionis officio functus, martyrio coronatus eſt: ideo eius diem feſtum 29. April.ſub duplici officio præcipit celebrari ab omnibus. Dat.Rom.Idib.April.ann.1.1586.

37 *Romani Pontif.&c.*)Supprimit officiũ Secretariatus domeſtici, eiuſquè curam concedit Collegio,cum facultate deputandi Secretarium à Summo Pont.approbandum, cui conſignat manſionem in palatio, cibaria, & emolumenta.Collegio concedit licentiam capiendi poſſeſſionem prædictorum propria auctoritate,teneatur ad oſtendendum computa Secretarijs, deputat Scriptores Breuiũ: taxas aſſignat, Secretarios, Doctores, poſt annum 25.in habitu Prælatorum incedentes ex nunc vtriuſquè ſignaturæ Referendarios eſſe, eorumquè priuilegijs gaudere decernit. Antiquiorem autem ſingulis Papæ ſignaturis interuenire poſſe concedit,habitum deſignat, & locum in Cappella. Confirmat conceſſiones Pij 5. cuius non adeſt conſtitutio: præſentes vim contractus habere decernit Cameralibus mandat, vt faciant quietantiam de ſcutis 2500.cum obligatione reſtitutionis in caſu non obſeruantiæ,cum clauſ.&c.Datũ Rom. 1.April.1586. Vide Innoc.8.conſtit.8. cum concordantijs alijs.Vide conſt.15.

38 *Cum primum,&c.*) Contra bannitos, & alios facinoroſos,qui totam Italiam infeſtam reddebant, conſtit.6.ediderat. Quarè cum infra annum prou. S.R.E.tranquillas,& his facinoroſis hominibus expurgatas reddiderit; Modò ex paternæ charitatis affectu mandat Gubernatoribus locorum, vt quoſcumquè in contumaciam bannitos,aut nondum in iudicio delatos, quibuſdam tamen exceptis,infra ſex menſes remiſſionem peretes gratioſè liberet,& abſoluat:proceſſuſquè deſuper contra eos formatos,& exequutioni non demandatos caſſare præcipit,cum clauſ. &c.Dando facultatem Confeſſoribus ab Ordin.approbandis, vt eos abſoluant ab omnibus cenſuris,& pęnis eccleſiaſticis,propterea incurſis Diſpenſando cum clericis &,veteris, vt in ſuis ordinibus remaneant, beneficia retineant,ac recipiant. Dat.Rom.3.Kalen.Maij 1586.ann.1.De bannitis,vide Pij 2.conſtit.8. cum concordantijs.

39 *Circumſpecta,&c.*) Continet priuilegia nobilitatis, ciuilitatis, & familiaritatis Conclauiſtarum; exemptionem à ſolutione decimarum:Remiſſionem fructuum Eccl indebitè perceptorum, propter dimiſſionem officij, habilitationem illegitimorum ad ſucceſſionem, ordines, & dignitates, & officia ſæcularia.Expeditiones gratiarum gratis fiãt pro illis. Indultum ſi ſint Presbyteri audiendi iura ciuilia,& Doctoratus gradum ſuſcipiendi. Penſiones eis reſeruatas transferẽdi.Cum decreto,clauſul.&c.cum intimatione litterarum,repetitione ſupradictorum,deputatione exequutorum,&c. Datum Romæ Kal.Martii 1586. ann.1.

40 *Ad Clauum,&c.*) Sanctiſſ.iſte Pont.ex vrgentiſſ.cauſis expreſſis,oſtendit neceſſe eſſe S.R.E. aliquid Theſauri præſidium habere propterea decies centena millium aureorum nummũ in primo anno ſui Pontificatus hinc inde licitè, & abſquè alicuius oneris impoſitione collegit: modo in Arce S. Ang.pro Sed. Apoſtol.pręſidio reponit.Deoquè,& B.Virg. & Apoſt. Petr.& Paul.dicat. Indequè promi prohibet præterquam pro recuperatione terræ Sanctæ: Generali contra Turcas expeditione,& tũc cum Chriſtianus exercitus comparatus,& mare ad ipſorum Turcarum fines traiecerit,& in caſu extremæ Ciuitatis penuriæ. Deindè quaſdam alias cauſas excipit,in quibus pars tantum poſſit auferri, idquè ſeſeruaturum iureiurando deuouet:& eius ſucceſſores dictum iuramentum ligare declarat; exemplum quoquè proponit impii Heliodori Machab.2.cap.3. caſus etiam hic præſcriptos ad alios etiam grauiores non vult extendi, ſed ad litteram intelligi: claues ſex ad cuſtodiam dictæ pecuniæ ſex perſonis nominatis aſſignat prædicto iuramento de obſeruandis promiſſis ſub pęna excommun. præfecto C. S. Ang. iuramentum dari præcipit circa præmiſſorum obſeruationem ſub eadẽ pęna.Contrauenientibus quibuſcumquè circa amotionem dictarum pecuniarum pęnam excommunic. latæ ſent. omniumq; dignitatũ priuationem, & inhabilitationem imponit Cardinales. abſentes in eorum acceſſu ad Curiam, & Cardin. futuros in aſſumptione pilei præmiſſa obſeruaturos iurare voluit, prout & præſentes iurarunt.In Conclaui etiã Cardinales,& Pontifices poſt coronationem idem iurare debere decernit: hanc conſtitutionem in Conclaui legi,& in quinternis Cãcellariæ deſcribi iubet. Et ſi ſucceſſores contrauenerint, decernit poſt eius obitum licere ſucceſſoribus pro recuperatione harum pecuniarum agere contra Pontificis contraue-

nientis, & Cardinalium conſentientium coniunctos, & quia Pontif. & Cardinal. bona quoquo modo obtinuerint, &c. Dat. Romæ 11. Kal. Maij 1586. ann. 1. idem conſt. 80. Confirmat Clem. 8. conſt. 1.

41 *Pro excellenti, &c.*) Lauretanum Oppidum in Ciuitatem, & Eccleſiam in Epiſcopalem erigit, deſignando illi Diœceſim, & ſubijciendo Eccleſiam Recanenſem, &c. Cum dote duorum millium ſcutorum. Dignitatis distinctione iuriſpatronatus ad præſentādum Archipresbyterum reſeruat familiæ Perettæ, cum clauſul. &c. Datum Romæ 16. Kal. April. anno primo.

42 *Cum ſicut nobis, &c.*) Continet conceſſionem, & declarationem pro Fratribus Ord. Minorum de Obſeruantia, vt liberè, & licitè retinere valeant omnes Eccleſias, & Conuentus, quos vbiquè terrarum poſſident, dummodò Ordinarij conſenſum habeant quoad eos dumtaxat Conuentus, quos poſſident à decem annis citrà. Indulgent. & priuilegia concedit quæ conceſſa fuerunt locis, & Eccleſijs à principio licitè receptis, & ædificatis, cum decreto, clauſ. &c. Datum Romæ 3. Sept. anno 2.

43 *Poſtquam diuina, &c.*) Collegium 200. Militum ad honorem B. Virgin. erigit, & eorum officia per triennium tantum non vacare decernit, creando ipſos familiares, & Notarios Sed. Apoſtol. Comites Palatinos, Milites Laureatos, & Lauretanos, penſiones, ſiuè fructus Eccleſiaſticos ducat. 200. ſuper quolibet officio dicto Militiæ, eoſdem Milites Clericos, & laicos etiam coniugatos obtinere, & iam obtentos retinere, & in alios Clericos, & coniugatos, ſi ſaltem per triēnium tale officium exercuerint, transferre poſſe concedit coram ſolo Notario, & teſtibus etiam laicis, etiam ſine conſenſu eorum, qui penſiones ſoluere debent. Qui ſub excommunicationis latæ ſentent. pœna teneantur ad illas, perindè, ac ſi de translatione per ipſum Pont. cum clauſul. &c. id factum fuiſſet teſtandi de bonis ex Eccleſ. acquiſitis vſq; ad duc. 500. pro quolibet officio, & de alijs bonis vſquè ad quamcumquè ſummam diſponendi facultatem elargitur, inſignia collegij deſign. officiū huius Militiæ cum alijs officijs Rom. Cur. compatibile, & plura ſimul ab vno retineri, & quandocumquè reſignare poſſe decernit. collegium iſtorum ſtatuta condere, & alia neceſſaria facere poſſit. Baldachinum portare poſſe, à iocalium, & aliorum iurium in Cam. Apoſtol. ſolum eximit, ſcuta 100. mil. ab illis recipit, fructus annuos 8. mil. duc. ſuper redditibus Datariæ eidem aſſignat, obligat omnia bona Camer. Apoſt. in caſu defectionis cum clauſ. &c. Exequutorum deputatione, &c. forma, & effectu publicetur, &c. Dat. Rom. 5. Kal. Iun. ann. 1. 1586. Deinde.

44 *Ad exequendum, &c.*) Recenſet in cōpendium omnia priuilegia, & extendit illa circa penſiones, & fructus eccleſiaſticos, quos habere, & retinere eis conceſſum eſt, derogādo conſt. 17. Pij 2. et aliorum, et Regulis Cancellariæ eorum præmiſſis quouis modo fauentibus, public. 26. Septembr. anno 2.

45 *Cameræ noſtræ, &c.*) Continet confirmationem aliorum Summ. Pont. conſt. ſuper ſolutione annatarum communium, et quindenniorum, cum declarat. et extenſione ad beneficia vnita quæ 24. duc. aur. de Cam. excedunt, etiamſi ſint de iure patronatus, etc. cum decr. etc. clauſul. etc. Datum Romæ 14. Maij anno 7. Vide Paul. 2. conſtit. 9. cum concordantijs.

46 *Cum ſicut accepimus, &c.*) Continet facultates, et iuriſdictiones Archiconfrat. Cōfalonis eligendi vnum ex quatuor Referendariis nominatis in Iudicem ordinarium, qui poſſit audire cauſas motas, et mouēdas; procedendi ſola facti veritate inſpecta: citandi, et inhibendi in Curia, et extra: Contradictores cohibendi; Appellatio ab eius ſententia ſemel tantum detur deuolutione, etc. Tres nullitates tantum opponi poſſint, de quibus Pius 4. conſt. 85. Cogere poſſit hæredes in cauſis diſcuſſionum, etc. Citationes fieri poſſint per quoſcumquè mandatarios. Mandata eius ab omnibus exequutoribus exequi poſſint, cum decreto, etc. clauſul. etc. Et declaratione, quod ſub eius iuriſdictione ſint omnes redempti, et puellæ, quæ cōſequuntur dotem ab Archiconfrat. Præfectus ſignaturæ iuſtitiæ Regens, et Referend. non ſignent commiſſiones contra formam præſentis conſtit. Iudex cogere poſſit Notarios ad conſignanda inſtrumenta, etc. Datum Rom. 14. Kalen. Sept. anno 2.

47 *Cæleſtis Pater, &c.*) Confirmat iuriſdictiones, et priuileg. Paſtorum Almæ Vrbis: iuriſdictionemquè Conſulibus in cauſis vſq; ad duc. 30. et indè ſupra præfecto Annonæ contra quoſcumquè concedit. Piſtorumquè credita occaſione panis in diſcuſſionibus nō venire, ſed cæteris creditoribus etiam habentibus obligationes Cameriales anteriores eſſe decreuit. Et à ſententijs Conſulum ad Cōſeruatores tantum in cauſis à decem ſcutis ſupra appellare poſſe cōcedit, cum clauſulis &c. Datum Rom. 14. Kal. Sept. anno 2.

48 *In tanta rerum, &c.*) Declarat, demonſtratur prædicta, quod ſcilicet non præiudicent

tent facultatibus Gubernatoris Vrbis, & eius ſuperintendentiæ quoad recurſus, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 9. Octobr. ann. 2. Vide Iul. 3. conſt. 3 1. Greg. 13. conſt. 7 7. & 80.

49 *Quemadmodum, etc.*) Referẽdariorum numerum ad centum præfinit cum qualitatibus, &c. qui admittendi ſunt ad ſignaturam iuſtitiæ, & gratiæ, expedire debeant litteras. Concedit inſignia nobilitatis, familiaritatis, &c. De quorum priuil. Clem. 7. conſtit. 24. Vtendi mitra, baculo, benedictione ſolemni. Eligendi Confeſſorem approbatum ab Ordinario, &c. Celebrãdi circa auroram, etiam in locis interdictis. Stationes conſequendi in proprijs Cappellis. Comedendi lacticinia de conſilio, &c. abſquè ſcandalo, &c. Extenditq; ad illos conſtit. Bonif. 8. cum clauſul. Datum Romæ 10. Kalen. Octobr. ann. 2. Vide Paul. 3. conſt. 27.

50 *Afflictè, & crudeliter, &c.*) Continet Anglorum hæreticorum immanitatis execrationem, Catholicorum præclaram laudem. Collegij Rhemenſis commendationem. pro Angliæ liberatione orationem pro eiuſdem Collegij ſubuentione exhottationẽ ad Chriſti fideles præcipitquè, vt eccleſiaſtici has litteras publicent, & eleemoſynas colligant. Hortatur Imperator. & Principes, vt Anglos exules Catholicos recipiant, ac foueant. Dat. Rom. 3. Non. Sept. ann. 2. Vide Greg. 13. cõſt. 105.

51 *Expoſitum eſt nobis, &c.*) Continet indulg. plenariam pro omnibus monaſt. Concept. B. Mar. Ord. S. Franciſ. de obſeruantia, & pro omnibus Chriſti fidelibus Eccl. d. monaſt. viſitantibus ipſo die feſto Conceptiõn. cum clauſ. &c. Dat. Rom. 18. Octobr. ann. 2.

52 *Inter varias, &c.*) Præcipit, vt Communitates pro quibuſcumquè perſonis obligatæ, infra annum à die denunciationis liberentur, & ſi obligationes ſunt eiuſdem naturæ, vt ipſi creditores ad eas extinguendas cogi nequeant: tunc eiuſdem Cameræ releuationes dentur. Communitates, & particulares perſonæ ad præmiſſa agere valeant. Iudices omnes vnica citatione præcedente mandatũ exequtiuum poſt annum à die denunciationis exequendum relaxent. Communitates in futurum abſquè licentia Papæ, aut Camer. Apoſtol. eorum bona alienare, aut obligare, præter locationem non vltra decennium non poſſint, nequè pro alijs fidei iubere. Obligationes contra hanc formam nullæ ſint. Oratores ad Summ. Pontif. ſumptibus publicis ſinè eius, vel Cam. Apoſt. licentia mittere nequeant. Contrauenientes arbitr. Gubernat. puniantur, cum clauſul. &c. Datum Romæ pridie Kalen. Octobr. ann. 2. Vide Pij 4. conſt.

53 *Ad excelſum, &c.*) Officium Commiſſariatus Camer. Apoſtol. in officium perpetuum vacabile erigit, cui annectit adminiſtrationem Archiuij ſcript. Cam. Apoſtol. Concedit iuriſdictionem coercendi detinentes, & non reſtituentes, ſcientes, & non reuelantes ſcripturas Cam. vbiquè exiſtentes, iuxtà conſtit. Iul. 4. numero 24. Et ſimiliter Prælatos, & Clericos ingerentes ſe in benef. ante expeditionem litterarum Apoſt. iuxtà conſtit. Iul. 2. num. 4. & Iul. 3. nu. 33. Conſuetam portionem panis, &c. aſſignat. Salaria, regulas, & emolumenta concedit. Creat ipſum Referẽdarium vtriuſq; ſignat. familiarem, continuum Commenſalem, &c. Locum in Camer. & actibus Cameralibus viſitationem Cameræ, & Cappellam Conciſtorialem, & in actibus publicis aſſignat. Reſignandi facultatem concedit. Expeditiones pro Commiſſario gratis fieri iubet. Concedit ad vitam Bonaldo Lomellino, cum facultatibus, &c. qui ſoluit 20. millia ſcuta, & per annos 8. officium non vacare decernit, interim vult, vt diſponere poſſit de eo, & de eius pretio. Et pro aſſecuratione omnia bona Camer. Apoſt. obligat, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 4. id. Octob. ann. 2. Vide conſt. 66.

54 *Vt in negotiorum, &c.*) Officium Theſaurarij Datariatus erigit in officium perpetuum vacabile, ad inſtar aliorum officiorum Cur. in iuriſdictione circa differentias negotiorum, & expeditionum Datariæ, emolumentorum aſſignatione, creando ipſum Referend. Prælatum, &c. aſſignando locum in Cappella, & alijs actibus publicis. Eximendo à gabellarum ſolut. & aliarum impoſitionum pro ſe, ac familia ſua: transferendi penſiones in alios, etiam in mort art. Diſponendi de dicto officio, et de eius pretio: obligando omnia bona Cam. Apoſt. Retinendi quæcũq; officia, et beneficia, etc. Teſtandi, et diſponẽdi infra annoe ſex de pretio iſtius officij, cum clauſ. etc. Iuramentum præſtandum, etc. Datum Rom. pridie id. Octobr. ann. 2.

55 *Deteſtabilis auaritia, &c.*) Continet damnationem illicitarum pactionum in ſocietatibus apponendarum, vt quod ſocietatẽ contrahentes vnus det pecuniam, animalia, etc. Alter vero operam, vel induſtriam debeat ponere purè, et ſynceré, etc. Iuſtis conditionibus, et pactis, etc. ſinè fraude, palliatione, etc. Ità vt non adiectam ſummam ab omni damno, & periculo immune lucrum nomine perſoluendum, nequè ad capitale, ſi caſu fortuito perit, reſtituendum ſocius accipiens teneatur, ſi verò in ſineipſum capitale extat, reſtituatur conferenti, niſi recipienti

fuerit

fuerit communicatum, aut aliter inter ipſos legitimè Conuentum, aliter factæ Societates ſint nullæ, & contrahentes pęnis vſurariorum puniantur, cum decreto, clauſul. &c. cum deputatione exequutorum, &c. Dat. Romæ 12. Kal. Nou. anno 2.

56 *Ad compeſcendam, &c.*) Decernit, quod Coniuges à cohabitatione, & coniugali thoro temerè abſquè Iudicis licentia ſeparantes, Iudicis arbitrio puniantur. Maritus, qui Iudicis authoritate thori ſeparationem obtinuerit, & deinde cum ſcortis, aut alijs mulieribus impudicam vitã duxerit, ita vt appareat, quod ſeparationem affectauerit, vt luxurioſè viueret pęna vltimi ſupplicij puniatur. Eodẽ modo de vxore decernit. Eadem pęna plectatur vxor, quæ impudicè viuit, vt fugiendo à Monaſterio ſibi aſſignato. Eadem pęna ſumatur de illo, qui Virginem deflorauerit, ſi fuerit in carceribus detentus. Idem de illo, qui filiam, vxoremvè proſtituerit. Eadem ſeruentur contra alios adulteros, lenones, &c. Idem de coniugatis, qui non reſipuerint, cum decreto, clauſulis, Iudicis deputatione, & facultatibus. Datum Rom. 7. Kal. Nouemb. anno 2.

57 *Super vniuerſa, &c.*) Continet Montis alti Oppidi in Ciuitatem ſublimationem. Et dotis pro Epiſcopo aſſignationem cum decreto, clauſul. &c. Datum Rom. 18. Kal. Decemb. ann. 2.

58 *Superna diſpoſitione, &c.*) Continet ſublimationem Oppidi S. Seuerini in Ciuitatem, aſſignationem dotis pro Epiſcopo, &c. Datum Rom. 6. Kal. Decembr. ann. 2.

59 *Poſtquam verus, &c.*) Continet Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium creandorum numerum, vt ſint 70. Epiſc. 6. Presbyt. 50. Diacon. 14. Quoad ordinem. Diebus ieiuniorum creatur menſe Decembr. quoad tẽpus. Non minores 22. annorum, ſi debent eſſe Diaconi quoad ætatem. Quo verò ad qualitates, ſaltem quatuor ſint Magiſt. in Theologia, nullum habeant impedimẽtum ad ſacros ordines ſuſcipiendos, etiam ſi obtinuerint diſpenſationem à Sede Apoſtol. ſint charactere clericali inſigniti, & quatuor Minoribus ord. Nullum habeant filium etiam legitimum ex legitimo matrimonio. Non ſint conſanguinei alicuius Cardinalis viuentis. Illegitimatus, ſed legitimatus per ſubſequens matrim. eſſe poſſit. Abſentes à Cur. creentur, adiecta conditione, vt infra annum Apoſtol. limina viſitare teneantur, quod iurent facere ante receptionem bireti rubei à Pont. tranſmiſſi, cum decreto, clauſ. &c. Datum Rom. 3. Non. Decemb. ann. 2. Vide conſt. 65.

60 *Diuina Dei prouidentia, etc.*) Erigit officium Auditoriatus cauſarum confidentialium, cum aſſignatione emolumentorum. Qui communicat priuilegia omnia, quæ veri familiares Pont. continuiq; commenſales, & Prælati domeſtici, Sediſquè Apoſtol. Notarij obtinent, Iuriſdictionemquè cognoſcendi cauſas quaſcumquè confidentiales, &c. Applicatq; Notariatus officium ad officium prædictum Auditoriatus. Quod in perſonam Alexandri Catalani Rom. vtriuſquè ſignat. Referendarij eum prædictis iuriſdictionibus, emolumentis, & priuilegijs confert, obligatq; omnia bona Cam. Apoſt. pro aſſecuratione, cum clauſulis, decreto, exequutorum deputatione, &c. Datum Rom. Kal. Nouẽb. ann. 2. De confidentijs, earumquè caſibus, præſumptionibus, probationibus, & pęnis Pij 4. cõſt. 113. Pij 5. conſt. 91. & 160. infrà conſt. 75. De familiaribus Pont.

61 *Vt litium diuturnitati, &c.*) Notarijs tunc coram Collateralibus ſcribentibus officia interdicit, eaquè Camer. Apoſt. applicat, Collegiumquè erigit 30. Notar. quorum 15. coram primo, & 15. coram ſecundo, Collat. in cauſis ſcribere, &c. valeant. Numerumquè iſtum augeri prohibet. Et eoſdem Notarios Collegium cum officialibus, &c. Conſtituere poſſe decernit. Officiaquè per ſubſtitutos exercere, arrendare, reſignare, & alienare, & deſuper Societates contrahere. Collationem verò horum officialium pro hac prima vice Datario, & deinde Conſeruatoribus, & Prioribus cap. Regionum concedit, pretiumquè ſibi pro ea vice, & poſtea pop. Romano applicat, Notarios etiam incolas, & forenſes eſſe poſſe declarat: eoſquè Ciues Rom. effici, & eorum priuilegijs gaudere vult. Locum etiam in proceſſionibus, & diebus publicis aſſignat: candelaſquè officialibus dari ſolitas eiſdem dari mandat. Ordinationes pro Collegij directione ſtatuendi facultatem concedit. Taxam circa mercedem ſcripturarum imprimi, & impreſſas in officiis retineri, & obſeruari mandat. Collegio quoq; dotem, ſeu maſſam emolumentorum aſſignat, & quolibet menſe inter Notarios diuidi mandat. Collateralibuſquè ex ſignatura reſcribi poſſe decernit. Cauſas commiſſarias per turnum inter Notarios diuidi iubet. Feſtos dies, alioſquè à Põtifice, & ſtatutos decretos Iudici prohibet, & quoſdam reuocat. In obligationibus Cameralibus aſſertamenti votum dari vetat, & præuentioni locum eſſe inter Audit. Camer. & curſ. cap. decernit. Notarioſquè nuper electos ſubrogatos eſſe declarat, etiam in locũ aliorum Notariorum amotorum, quibus reſeruat

ſeruat

Digitized by Google

ſeruat facultatem rogandi contractus, &c.
Collatores etiam coram conſulibus artium
officia habere poſſe decernit, eiſquè dece-
dentibus ſcripturas inuentariari mandat per
officiales collegij. Depoſitorum occaſione
tam Notar.& recipientes, & eorum hæredes,
quam Dominos ſcripturarum obligatos eſſe
declarat. Suſpectoſquè recuſari non poſſe de-
cernit, niſi &c. conueniri autem alibi, quam
in cur. capit. eos, eorumquè familias prohi-
bet, iuriſdictioneſquè omnes à prædeceſſori-
bus capit. conceſſas de nouo concedit, ſaluis
iuriſdictionibus Gubern. & Auditor. camer.
Officiaq; horum Notariorum per triennium
in nihilò, & poſt triennium pro medietate
tantum vacare decernit, & pro ſecuritate
Notariorũ obligat omnia bona cam. Apoſt.
cum clauſ. decret. Exequutorum deputat. for
ma, & effectus publicationis, &c Dat.Rom.
4.Kal.Ian.ann.1. Quoad iuriſdictionem iudi-
cum cur.capit.Pij 4.conſt.77.

62 *Cum in vnaquaquè, &c.*) Sanctiſſ.Pont.
ob ſummum erga Vrbem affectum, & ex
cauſis, iuſſit conſeruatoribus pop.Rom. vt re-
formationes fecerunt opportunas, circa im-
moderatos ſumptus. Quod & fecerunt, quam
Summ.Pontific. detulerunt, & card. alij ab eo
deputati eam perfecerunt, modo Pontif. con-
firmat dictam reformationem, & exequuto-
res deputat, cum facultatibus, &c. cum clauſ.
forma publicandi, decret. &c. Dat.Rom. 10.
Kal.Ian. ann.2.

63 *Paſtoralis Rom. &c.*) continet caſus
qui publicantur in die cœnæ Domini. Datum
7.Kal.April. 1587.

64 *Volentes, &c.*) Ordinat, quod vir, qui
ſcienter matrem, & filiam, ſiuè duas ſorores
carnaliter cognouerit, vltimo ſupplicio pu-
niatur: idem de muliere carnaliter peccante
cum viro cum quo ſcit matrem ſuam filiam,
aut ſororem concubuiſſe: idem de muliere,
quæ patrem, & filium, vel duos fratres cogno
uit: idem de viro, qui peccat cum ea, quam
ſcit peccaſſe cum ſuo patre, filio, vel fratre,
cum decreto, clauſ.&c. Datum Rom. Non.
April. anno 2. De publicis adulterijs, ſup.
conſt.56.

65 *Religioſa Sanctorum, &c.*) Ex anti-
quiſſima inſtitutione vſquè modo ſeruata,
ſolent quædam Cathedrales Eccleſ. Vrbi fi-
nitiſſimæ aſſignari cardinalibus, Epiſcopis, &
aliæ Eccleſiæ Vrbis cardinal. Diacon. Pontif.
igitur, qui cardinalium numerum ad 70. præ-
ſcripſit, modo Eccleſiarum titulos, & Diaco-
nias pro presbyteris, & Diaconis, Cardinal.
determinat, eccleſiaſquè, quæ aliter, quam in
hac conſtitutione, & aliæ quam ſuprà expreſ-
ſæ, non ſunt, ſi à Cardinal. obtinentur, vacare
ex nunc decernit: eccleſiaſquè prædictas tan-
tum in Tit. & Diacon. Card. modo, & forma
prædictis in futurum aſſignari præcipit. pro-
hibetquè licentiam obtinendi eccleſias prio-
ris Tituli. Cardinaleſquè in ſubſcriptionibus
faciendis in litteris Apoſtolicis nomen Titu-
li, ac Diaconiæ, aut Epiſcopatus ſui exprime-
re debeãt, cum decreto, clauſulis, &c. Et quod
Cardinales circa iſtarum Eccleſ. regimen ge-
rant ſe iuxta Leo 10. conſtit. Datum Romæ
idib. April. anno 2.

66 *Non ſine, &c.*) Scripturas Cam. Apoſt.
detinentes, & inter ſex dierum ſpatium non
reſtituentes, ſeù ſcientes, & non reuelantes, in-
currant priuationem offic. & benef. & inhabi-
litatem, & excommun latæ ſentent. decernit.
Commiſſ. Camer. Apoſtol. poſt ſex dies con-
tra prædictos tã quam fures etiam procedat.
publicata 21. April. anno 2. Vide conſtit. 53.
Paul.4. conſt.15. Pij 4. conſtit. 9. cum concor-
dantijs.

67 *Quamuis infirma &c.*) Sanctiſſ. Pontif.
ex cauſis expreſſis erigit Hoſpitale pauperũ
mendicorum in Vrbe, mandatquè eligi qua-
tuor Miniſtros, prouentus aſsignat. Eximit à
ſuperioritate Iudicum, & officialium Vrbis.
Exemptionem concedit à quacumq; gabel-
la, tam illud, quam contrahentes cum illo.
Diſpenſat mendicos in eo degentes quoad
ieiunia, &c. iuxtà medicorum conſilium.
Concedit facultates illius Sacerdotibus mi-
niſtrare circà prædictos mendicos. Peregri-
nos benignè recipi mandat. Rationes ſingu-
lis menſibus ab officialibus reddi iubet. The-
ſaurarium, & Commiſſarium Generales Gu-
bernatores eius deputat. cum decreto, clau-
ſulis, &c. Dat.Rom. Id.Maij 1587. anno 3.
Applicat illis beneficia, vt in conſt.10.

68 *Diuina charitatis, &c.*) Confirmat
Confraternitatem Cordigerorum erectam
conſt.22. indulg. omnes fratribus Minoribus
conceſſas communicat, & alias cõcedit cum
clauſ.&c. Datum Romæ 9.Maij 1586. ann.2.

69 *Cum noſtrorum, &c.*) Mandat ſuo
Vicario Vrbis, vt licentiam concedat Arbe-
tio Eremitæ, & Socijs aliquod ædificium in
Vrbe conſtruendi. Eremitaſque, & alia. Dat.
Rom.3. Kal Iulij 1587 ann.3.

70 *Quamuis ærumnarum, &c.*) Summ.
Pontif. pro Chriſtianæ Reipubl. ſuiquè ſtatus
defenſione, & tranquillitate, preces cum la-
chrymis Deo fundit, & pro neceſſario hu-
mano præſidio pecunias comparat, maximè,
quia ab ipſo initio Pontif. multas pecunias
erogare neceſſe fuit ad ſceleſtos comprimẽ-
dos, annonæ inopiam tollendam, & ærarium
inſtruen-

Digitized by Google

inſtruendum: ad reficiendumquè in Vrbe Baſilicas, aquas inducendas, ædificia conſtruenda, magnos etiam ſumptus fecit, & facit, & pro Dei cultu, & Vrbis ornatu augendo: ideò coactus fuit vectigal vnius quatreni imponere ſuper vino minuatim vendendo in toto ſtatu, locauitq; Antinoro pro annuis ſeptuaginta millia, & centum ſcutis, ſuper quibus erigit nunc montem, quem vocat Sixti: eiuſq; loca reſignabilia, & vacabilia eſſe decernit. Fructus quoq; ad 10. pro centenario aſſignat ſuper redditibus dicti vectigalis. Exemptos declarat à quibuſcumq; ſubſidijs, & impoſitionibus, & pro eius aſſecuratione omnia Camer. Apoſtol. bona obligat. Perſonas Eccleſiaſticas pecunias in eo ponere poſſe decernit. Confiſcari, aut ſequeſtrari prohibet ex quocumq; crimine (non tamen in perſonam Pont. vel Card.) Reſignare poſſe indulget ſicut alia officia Roman. Cur. ad fauorem illegitimorum. Theſaurarium generalem deputat. Montiſtis facultatem concedit ſuſtruendi Collegium. Securitatemque officiorum ſuper huiuſmodi locis contrahēdi ad decem pro centenario concedit. Priuilegia aliorum Montium tribuit: exemptionem à decimis, cum depoſitarij officio. Admiſſionis Montiſtarum forma. Promiſſione prælatuandi Mōtem à quibuſcumquè reductionibus. Facultate nominādi decreto, clauſulis, &c. Datum Rom. 13. Kal. Iun. ann. 3. extinctionem vectigalis, & patrium d. Montis conſt. 191. Vide conſt. 16.

71 *Romanus Pontif &c.*) Continet deputationem Card. ad cognoſcendum, & decidēdum quæcumq; negotia, & cauſas quorumcumque Regularium, & omnium Religioſorū; extra Clauſtra degentium, & audiendi cauſas Epiſcoporum referendo ipſa Pontifici, cum decr. clauſ. &c. Datum Romæ 13. Iun. anno 3.

72 *Cum in Curia, &c.*) Concedit facultatem D. Dominico, &c. De Monte alto Almæ Vrbis Senatori procedendi, & iudicandi in cauſis criminalibus non ſeruata forma ſtatutorum, & iuxtà facultatem Gubernatoris, cum decreto, clauſulis, &c. De facult. Gubernat. Leo. 10. conſt. 7. Statutorum confirmatio Greg. 13. conſt. 65.

73 *Cupientes per officij, &c*) Continet Commiſſarij iuriſdictionem ſuper reſtaurationе, & conſeruatione pontium, fontium, & viarum publicarum ſtatus Eccleſiaſtici, cum aſſignatione ſalarij, clauſul. &c. Datum Romæ 10. Octobr. anno 3.

74 *Decet Romanum, &c.*) Pro commodiori aditu ad venerandas Vrbis Baſilicas quamplures vias latas aperuit, fontemquè aquæ Fęlicis ad ſuperiores Vrbis colles, maxima cum impenſa, & populi applauſu produci fecit, vbi incolæ liberius inhabitarent, nouamquè ædificijs Vrbem decorarent. Ac modò ex eadem cauſa ædificantibus in via Felici, & via pia priuilegium concedit, quod ædificia conſtruenda ex quocumquè prætерquam læſæ Maieſtatis delicto confiſcari nequeant. Inhabitantibuſquè per triennium ædificia prædicta quæcumquè Rom. Ciuium priuilegia concedit. Habitatores non moleſtentur pro debitis extrà ſtatum Eccleſiaſtici contractis. Gaudeant priuilegijs fori Capitolini iuxta formam ſtatutorum. Artifices ea incolentes à Collectis imponendis per Conſules, & ab oneribus excubias faciendi tempore peſtis abſoluit, cum exequutoria deputatione, clauſulis, &c. Datū Rom. Idib. Sept. ann. 3. Vide ſimilem Pij 4. conſt. 139. De ædificantibus in Burgo.

75 *Paſtoralis officij, &c.*) Præcipit Epiſcopis, & alijs, &c. Regni Franciæ vt Conſtitutiones Pij 4. & 5. de Confidentia adhuc exequutæ non fuerunt, vt in futurum ad illarum exequutionem omninò procedant, appellationeſquè ab eorum ſententijs ad proximos ſuperiores ſinè retardatione exequutionis deuolui decernit. Beneficiorum ob confidentiam vacantium, &c. Collationem Ordinarijs Collatoribus concedit, ac ſi Sedi Apoſtol. minimè reſeruata fuiſſent, modificando in hoc Pij 4. conſtit. Fructuſq; inde malè perceptos in vnum, & reparationem Eccleſiarum, & beneficiorum conuerti poſſe declarat, quod etiam pertinet ad eius modificationē. Regem Galliæ hortatur, vt prædictorum exequutioni operam præſtet. Abſoluendiq; à Cenſuris ob confidentias incurſis Nuntio apud dictum Regem, & reſpectiuè Legato Auinionenſi concedit cum clauſulis, &c. Datum Rom. Idib. Aug. 1587. ann. 3. Vide Pij 5. conſt. 89. Pij 4. conſt. 114 ſupra conſt. 60.

76 *Sacri Apoſtolatus, &c.*) Rectoratus ſtudij, Almæ Vrbis officium vni ex Prælatis Rom. Cur. concedi conſueuit, ſed hic Sanctiſſ. Pont. pro feliciori eius regimine, ipſum officium cum ſuis oneribus, honoribus, & emolumentis Collegio Aduocatorum Conſiſtorialium aſſignat. Montemquè vnum pro ſcutis 6. millibus ſuper emolumentis dicti officij erigendi facultatem elargitur. Præcedentiam ante Aduocatos, & Rectores, etiā antiquiores concedit. Doctorandiquè facultatem, & alia quæcumquè priuilegia confirmat, cum clauſ. &c. decreto, &c. Datum Rom. 10. Kalen. Sept. anno 3. Vide Iul. 3. conſt. 33.

77 *Humani plerumquè, &c.*) Montem Fidei

Fidei erectum à Clem. 7. auctum à Paul. 3. ſuppreſſum à ſe erectumq; dè nouo Auguſtino Pinello pro ſcutis 600. mil. vendidit. Depoſitarium deputauit. Eodemquè Pinello conceſſit facultatem eligendi Secretarios, & Computiſtas, & vendendi loca, cum intimationibus montiſtis antiqui Montis, an vellent pecunias in nouo Monte dimittere, an recipere ſcuta 100. pro quolibet loco. Nunc reuocat totum factum, & antiquum in priſtinũ ſtatum reducit, & fructus ad 6. pro centenario, & extendit ad 1200. alia loca. Decernit montiſtas tàm antiqui, quàm moderni Montis gaudere omnibus priuilegijs. Loca illa vẽdit dicto Pinello pretio 120. mill. ſcutorum, cum facultate vendendi alijs, aſſecurationem promittit, cum decreto, clauſ. &c. Dat. Rom. 13. Kal. Nou. ann. 7. Vide Clem. 7. conſtit. 17. Paul. 3. conſt. 33.

78 *Apoſtolici muneris, &c.*) Confirmat Ordin. Reformatorum Ordin. S. Franc. de obſeruantia, eorumquè Reformationem ſtatuit exiſtere ſub obediẽntia *Protectoris* generalis, & Protectoris, & Prouincialium, Cuſtodes in Prouincia reſideant. Reformati Capitulis Conuentualium interſint. Eorumdemquè priuilegijs potiantur. Syndicum deputare poſſint pro ſæcularibus negotijs agendis. Scapulariũ debeant geſtare rotundum, & à tunica ſeparatum, nudiſquè pedibus, aut ſuppoſitis ſoleis, ſiue ſandalijs incedere valeant. Super Conuentibus receptis, ac recipiendis, dictiq; habitus dilatione, alijſquè præmiſſis moleſtari nequeant. Fratres Conuentuales de eorum Generalis licentia, alios verò nequaquam recipiant, iuxta conſt. *93.* Pij 5. Cum Conuẽtualibus ad proceſſiones incedant, ab illiſquè nunquam ſeparari, nec alios Protectores, vel Prouinciales, quam Conuentualium habere poſſint. Et quod conſtitutio hæc Reformatis ſub Conuentualium obedientia viuentibus tantum ſuffragetur, cum clauſul. decret. &c. Datum Rom. Idib. Octobr. anno 3.

79 *Et ſi mendicantium, &c.*) Confirmat gratias omnes Ordinis Minorum S. Franc. de obſeruantia Monialium S. Claræ, & Tertiariorum de pęnitentia, in his, quæ Concilio Tridentino nõ repugnant, cum exequutorum deputatione, clauſ. &c. Dat. Rom. 3. Octobr. anno 3. vide Leo. 10. conſt. 20. Paul. 4. conſt. 4. Pij 5. conſt. 14. Greg. 13. conſt. 5.

80 *Non ſecus, &c.*) Erigit montem Camerariatus vacabilem, & fructus ad rationem nouem pro centenario, aſſignat pro ſecuritate omnia bona Cam. Apoſt. obligat. Declarat perſonas valentes in dicto monte pecunias ponere omnes, ſcilicet cuiuſcumq; conditionis, & dignitatis exiſtant, præter mendicãtes. Priuilegia concedit quod loca dicti montis nequè confiſcari, nequè ſequeſtrari valeant. Reſignari poſsint ad fauorem etiam illegitimorum. Deputat adminiſtratores cum facultatibus, &c. Tradit montiſtis authoritatem, quod poſsint deputari officiales, & facere Ordinationes. Concedit omnia priuilegia aliorum montium. Eximit montiſtas à ſolutione quorumcumq; onerum. Præcipit, quod Depoſitarius fructus quolibet bimeſtri ſoluere debeat. & quod mons reductioni, & alijs contrarijs diſpoſitionibus nõ ſubiaceat, quod montis loca per quadriennium non vacent. Vendit dictum montem cum prouentibus antedictis D. Ioann. Pinello, qui ſoluit ſcuta 65. mill. ac 366. Et Depoſitarium per decennium, & vltra ad eius vitam deputat, cum facultate deputandi Secretarium, & Computiſtam, & loca vendendi. Montiſtiſquè ſoluat quolibet bimeſtri fructus prædictos. Nequè ille, nequè eius ſucceſſores ſuper præmiſſis moleſtari poſſunt, etiam ſub prætextu enormiſsimæ læſionis. Facit obligationem pro conſeruatione præmiſſorum, quòd ille, & ſucceſſores teneantur probare dictum pretium verſum eſſe in vtilitatem Sed. Apoſt. cum decreto, clauſ. &c. Deputatione exequutorum, cum facultatibus, &c. Datum Rom. prid. Idus Septemb. ann. 3. Vide ſup. c. 16.

81 *Anno ſuperiore, &c.*) Reponit iterum in Arce S. Angel. ſcuta decies centum mil. cum eiſdem prohibitionibus, & conditionibus, & inter cauſas extrahendi illa addit recuperationem Regnorum S. R. E. ab hoſtibus occupatorum. Datum Rom. 8. Idib. Nouẽbr. anno 3. Vide conſt. 40. & 96.

82 *Cum de omnibus, &c.*) Ordinat, quod illegitimi ex inceſtu, vel ſacrilegio etiam legitimati in Religionem cuiuſcumquè Ordinis, aut ad habitum, & profeſsionem regularem accipi non poſsint, ſed ad habitum Conuerſorum, ſeù famulorum tantummodo, ea conditione, vt ad Religioſorum habitum, profeſsionem, ordines, et Eccleſiaſtica officia aditus ſit ſemper præcluſus, quod ſi ſecus factum fuerit, profeſsio, etc. inualida omninò ſit, et nulla immo debeat exui habitu, ad quẽ perpetuò inhabiles ſint, et qui illos acceperint contra formam hanc, excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto à nullo abſoluendi, præterquam in mortis articulo, niſi à Summ. Pont. Alii autem illegitimi etiam legitimati ſeruata forma hic tradita accipi poſsint, ſed inhabiles remaneant ad quaſcũq; dignitates, gradus, & officia ſui Ordin. donec fuerit cum illis authoritate Apoſtol. diſpen-

ſatum, ſi contrafactum fuerit, profeſsio nulla ſit, habitu, priuari, & exui, & Religione eijci debeant, & receptores excommunicationis ſentent. incurrant. Criminoſi, vel ſuſpecti, aut æri alieno, vel reddendis rationibus obnoxij, ad Relig. non admittantur, & in recipiendis Religioſis in futurum fiat diligens inquiſitio, de eorum patria, vita, moribus, &c. Aliter profeſſio ſit nulla, & habitu debeant expoliari, quod ſi factum non fuerit, profeſſio nihilominus nulla ſit, & poſſint quicumque iudices, etiam ſæculares ad cuiuſuis inſtantiam, ſeu querelam contra illos procedere, &c.

Regulares de vna Prouincia ad aliam ſui Ordinis tranſeuntes, ſuperiorum licentiam ſecum deferant, alioquin hoſpitio recipi non poſsint, & locorum Ordin. carcerentur, cum decreto, exequutorum deputatione, & facultatibus, clauſulis, &c. Dat. Rom. 6. Kal. Decẽb. anno 3. Vide declarat inf. conſtit. 106. Greg. 14. conſt. 10.

83 *Laudemus viros, &c.)* Laudes ad longum continet Imperat. qui pro Eccleſia Dei, & Religione tuenda, & propaganda elaborarunt, ipſos ſingulatim commemorando. Quorum effigies fecit in quibuſdam numiſmatibus aureis imprimi, & ad Imperat. & Reg. & Principes miſit S.R.E. Cardinalibus diſtribuit, pijſque, ac præſtantibus viris, concedendo indulg. illis qui ea portauerint quoties eorum aliquis ante ſalutiferæ Crucis ſignum, aut ſacram aliquam imaginem pertranſiens aperto capite venerationem exhibuerit. Orationem Dominicam, vel ſalutationem Angelicam pronunciando toties 100. annos, et totidẽ quadragenas. Singulis dieb. ſi ter Pater, et Aue, aut Pſal. Miſerere, ſeu De profundis deuotè recitauerint, ann. et quadr. 200. Si eleuata mente diuinum auxilium implorauerint 200. Quocumquè die Dominico ſi Coronam B. Mar. recitauerint an. et quadr. 300. Si conſcientiam mane, et ſero cum emẽdationis propoſito examinauerint 300. Orãtibus pro hæreticorum reductione, aut conuerſione, pro fidei propagatione, Eccleſiæ tranquillitate, pace, et concordia Principum indulg. vnius ex ſeptem Vrbis Eccleſijs. Qui reduxerit aliquem peccatorum ad viam rectam, aut ad id operam dederit, pacem conciliauerit, acquirat meritum omnium bonorum operum Relig. omnium Regular. peccata confitentibus. Euchar. ſuſcipientibus. Miſſam celebrantibus toties plen. indulg. in mortis articulo, Numiſmata ſecum habentibus, et nomen Ieſu inuocantibus plenar. Numiſmata geſtantibus, et contra Eccleſ. hoſtes pugnantibus plenaria. Qui geſtauerit, et Coronam Beatæ Mariæ, vel Miſerere recitauerit, valeant ad ſupplendum defectus in recitatione officij commiſſos. Numiſmata relinqui poſsint in vltima voluntate Eccleſijs, et non alijs ſine Pontificis licentia. Quas Eccleſ. qui viſitauerint in diebus Sanct. Crucis pœnitentia facta, ac confeſsi plen. indulg. conſequantur. Numiſmata ab inteſtato decedentium ad propinquiorem Eccleſiam cum eiſdem indulgentijs pertineant. Commodari poſsint conſtitutis in articulo mortis cum eiſdem indulg. Fidelium animæ purgat. liberentur à Numiſmata geſtantibus, aut viſitantibus Eccl. quibus relicta ſunt in illis feſtiuitatibus, etc. Cum clauſ. etc. Fides præſentium exemplis exhibeatur, etc. Datum Romæ Kal. Decemb. anno 3.

84 *In ſublimi, &c.)* Continet reformationem Cur. et Vic. Camerarij Almæ Vrbis quo ad cauſas ciuiles, ſed non expedit ſummari. Vide Leo. 10. conſt. 7. cum concordant.

83 *Glorioſa Virginis, &c.)* Sacellum in Baſil. S. Marię Maioris de Vrbe minus decenter ornatum cum vidiſſet, ibi dum eſſet Card. inſignem Cappellam ædificauit, ornauit, ac perfecit. Altareque Maius ſuper ædicula d. Præſepis ad Miſſas Pontif. celebrandas conſtituit, et alia duo adiunxit. Duoque ſepulchra in eadem Cappella poſuit vnum Pio 5. alterum ſibi. Et modo ad laudem Beatæ Virginis vnã Præpoſituram, Sacriſtiam, quatuor Cappellanias, et quatuor Clericatus inſtituit, et pro illorum ſubuẽtione redditus aſsignat, cum obligatione, etc. Et locum in Choro, interdicendo, ne propterea aliquod emolumentum percipiatur. Tumulum pro quauis perſona conſtituit: omnia eximit ab aliorum iuriſdictione. Priuilegia cõcedit. Procuratorem cum iuriſdictione circa Præpoſitum, Cappellanias, etc. Iuſpatronatum tradit Michaeli Peretto eius pronepoti, et deſcendentibus, eis autem deficientibus eius ſorori, et deſcendentibus. In caſu defectionis cadat in proximiorem ipſius Pontificis, quibus non ex priuilegio, ſed fundatione, et dotatione competere declarauit, cum clauſ. decreto, etc. Dat. Romæ 5. Ian. anno 3.

85 *In ſacroſancto, &c.)* Ad beneficia Regni Valentiæ quouis modo vacatura indignè eiuſdem Regni in eo verè nati, et non alienigenæ aliorum Regn. Hiſp. admitti decernit, neq; ad penſiones ſuper eis ſub pœnâ priuationis, quorumcumq; offic. et benef. etiam alibi obtentorum Collatores vero, qui contrafecerint, ſuſpenſi ſint à collatione, et præſentatione, etc. donec per Summum Pont. abſoluantur, et ſi ſic ſuſpenſi contrafacere præ-

ſum-

ſumpſerint excommunicat. incurrant. Notarij quoq; ſuper adipiſcenda poſſeſſione ſi pro alijs ſcripturam confecerint pęnam criminis falſi incurrant, & ad huiuſmodi, & ſimilia inhabiles ſint. Alienigenæ autem poſſint admitti ad beneficia iuriſpatronatus, ſi in fundationibus caueatur per oriundos de genere fundatorum dumtaxat illa obtineri poſſe, & etiam alienigenæ alicuius Regni Hiſpaniæ, in quo ipſi Valentini ad beneficia admittuntur. Collationes, & prouiſiones quæcumq; ad fauorem alienigenarum cōtra dictam formam faciendæ, nullæ erunt, etiam ſi clauſulæ derogatoriæ, &c. in eorum impetrationibus adeſſent, cum decreto, clauſulis, &c. Datum Rom. Non. Sept. ann. 3.

86 *Præclara tui, &c.*) Henrici Card. Caiet. præclara merita coartantur, & quoniam Camerariatus officium vacauit per obitum Philippi Card. Vaſtauillani. Sanctiſſ. Pont. ex prouentibus Camer. annuam ſummam ſex millium ſcutorum ſegregauit, ac Sedi, & Cam. Apoſt. applicauit, & Montem vacabilem ad nouem pro centenario erexit, & vendidit, & ex eis aliquos etiam prouentus duodecimo Clerico, & alijs Montiſtis montis Camer. aſſignauit. Et modo officium Camerariat. Illuſtriſſ. Cardinali Caiet. cum ſolitis honoribus, & emolumentis, & iuriſdictionibus confert. Facultateſq; & priuilegia omnia alijs Camer. quomodolibet conceſſa, eidem concedit. Prouentus quoquè aſſignat. Cameralibus, & alijs præcipit, vt ei omninò obediant. Cameramq; Apoſtolicam ad præſeruandum ipſum, qui ſoluit ſcuta 50. mill. obligatam eſſe declarat, cum decreto clauſulis, &c. Iubetq; omnium tractarum intra, & extra ſtatum concedendarum ſub ſigillo ipſius litteras expediri debere. Datum Rom. 4. Idib. Sept. ann. 3. Vide conſt. 79. Greg. 13. conſt. 108.

87 *Inter multiplices, &c.*) Deputauit iſte Pontif. in principio ſui Pontificatus aliquos Cardinales, & Prælatos ad tractandum, & definiendum in Sacra Conſulta, negotia ſtatus Eccleſiaſtici, & modo pro faciliori negotiorū expeditione, ac ſubditorum minori diſpēdio, mandat, vt recurrentes ad ſacram Conſultam adeat alterum ex quinque Cardinalibus deputatis, & de eorum negotijs particulariter informent, & Cardin. ſic adiutus, & informatus negotia in Sacra Conſulta proponat. Cauſæquè, & negotia ſic propoſita ex voto Conſultæ definiantur, & deſuper litteræ iuxta morem dictæ Conſultæ expediantur, cum clauſ. decr. &c. Dat. Rom. 19. Kal. Febr. ann. 3.

88 *Sollicitudo Paſtoralis, &c.*) Sollicitatoribus expeditionum datariæ ſolebant condonari 10. duc. pro centen. in actu ſolutionis compoſitionum, ſed Pontifex iſte Cameræ Apoſt. applicauit, & deinde ex illis quinque duc. pro centenario officio Theſaur. Datariæ nuper erecto applicauit, vt conſt. 54. Et ſuper alijs quinque vnum montem vacabilem Datariæ nuncupatum 60. millium ſcutorum nūc erigit. Emolumentaq; ſcutorum 10. pro centenario montiſtis aſſignat. Bona omnia Sed. & Cam. Apoſt. pro ſecuritate obligat, perſonas quaſcumq; præter Mendicantes pecunias in eo ponere poſſe declarat, eaſquè, et earum fructus confiſcari, aut ſequeſtrari non poſſe decernit. Reſignari poſſe etiam ad fauorem illegitimorum concedit. Theſaurarium generalem adminiſtratorem deputat. priuilegia omnia aliorum, & præſertim montis Sixti, et Cameriatus concedit. Exemptionem à quibuſcumq; oneribus confert. Has litteras vim contractus continere vult, emolumenta quolibet bimeſtri ſolui mandat. Montem reductionibus, et aliis contrariis diſpoſitionibus non ſubiacere declarat. Conductores quoſcumq; gabellæ carnis ad fauorem Montiſtarum obligatos eſſe præcipit. Loca huius mōtis per quinquennium non vacare indulget. montem iſtum ſic erectum Auguſtino Pinello generali Depoſitario pro pretio 60. mill. ſcut. vendit: eumdemquè, et eius ſucceſſores, etiam ſub prætextu enormiſſimæ læſionis ſuper præmiſſis moleſtari non poſſe decernit. Et pro aſſecuratione omnia bona Cam. Apoſt. obligat, cum decr. exequutorum deputat. clauſ. Aug. etc. litteras deſuper expediri curet. Datum Romæ 7. Kal. Febr. anno 3. Vide cōſt. 16.

89 *In multiplices, &c.*) Greg. 13. tenutas Clana emit ad effectum illas ad culturam pro Sed. et Cam. Apoſtol. vtilitate reducendi, ſed Camer. aliis diſtenta negotiis id minimè perfecit, et propterea tenutæ illæ in dies, deteriores efficiebantur. Hic igitur Pontifex eas tenutas Ciuitati Vrbis veteris, et vniuerſitatibus Caſtrorum montis Leonis, plebis, et Ficuli pro eodem pretio vendidit cum pacto inter alia, quod pro facilitate reperiendi dictum pretium mons iſle erigeretur: ideò in exequutione dicti facti Camer. Apoſtol. montem Vrbis veteris nuncupatum 82. millia ſcutorum Ioanni Auguſt. Pinello vendidit, & Pontifex modò prædicta approbat, & defectus omnes ſupplet. Venditionemq; prædictā eidem dicto Pinello de nouo facit Montem prædictum iterum ipſe erigit, & pro eius redditibus annuam ſummam ſcutorum 4920. Montiſtis aſſignat. Exemptionem à quibuſcumq; collectis eiſdem Montiſtis concedit.

Perſonas quaſcumq; præter Mendicantes pecunias in ipſo ponere poſſe decernit, in eis quoſcumq; etiam incapaces poſſe ſuccedere, confiſcari, aut ſequeſtrari poſſe prohibet Montiſtæ poſſint creare officiales, condere, ſtatuta eius gubernationem concernentia, priuilegijs omnium aliorum Montium gaudeat. Non ſubiaceat contrarijs diſpoſitionibus, poſſe extingui vult, & modum aſſignat, cum clauſulis præſeruatiuis. Omnia bona Cam. Apoſt. pro aſſecuratione obligat. Decretum apponit. Exequutores deputat cum facultatibus, &c. Datum Rom. 11. Kal. Mart. anno 3. Vide conſt. 16.

90 *Immenſa æterni, &c.)* Sanctiſſ. Pontif. iſte ex rationabilibus cauſis e i. Cõgreg. Card. pro faciliori negotiorum ad Sed. Apoſt. recurrentium expeditione deputat.

Prima pro inquiſitione confirmando omnes facultates prædeceſſorum cum hoc, ne aliquid innouetur circa officium Inquiſit. Hiſpan. Secunda pro ſignatura gratiarum. De qua Pij 4. conſtit. 81. 84. Tertia pro erectione Eccleſiarum, & prouiſionibus Conſiſtorialibus iuxta præſcriptum Sacri Conc. & Patrum decreta. Quarta pro vbertate annonæ. Quinta pro Sacris ritibus, & cæremonijs. Sexta pro claſſe paranda, ac ſeruanda. Septima pro indice librorum prohibitorum, de quo Pij 4. conſt. 99. Greg. 13. conſt. 10. De libris prohibitis Leo. 10. conſt. 10. Iul. 3. conſtit. 7. Paul. 4. conſt. 39. Pij 4. conſtit. 102. Octaua pro interpretatione, & exequutione Concilii Trident. Nona pro grauaminibus ſubleuandis. Decima pro vniuerſitate ſtudii Romani, de quo Boniſ. 8. conſt. 7. Primadecima pro conſultationibus Regularium. Secundadecima pro conſultationibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum. Tertiadecima pro viis, pontibus, & aquis purgandis. Quartadecima pro Typographia Vaticana. Quintadecima pro conſultationibus negotiorum ſtatus Eccleſiaſtici, declarans, quod expeditiones in his Congregationibus faciendæ, ſint validæ ſi tres ſaltem Card. adſuerint. Quilibet habeat ſuum Secretarium. Adhibeant pro eorum arbitrio in cõſultationibus Theologos, & iuris vtriuſquè Doctores. Hæc conſtitutio inter perpetuas annumeretur. Datum Romæ 11. Kal. Februar. anno 3.

91 *Dum pro communi, &c.)* Continet prohibitionem prouocandi ad arma, & adunatas, ſeu caualcatas faciendi per quaſcumq; Vniuerſitates, ſeù perſonas cuiuſcumquè dignitatis, ac gradus ad Eccleſiaſticum ſtatum ſpectantes mediatè, vel immediatè, in quibuſcumq; caſibus, prætetquam, &c. ſub pœnis læſæ Maieſtatis, rebellionis, inhabilitatis priuationis, &c. cum clauſ. &c. Dat. Rom. 11. Kalen. Maii anno 3. Vide Paul. 2. conſt. 6.

92 *Extat conditio, &c.)* Continet erectionem officii quatuordecim Magiſtrorum Vrbis cum aſſignatione ſtipendiorũ ſuper emolumentis gabellæ ſtudii, & confirmatione omnium priuilegiorum eiſdem Magiſtris à prædeceſſoribus conceſſorum, cum declaratione circa eorum exercitium, & præſeruatione iuriſdictionis illuſtriſsimi Camerarii, & Præſidentis clerici Cam. Apoſt. cum exequutorum deputatione, decreto, clauſulis, &c. Datum Romæ Non. Mart. ann. 3. De priuilegiis Magiſtr. Vrbis. Vide Greg. 13. conſtit. 25. Sixti 4. conſt. 11. Alexand. 6. conſt. 2. Leo. 10. conſt. 13.

93 *Triumphantis Hieruſalem, &c.)* S. Bonent. Generalis Miniſter in Ordine 7. *poſt* S. Franciſcum; creatus fuit Archiepiſcopus Eboracenſ. à Clem. 4. ei oblatus, & ab eo recuſatus fuit. Ad generale Cõcilium Lugdun. à Gragorio 10. vocatus, & benigniſsimè receptus eſt. Cardinaliſque, & Epiſcopus Alban. ab eodem ibi fuit creatus, & poſt multa eius præclara merita in rebus Concil. & Fidei augmento in eodem Concilio deceſsit, & ad cæleſtem patriam migrauit, & eius miraculorum fama percrebuit: ideo Sixtus 4. eundem in SS. Confeſſ. Pont. ac DD. numerum aggregauit, & modò hic Pont. ex multis validis rationibus ad einſdem S. Bonau. Sanctitatem, & doctrinam illuſtrandam animum applicauit: & ideo Collegium S. Bonau. apud Baſil. SS. Apoſt. de Vrbe inſtituit, eiuſq; opera omnia ſimul, & emendatiſſima à Typographia Vaticana in lucem emitti curauit, & ſicut Pius 5. S. Thomam ſui Ord. Prædic. decus exornare volens, eius feſtum celebrari iuſſit, vt feſtiuitates SS. quatuor Doct. Eccl. ità iſte Pont. idem S. Bonau. ſui Ordin. Conventualiũ S. Franc. ornamentum deberi exiſtimauit, ob multam inter ipſos Sanctos virtutis, ſanctitatis, doctrinæ, ac meritorum coniunctionem, & ſimilitudinem. Quarè modo doctrinam S. Bonau. laudat, & ipſum inter eximios, egregioſq; SS. Eccl. Doct. annumerat: eiuſq; opera omnia è Typographia Vaticana emittenda publicè citari, & proferri decernit. Feſtum quoquè eiuſdem quotannis 14. Iulij, duplici officio celebrari iubet. Indulgentiamq; concedit, hanc conſt. vbiq; promulgari, & obſeruari præcipit. Datum Rom. prid. id. Mart. anno 3. Pius 5. conſt. 39.

94 *Abundantes diuina, &c.)* Ducenta millia ſcuta hic Pontif. à ſui ipſius, & Camer. Apoſt. dominio abdicat, & piæ cauſæ pro an-

nonæ

Digitized by Google

nonæ ſcilicet vbertate perpetuò donat, eaq; pro alia etiam negotiorum neceſſitate expèdi prohibet. Succeſſores quoquè hortatur, vt nedum huiuſmodi pecuniam ſic collectam, non minuant, ſed in dies maiota etiam præſidia preparent. Congregationiq; Cardinalium per ipſum Pont. ſuper vbertate annonæ nuper inſtitutæ adhibitis ſecum Theſaurario, Clerico annonæ Præfecto, & Commiſſario Camer. Apoſt. adminiſtrationem huiuſmodi pecuniarum committit. Quas Card. exequutores huius conſtitutionis deputat. Succeſſoribuſq; indicat legem ſibi impoſitam, vt eam ſeruent, alioqnin in diſtricto Dei iudicio rationem reddent. Illis etiam pro reſarcienda pecunia hinc malè deprompta licebit agere contra Pont. contrauenientis, & Card. & aliorum, qui participes erunt poſteros, & coniunctos omnes, ad quos eorum bona quouis modo peruenerint, cum decr. clauſ. Dat. Rom. 17. Kal. Apr. anno 3.

95 *Cum ob innumeras, &c.*) Inſtituit hic Pont. officium vacabile interponendi decreta in Vrbe, & eius diſtrictu primitinè quo ad omnes Iudices d. Vrbis: illudq; Paulo Quintilio pro Sedis Apoſt. ſubuentione ſcuta quinq; millia ſoluenti conceſſit. Inhibuitq; quoque omnibus Iudicibus, ne huiuſmodi decreta interponerent, & Notarijs, ne de illorum decretis ſe ingererent ſub pena priuationis. Nunc autem d. Paulum à dicto officio remouet; illudq; S.P.Q.R. cum eiſdem emolumentis, & facultate de eo perpetuò diſponendi concedit, & pro illius ſecuritate omnia bona Sedi Apoſt. obligat cum clauſul. & decreto, exequutorum deputatione, &c. Declarans, quod Auditor Cameræ poſſit interponere decreta ſicut poterat antea. Datum Rom. 11. Kalend. Maij ann. 3.

Huiuſmodi decreta aliàs interponebànt in Alma Vrbe Gubernator. Aud. Cam. Vicarius, & Senator, ac eorum Iudices, Pij 4. conſt.

96 *Romanus Pontifex, &c.*) Continet erectionem officij interponēdi decreta in Vrbe, & eius diſtrictu. Conceſſionemq; d. offic. ad fauorem D. Pauli Quintilij, cum obligat. bonorum Cam. Apoſtol. pro aſſecuratione, annullatione contractuum ſine dicti Pauli decreto facienda, cum pena contrauenientibus Iudicibus, & Notariis priuationis officii, & ipſo facto abſq; alia Iudicis declarat. & inhabilitatis ad alia officia obtinenda, nullitatis contractuum, ac 100. duc. de Camer. pro quolibet decreto, clauſ. & declaratione, quod ſolita percipiantur emolumenta per dictum Paulum. Dat. Rom. 10. Kal. Febr. anno 3.

97 *Et ſi nos, &c.*) Continet repoſitionem decies centena millium nummorum in Caſt. S. Angel. ex nouis cauſis, &c. cum iiſdem conditionibus, & iuramentis ſuprà factis conſt. 40. & 80.

98 *Rex Regnum, &c.*) Rex Hiſpan. Philippus vna cum Carolo filio; & tota Hiſpan. apud Pium 4. inſtetit pro Beati Didaci canonizatione. Qui Pius 4. huic negotio quinque Cardin. deputauit, & res agi cepta fuit: idem Rex apud Pium 5. & Gregorium 13. pro huius rei expeditione inſtetit, & etiam apud Sãctum hunc Pontificem per ſuum oratorem ſupplicari curauit. Hic igitur Pontifex pro tanti negotii abſolutione ea omnia cum egiſſet, quæ in ſimili occaſione agi ſolent ſollemniter Beatum Didacum in SS. Confeſſ. numerum, & cathalogum adſcripſit feſtum anno quolibet die 12. Nouembris, cum officio Cõfeſſ. celebrari præcipit, & eius Eccleſias viſitantibus indulg. conceſſit.

Didacus in Hiſpania natus eſt, adoleſcens apud quemdam Sacerdotem vixit: deinde Relig. S. Franciſci ingreſſus profeſſionem fecit, humilis, ac obediens admodum fuit. Ieiuniis, ac flagellis corpus caſtigabat, de rebus diuinis, licet rudis eſſet, mirificè loquebatur. Orationi aſsiduè incumbebat. Aegrotis Fratribus libenter miniſtrabat, charitas in eo maxima erat. Infideles multos ex Canarienſibus ad fidem perduxit. Miraculis multis dũ vixit admodum claruit. In amplexu ſalutiferæ Crucis quam maximè diligebat, & in corde, & corpore ſemper geſtabat, prid. id. Nouembr. 1463. in Domino obdormiuit, cantato Hymno: *Dulce lignum, &c.* Miracula etiã multa poſt mortem operatus eſt. Pro ſollemnizatione hæc fuerunt, &c. Pont. diligentiſsimè in primis acta, & proceſſus duobus antiquioribus cauſarum ſui Palat. Apoſtol. perlegenda, & examinanda mandauit: illiq; omniũ relationem, & eorum ſentent. eidem Pontif. ſcripto tradiderunt. Et poſtea Pont. octo Cardin. deputauit ad omnia acta de B. Didaci vita, moribus, & miraculis, ac prædictorum Auditorum relationem expendendum, & ſibi referendum. Præfati Card. quibuſdam Sacræ Theol. & Pont. iuris peritiſſimia viris in conſilium deſuper adhibitis ſingula accuratè, & maturè examinarunt. Pontifex iſte deinde ſecretum Conciſtorium conuocauit in quo M. Ant. Col. Card. Præneſtin. ſuo, & collegatũ aſſiſtentium nomine omnia fideliter Pont. retulit, ſeque, & collegas ſuos vnanimiter ſentire aſſeruit, ipſum Pontif. (ſi ei videretur) B. Didacum in Sanctorum numerum poſſe referre, & huic ſent. ceteri Cardinal. conſenſerunt; ideò idem Pont. poſt Conciſtorium induxit,

duxit, in quo Pompeius Angonius Aduocatus Conciſtorialis, diſertam habuit orationē de vita, geſtis, & miraculis B. Didaci. Et deniq; Catholici Regis, & totius Hiſpaniæ nomine ſupplicauit eidem Pont. vt eumdem B. Didacum in Sanctorum numerum referre vellet. Et propterea Pōtifex mandauit Card. & Epiſcopis, vt omnia ad hanc cauſam pertinentia diligentiſsimè perpenderent. Deinde aliud Cōciſtorium ſecretum indixit, & multa, quæ ad negotium huiuſmodi pertinebant prænarrauit, & poſtea ad eiuſdem Pont. petitionem Card. Patriarchæ, Archiepiſc. Epiſc. aſtantes dixerunt, eis videri B. Didacum in Sāctorum numerum aſcribendum eſſe.

Pontifex igitur diem canonizationis eiuſdem pro die 2. Iulij, qua feſtum Viſitationis B. Mariæ celebratur præſtituit: & ea die S. Pōtif. ſacris veſtibus indutus vnà cum Card. Patriarc. Archiep. & Epiſc. inchoato per eum hymno: *Aue Maris Stella.* Canticumq; choro proſequente, Prælatis, Officialibus, & ſuis familiaribus, ac ſæculari, ac regulari Clero progredientibus à Palatio ſuo ad Baſil. S. Petri proceſsit, & ibi in ſuggeſtu ante Altare orauit, & deinde in ſublimi Throno conſidendo obedientiam à Card. Epiſc. excepit. Poſtea Card. Deza Catholici Regis, & totius Hiſp. nomine primo, ſecundo, tertio inſterit pro B. Didaci canonizatione apud ipſum Pontif. Qui ad ſingulas Regis petitiones pietate, & B. Didaci meritis collaudatis, & orationibus totius Cleri, & populi interpoſitis tandem ſolemniter B. Didacum in Sanctorum Confeſsionum, & Cathalogum adſcripſit, &c. Abſoluta Canonizatione laudes Deo egit, & Miſſam de Viſitatione Beatæ Mariæ celebrauit, & plenariam indulgentiam aſtantibus cōceſsit. Hortatur deniq; omnes, vt de his Deo benedicāt, & pro Eccleſ. ſuæ pace, Principum Chriſtianorum vnione, & fęlicitate, de hæreticorum reductione per merita, & interceſſionem S Didaci Deum precari velint. Datū Rom. 6. Non. Iul. 1588. anno 4.

95 *Paſtoralis officij, &c.*) Hic Pont. volens ob enormem læſionem redimere Cancellarias, & Secretarias à Paulo, & Pio 4. venditas, ipſi officiales obtulerunt ſoluere ſcuta quinq; millia Cam. Apoſt. anno quolibet ſuper quibus vnum Montem erigi petierunt. Quem Aug. Pinellus emit pro dicto pretio. Quam venditionem Pont. approbat, & denuo prædicto vendit cum facultate vendendi loca illis quingenta alijs. Montem igitur erigit, fructus ad decem pro centenario Montiſtis aſsignat. Eximit à grauaminibus Cam. Apoſtol. bona pro ſecuritate, obligat perſonas quaslibet in Monte Sixto pecunias ponere poſſe concedit. Sequeſtrari, aut confiſcari poſſe prohibet. Montiſtis tribuit facultatem officiales creandi, ſtatuta licita condendi, ac priuilegia cęterorum concedit; Reductionibus, & contrarijs diſpoſitionibus non ſubiacere declarat. Cancellarijs, Secretariis, & alijs officialibus, vt dicta ſcuta 5. mill. quotannis d. Pinello Romæ ſoluant præcipit. Contra non ſoluentes, prout in exactione ſubſidij trienn. procedi mandat: loca per quinquennium nō vacare concedit, clauſulas præſeruatiuas apponit. Pinellum, & ſucceſſores non moleſtari poſſe prætextu, &c. concedit, cum decreto, exequutorum deputatione, &c. Dat. Rom. 12. Kal Aug. 1588. ann. 4.

100 *Romanum decet, &c.*) Hic Pontifex Collegium 200 Militum Lauretanorum erexit, & eorum officia per triennium tantum non vacare decreuit conſtit. 43 cum priuilegiis, &c. vt ibi. Deinde ad tollendum omne dubium circa dicta priuilegia exortum bullā ipſam declarauit, & ampliauit conſt. 44. Nūc autem ex cauſis dicto Collegio alios 60. milites aggregat, quibus eadem priuilegia concedit illaq; ampliat, & extendit ad hoc tam clericos, quam laicos, & coniugatos, etiam quo ad prædia, ſeu bona, loca penſionum eis aſsignata. Fructus quoq; aſsignat, decernens, & quod non teneantur probare pecunias per eos ſolutas in neceſsitatem, vel euidentem vtilitatem Sed. Apoſtol. verſas eſſe. Obligat omnia bona Cam. Apoſt. pro ſecuritate. Derogando conſt. Pii 4. cum clauſulis, forma publicandi, exequutorum deputatione, &c. Datum Rom. 12. Kal. Aug. ann. 4.

101 *Humanarum rerum, &c.*) Hic Sūm. Pontif. ex vrgentiſsimis cauſis vectigal vnius quatreni ſuper vino minutatim vendendo impoſuit conſt. 70. &c. ſed quia in exactione dicti vectigalis multæ extorſiones faciebant, & pauperes maximè grauabantur, ideò Pontifex mandauit Congregat. Cardin. ſuper grauaminibus, vt deſuper prouiderent, qui decreuerunt, vt vectigal in totum tolleretur, et Mons Sixtus extingueretur. Modò Pontif. d. prouiſionem exequendo, et ſubditorum indemnitati conſulendo vectigal extinguit, et illius exactionem interdicit Montemq; prædictum ad loca 300. tantum reducit, et alia 2000. extinguit. Ex reſiduo Montis prouinc. erecti à Greg. 13. conſtit. 31. Reliquis autem creditoribus dicti Montis Sixti pro aliis locis quinq; millibus à Prouinciis ſtatus Eccleſiaſtici ſcuta 34. mill. ſingulis annis ſolui iubet. Taxamquè, et partitionem inter loca. Prouinc. faciendi curam, et facultatem d. Cardin.

Congreg. concedit. Cętera autem in litteris erectionis Montis Sixti contenta illæſa reſeruat. Reſiduum, quod vltra expenſas ex dictis annuis ſcutis 34. mill. ſupererint in redẽptionem locorum montis Prouinc. conuerti iubet, & vterquè mons quanto citius extinguatur. Ciuitatibus, & alijs locis eãdem taxam cum ſumptibus exactione faciendis exigi authoritatem concedit, cum decret. clauſ. &c. Dat. Rom. 6. Kal. Aug. ann 4.

102 *Cum cęleſtis Medicus, &c.*) Prohibet, ne Canonicatus, aut præbendæ Eccleſ. Valentinæ curentur ſpurijs, aut illegitimè natis, etiam legitimatis, aut naralibus reſtitutis, illegitimè natis, ſi ſecus factum fuerit, ſit irritum, & inane, cum decreto, clauſ. &c. Dat. Rom. 22. Aug. an. 4.

103 *Inter multiplices, &c.*) Continet erectionem montis Sancti Bonauenturæ 300. mill. ſcutorum vacab. poſt quinquennium fructus 10. pro centenario. Exemptione, &c. Obligatione bonorum Cam. &c. perſoniſquè pecunias ponere poſſunt, &c. Confiſcari, aut ſequeſtrari nequeant. Statura condi poſſint, &c. priuilegia aliorum conceduntur. Depoſitarius eius emolumẽta exigat, & montiſtis quolibet bimeſtri ſoluat Secret. patentes faciat recepto ſalario recipi ſolito à Secretarijs, Nuncium Cameræ, Datariæ, & Cancellariarum. Non ſubiaceat reductionibus, &c. loca non vacent, &c. cum decret. clauſul. &c. Dat. Romæ 11. Kalend. Septembris 1588. anno 4. Vide conſtit. 16. De eius extenſione, conſt. 115.

104 *Paſtoralis officij cura, &c.*) Hic Pontifex ex cauſis proxenetarum exercitia (non tamen quo ad merces ripales, & cambia) vna cum eorum iuribus, & emolumentis Camer. Apoſt. applicauit, & Colleg. 40. proxener. ad negotia pertractanda peritorum inſtituit, & Zenobium Lãdium deſuper Commiſſarium deputauit, & emolumenta à proxenetis percipi ſolita eidem per nouennium applicauit, & dictos 40. proxenetas ad negotia, & alios 20. ad ſponſiones tractandas facultatem nominandi conceſſit. Cam. Apoſt. de mandato Papæ, quædam Capitul. cum dicto Commiſſario fecit. Deinde quædam difficultates ſuper eiſdem capit. ortæ fuerunt. Concordia igitur, & tranſactio deſuper confecta fuit, quæ Pont. approbat cum decr. exequutorum deputatione, clauſul. &c. Dat. Rom. 1 Septemb. ann. 4.

104 *Poſtulat ratio, &c.*) Sanctiſſ. Pontif. Hoſpit. pauperum Mendicantium erexit, &c. cui beneficia vniuit per diuerſas litteras, quæ hic non habentur: & annuum redditum ſcutorum 500. ad ann. 5. per Gabrielem Venetũ ſoluendorum pro priuil. obtento de conficiendo oleo, & criſtallo ex quibuſdam inutilibus rebus nouiter inuentis eidem Hoſpitali conceſſit. Et nunc alios redditus annuos 4. mill. ſcutorum monetæ ex gabella ſuper chartis luſorijs venalibus nuper impoſita, & alium annuum ſcutorum 1000. ex gabella carniciorum, &c. & aliam ſcutorum 168. ex locatione plateæ Iudęorum, & etiam molendinum propè pontem Sixtum eidem Hoſpitali elargitur. Adminiſtratoribus hoſpitalis, bannimenta contra Mendicãtes per Vrbem publicandi, & inobediẽtes pęnis pecuniarijs, & corporis afflictiuis, triremium, & alijs ad arbitrium, non tamen vltimi ſupplicij pœnis puniendi facultatem concedit: & vnum Doctorem clericum, ſeù in dignitate eccleſiaſtica conſtitutum in Iudicem cauſarum eligẽdi, cui Iudici dat iuriſdictionem quaſcumq; cauſas Hoſpital. concernentes cognoſcendi ſummariè procedendi. In Cur. & extra inhibendi à ſententia dicti Iudicis ad effectum deuolutiuum, & ſemel tantum ad Gubernat. Vrbis appellari poſſe decernit. De nullitate ex tribus ſubſtantialibus tantum dici poſſe declarat. In cauſis diſcuſſionum data cautione pro parte Hoſpit. de reſtituẽdo ſummam in euentuum ſuccumbentiæ prioribus, & potioribus credito. Iudex deputatus debitores ad ſatisfaciendum Hoſpit. cogat. Singuliſquè diebus, & horis præterquam in honorem Dei feriatis procedẽdi. Notarium ad nutum adminiſtratorum deputandum, & amouendum habeat. Citationes poſſint fieri etiam per mandatarios Cur. Capit. & Hoſpit. ac alios quoſcumquè mandata, &c. d. iuris poſſint, & debeant exequi per quoſcumq; Vrbis exequutores. Adminiſtratores hoſpit. & officiales Miniſtri, affictuarij, cauſam ab eis habentes non poſſint conueniri, niſi coram dicto Iudice, etiam vigore cuiuſuis commiſſionis ſignat. iuſtitiæ. Iudex procedat, non obſtante quacumq; commiſsione manu Papæ non ſignata exemptiones ampliat, ideſt à tribus pro centenario dohanerijs Ripæ ſolui ſolitis. Sal pro vſu detur gratis, à quibuſuis gabellis, dohanis, oneribus ord. & extraord. per totum ſtatum Eccleſiaſticum. Deputat exequutores. Applicat fraudes gabellarum, precipit, quod Cappellani, qui nunc ſunt non poſſint ab Adminiſtratoribus amoueri. Quilibet Cappellanos habeat ſcuta 90. per Adminiſtrat. ſoluend. Quatuor Cappellanias erigit, & duos clerici habeant ſcuta 20. quolibet anno. Sacriſtia verò reliquos fructus benefic. vnitorum. Conferantur Cappellaniæ

per

per adminiſtratorem præſentationum Sed. Apoſtol.cum decreto, clauſ.&c. Dat.Rom. 8.Idib.Sept.anno 4. Vide conſt.67.

106 *Ad Romanum,&c.*) Continet declarationem conſt.de illegitimis,primò quòd illegitimè nati ex his parentibus, inter quos tunc matrimonium exiſtere poterat, ac poſtea ſubſequutum ſit, non comprehendantur ſub illa. Secundò,nati ex ſoluto & ſoluta,qui ante editam conſtitutionem prædictam quauis authoritate legitimati, aut ad dignitates habilitati,& illis perfuncti ſunt,dignitates ipſas obtinere non poſſint niſi ſpecialiter cum eis fuerit diſpẽſatum ſuper natalium defectu à Rom.Pontifice,vel de eius ſpeciali mandato. Tertiò,qui ſine tali ſpeciali diſpenſatione tempore conſtitutionis, officia,& dignitates ad vitam obtinebant, eo ipſo ab illis amoti cenſeantur. Qui verò obtinebant ad tempus, ea retineant; ſed Ordinatium tempus non extendatur, nec ipſi ad maiores, vel inferiores gradus aſcendere valeant. Quartò,quod nomine honorum, graduum,& dignitatum intelligantur,Præpoſitatus,Abbatiatus, Prioratus, Archidiaconatus, Cuſtodiatus, Prouinc. ac General. officia, & alia ſimilia cum honore, ac ſuperioritate coniuncta. A cęteris officijs non arceantur, niſi qui ex ſacrilegio, vel inceſtu ſunt geniti. Quintò, in qualibet Prouincia duo Monaſteria, ſeù duæ domus Regulares deputentur pro nouitijs recipiendis iuxta formam conſtit.præfatæ. Sextò,qui poſt dictam conſtitutionem profitentur,non admittantur, niſi iuxtà illam formam, aliter profeſſio facta nulla ſit, neq; tacita profeſſio valeat. [illegible]d non requiratur in tacitè profeſſis ante dictam conſt.neq; in Apoſtatis. Circa aduenas,& exteros etiam ſi non liquido conſtet de omnibus,vt in illa,ſi facta diligentia nihil appareat, quod impediat recipiantur. De natalium defectu, aut criminum, &c. ſi appareat poſt promotionem ad ſacros ordines, hi ad honores,& dignitates,aut exequutionem ſuorum ordinum non admittantur, niſi ſecundum formam dictæ conſtitutionis. Criminoſorum profeſſio irritetur, & Iudices contra illos procedant,ſi ante ſuſceptionem habitus accuſatio ſuſcepta, vel Inquiſitio inſtituta ſit,& non aliter. Religioſus non poſſit tranſire de vno ad aliud Monaſterium ſinè licentia in ſcriptis, ideo non recipiatur, niſi ſit cognitus; neq; etiam tãquam hoſpes, neque ſi dicat ſe confugere ad ſanctam Sedem. Hi etiam Romæ non excipiantur ſinè tali licentia,ſed ad Congreg.Card. vel protect. remittantur. Confirmat deinde alia omnia in illa conſt.contenta; reuocatq; quaſcũq; conceſſiones forſan de recipiendis Nouitijs extra Capitula,cum decreto,&c. Datum Romę 12.Kal.Nouembr.anno 4. vide Modern.Greg. 14. conſt.10.

107 *Effrænatam perditiſſimorum, &c.*) Hic Sanctiſ.Pont. contra violantes,iura matrim.edidit conſt.Et contra inceſtuoſos conſtit. Nunc autem volens hoc malum penitus exterminare, præcipit omnes quoſcumquè quauis dignitate fulgentes, qui de cętero per ſe, vel per alios abortum fętus animati, ſeù inanimati formati, vel informis quocumquè modo procurauerint,& prægnantes quæ ſciẽtes id fecerint, pęnas è iure diuino, & humano conſtitutas in veros homicidas incurrere, quas & extendit. Vt ſi fuerint clerici omni priuilegio clericali offic.& benef.priuati exiſtant,& inhabiles ad ea,& ſimilia, & ſuſpenſi tanquam veri homicidæ. Si vero laici ſimiliter perpetuò ſint ſuorum ordin. benefic. incapaces,& qui foro eccleſiaſtico ſunt ſubditi per Iudicem Eccleſ degradati tradantur Curiæ ſæculari, quæ de eis capiat ſupplicium, &c. Eaſdem pęnas decernit in eos,qui ſterilitatis potiones propinauerint,vel ſumpſerint, aut Conceptioni impedimentum fecerint. Iudices ordin. contra quoſcumq; nedum per accuſationem, ſed etiam per inquiſitionem ſuper præmiſſis procedant,& teſtes,etiam inhabiles eorum arbitrio recipiant,& culpabiles pęnis afficiant principales in præmiſſis delinquentes,eorumq; fautores excommunicati exiſtant, à qua, & ab irregularitate propterea incurſa,non poſſint, niſi à Summo Põtifice abſolui,&c. in cauſis, vrgentiſſ.diſpenſari,cum decreto,clauſulis, &c. Datum Rom. 4.Kalen.4.Nouembr.anno 4.Reducta fuit ad term.iuris com.Greg. 14.conſt.

108 *Cum Pontificatus noſtri,&c.*) Continet erectionem offic. Reuiſoris omnium expeditionum in Tribunalibus Almæ Vrbis. & Rom.Cur.de cętero faciendarum,de quibuſcumq; cauſis ciuilibus, & criminalibus, cum aſſignatione emolum.exequutorum deputatione,decreto,clauſul.&c. Datum Rom. 24. Octob.ann.4.

109 *Sollicitudo Miniſt.&c.*) Hic Summ. Pont. Archiuia publica ſcripturarum in ſtatu Eccleſ.erexit,ſed erectionis litteræ hic non adſunt,& modo erigit officium Regentis Archiuij generalis Status Eccleſ. cum facultate quaſcumq; cauſas mouendas occaſione Archiuiorum ſummariè,& appellatione remota cognoſcendi. Delinquentes etiam in præmiſſis eius arbitrio puniendi. Edicta pro regimine dicti Archiuij proponendi. Notarios tanquam cauſarum huius officij, actuarios eligendi.

gendi Commiſſarios ad viſitandum d.Archiuia,& cogendum Notarios, & alios ad portandum ſcript.&c.deputandi. Patentes litteras quibuſcumquè ſuis Miniſtris ſub ſuo nomine,& ſigillo expediendi. In Archiuiſtas,& Notar. & alios circa ea,quæ huiuſmodi officium concernunt,omnimodam iuriſdictionẽ exercendi offic.ſit vacabile, venabile,&c. Aſſignat illi dotem ſcut.100.pro quolibet menſe, ac cętera omnia emolumenta ex patentibus, reſcriptis, & ſententijs, gratijs,confiſcationibus,&c.Regens pro ſe,vel per alium hoc ſuum officium exercere poſſit.Illum Prælatũ domeſticum,familiarem, & vtriuſquè ſignat. Refer.eſſe decernit. Priuilegia omnia familiaribus Papæ,& Refer.conceſſa illi concedit. In Cappella Pontif.& alijs actibus publ.locũ aſſignat.Expeditionem litterarum gratis obtineat. Miniſtris illius licentiam dat ferendi arma in toto ſtatu. Regens poſſit tale officiũ retinere vna cum penſionibus Eccl. vel Monaſt.In ſuo exercitio nec irregularit.nec aliã pęnam poſſit incurrere. offic. per triennium poſt mortem eius regentis non vacet. pretiũ eius ad ſcuta 15.mill. pro hac vice deñnit illudq; Illuſtriſſ. Domino Fabio Vrſino cum emolument. & priuileg. ac iuriſdictionibus concedit.Pro illius aſſecuratione omnia bona Camer.Apoſt.obligat. Et quodcumq; maius pretium, quod pro dicto officio reperiri poſſet eidem condonat,cum clauſulis,&c.Inhibetq; quibuſcumq; circa lites,&c.Officium concernentes,ne ſe intromittant,cum decreto, exequutorum deputatione, clauſul. &c. Datum Romæ prid.Nouemb.ann.4.

110 *Pro noſtra,&c.*)Continet confirmationem omnium gratiarum,immunit.exemptionum, ac priuileg. quomodolibet ordin. Cartuſ. conceſſorum, quæ Sacri Concil. decretis non obſtant,cum decr.iud. deputatione,clauſ.&c.Datum Rom.3.Nouemb.ann.4.

111 *Dominus omnipotens.&c.*) Placidus, & eius ſocij ſub Reg.S.Bened.ſe Deo dicarũt, & in Monaſt. apud Meſſan.per ipſum in paterno fundo extructo famulatum Deo dederunt, Martyrijq; coronam adepti fuerunt, & eorum corpora in eccl. S.Io.Meſſan.ſepulta multis miraculis claruerũt. Et nuper aliquæ ex eis reliquiæ in reparatione dictæ Eccleſiæ repertæ fuerunt. Archiepiſc.deſuper proceſſũ formauit,quem Summ.Pontif.Card.reuidendum commiſit, & de aliquorum ex d.Sanctis corporibus inuentione ſatis conſtit.ideò gratias Deo agens, & eorum martr. feſtum die 5.Octobr. vbiq; ſing.annis,& feſtum eorum inuent.d.Eccl.Meſſan.die 4.Aug. celebrari,& in Kal.apponi mandat.Indulgent.dictam Eccleſiam viſitantibus concedit. Epiſcopis,& alijs mandat,vt hanc conſtit.publicari,& obſeruari faciant. Datum Romæ Id.Nouembr. anno 4.

112 *Ad generis nobilitatem,&c.*) Officiũ Audit. Cameræ vacauit per ordinationem Aug. Cuſſani ad Cardinalatus honorem aſſumpti.Et illud Pont.modò confert Illuſtriſſimo Horatio Burgheſio cũ iuriſdictionibus, & facultatibus, & emolumentis, &c. Immiſcendi ſe in criminalibus abſq; irregularitate, & aliorum nota,dummodo ſententia,vel votum ſanguinis ipſe non ferat. Cognoſcendi cauſas per Locumtenẽtes.Procedendi ſolum priuatiuè quo ad alios Iudices vi obligat.in forma Cam.iuris guarentigiæ Ripæ,Ripettę, & alijs, in quibus abſq; obligatione in forma Cam.& ſimili,præterquam inter Ciues Rom. inter quos ſeruari debet motus proprius Pij 4.& exceptis obligationibus dependentibus à litibus aliorum Tribunalium.Reaſſumendi cauſas dictarum obligationum à quibuſcũq; Iudicibus præterquam commiſſas per ſpeciale reſcriptum de eis mentionem faciens in cauſas Cur.Capit.inter Ciues Rom.vertend. iuxta dictum motum proprium, Pij 4.promulgandi cenſuras Eccl.vigore talium oblig. priuatiuè quo ad alios. cognoſcendi cauſas Cardin.eorumquè,& Papæ familiarium,Prælatorum in Cur. decedentium, Principum,& Imper.Regum, & Communitatuum, Oratorum,& Officialium S.R.E.Notariorum ipſius Aud.Campſorum,Mercatorum, et penſionũ, etiam alibi ſoluendarum. Cognoſcendi cauſas appellationum à quibuſcumq; Iudicibus, et Arbitris in Curia,et Vrbe,(Vicario,et Guberno.et Capitolinis exceptis,)et extra Curiã à quibuſcumq; Iudicibus latis in terris S.R.E. ſubiectis.

Procedendi ſummariè, et manu Regia in cauſis non excedentibus ſummam ducatorũ 100.in cauſis Mercatorum Cur. Notarij Tribunalis, et eorum familiarium vſq; ad quamcumq; ſummam, etiã priuatiuè quo ad alios Iudices. Cognoſcendi alias cauſas ſeruatis terminis, & illis malè ſeruatis vnico contextu reiteratis,& alias, prout in beneficialibus. Cognoſcendi cauſas quorumcumq; delictorum in Curia, & extra per officiales Sedis Apoſtolicæ,vel exemptos iuriſdictione ordin. etiamſi Epiſcopi, vel maioris dignitatis fuerint. Et etiam per Notar,Tribunalis,& ſubſtitutos, & alios in eorum officijs priuatiuè quo ad alios in hoc vltimo capitulo Notariorum. Monitoriaquè contra Epiſcopos ad perſonaliter comparendum præuia Sanctiſſ. commiſſione decernendi. Exequendi ſolitis

litteras Apoſtolicas Cameratij,& pęnitentiarij, vbi alius datus non eſt, vbi verò alij dati ſunt accumulatiuè cum eis. Vide Pij 4.conſt. 74.Pij 5. conſt.119.

Demandandi exequutioni ſententias Tribunalis, ac alias per quoſcumq; latas in Cur. & proceſſus generales, & ſpeciales etiam ſi alijs exequutio commiſſa ſit, accumulatiuè cognoſcendi cauſas,mouendi,& citãdi Communitates, & alios extra Cur. degentes pro contractibus in Curia initis,& contra degentes in Cur. vel curiales etiam abſentes pro quibuſcumq; rebus,ſeù pecuniarum ſummis. Decernẽdi remiſſorias, & compulſorias eius arbitrio. In vim Eugenianæ, & Leoninæ pro Curialibus inhibend. trahentibus curialibus extra curiam. Decernendi Monitoria,& citatronea etiam per edictum ad partes,carcerãdi,& puniendi. Abſoluendi excommunicatos ab alijs, & interdicta in diebus Paſchalibus, & Natalitijs cum reincidentia relaxandi. Exequendi obligationes in forma Cam. poſt mortem debitoris quo ad illis bona. Concedit omnes facultates quomodolibet conceſſas alijs Audit. Camer. à prædeceſſoribus. Confirmat, ac innouat priuilegia Iul.2.Leon. 10. & aliorum Auditor. conceſſa. Declarat, quod dilationes, & alternatiuæ vigore cap. Peruenit, & cap. Odoardus. De ſolut.& aliæ moratoriæ per Camerarium, Clericos Cam. ac alios quoſcumq; conceſſæ nullatenus proſint obligatis in forma Cam. Commiſſio appellationis non facien.intentionem de forma Camer.& cauſæ diſcuſſionum non retardent exequut.obligat.Cam. ſi per creditores præſtita fuerit cautio in forma depoſiti reſtituen. prioribus præcedentiam deſignat in cappella,vel alibi. Facultatem miſerabiles perſonas in cauſis diſcuſſionum præferendi creditoribus etiam anterioribus vſq; ad ſummam ſcutorum 50. Vide Pij 5.conſt.192. Procedendi ſuper cambijs ſiccis, & illicitis iuxta conſtit. 54.Pij 4. Iudices contrauenientes huiuſmodi facultatibus excommunic.incurrant non abſoluen.niſi à Papa. Aud.Camer.non poſſit ab officio Auditor.ex quauis cauſa inuitus amoueri, & emolumenta ex diſmembratione ſex millium ſcutorum remanentia non poſſint imminui. Officium huiuſmodi non vacet per triennium, ſed integrum pretium eius hæredibus,& ſucceſſoribus,etiam ab inteſtato debeatur, ac ad ipſos ſpectet. Obligat omnia bona Camer. Apoſtol.pro ſecuritate ipſius,& eius hæredum, concordando maius pretium ſi forſan de ipſo officio reperiretur,cum clauſ. decreto,&c. Mandatur Card. cam.vt immittat in poſſeſſionem ipſum Aud.Cam. Declaratque, quòd per præſentes non intelligatur derogatum Conc. Trident. neq; reformationibus Pij 4.& 5.præſtet Aud.cam.iuramẽtum de fideliter exequendo. Fides adhibeatur trãſumptis à Notario ſubſcriptis,& ſigillatis ab aliquo in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto. Datum Rom.5.Kalen.Ian.anno 4. Limitatio quo ad Fiſcum, Pij 4.conſt.74. Pij 5.cap.119. Clem.7.c.34.

113 *Sanctum,ac ſalutare,&c.*) Ne clerici male promoueantur, præcipit, ideſt illi,qui ob crimen notorium,aut defectu natalium inhabiles, aut aliqua irregularitate innodati extra tempora,ſinè dimiſſorijs, per ſaltum, furtiuè,ſine titulo beneſ.aut patrimonio ante ætatem non ſeruatis temporum interſtitijs; ideò præſules ordinantes ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter,niſi debita diligentia adhibita,iuſtus error,aut probabilis facti ignorantia excuſet,ſuſpendit à collatione ordinum,& omnium munerum Pontificalium. Interdicitquè ingreſſum Eccl.quod ſi in præmiſſis ſe ingeſſerint ſpreta ſuſpenſione,& interdicto,ſuſpẽſionem incurrant à regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſ.Monaſt. & perceptione fructuum, Menſæ,& benefic. quorumcumquè à ſolo Papa abſoluendi. Malè autem promoti ſuſpenſi ſint ab ordinibus, & ſpe aſcendendi careant,& ſi miniſtrare præſumpſerint ſint irregulares,priuati quibuſcumq; beneſ.& incapaces ad ſimilia. Regulares verò etiam voce actiua,& paſſiua,& abſolutio ſit Summi Pontificis,etiam in foro conſciẽtiæ ſemper etiam in Iubilæis etiam Cruciatæ,neq; valeat quæcumq; facultas cuicumq; conceſſa, idem de irregularitate diſpenſanda, petentes, autem abſolutionem etiam in delicto occulto,petãt illam à Summ.Pont. in vtroq; foro, alioquin collatio nulla ſit, omnia prædicta intelligantur, etiam in ſimoniacè ordinatis,præter alias pęnas, de quibus Pij 5.conſtit.5. Datum Romæ 9.Iun.4.

114 *Cum ſacroſanctam, &c.*) Mandat, quod Clerici, quicumq; beneficiati, & penſiones obtinentes ſæculares, ac regulares,& Milites, etiam coniugati, ſi priuilegijs clericalibus vti volent, vbilibet gentium,& locorum conſtituti, etiam exempti, & quocumq; priuilegio gaudentes,quacumq; dilatione, aut tergiuerſatione poſtpoſita debeant omninò intra quindecim dies ſi ſunt in Vrbe, aut quatuor menſes, ſi ſunt extrà, vel retro ſi vltra à die publicationis tonſuram, & veſtes talares, aut ſuæ militiæ conuenientes quacumq; remota excuſatione aſſumere, vel deferre. In futurum autem non niſi clericis in habitu clericali, & tonſura incedentibus beneficia

neficia conferantur, aut commendentur, penſiones, fructusvè, aut bona eccleſiaſtica reſeruentur, qui in futurum non obediuerint præter alias pęnas inflictas, omnibus beneſ. &c. ac penſionibus, &c. de poteſtatis plenit. priuat. ac ſine vlla citatione Iudicis decreto priuatos eſſe decernit ipſo facto. Beneficia vacare, ac penſiones caſſare, & quemcumquè vlterius ad eorum ſolutionem minimè teneri, & ob non ſolutionem cenſuras, & pęnas aliquas incurrere non poſſe, ſtatuens ſic in præmiſſis vniuerſis, ac ſingulis per quoſcũq; Iudices, & Commiſſarios, &c. definiri, ac iudicari debere. Milites militiarum ſub regula aliqua approbata canonicè inſtitutarum habitum ſuæ militiæ conuenientem deferentes ſub hac conſtitutione non comprehẽdantur, neq; alij Rom.Cur. officiales, qui non vti clerici, ſed tanquam milites beneficia, & penſiones retinent, iuxta priuilegia, & diſpenſationes illis conceſſas, &c. Dat.Rom. 5.Ian. ann.4. De habitu, & tonſura degentium in Vrbe. Pij 4.conſt.157.

115 *Paſtoralis eſt curia, &c.)* Continet moderationem prædictæ conſtitutionis, declarando, quod clerici, qui penſiones, fructus, aut bona eccleſiaſtica non excedentia valorem 60. duc.aur. de Camera, obtinent, & ſimiliter familiares ipſius Pont. qui quibuſdam miniſterijs illi inſeruiunt vſq; ad quamcumq; ſummam bona obtinent eccleſiaſtica loco penſionum in habitu clericali incedere non teneantur. Milites ſi ſuper veſtibus communibus inſignia militiæ deferant conſt. ſatisfacere cenſeantur Clerici, & Milites tamen tũc teneantur habitum ferre cum penſiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cęperint, vel per eos ſteterit quo minus exigant, vel percipiant, cum decreto, &c. Dat.Rom.prid.Kal.Febr.ann.4.

116 *Romani Pontificis, &c.)* Continet erectionem officij Cameralis impreſſoriæ in Vrbe vacabilis, cum facultate imprimendi, &c. quo ad alios priuatiuè, dando exempla quædam Datario Cam. Vicario Gubernat. Auditor.Senat. Aud.ſacr.Pal. gratis, gaudeat omnibus priuil. conceſſis exemptionibus, &c. conceſſis Notariis Cam. Habeat emolumenta, vt hactenus. Concedit officium Paulo Blado cum priuil.& emolument. Declarat, quod officium non vacet per quinquennium, ſtante ſolutione ducat.2300. condonando maius pretium d.offic. ſi inueniretur. Apponit clauſulas præſeruat. decretum, inhibitionem contra iudices impreſſores in prædictis contrauenientes clauſul. derogator. declarationem pro cautela dicti Rodulphi Silueſtri, qui pretium pro emendo hoc officio dicto Paulo Blado accommodauit, &c. Dat.Rom.9 Kal. Febr.ann.4.

117 *Inter multiplices &c.)* Montem San. Bonau. vacab. de quo conſt.102. modo auget ad ſcuta quatuor mill. & pro emolumentis aſſignat annua ſcuta ſex millia percienda ex fructibus officii Auditor Cam. Apoſt. & alia annua ſcuta quatuor millia ex redditibus poſtarum ſtatus eccleſiaſtici, & pro ſecuritate bona omnia Sed. Apoſt. obligat. Mõtiſtiſq; ad loca nunc addita eadem priuilegia primis montiſtis conceſſa, concedit. Depoſitarioſq; emolumentorum officii Aud. Cam. & etiam conductores poſtarum in primis, & ante omnia ad ſolutionem dictorum annuorum ſcutorum 10.mill. reſpectiuè obligari decernit, loca cẽtum nunc addita per quinquennium, prout priora loca non vacare decernit. Præſenteſq; litteras vim efficacis contractus obtinere declarat, cum decret. clauſul. &c. Dat. Rom.14.Kal.Ian. ann.4.

118 *In quantas rerum, &c.)* Quoniam ad maris ſecuritatem decent triremium claſſem maxima cum impenſa inſtruxerat: ideò annuum ſubſidium 78.mil. ſcut. populus ſui ſtatus Eccleſiaſtici pro manutentione d. claſſis imponit, & diſtrib. mandat. Aliudq; ſimile 12. mill. ſcutor. pro eadem cauſa ſuper omnibus redditibus beneſ. conſiſtentium in quibuſcũq; dominijs, & locis S.R.E. mediatè, & immediatè ſubiectis imponit. Excipit tamen à ſolutione duodecim congregationes, quæ ſe concordarunt cum Pio 5. & Hoſpit. S.Ioann. Hieroſol. Subſidiumq; prædictum debeat ſolui modo præfinito. Soluere recuſantes pęnas incurrant excomm. & ſuſpenſion. Hæc ſubſidia vnà cum alia quædam nuper reperta, quæ aſcendunt ad ſummam ſcutorũ 102500. annui redditus pro conſeruatione dictorum decem triremium aſſignat, & alibi erogari poſſe vetat. Exemptiones quaſcumq; non obſtare declarat. Quietantias officialium Cam. omnibus etiam affictuarijs ſufficere decernit. Decretum irrit. apponit. Cardin. Caiet. Cam. collectorem d. ſubſid. cum facultatibus, & iuriſd. deputat, cum clauſ. derog. ſubnectit, declarando quod pia loca, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſubſidium ad monetam currentem, & pro quietantia generalis ſolutionis carlenum vnum ſoluant. Et Eccleſiarum ornamẽta, in exequutione capi, aut diſtrahi non poſſint. Dat. Rom.10.Kal.Febr.ann.4. Pij 5. cõſt. 28. & 134.

119 *Qua noſtra ſit erga, &c.)* Deputat Illuſtriſſimum Cardinalem Aldobrand. cuius egregias virtutes primò enumerat, Legatum

de latere ad Reg.Poloniæ, & alia loca,cum iuriſd.& facultatibus.Viſitandi,ac corrigendi Eccl.quaſcũq; monaſt.hoſpit.perſonas etiam exemptas. Puniendi inobedientes,falſarios, vſurarios, & alios criminoſos, coguoſcendi etiam ſummariè quaſcumq; cauſas ad formã Eccl.pertinentes,concedit reſtitutionem in integrum aduerſus ſent.res iudicatas,& contractus,prout de iure.Relaxandi iuramenta ad effectum agendi tantum, & abſoluendi à quibuſcumq; cenſuris,& pęnis. Audiendi,& abſoluendi reos criminum ad forum Ecclef. pertinentium,præterquam à caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ. Concedendi licentiam circa promotionem ad ſacros ordines perſonis idoneis in ætate legitima exiſtentibus,vbi neceſſitas,vel Eccl. vtilitas id ſuaſerit,etiam extra tempora.Diſpenſandi cum corpore vitiatis dummodo tanta non ſit deformitas, quæ diuinis præſtet impedimentum, aut ſcãdalum in populo generet ad ord. & benef. quæcumquè. Et cum his,qui Matrimon. in 2.vel 3.& 4.gradu contrahere velint, extantibus cauſis,nempè incompetentia dotis,anguſtia loci,graues inimicitiæ,&c.& alijs,quæ ſibi videbuntur idoneæ, immò etiam ſine voluntatis arbitrio. Et impedimento publicæ honeſtatis,& affinitatis ſpiritualis, non tamẽ inter leuantem,& leuatum immò etiam cum his,qui non obſtantibus dictis impediment. matrimonia contraxerunt. Ex cum his, qui per fornicationem, & adulterium ſe polluerunt.Et prolem inde ſuſceptam,aut ſuſcipiendam,poſſit decernere eſſe legitimam. Admittendi reſignationes quorumcumquè benef. cauſaſquè deſuper pendentes quo ad ipſos cedentes tantummodo auocandi, diſſoluendi vniones,conferendiq; beneficia ex cauſa huiuſmodi reſignationis, aut diſſolutionum, & alia per obitum (non tamen Sed.Apoſtolicæ reſeruata,) vel aliàs extra curiam,& intra limites legationis vacantia perſonis idoneis. Prouidendi Monaſterijs tempore legationis vacãtibus,quorum fructus annuum valorem Floren. 200.auri de Camer.non excedant de Abbatibus, & alijs Prælatis quod ſi Monaſteria ſint ſolita dari in commendat. poſſit illa ſimiliter commendare.Derogandi iuripatronatus ad effectum huiuſmodi prouiſionum, & commendarum,& annuas penſiones ſuper benef.ſic reſignatorum fructus reſeruandi, & conſtituendi.Aſſignatas annullandi,& extinguendi.Confirmandi concordias,& ſupplendi iuris defectus. Erigendi,& inſtituendi Canonicatus in Eccl.Cathedralibus,Hoſpitalia. Confraternitates, &c. cum iuriſdictionibus, & conſuetis inſignibus, & condendi ſtatuta ſacris Canon.non contraria. Concedendi licentiam permutandi bona eccleſiaſtica in euidentem vtilitatem, vel neceſſitatem, & confirmandi alienationes factas. Indulgendi Canonicis, & alijs curam animarum non habentibus, & infra trigeſimum annum conſtitutis, vt ſtudendo in ſtudio generali fructus canonicatuum,&c.per biennium percipere valeant.Et ſimiliter,vt leges,& iura ciuilia in ſcholis publicis audire valeant. Creandi clericos meritis præſtantes in Sede Apoſt. Notarios,& laicos in Comites Palatinos,& Milites auratæ Militiæ facta ab eis fidei profeſſione iuxta *Pij* 4.conſt. Eiſq; gratias,& priuilegia aliorum Notariorum de numero participantium. Comitumquè,& Militum concedendi. Tribuendi licentias Clericis,& laicis, quos ad loca interdicto ſuppoſita declinare contigerit,vt celebrent,deliberatiuè faciant. Concedendi indul.& vota commutandi.Permittendi vſum lacticiniorum tempore Quadrageſ.& quatuor temporum,concedendi licentiam teſtandi perſonis Eccleſiaſticis,commutandi vltimas volũtates in alios pios vſus, & prorogandi tempus illis exequutoribus. Abſoluendi à quibuſcumq; cenſ. & pęnis pro exequutione,& effectu gratiarum,& litterarũ præſentium vigore concedendarum, poſſit vices ſuas in præmiſſis alteri committere,delegare exequutores præmiſſorum,& litterarũ ſuarum. Ac alia omnia deſuper neceſſaria,& opportuna decernere,& exequi. Declarãdo, quòd Illuſtriſſimus Card. facultatibus hiſcũ derogationibus,&c.Eundo,ſtando,& redeũdo in omnibus locis, ad quæ declinauerit vti valeat,cum decreto,clauſ.&c. Dat.Rom.10. Kal.Iun.anno 4.

120 *Varijs rerum,&c.*) Hic Summus Põtifex Monaſt. Monialium S.Bernardi prope Eccleſ. Sanctorum Viti, & Modeſti erexit, vt conſt.30.& deinde tranſtulit ad Eccleſ. S.Suſannæ prope fontem fęlicem in Monte Quirinali. Et modo eiuſdem Monaſter.Miniſtris quaſdam beneficiatas ſortitionum lecti nuncupati conſignari mandat. Dictaſquè beneficiatas vendi, & in emptionem cenſuum, vel Montium non vacabilium conuerti præcipit. Cẽſus,& montes ſic emptos quo ad proprietatem pro illis,quibus beneficiatæ contigerãt ſtare declarat.Cenſuumquè,& Montium prędictorum fructus à die dictæ emptionis vſq; ad diem reſtitutionis legitimis perſonis faciendæ decurrendos dict.Monaſterio elargitur. Bona autem,vel cenſus,& Montes,pecunias,& bollettinos illis reſtitui præcipit,cum exequutorũ deputatione, clauſulis, decreto, &c.Datum Romæ 10.Martij 1589. anno 4.

121 *Ad*

121 *Ad Romanum pertinet,&c.*)Paul.3. conſt.3. prohibuit officialibus ſtatus Eccl.ne pęnas pecuniarias ſupra ſummã ſex Floren. remitterent,donarent,aut de illis gratiam facerent. Quam Sixtus 4.conſt.6.confirmauit, & proceſſus circũdari vetuit,&c.Prohibuitq; conſt.8.ne dictæ pęnæ etiam colore depoſiti ad alterius, quam Theſaurationum manus peruenirent.Pius 4.conſtit.56.omnes maleficiorum pęnas, non tamen pro damnis datis in vineis Cam.Apoſt.applicauit,&c.& conſt. 62. declarauit id ſeruari quo ad loca Ciuit. ſtat.Eccleſ. ſubiecta,& conſt.77.& 102.decimam partẽ dictarum pęnarum officialibus, & quartam accuſatoribus per manus Depoſit.Cam.ſolui iuſſit. Hic Pontifex confirmat omnes ſupradictas conſtitutiones: Communitatibuſquè,& alijs perſonis ex quauis cauſa d.pęnas eis deberi prætendentibus terminum imponit ad id probandum, & deſuper ſentent.in Camer.Apoſtol. obtinendum,quo elapſo, & approbatione in eadem Cam. non obtenta, omnes conceſſiones,& applicationes dictarum pęnarum etiam ex iuſtiſſimis cauſis, & oneroſis titulis eis factas, annullat, & reuocat,officialibus etiam prohibet ne pęnas in eorum ſent. edictis, gratijs,& abſolutionibus alteri, quam Cam.Apoſt.concedãt, & applicent hæc alijs perſonis, quam Depoſitarijs,ſeù V.Theſaurarijs ſolui, neq; aliquã eorum partem per officiales retineri poſſe decernit.Contrauenientibus pęnas imponit, priuat. officiorum abſq; Iudicis declaratione.Delinquentibus,vel inquiſitis,& reis prohibet,ne alijs, quàm Theſaurarij,& Depoſitarijs Cam. pęnas ſoluant, etiam ſi aliter in ſent. vel ſupplicationibus eſſet reſcriptum, alioquin ſenten.et gratiæ nullæ ſint,et pęnam ſcut.25.incurrant. Officiales omnes ſupplicationes ab eis ſignandas Theſaur. ſeù Depoſitar.conſignent:et ſupplicantes infrà decẽ dies pęnas ſoluant,alioquin gratiæ nullæ ſint. Officiales prædicti,et eorum Notarij ſupplicat. omnes in actis referant. et proceſſus antequam eis conſtet pęnas Theſaurario fuiſſe perſolutas,non caſſent,ſub pęna ſcut.35.Officiales, et Baroncelli bona, quæ carcerati tempore carcerationis deferebant eiſdem Theſaur.ſeu Depoſitar.conſignent ad officiũ, etc. In quibuſcumq; cauſis criminalibus officiales non poſſint reos abſoluere, reſtituere, aut pęnam condonare,niſi per ſentent.decreta, aut ſupplicatione cum adnotatione integræ ſummæ à reis ſoluendæ condemnationeſquè,et taxæ in pecunia numerata tantum fieri debeant.Fiſcus,vel ſaltem Depoſitarius, et Thèſaur. loci citetur in dictis cauſis, conſuetudines, et ſtatuta quæcumq; quo ad pęnas,et cauſas criminales à Paul.4.et ſucceſſoribus ſimpliciter confirmata, vel cum clauſ. etc.irritan.ſint,et nulla. Officiales omnes in ipſis cauſis criminalibus, in primis ſeruent conſtitutiones Apoſt. et illis ceſſantibus ſeruent Statuta locorum validè, vt ſupra confirmata,et deinde ſeruent cõſtitutiones Marchiæ,et in reliquis reſeruent banna,et edicta. Decemquè pro centenario ex dictis pęnis,et mulctis, ac de manu Theſaur. et Depoſitar. dumtaxat percipere valeant vbi minor portio non ſit aſſignata.Fiſcus etiam vigeſimam, & accuſator quartam ſimili modo de manu Theſaur. vel Depoſitar. & præuio mandato officiales percipere poſſit. Theſaurarij, ac Depoſitar. nec aliter portiones prædictas ſoluere,nec dictas pęnas in alios vſus exigere poſſint,cum decreto,clauſ.&c. Trãſumptum ad eius compendium in qualibet Ciuitate publicetur, & in Cãcellar. affixum retineatur Officiales in ingreſſu iurent ſeruare hanc cõſtitutionem, & in eorum diſceſſu,aut ſindicatu contra eos pro tranſgreſſionibus eiuſdem procedatur. Dat.Rom.id.Mar.ann.4.Paul.3. c.39.

122 *Decet Romani,&c.*) Erexit hic Sũm. Pontifex Archiuia Scripturarum in ſtatu Eccleſiaſtico, conſtitut. 108. & dedit Apaltum D. Paulo Falconerio pro annua penſione ſcuta 11.mil.nunc vero ſuper dictis montem Archiuiorum nuncupatum 900. ſcut. erigit. Illiq; annuos fructus ad decem pro centenario aſſignat. Exemptionem concedit à grauaminibus Camer.Apoſtol.bona obligar pro aſſecuratione. Illuſtriſſimum Cardinalem Caiet. Cam. Protectorem deputat.Perſonas quaſcumq; præter mendicantes, reponere pecunias poſſe concedit. Confiſcari, aut ſequeſtrari poſſe prohibet.Montiſtis,vt ſtatuta cõncedere poſſint,concedit.Priuilegia Mõt. aliorum concedit. Depoſitarius pecunias exigere,& Montiſtis quolibet bimeſtri ſoluere debeat. Secretarius patentes litteras ponentibus pecunias faciat, recepto ſalario à Secretariis Mõtium Camerariatus,&c. Apaltotibus Archiuiorum prædictos fructus ex Apaltu Montiſtis ſolui mandat.ſecuritatem Montiſtis per quinquennium concedit. Decretum,& clauſ, apponit. Datum Romæ Non. Febr.anno 4.

123 *Decet Romanum,&c*)Cam.Apoſtol. officiales Montem prædictum vendiderunt, & modo contractum d.venditionis cum omnibus inde ſequutis Pont.cõfirmat, & iiſdem modis, & capitulis de nouo illis concedit clauſ.præſeruat.apponit,& decretum irrit. &

clauſ.

Digitized by Google

clauſ.derog.Datum Rom.6.Kal.Maij anno 4.

124 *Inter cęteras,&c.*) Hic Summus Pontifex dum erat Card.in Ciu.Mont.Alti publicum Gymnaſium pro illius, ac Proculæ, & Patrignoni iuuentutis in bonis artibus, & litterarum rudimentis inſtructione, & educatione cum impenſa ſcutorum 8000. conſtruxit,& annuos redditus pro eorum pręceptore, ac phyſico aſſignauit, & poſtea ad Apoſt. apicem aſſumptus Collegiũ pro ſcholaribus ex Ciu.Mont.Alti,& Oppidis prædictis indigenis in Ciu.Bonon.in quibuſdam ædibus de Zambeccarijs erexit,& inſtituit. Et modo quædam beneficia, quorum annuos redditus ſunt ſcut.3000. ſupprimit, & dicto Collegio vnit,& aſſignat; dictum Collegium transfert ad Prioratum S.Aug.ſuppreſſum,vt ſupra,& de nouo erigit pro 50.Scholaribus,quorum octo Protector d.Collegij vndecumq; voluerit,alioſq; octo Ciuit.Mont.Alti, & alios aliæ vniuerſitates nominatę de locis ipſis,vel Prouincia eligere poſſint. Studentibus ibidem alimenta per ſeptennium, ac etiam Eccleſ. Oratorium, Refectorium,Bibliothecam,Archiuium, Sigillum, Menſam communem, ac alia inſignia Collegij aſſignat, ac inſtituit. Et huic Collegio ſic tranſlato gratias, & priuilegia,ac bona,& alia omnia dicto priori Collegio conceſſa de nouo tribuit, & Eccleſiam ſuppreſſi Prioratus S.Ant. aliaq; Monaſteria, ac beneficia cum bonis,&c. applicat, Collegium prædictum,eiuſq; bona,perſonas,ac officiales,& Miniſtros omnes ab Archiepiſc. & Legati Bonon.ac aliorum iudicum,& cęterorum iuriſdictione eximit,& Sedi Apoſt. ſubijcit. Exemptionem quoq; ab annatarum cõmunium,& aliorum quorumcumq; iurium conſt.& onerum ſolutione concedit.Idemq; Collegium in proprijs bonis,ac eorum occaſione illius Rectores,Scholares,& Officiales omnes, & cum eis contrahentes à pedagiorum, & impoſitionum,ac ſubſidiorũ ex quauis cauſa debitorum, vel debendorum ſolutione,& contributione eximit clauſulas præſeruat.apponit decretum irrit. Exequutores deputat.clauſ.derog.Datum Rom.15.Kalen. Decemb. ann.4.

125 *Romanus Pont.&c.*) Erigit tribunal Rotæ in Ciuit. Maceratenſi ad decidendas cauſas Prouinc. Marchiæ, Rotæ Audit. ſint quinque. Clerici I.V.D.ab aliquo Collegio laureati, & per quinquennium in aliquo publico Gymnaſio legerint,aut locis inſignibus iudices fuerint.Aud.officium duret ad quinquennium,& interim aliud officium in ipſa Prouincia non exerceant. Iurent in ingreſſ. officij iſta, & alia Prou.ſtatuta ſeruare,& iuſtitiam omnibus adminiſtrare.Vnus ex quinque anno quolibet, & ad annum ſortè extrahatur, qui cauſas alijs Aud.diſtribuat,& quarumdam cauſarum ſit ſolum Iudex,vt pupillorum, viduarum,carceratorum, miſerabiliũ perſonarum.Auditores cauſas Ciuit.& Terris Macerat.in ſecunda,& alijs inſtãtijs.Prou. autem cauſas non exequutiuas, & ſummam ſcut.100. non excedentes in prima,& ſecunda inſtantia niſi obſtent locorum priuilegia, ac etiam in alijs inſtantijs non obſtantibus d.priuilegijs cognoſcere poſſint. Vota dent omnes excepto ponente,qui ſolum det quãdo aliorum vota ſunt æqualia ſententiæ à quolibet Aud.de conſenſu aliorum proferendæ alta, & intelligibili voce proferantur, & ſubſcripto Notario cauſæ tradantur. Appellationes,nullitates,&c.Interponendæ à Iudicibus Prouincial. & ab ipſis Auditoribus ad ipſam Rotam,ſaluis locorum priuilegijs prędictis deuoluantur, & proceſſus fiant coram Auditore ſortè extrahendo.

Auditor cauſæ appellationum det votum alijs æqualiter diſcordantibus.In cauſis infra ſummam ſcutorum centum quilibet Auditor ſolus iudicare poſſit, & in eis ſemel tantum liceat appellare ad eamdem Rotam.

Duæ ſententiæ faciant rem iudicatam. In cauſis 100.infrà quinquaginta ſummariè Auditores procedant abſq; extractione, & ſine voto aliorum,& ſemel appellare liceat. Et à 50. infrà ſummarijſsimè etiam procedant, & bis appellari liceat.

Cauſæ de iure non appellabiles cognoſcitur per Auditores coniunctim, & ſi partes contendant, an detur appellatio, Iudices deſuper primis pronuncient,& à tali pronũcia non detur appellatio. Exceptiones omnes in fine litis reſeruatæ cenſeantur iuxta formam conſtitutionis Marchiæ.

Nullitates proceſſus vna cum appellatione propoſitæ cenſeantur, & de illis æqualiter cognoſcatur iuxta conſtitutio.Marchiæ.

In cauſis mercedum, cibi, ac potus, quilibet Auditor manu Regia procedat.

Cauſæ examinentur, et terminentur iuxta ſtylum Romanæ Curiæ.

De votis præſtandis Notarius Rotæ rogari debet.

Deciſiones cauſarum non publicentur,niſi per manus Notarij cauſæ, à quo diligentiſsimè cuſtodiantur.

Pretor,et Auditor rationes in deciſionibus deſcribere,et partibus dare debeant. Et Auditoribus adiutor dari non poſsit extra Rotam.

Sequeſtra, aſſociationes, etc. non depen-

deutes

Digitized by Google

dentea à cauſis coram alio Auditore pendentibus quilibet Auditor decernere poſsit.

Iudicium ſuper abſolutione à iuramentis non impediat proceſſus in Rom.Curia, data cautione.

Auditor, qui vltimò pronunciauerit, expēſas non taxatas taxet, et ſent. vim rei iudicatæ ſortitas in Rota, et extra exequi poſsit.

Decreta voluntariæ iuriſdictionis quilibet Auditor, ſicut Prætor interponere poſsit. Debeant conuenire ſingulis diebus ſemel pro commoditate litigantium, et poſt pulſum campanæ ſtatim ſedere, etc. Lunæ, Mercur. et Vener.

Auditor, et Prætor poſt litem motam, et in cauſa coram eis pendentibus, arbitri nomine proprio eligi non poſsint. Aduocate etiam, et conſulere in cauſis perſonas, vel Communitates, Prou. Marchiæ concernentes nequeant.

Sententias non confecto rogitu ferre non valeant.

Inhibitiones etiam à Rom. Cur. emanatas poſt concluſum in cauſa retinere poſsint.

In caſu abſentiæ, aut alterius impedimenti Auditorum poſt octo dies coram Auditoribus ſubrogatis, firmo remanente Notario procedatur.

Cauſæ omnes tempore renouationis Rotæ pendentes, nouis Auditor. iuxta gradum Doctoratus ſubrogandis commiſſæ cenſeantur.

Auditores, et Prætor ſinè licentia Legati. Vicelegati, aut Gubernatoris abeſſe nequeant. Sindicatiq; anno quolibet, et in fine officij debeant. Sindicatoreſq; eligantur per Conſtit. Gubernat. ſeù V. Legatum d. Ciuitat. Macerat. et ſint duodecim.

Condemnatus in ſindicatu de fraude, etc. Sit priuatus officio, et teneatur de damno partis, et puniatur, iuxta formam conſtitutionis. Sindicandi per diem proximum à die electionis Sindicorum contra Sindicos ſuſpicionis cauſas proponere, et infrà ſex dies iuſtificare debeant. Prætor ſalarium præfinitū accipiat, et ſimiliter Auditor, et petere poſſint tantùm eo tempore, quo officium exercuerint.

Pauperū Aduocati, et Procuratores quolibet ſemeſtri à Prætore eligantur, et electi gratis pro pauperibus aduocare, et procurare debeant, et officium recuſantes, aut negligenter exercentes puniantur.

Cauſæ in dicta Rota introductæ ſolum per reſcripta, propria manu Papæ ſignata, aut de conſenſu partium auocari poſsint, et alijs inhibitionibus aliarum commiſsionum vigore conceſsis Auditor. parere non teneantur.

Iuriſdictiones priuilegia omnia Auditoris conceſſa Rotæ Bononienſi, Auditori huius Rotæ conceduntur. Exemptioq; ab omnibus datijs, etc. Et ordinationes iſtæ corrigi, et mutari poſsint. Locus poſt Locumtenentes Legati, aut Gubernatoris eiſdem cōceditur. Sportularum maſſa fieri debeat modo expreſſo. Deputat Protectorem, clauſulis præſeruatiuis, decretum irritans. Et clauſ. derog. apponit. Præcipit officialibus ſtatus Eccleſiaſtici, vt mandata dictæ Rotæ exequi faciant. Datum Romæ Idibus Martij 1588. anno 4. Deinde.

126 *In ſuprema iuſtitiæ ſede, &c.*) Erigit officium quinque Notar. vnus, ſcilicet quolibet Auditore, et officium octo Curſorum ad citan. etc. In cauſis dictæ Rotæ. Concedit dicta omnia officia Communitati Ciuit. Macerat. Quibus Notarii, et Curſoribus, concedit omnia priuilegia conceſſa Notarijs, et Curſoribus Ciuitatis Bononienſis, cum facultate exercendi dicta officia per ſe, vel per alium. Obligatq; omnia bona Cam. Apoſt. pro obſeruatione præmiſſorum, cum clauſul. decret. Dat. Rom. 11. Kal. Apr. ann. 4.

127 *Cum ſicut accepimus, &c.*) Continet erectionem Montis Sabellici non vacaturi, obligando quaſdam Terras, et Caſalia pro aſſecuratione, aſsignatq; emolumenta, et fructus ad rationem ſex cum dimidio pro centenario, qui non poſſint in ſortem computari, cętera, prout in alijs, de quibus conſt. 16. Dat. 13. Mar. ann. 4.

128 *Miniſterio ſacri, &c.*) Continet conceſſionem quorumdam Notariatuum in perſonam Dom. Iul. Cæſ. Rodulphini, cum clauſ. &c. Dat. Rom. 15. Kal. Octobr. ann. 4.

129 *Muneris noſtri, &c.*) Continet aſſignationem annui redditus Collegio duodecim Notar. Apoſt. participantium nuncupatorum. Eorumdemq; exemptiones, ac emolumenta. Dat. Rom. 8. Kal. Mart. ann. 1.

130 *Romanus Pont. &c.*) Cōtinet nouam inſtitutionem, & erectionam, & incorporationē quinque officiorum Notar. Sed. Apoſt. participantium nuncupatorum cum eorum emolumentis, 16. Kal. Decembr. ann. 1.

131 *Laudabilis ſed, &c.*) Continet nouam erectionem, & incorporationem quinque officiorum Not. Sed. Apoſt. participantium, & eorum vnionem cum Collegio aliorum ſeptem antiquitus inſtitutio. Dat. Rom. Non. Febr. anno 1.

132 *Cum à tempore, &c.*) Continet erectionem Collegij 24. Iudicum cauſarum ciuilium Rom. Cur. pro 24. Prælatis in vtraq; altera

Digitized by Google

tera ſignatura S. D. N. Papæ, referend. Idib. Nou. ann. 5.

133 *Suppremat cura regiminis, &c.*) Hic Sanctiſſ. Pont. Aquam extra Vrbem maxima cum impenſa in Vrbem duxit, quàm Fęlicem à ſuo nomine nuncupauit, fontemq; in platea Sanctæ Suſannæ extraxit. Huius autem aquæ curam vniuerſam Congreg. S.R.E. Card. pro vijs, & pontibus, & aquis curandis à ſe inſtitutæ committit. Conceditq; poteſtatem procedendi ſummariè ſola veritate inſpecta contra ſingulas, & quaſcumq; perſonas, quę contra hãc conſtitutionem aliquid commiſerint, & in caſibus aliquibus Gubernat. Vrb. prout ipſa Congregatio expedire iudicauerit. Aſſignatq; loca 107. Monti Religionis à ſe inſtituti cum annuis redditibus, & emolumentis pro perpetua eiuſdem aquæ reparatione, cõſeruatione, Viſitatorum recognitione, cum clauſul. &c. 11. Kal. Mar. anno 5. Vide conſtit. 89. Vide conſt. 135. Pij 5.

134 *Dum Almam Vrbem, &c.*) Sanctiſſ. hic Pontifex Lauatorium ampliſſimum ad fontem aquæ Fęlicis ad publicum commodũ extruxit. Nunc vt pauperes mulieres, quæ abluendis pannis, ac veſtibus, victum quæritant cęleſtis gratiæ fonte perfruantur, Confraternitatem mulierum Lauatricum in Eccleſiæ Sanctæ Suſannæ ad Altari Sancti Laurentij erigit, vt pijs operibus ſe exercentes ſpiritualibus ſolatijs recreentur. Duaſquè ibi Cappellanias inſtituit, quarum à Vicario Vrbis approbati Cappellani earum mulierum cõfeſſ. audire poſſint, & ſacram Euchariſtiam adminiſtrare omni tempore præterquam in Paſchate Reſurrectionis. Has autem Cappellanias non poſſint obtinere hi, qui curam Monialium ibi exiſtentium habent. Neq; qui Cappellanus eſt poſſit Cappellani, vel Confeſſarij Monialium curam exercere. Qui verũquè retinere præſumpſerit eo facto priuatus exiſtat. Collatio quocumq; tempore ſit reſeruata à Summo Pontif. etiam ex cauſa permutationis, vel ob diuerſum ius patronatus, & præſentandi D. Camillæ Perettæ ſit, & poſt eius obitum Michaeli Peretto Papæ pronepoti, & eius deſcendentibus eiſdemq; Lauatricibus indulg. cõcedit cum clauſul. Datum Rom. prid. Non. Febr. ann. 4.

135 *Cum ſingularum rerum, &c.*) Continet erectionem Præpoſituræ, quatuor Cappellaniarum offic. Sacriſtæ, ac quatuor clericatum ad Scalas Sanctas. Præpoſituræ ducenta, Sacriſtæ verò 100. quadraginta ſcuta monetæ, (ex quibus idem Sacriſta 30. pro mercede Oſtiarij quotannis erogari debeat) ſingulis verò capellanijs centum, & decem, ac deniq; clericatibus quinquaginta ſcuta monetæ annua applicat. Ex emolumentis, prouenientibus ex locis nouis Montis Religionis, eleemoſynæ à duobus ex his fideliter cuſtodiantur, & in vſus Sacriſtiæ appendantur. Ius præſentandi Michaeli Peretto Marchioni de Enciſia, eiuſq; deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, ac ex legitimo matrimonio natis, reſeruat: ita vt præſentatio fiat à primogenito, omnibus deficientibus tranſeat ad Flauiam eius ſororem. Deinde ad eius filios maſculos in infinitum, ceſſantibus maſculis ad fęminas à dictis maſculis deſcendentes. ceſſantibus omnibus ſuccedat Vrſina D. Michaelis ſoror Germana, & eius filij, omnibus deficientibus, ille, qui à ſanguine fuerit proximior. Inſtitutio ſit Vicarii Vrbis quoad Præpoſituram. Quo verò ad alia beneficia, præpoſitus ipſe inſtituat, cum clauſulis, &c. Datum Romæ 4. Non. Iun. anno 6.

136 *Cum pro ſuprema, &c.*) Reſcindit, & irritat, omnes & quaſcumq; venditiones, diſtractiones, & hypothecas officiorum S.R.E. vt Pęnitentiarii, Veccancellarii, Cam. Summarij litterarum, &c. etiam ſub prætextu recompenſationis, & remunerationis, &c. Cum abſolutione à iuramentis, & prohibet, ne in poſterum fiant, alioquin qui dictas adminiſtrationes, & emolumenta ſic alienata detinent, vt intruſi cenſeantur, & ab Officialibus ad quos id ſpectat, priuentur abſq; pretij reſtitutione, cum obligatione reſtituendi fructus dictorum officiorum à die obitus earũ perſonarum, quæ vendiderunt. Datum Rom. 18. Kal. Febr. anno 5.

1 GREGORIVS XIV. *Ad generis nobilitatem, &c.*) Officium Auditoris Cam. collatum fuit Sixto 5. Horatio Burgheſio, cum indulto, quod non vacaret ſi decederet infrà triennium, conſt. 105. Qui quoniam obiit Sede vacante per obitum Vrbani Septimi, modò iſte Pont. confert illud Camillo Burgheſio cum iiſdem priuilegiis. Datum Romæ pridie idus Decembris anno primo. De eius priuilegiis, Gregorii 13. conſt. 55. De Materia.

2 *Romanus Pontifex, &c.*) Confirmat cõſtitut. 37. Pij 5. de non alienandis, neq; infeudandis terris, & locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Quarè omnes feudationes reuocat, niſi ſint factæ ex cauſa conſeruationis locorũ. Prohibetquè, ne deinceps fiant. Quod ſi ſecus fiat, melioramenta cedant locis ipſis. Quam conſtitutionem omnes præſentes Cardinales iurarunt obſeruare, vultquè, vt abſens, & futuri Cardinales ante pilei aſſumptionem idẽ facere teneantur. Et in electione Summi Põtificis,

Digitized by Google

elſicis, iuxta conſtitutionem ſecundum Iulij ſecundi faciant, vt Pontifex ante coronationem idem per ſuas litteras iterare debeat, cum clauſ.&c. Datum Romæ 14.Kal.Ian.anno primo. Vide conſt.2.Innoc.9.

3 *Sanctiſſ.in Chriſto,&c.)* Reuocat omnes facultates, & indulta conceſſa S. R. E. Cardinal. ſuper collatione benef. quatenus adhuc effectum ſuum non ſint aſſecuta, ſalua remanente facultate conſenſus per ipſos præſtandi in prouiſionibus Apoſt.benef.per obitum familiarium etiam apud Sedem Apoſtolicam vacantium, & in caſibus expreſſis in Reg.Cancellar.ſuper hoc edita, volens in poſterum, ne ſint reſeruata Sanctitati ſuæ, moderando, & reducendo omnes Reg. Cancell. ad terminos præſentis conſt.

Quanta Chriſtianæ,&c.) Continet confirmationem omnium priuilegiorum Relig. S.Io.Hieroſolym.à Summis Pontific.emanatorum. Declarando, quod ſuperiores dictæ Religionis poſſint vnire, & diſmembrare liberè, & licitè beneficia quandocumq; eis videbitur, ſiuè ante, ſiuè poſt mortem poſſeſſorum, & quod priuilegia extendantur ad Confratres, & donatos eiuſdem Hoſpitalis, cum clauſ.&c. Et quoad animarum curam Eccleſiæ, & perſonæ non comprehendantur in conſt. 141.Pij 5.& conſtit.67.Greg.13. Dat. Rom. die vlt.Apr. ann.1.

5 *Onus Apoſtolicæ,&c.)*. Decernit, quod cum extra Rom. Cur. examen ad regimen Cathedralium; & inquiſitio facienda eſt, nemo ſibi eam arrogare præſumat, ſed Apoſtolicis Legatis, & Nuncijs Prouinc.aut Ordinario illius de quo inquiſitio ſit, eoq; deficiente, Ordinario viciniori relinquatur, niſi iſtius de cauſis munus hoc per Rom.Pont.ſit alteri demandatum. In curia verò hæc functio ſpectet, vel ad Cardin.à Pontifice ad hoc electos, vel ad earum Prouinc. protectores Cardin.in quibus Eccleſ.ipſæ conſiſtunt. Quod omnes non per Auditores, ſeù alios Miniſtros; ſed per ſeipſos inquirendi munus exerceant. Qui tamen in caſu poſſint aliquem ſolum articulũ inquiſitionis, non tamen totam alteri ſubdelegare. Ad fidem autem faciendam viri, tãtum graues, pij, prudentes, ac docti admittantur, qui rectum iudicium ferre queant, omneſquè qualitates promouendi deſcribit tam ſæcularium, quam regularium perſonarum, & ordinat, quod totus proceſſus ſigillatus vnà cũ fidei profeſſione mittatur ad ſanctam Sedẽ. Idem ſeruetur de electis, aut nominatis ad dignitates, de quibus conciſtorialiter prouideri contigerit. Dat.Rom.id.Mart.1591.ann.1.

6 Li maluaggi,&c.) *Danna, & reproua tutte le promiſſioni, & ſtipulationi, conſentimenti, & patti chiamati ſcommeſſe in qualũque maniera fatte in caſo della vita, morte, ò creatione del Sommo Ponteſice, anco ſenza ſcrittura, tanto in vita, quanto in tempo di Sede vacante, ouero in caſo di promotione de' Cardinali, in qualſiuoglia dominio, Terra, ò luogo di qualſiuoglia Natione, dichiarando eſſere tutti illeciti, & inualidi, & nulli, così li fatti pendenti, come quelli, che ſi faranno per l'auuenire, & che tal danaro dato, ò promeſſo s'intendi acquiſtato à luoghi Pij delle Terre, donde ſaranno fatte. Alche ſiano tenuti nel foro della conſcienza i contrahenti, & nel foro eſteriore debba il Veſcouo conſtringerli à queſto con ogni rimedio opportuno. Nè ſia lecito fare patti, ò compoſitioni ſopra di ciò con eſſi delinquenti, nè rimetterli, nè donargli. Et ſe contra di queſta conſtitutione operaranno perſone Eccleſiaſtiche di qualunque conditione, immediatamente s'intendino priuati di tutti i beneficij Eccleſiaſtici nell'vno, & nell'altro foro inhabili, & incapaci per ſempre à ſimili. I quali beneficij,* ipſo facto, *vachino, & ſiano affetti alla Sede Apoſtolica, & oltre queſto ſiano* ipſo facto *ſcommunicate tutte le perſone, che incorreranno in queſto delitto, ſiano di qualſiuoglia grado, conditione, & dignità. Il che anco comprenda i ſenſali, & mediatori, ò chi darà aiuto & conſiglio, & la ſodisfattione, & aſſolutione ſia ſolamente dal Sommo Pontefice, eccetto in articolo di morte. Dato in Roma alli 21. di Marzo nell'anno primo.*

7 *Sicut antiquus,&c.)* Innouando omnes pęnas, & cẽſuras contra inceſtuoſos intimat, quòd deinceps ſuper primò, aut ſecundo tãtum conſanguinitatis, & affinitatis gradu etiam mixtorum impedimentis cum quibuſuis perſonis, neq; in contrahendis, vbi carnalis copula cum ſpe, vel ſinè ſpe obtinendi diſpenſationem, etiam prole ſequuta, vel diffamatio copulæ interuenerit, nequè in ſic pro tempore contractis etiam ſcandalorum, aut inimicitiarum, vel alio quouis prætextu, neq; etiam ceſſantibus circumſtantijs ſupradictis niſi cum perſonis intellige Principes, ex cauſis ſcilicet publicis à Concil. Trident. permiſſis diſpenſare intendit. Et qui id tentabit ſeuerè puniatur. Publicetur ab ordin. &c. cum clauſ.&c. Datum Romæ Kalend.Mart.ann.1. Vide Concil.Trid.ſeſſ.24.c.5.de reform.Matrim.

8 *Circumſpecta Romani,&c.)* Decreuit Sixtus 5.cõſt.99. Ne illegitimi ex certo damnato coitu, vel complexu ad quamcumquè Religionis profeſſionem, ſed tantum ad hà-

bitum conuerſorum in Monaſt. admitterentur. Quod ſi ante conſtitutionem fuerint profeſſi,& vigore priuileg. fuerunt ad dignitates admiſſi excluderentur,&c.cum quibus non poſsit niſi à Sede Apoſtolica diſpenſari.Ideò Pontifex id reducit ad terminos iuris communis,& omnes diſpenſationes vigore priuilegiorum Religionibus conceſſorum factas in priſtinum ſtatum reducit,atq; reſtituit,volens quòd omnes illegitimi Regulares ad profeſsionem, & habitum admitti poſsint ſi tamen diligenti inquiſitione facta bonam indolem, & virtutis ſpecimen præſeferant. Niſi tamen pater eius in illa Religione ſit profeſſus,& viuat,Reualidatque priuilegia Apoſtolica conceſſa, & vſu recepta Religionibus diſpenſandi cum illis illegitimis quãdo Generalis,& Prouincialis intermedio capitulo ſuffragantibus meritis dignos hos iudicauerit ad honores,&c. diſpenſare,& non aliter,&c.cum clauſulis. Datum Romæ idib. Mart. 1591. anno 1.

19 *Cum alias nonnulli,&c.*) Omnia indulta quibuſcumquè conceſſa à Summo Põtifice quocumquè modo, ſub quibuſcumquè formis ad tempus, vel in perpetuum, ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſijs, & Monaſteriis,&c.moderatur ad hanc formam, videlicet vt immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur publicis latronibus,viarum graſſatoribus depopulatoribus agrorum. Qui homicidia, & mutilationes in ipſis Eccl. perpetrauerint,vel in cęmeteriis,qui proditoriè proximum occiderit,aſſaſsinis,neq; læſæ Maieſt. reis,nec in perſonam Principis inſurgẽtibus. Quos omnes abſquè irregularitatis nota Eccleſ. Prælati requiſiti tradere Curiæ ſæculari curabunt Sed Curia ſæcularis neq; hos,abſq; expreſſa Prælati licentia, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo authoritatem habentis poſsit extrahere; quam licentiam dare poſsint Epiſcopi ſolum non alii Epiſcopis inferiores, etiam ſi ſint ordinarii,aut nullius Diœceſis in locis exemptis, & nullius Diœceſis recurratur ad Epiſcopum viciniorẽ. Quod ſi in his caſibus recuſauerint Epiſcopi poſsit Curia ſæc.per ſe extrahere illos minori cum ſcandalo, & tumultu quo fieri poſsit. Extracti mancipentur tuto carceri Eccleſiaſtico, donec cognoſcatur per Epiſcopum an talia delicta commiſerint,& tunc appellatione poſtpoſita Curiæ ſæculari conſignentur. Sęculares de crimine hæreſi non ſe intromittant. Neq; contra eccleſiaſticas perſonas cuiuſcumq; generis, etiam Militarum,quas nequè in caſibus ſupra expreſsis poſsint extrahere ex locis ſacris. Quod ſi quis cuiuſcumq; dignitatis, ac gradus fuerit,id attentare præſumpſerit, ipſo facto cenſuras Eccleſiaſticas, & pęnas incurrat, quæ contra libertatis Eccleſiaſticæ violatores ſunt editæ per ſacros Canones. Et ità per quoſcumquè Indices definire debere decernit. Non obſtantibus, &c.Datum Rom. 11.Kal.Iun.anno primo.

11 *Sede Apoſtolica,&c.*)Sixti 5.de abortib. conſt.ita duximus moderandam,vt à peccato,& excommunicatione contra perſonas ibi expreſſas lata, tam quo ad eos, qui hactenus deliquerunt,quàm quo ad illos, qui poſt noſtram conſt. in eiſdem caſibus deliquerint, vt quilibet Presbyter, tàm ſæcularis, quàm cuiuſuis ordinis regularis ad confeſsiones audiendas, & ad hos caſus ſpecialiter per loci ordinem deputatus, plenam,& liberam foro conſcientiæ tantum abſoluendi habeat facultatem, eãdem prorſus, quam idem Sixtus ſibi,ac ſuis ſucceſſoribus reſeruauit.Quo verò ad pęnas procurantium abortum fętus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel ſumentium venena ſterilitatis,aut quocumquè modo auxilium, vel conſilium eis dantium in prædicta conſtitutione contentas, conſtitutionem præfatam in ea parte, vbi de eis agitur terminos iuris communis,ac Sacrorum Canonum, & Conc. Triden.diſpoſitionem, authoritate Apoſtolica tenore præſentium, tam quò ad præterita, quàm quo ad futura, perpetuò reducimus,perinde,ac ſi Conſtitutio in huiuſmodi parte nunquam emanaſſet. Non obſtantibus,&c. Dat.Rom.prid.Kalen. Iun. anno primo.

14 *Suſcepti paſtoralis,&c.*) Continet augumẽtum montis Prouinciarum à Gregorio 13.instituti, pro quo à Communitatibus locorum S.R.E.diſmembrat de redditibus tantam ſummam,quanta ſufficere poſsit ad ſoluendum 6.pro centenario, & ei monti aggregat. Hæc conſtitutio eſt inſerta in conſtit.16. Clem.8.obiit 1591.Die .... Menſis. ...

1 *INNOCENTIVS IX.Ad Romanum,&c.*) Annullat modum illum agendi contra reos in Vrbe,qui vigore ſpecialis mandati, & reſcripti Summi Pontificis pęna vltimi ſupplicii damnantur contra iuris communis, & Apoſtolicarum ſanctionum diſpoſitionem. Ordinat, quod parentes non cogantur tradere legitimam filiis, qui aliquod delictum commiſerunt, ſed in aliquibus ſpecialibus cauſis omnia procedant, iuxtà iuris communis diſpoſitionem.Eximit,& liberat Ciues,& incolas Rom. à ſolutione compoſitionis arbitrarię ſuper certa parte dotium puellarum. Tollit,& annullat Monopolia quædam vigore mandati Sixti 5. facta cum quodam Magi-

Digitized by Google

no Hebræo, & Bartholomæo Florentino, volens vnicuiq; liberum eſſe Cincia, Carnici, & Gallam, vaſa vitrea, & criſtallina emere, & vendere. Reuocat, & irritat vſum cuiuſdam ſtabuli conceſſum per Sixtum, & Gregorium ad cuſtodienda animalia capta, & ſequeſtrata, &c. Non obſtantibus, &c. Datum Rom. Kal. Decembr. ann. primo.

2 *Quæ ab hac ſede, &c.*) Approbat, & confirmat conſtit. 27. Pij 5. & aliorum de locis, & terris Sanctæ Rom. Eccl. non alienandis, neq; infeudandis. Declarando, quod prohibet omnem infeudationem, & alienationem Ciuitatum Terrarum, &c. non ſolum ne fiant, neuè attententur poſt eorum deuolutionem, ſed etiam ante quam deuolutæ ſint. Declarat etiam, quod promiſſio, & iuramentum præſtitum de ſeruando eadem Pij conſtitutione intelligatur ſicuti declaratur. Et ſecundum hanc vult illam inuiolabiliter obſeruari. Et ita iudicari, cum clauſul. &c. Datum Rom. prid. Non. Nouembr, anno primo. Vide Ioann. 22. conſtit. 1. & ea, quæ ibi notantur. Obijt 1592. die . . . .

1 *CLEMENS VIII. Quæ ſalubri prædeceſſorum, &c*) Confirmat conſtitutiones 35. & 74. Sixti V. de 300. mill. num. aureorum in Arce Sancti Angeli repoſitis, inde nunquã niſi in præſcriptis caſibus, certaq; ſeruata forma depromendis, eaſq; iureiurando non violaturum promittit, ac vouet, ordinatquè, vt ſucceſſores idem faciant. Datum Rom. 16. Kal. Mart. anno 1.

2 *Cum Hebræorum malitia, &c.*) Confirmat omnium prædeceſſorum Pontificum conſtitutiones quibus impium Talmud Hebræorum, & quæcumquè alia volumina quacumq; lingua ſcripta damnarunt, quibus cõtinentur expreſsè; vel tacitè errores contra ſacram Scripturam Deum Sanctiſſ. Trin. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Chriſtianã fidem, Dei genitricis, &c. etiam ſub prætextu, quod expurgata fuerint. Eaſquè renouando præcipit omnibus, ne talia volumina, commentaria, tractatus, &c. Nequè ſub prætextu tolerantiæ, aut permiſſione Secretarij, aut Præſidentis Sacri Concilij Triden. vel indulti Apoſtolici, aut alterius licentiæ quomodolibet conceſſæ, poſſit quis regere, habere, tenere, emere, vendere, euulgareuè præſumat. Reuocatquè à Summo Pont. motu proprio, quibuſuis Hebræis conceſſas licentias, & illas annullat. Inhibetq; quibuſcumquè, & præcipuè Hebræis, ne poſſint, vigore illarum conceſſionum, aut forſan eorum, quæ poſt hac concedentur talia habere, legere, &c. Et qui illa habent intra decem dies in Vrbe officio ſacræ Inquiſitionis, extra Vrbem autem intra duos Menſes locorum Ordinarijs, ſeu Inquiſitoribus, à quibus ſtatim comburantur, conſignare debeant. Qui aliter fecerint, ſi erũt Hebræi, aut etiam Chriſtiani, cuiuſuis gradus, liberos amittant, & eorum bona Fiſco illius Principis, in cuius ditione reperti fuerint, cedant. Chriſtiani omnes pœnam excommunicationis incurrant. Qui verò Hebræis pro illis habendis auxilium, vel fauorem dederint, vel impetrare audebit, pœnas apoſtatarum à fide, & hæreticorum incurrant. Præcipit Ordinarijs locorum vbicumq; ſunt Synagogæ, vt diligentem pro illis inueniendis inquiſitionem faciant. Et contra culpabiles procedant. Contradictores, quibuſcumq; iuris remedijs compeſcendo, inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Derogando. &c. Cum clauſulis, &c. Datum Romæ prid. Kal. Mart. anno 1. Citat Greg. 9. Innocent. 4. Clem. 4. Honor. 4. Ioann. 12. quorum conſtit. hic non habentur. Iul. 3. conſt. 49. Greg. conſt. 73. Innoc. 4. conſt. 1.

3 *Inter cæteras animi noſtri, &c.*) Confirmat conſtitut. 56. Pij 4. 126. & 104. Sixti V. & illas innouat decernendo . . . . . pecuniariæ præfiſcationes bonorum . . . qua occaſione cuiuſuis criminis infligẽdæ ſunt à quibuſcumq; Tribunalibus Rom. Cur. quocumquè modo deponant, ac perſoluantur apud Depoſitariũ Cam. Apoſt. pro tempore . . . . . . interdicendo quibuſcumq; iudicibus ne apud alios, quam prædictum permittant, ne deponantur. Qui Depoſitarius libro particulari deſcribat, & bonum computũ teneat ſingulo anno redd . . . H. . omnes teneantur intra triduum tales pœnas exactas apud ipſum Depoſitarium te . . . . . & Rei illi eas, & non alteri perſoluant. Aliæ ſolutiones aliter factæ non admittantur, ſed rei cogantur iterum eas perſoluere. Notarij verò 200. duc. pœnam incurrant pro qualibet vice, iudices verò pro arbitrio puniantur. Card. Camerarius has litteras publicari faciat regiſtrari, & exequutioni mandari. Non obſtantibus, &c. publicata die 22. Aprilis anno 1.

4 Camillus Burgheſius Cur. cauſarum Cam. Generalis Aud. & litterarum Apoſtolicarum Generalis exequutor inuocat brachium ſæculare cum mandato exequutiuo contra Confratres ſocietatis Ioann. Dei, & alios quoſcumq; habitum, ſeu Capuccium per Reuerendiſſimos Fratres Capuccinos geſtari ſolitum (contra Summorum Pontificum conſtitutiones,) temere geſtãtes, citatq; conſtit. Clem. 7. Paul. 3. Pij 4. & Greg. 13. qui id prohibuerunt fieri ſub pœna excommuni-

cationis latę ſententiæ,fuitq; etiam decretum à Sacr.Congreg.Cardin.ſuper Regulares, ſed tales conſtitut. hic non habentur. 12. Maii 1592.

5 *Ea ſemper fuit,&c.*)Alumnis Seminariorum Sed. Apoſt.& aliis qui Catholicorum Regum,Principum,Epiſcoporum, aut aliorũ opera ad Chriſtianam fidem informantur, concedit, vt ſi tribus diebus in præſcripta à ſuis Rectoribus hebdomada ieiunauerint, confeſſ.peccatorum præſcripto confeſſ.fecerint, die Dominico ſequenti ſacra ſe communione refecerint, orationeſquè pro Eccl. Catholica, Principum vnione, Deo fuderint: plenariam omnium ſuorum peccatorum indulg.conſequantur. 23.Iunii ann. 1.

6 *Speculatores domus,&c.*) Intimat vniuerſo Clero Eccliſiũ Viſitationem generalem,quam per ſe fidelibus quibuſdam operariis electis exercere intendit, incipiendo ab Eccleſia Lateranenſi. ideò omnes hortatur, &c. Die 8.Iunii ann. 1.

7 *In tantis noſtris,&c.*) Sixtus 5.conſtit. quę hic non adeſt,ingentem pecuniam Communitatibus totius ſtatus Eccleſiaſtici perſoluendis Annonæ difficultatibus dedit ad certum tempus reſtituendum,ex qua partem aſſignauit Greg. 14. pro augumento Montis Prouinciarum inſtitutum a Greg.13.conſtit. Et confirmato à Sixto 5.conſtit. ideo Pontif. iiſdem Communitatibus concedit,vt pro rata pecuniæ à Cam. mutuo acceptæ ſibi Monti accedere poſsint. Et propterea de redditibus ordinarii ratam ...... quanta ſufficit pro ſoluendo annuo fructu ad rationem ſex cum dimidio pro centen. quolibet cunctas poſsit nominatim hypothecare 15.Iulii 1592.an. 1.

8 *Litium diſpendijs,&c.*)Extendit,& ampliat conſtit.Pii 4. decernens. ne iudices,qui cauſas ſtatus Eccl. poſsint iudicare in quamcumq; cauſa præſenti, vel futura cuiuſcumq; generis,de quibuſcumq; nullitatibus,prę terquam ex defectu citationis iuriſdict. aut mãdati, Quicquid ſecus factum fuerit ſit irritum, & inane, & ita per omnes officiales debeat iud.cari. 5.Idid.Febr.1592.ann. 1.

9 *Cæca,& obdurata,&c.*)Paul.4.conſt. 5. aſsignauit leges obſeruandas à Iudæis Pius 5. abrogauit multa eorum priuilegia, & eadem conſt.firmauit: & illos expelli iuſsit ab omni ditione Eccleſ, præter Romam, & Anconã, conſtit.6.fol.147. Hic igitur Pontifex eaſdem conſtitutiones innouat,ac co. firmat,caſſatq; quæcumq; priuilegia illis conceſſa à quocũq; Pontifice pro quanto contrauenirent iiſdem conſtitutio.Pauli.& Pii.mandat omnibus Hebræis, vt omnes Terras, & loca Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deſerant, & ab illis perpetuò ſine ſpe reductionis exulẽt,& ſi intra ſpatium trium menſium inuenti fuerint,rebus ſpolientur,& Fiſco applicentur: & qui idonei fuerint ad triremes damnentur: idq; ſeruetur omnibus in locis Roma, Auenione, & Ancona exceptis, vbi habitare poſsint ob commercia, obſeruando tamen Statuta quæcumq; fauorem Chriſtianorum concernentia, vt edicta Ordinariorum,ac Magiſtratuum,& Canonicas circa Iudæos aliquid diſponentes conſtitutiones, præcipuè Paul. & Pii, committit Camerario exequutionem cum clauſul. &c. 25.Febr.1592.ann.1. Vide Greg.13.conſt.71. fol.201.

10 *Pro noſtro Paſtorali,&c.*)Confirmat edictum Cardin.Caietani Camer.præcipiens omnibus iuſdicentibus,tàm Romæ, quàm locis aliis ſtatus Eccleſ. vt illud faciant obſeruaré,nec aliter debeant iudicare. Non obſtantibus &c. 15.Aprilis 1592.ann. 1.

11 *Quæ ſubleuationem,&c.*) Omnes, ac ſingulos cenſus quibuſcumq; locis mediatè, vel immediatè ſubiectis ſtatui Eccleſiæ,factos à Communitatibus,ſingularibus perſonis excedentes ſeptem pro centenario,ad ſeptem reducit(ſalua redimendi facultate.)obligatos etiam in forma Cam.ad aliter ſoluendum abſoluit,& ita vult ab omnibus iudicari, ac obſeruari. Die primo Maii 1592.anno 1.

12 *Ad ſummi Apoſtolatus,&c.*) Reſcindit,& annullat omnes appaltus,& cõtractus, & inſtrumenta deſuper confecta, vigore indultorum Sixti Quinti. Et vectigal,ſeu datiũ ſuper pellibus piloſis de nouo impoſitum tollit,& neminem de cętero ad ſolutionem teneri vult,ſed pro facienda ſolutione his,qui dictos appaltus emerunt à Congregatione ſuper Annona ſtatuatur partitio ſuper Communitates, quę oneribus his grauatę prius erant,& multa alia,pręcipuè quæ ad dictam ſolutionem pertinent. 10.Maii 1592.anno 1.

13 *Religioſos viros,&c.*)Declarat quamdam conſtitutionem Greg. 13. quę pręcipit Pręlatis omnium Pr̨ędicatorum,ne ad inſtantiam cuiuſcumq; perſonę, cuiuſcumq; dignitatis illa exiſtat, aliquam gratiam concedant illi religioſo ſuę religionis, vt ea comprehendat gradus quoſcumquè,honores,dignitates, officia, adminiſtrationes, functiones, & Pręlaturas. Quare tandem confirmat,decernens, quod ſi quis contra illius conſtitutionis tenorem, fauorem aliquè procurauerit, aut oblatum ſponte acceptauerit, aut pro eo obtinendo munus aliquod donauerit,intelligatur immediatè incurriſſe cenſuras,& pęnas eiuſdem conſtitutionis, cum decret.clauſ.&c. 23.Maii 1592.

1592. anno 1.conſtit. Greg.non reperi.

14 *Paſtoralis officij, &c.*) Continet erectionem, & venditionem Montis Charitatis locorum 150. vacabilium ad rationem ſcut. decem pro cent.pro quolibet loco. cum priuilegijs,&c.obligationibus,&c. 7.Kalen.Maij anno 1.

15 *Inter multiplices,&c.*)Erectum fuerat officium cuſtodum carcerum, & correctorū totius ſtatus Eccleſiaſtici, quod conceſſum fuit Io.Bapt Lilio ciu. Bonon. pro quo eius Genitor ſoluerat ſcuta monetæ 13.mill. cum omnibus etiam emolumentis ad habendum quo ad vitam,ſalua indemnitate pretij,& hæredum in mortis euentu, Pont. hoc officium nūc ſupprimit,& extinguit, de conſenſu d.Io. Bapt. reddita ill. omni pecunia, reuocando omnes conceſſiones ab illo factas,tamen nōdum firmatas, etiam in forma Cam. Conceditq; vnicuiq; Terræ,Ciuitati,ac Oppido,ſingulo officio cuſtodum carcerum,emolumenta,& ſocietatibus,ſi qua eſt, ſeù erigend.per ordinem.quæ pijs operibus circa egenos carceratos inſiſtat. Quæ Confraternitas Charitatis,ſeù Pietatis vocetur. Quæq; debeat deputare cuſtodes carceris ad tempus ad beneplacitum cum ſalario idoneo, & miniſtros idoneos ad colligenda emolumenta ipſius cuſtodiæ. Imponet autem illis onus ſoluendi annuos ſcutos circiter quatuor mille pro rata, Terrarum,Oppidorum,&c. ad erigendum montem vacabilem, pro ſolutione pretij reſtituendam ipſi Io.Bapt.quæ taxa tamdiù ſoluatur, quamdiù extinguantur loca prædicta montis.Mandat Ordinarijs,vt præſentes publicari faciant,& contradictores per cenſuras compeſcantur, cum clauſulis,&c. 3.Id.April. anno 1.

16 *Vt ea,quæ,&c.*)Confirmat Montem Prouinciarum à Gregorio 13. inſtitutum, & à Gregorio 14.conſt.13. auctum,quæ conſtitutio in ſerie ſua repreſentata fuit,& regiſtrata 2.Martij 1592.Ad hoc facit conſt.7.

17 *Ex Apoſtolicæ Sedis, &c.*) Decreuit Gregor.13.conſtit.vt in cauſis criminalibus, vt eſſet locus actuali depoſitioni pecuniarū ſupra ſcuta quinq; talis depoſitio fieret apud Montem Pietatis de Vrbe. Ideo Pontifex omnia contenta in illa conſtitutione approbat, & confirmat, Montes, vt inuiolabiliter cuſtodiantur, præcipiendo,quod omnes pecuniæ cuiuſcumq; generis redigendæ, & redactæ quorumcumq; bonorum directorum, præcipuè bonorum ſtabilium in dicto Monte deponantur, & quæcumq; depoſita faciēda cum exequutoris deputatione, tribuens poteſtatem dicti Montis Card.Protectori, vt in controuerſijs ortis d.Montis cauſa poſſit iudicare,decernere,& confirmare ſimpliciter ac de plano. 20. Maij 1593. anno 2.

18 *Paſtoris æterni,&c.*)Continet confirmationem omnium priuilegiorum Religionis S.Io.Hieroſol. à Summis Pont.emanatorum, confirmando, & declarando aliorum Pontif. conſtit. & præſertim 6.Greg.14. fol.252.27. Iun. 1592.

19 *Illius vices, &c.*) Confirmat omnes conſtitutiones Summorum Pontificum contra pugnantes in duello, vnà cum decreto Concilij Tridētini cenſuras, & pœnas omnes innouando.Decernens prædictas locum habere vbicumq; locorum, inter quaſcumquè perſonas etiā armatas, & in caſtris, ſeù propugnaculis militantes,etiam in dominio noſtro Eccleſiaſtico, etiam in publico,& forſan iuſto bello etiam cōtra milites alterius exercitus contrarij,etiam intermiſcendo priuatas inimicitias publicæ cauſæ, etiam ex permiſſione Ducum exercitus, iiſdem pœnis vult ſubiacere eos, inter quos pactiones initæ ſint de dirimendo certamine, cum primum alter ſanguinem fuderit, aut vulneratus fuerit. etiā ſi ſic ſingulus cum ſingulis,bini,& bini,terni, &c. omnia ſcripta,quæ etiam ſine expreſſa prouocatione ad certamē ſint præparatoria, & ad ſuſcitandum talem materiam occaſionem præbent per modum Epiſtolæ,libelli,atteſtationis,&c.ſub quocumq; prætextu, ſiuè quando quis aliquid tale adeo firmiter aſſerit,aut negat,ac qui contradixerit,is ſiuè nominatim, ſiuè in genere mendacij, aut ad hūc effectum ex militari etiam conſuetudine quæritur, declaratur, aut reſpondetur, quamente quippiam eiuſmodi, quoad ſuperiùs expreſſa ſpectant geſtum dictumvè merit. Vel deniquè offert ſe quiſpiam contra certam, vel incertam perſonam, vel generatim contra quempiam ad probandum armis,ac verificandum, etiam inito certamine aliquid ita eſſe, fuiſſe,vel nō fuiſſe. Vel etiam qualcumq; nominationes, & teſtificationes ſinè ſcripto factas concernentes quocumq; modo cum dicta,& omnes,qui talia pro materia ad duellum exempla, & ſcripta dictauerint, compoſuerint,ſcripſerint,miſerint,declarauerint,diuulgauerint,affixerint, exemplauerint, typis impreſſerint .....præſumpſerint,intimauerint, quivè alijs ad ſingulare certamen publicè, vel priuatim incundem, vel ad prouocandum aliquem, vel ad pugnam, vel ad huiuſmodi ſcripta præparatoria ſcribenda dictanda etiā, auxilium,conſilium, & operam præſtiterint, vel ſuaſerint,quivè ſe aliquo modo in his immiſcuerint, etiam ſi pugnæ effectus, aut ac-

ceſſus

ceſſus ſequutus non fuerit, neque expreſſa,& aperta prouocatio,neq; manifeſtè in publicũ prodierint, aut intimata extiterint, ſed per eos non ſteterit,quo minus intimata fuerint. Nihilominus cenſuris, & pęnis omnibus in præſenti,& alijs conſtitutionibus ſubiaceant quicumquè illi ſint,cum maioribus,& eccleſiaſticis, ſeù mondanis dignitaribus præcellentes. Quos omnes per præſentes excommunicamus, anathematizamus, maledicimus, & execramur publicè,vel priuarim,palam, vel occultè, in quibuſcumq; locis, modis,& formis,ac caſibus ſub præſenti,vel aliis conſtitutionibus contentis duellum ex compoſito ineuntes, ſuadentes,prouocantes,auxilium,ſeù fauorem prębentes, equos, arma, commeatum, cartulas,libellos,nuncios mittentes, quomodocumquè in huiuſmodi peccantes, etiam in delicto ſocios ſpectatores, patrinos,fautores,defenſores,quacumq; perfulgeant dignitate. Ita nec etiam ſingulares perſonę ... & Collegii, aut Reipublicę, quę huius criminis, quomodocumquè participes fuerint nequaquam excuſante, ſed omnes,& ſinguli ipſo facto abſq; Iudicis ſententia excommunicationis ſententia percuſſos ſe eſſe cognoſcant. Terrę verò,& loca,vbi ſcelus perpetratum fuerit cuiuſcumq; Domini illa fuerint, Eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Cuius abſolutionem, & relaxationem Summ. Pontifici reſeruamus,&c.17.Aug.1592.anno primo.

20 *Pro commiſſa nobis, &c.*) Statuit, & ordinat multa,quę ad bonum regimen, & rectam adminiſtrationem redditum Communitatum, ac Vniuerſitarum totius ſtatus Eccleſiaſtici pertinent. Quod longum eſſet recenſere 19.Aug.1592.anno 1.

21 *Inter cętera cordis noſtri,&c.*) Aduocat ad ſe lites,& cauſas qualcumq; motas, & mouendas, & quęſtionum, materias in quibuſcumq; iudiciis indeciſas pendentes,& penitus extinguit. Et aliis mendicantibus,ſiuè aliis Regularibus ſuper his perpetuum ſilentium imponit,decernens,quod in Regnis Hiſpanię.(nominat Prouincias particulares,)& pręſertim in Valenſ. & Oppido nuncupato Alicante,ille ritus,& ordo ſeruetur inter Fratres Sancti Dominici, & alios Mendicantes, & Regul.cuiuſcumquè Ordinis,qui in Vrbe Roma ſeruatur, vt ſcilicet in omnibus actibus, & proceſſionibus, tàm publicis, quàm priuatis dicti prędicatores digniorem locum obtineant, & alios Regulares pręcedant, etiam ſi illorum domus in illo loco penitus fundatę non fuerint, prout nos id de facto obſeruari volumus, & pręcipimus ſub excõmunicationis latę ſententię pęna, eo ipſo per contrafacientes incurrenda inhibendo omnibus aliis Mendicantibus,& Regul.ne ipſos Fratres Pręducatores audeant moleſtare,&c. ita per quoſcumq; iudices,& Commiſſ.volumus iudicari,& ord. vt quotieſcumq; fuerint requiſiti hęc faciant obſeruari contradictores compeſcant inuocato,ſi opus fuerit, brachio ſęculari. Non obſtantibus,&c.cum decr.&c. 25.Sept.1592.anno 1.Vide conſt.86.Gregor. 13. Pii 5.conſt.69.

22 *Humanis plerumquè,&c.*) Super..... annua quinque millium ſcutorum per Cancellarium ſtatus Eccleſiaſtici Camer. Apoſt. facienda, Sixtus 5. erexit Montem quingentorum locorum vacabilium,conſtit 92. Aliis & locis auxit,vnde grauabantur Cancellarii, & lites inter eos ex ortę ſunt: ideò Sanctiſſimus hic Pontifex montem illum ſupprimit; & in non vacabilem erigit inſtar montis Prouinciarum à Greg.13.Reducit fructus ad ſcuta ſex annua quolibet loco,quo ad montiſtas conſentientes, quo verò ad non conſentientes mãdat reddi pretium,ſummam ſcutorum 5000.reducit ad 3000. Cãcellariis reſiduum donat. Priuilegia conceſſa confirmat,excepta non vacatione reſidui temporis. Concedit Montiſtis, vt inſtar montis Fidei, & Prouinc.Collegium erigant,& Statuta faciant. Depoſitarium, & Secretarium eligant 7.& alia priuilegia,quę nos expedit exc...... Idib. Octobt.1592. ann.1.

23 *Quæ ad inſtituendos,&c.*) Confirmat, & innouat Conſtitutionem 59. Gregor.13. editam ſuper approbatione reductione Monaſt.Ordin. S.Baſilii in Congregationem reformatione illius perſonarum, & Monaſt.ſeparatę Menſę Conuentualis ab Abbatiali in ſingulis Monaſt. nec non expreſſionibus, & priuilegiis Ordin. et Congregat. huiuſmodi conceſſis. Cum facultate Cardin.S.Seuerinę moderno Protectori,vt pro tempore exiſtente d.Ordin. attributa procedẽdi ad integram exequutionem eorum, quę in dicta Gregor. 13.Bulla continentur,ac indulto pro recipiẽdis ſub certa forma Nouitiis,ſexdecim annis minoribus extra Capitulum Prouinciale, cum clauſ.&c. 29.Octob.ann.1.

24 *Cum per conſtitutionem,&c.*) Continet facultates conceſſas Illuſtriſſimis DD. Cardinal.Saluiato, Camerino,et de monte Alto,cognoſcẽdi appellationem,nullitatum, et remiſſionum cetras, et alias cauſas Communitatum ſtatus Eccleſiaſtici intereſſe concernentes. Necnon cogendi,etiam conſanguineos debitores earumdem Communitatum ad emenda eorum bona, vt ipſis Communi

munitatibus ſatisfaciat, cum clauſulis, &c. 30.Octobr.1562. anno primo.

25 *In regendis populis,&c.*) Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis, Cardinalibus Saluiatos de Camerino, & de monte Alto, plenam, & liberam facultatem tribuit; omnes, & ſingulas vtriuſq; ſexus perſonas quarumcumq; Terrarum ſtatus Ecclefiaſtici, quæ commercium cuiuſcumq; generis cum bannitis, &c. habuerint, etiam ſi fuerint ſocij, & delictorum complices fautores, & receptatores tam laicos, quam clericos, quàm ſæculares, quàm cuiuſcumq; Ordinis Regulares cuiuſcũq; gradus, & dignitatis, qui de admiſſis dolentes, & à ſimilibus abſtinere proponentes, per ſe, vel per quoſcumq; alios pro eis agentes veniam petierint ab homicidijs, etiam multiplicatis, & alijs quibuſcumq; atrocibus delictis ab eis commiſſis, excomunicationes, ac cenſuras pro pęnis, quas propterea incurrerunt (hæreſis, & læſæ Maieſtatis exceptis in 1.cap....) In vtroquè foro ſi propter paupertatem illis hoc videbitur gratis abſoluendi, & liberandi, ac remittendi quaſcumq; pęnas, etiam vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, non tamen Fiſco incorporatorum per quaſcumquè conſtitutiones incurſas, componendi in illis, quos remittendos ad Summum Pontificem iudicauerint, & compoſitionem taxandi, & reſtituendi ad famam, honores, &c. & abolendi proceſſus quoſcumquè, & quomodocũq; contra illos formatos, & inhibendi quibuſcumquè iudicibus ne eoſdem audeant quomodocumquè moleſtare, &c. immò caſſent omnia bannimenta, & omnes non ſic abſoluti, &c. dent cautiones de ſe præſentando infrà tempus, & ſub pęnis eorum arbitrio, &c. Abolendo omnes alias facultates huiuſmodi alijs quibuſcumq; quacumquè dignitate fulgentibus conceſſas, præcipiendoquè, ne in his intromittere ſe audeant, & confirmando quaſcumq; conſtitutiones, quæ huiuſmodi licentias reuocant cum pęnis in illis contentis, & alijs etiam maioribus ad arbitrium, &c. Non obſtantibus, &c. 5.Nouembr.1592. anno 1.

26 *Aequitati conſentaneum,&c.*) Continet omnia priuilegia Conclauiſtarum, quæ quoniam multa ſunt, non expedit æſtimari, 9.Nouembr.1592. anno 1. De conclaui, Pij 4. conſtit. 81. fol.129. Reuocat priuileg. Pij 4. conſt.163. Pij 5. conſt.74.

27 *Graues, & diuturnæ, &c.*) Continet inſtitutionem orationis horarum 40. in omnibus Eccl. Parochialibus Regularium Cardin. titul. Collegiatis Confraternitatum pro omnibus neceſſitatibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & populi Chriſtiani, &c. 25. Nouembr. 1592. ann. 1.

28 *Subditorum noſtrorum,&c.*) Approbat edictum editum per Illuſtriſſimum Cardinalem Caietan. Camer. ſanct. Sed. ſuper valore monetarum, & extinctione illius monetæ, quæ baiocholæ appellantur. Præcipiens omnibus iudicibus. Romanæ Curiæ ſubiectis vbiq; locorum ditionis Eccl. vt illud faciant obſeruare. 28. Nouembr. 1592. anno 1.

29 *Non ſine animi moleſtia,&c.*) Committit, mandat gubernatori Vrbis, vt inquirere debeat tam ex offic. quam per Inquiſit. procedere in quaſcumq; perſonas cuiuſcũq; conditionis, ac dignitatis procedendo, carcerando, condemnando omnes illos, qui monetas huiuſmodi falſo cuderint, vel intra ſtatũ Eccleſiaſticum aſportauerint, auxilium, conſiliũ fauorem dederint. Vel in qualibet Terra ſtatus Eccleſiaſtici, in qualitate, bonitate, ſumma, & quantitate, quouis prætextu exceſſerint, auxilium, fauorem, &c. dederint, debitiſq; pęnis vſq; ad vltimum ſupplicium in illos animaduertere. Non obſtantibus, &c. 10. Decembr. 1592. ann. 1.

30 *Quanto numero,&c.*) Continet impoſitionem ſex decimarum ſuper omnibus fructibus, & penſionibus Eccleſiaſticis Italiæ pro bello contra Turcas, 14. Febr. 1593. anno 3.

31 *Et Apoſtolicæ ſeruitutis,&c.*) Continet conceſſionem priuilegiorum, immunitatum, & ſaluiconduct. pro mercatoribus Anconam venientibus, vel ibi commorantibus, & iuriſdictiones pro eorum conſulibus, & prohibentes, ne merces oriẽtales mari Adriatico vectæ, & extra ſtatum eccleſiaſticum exonerentur, deinde ad ipſum ſtatum importentur. 8. Martij 1593. ann. 3.

32 *Syncera deuotionis affectus,&c.*) Concedit facultatem Illuſtriſſimo Domino Virginio Vrſino, Brachianij Duci, erigendi Montem ſcutorum centum millũ non vacabilem, cui applicat fructus Anguillariæ, & Gallarię, quæ aſcendunt ad 15. mil. ſcuta 6050. ex ipſis aſſignat pro dote Monti ad rationem ſex cũ dimidio pro centenario, reliqua pro extinctione illius cum alijs conditionibus, &c. Non. Febr. 1502. anno 1. ſed præſentatæ litteræ fuerunt 16. Aprilis 1593.

35 *Cum accepimus,&c.*) Continet delectionem locorum mille quadraginta Montis Pacis reuocando omnes Apoſtolicas conceſſiones, quibus officiorum, Notariorum ſcripturas, & maſſam Curſorum defunctorum ad eorum collegia ſpectare diſponit, & eorũ dominium ad Sedem, & Cameram Apoſtoli-

cam

cam pertinere declarat, conceditq; illa vna Cilic. off. eiſdem collegijs, & officijs pro rata perpetua. Quæ teneantur annuatim ſoluere Depoſitario Montis pro rata expreſſa ſcuta 45001. auri in auro 640. pro quibus ſoluendis ſub pœnis, &c. Notarius ſe obligare debeat collegialiter, & in ſchedulis. 7 Ian. 1594. fuit in Cam. præſentata, & admiſſa. &c. Mons Pacis fuit inſtitutus à Sixto 5. conſt. 311. ſuper fructibus Dechanarum.

34 *Cum inter alios, &c.*) Priuilegia omnia, & immunitates Ordin. S. Benedicti per Summos Pontifices conceſſa approbat, & confirmat quatenus Conc. Trident. non ſint contraria, quæ illis conſeruari intacta ab omnibus decernit, cum decreto, clauſ. 24. Maij 1594. anno 3.

35 *Religioſæ Congregationes, &c.*) Hac noſtra perpetua valitura conſtitutione Vniuerſ. & ſing. cuiuſcumq; Ord. Mend. & non Mend. bona mobilia, vel immobilia poſſ. vel non poſſid. ſeù cuiuſuis Congregationis, Societatis, & Inſtituti (non tamen Militiarum vtriuſq; ſex. regul. perſonis interdicimus omnem, & quamcũq; largitionem, & miſſionem munerum ſub qua prohibitione comprehendit quoſcumq; officiales, & ſingulares perſonas, & ſuperiores quoſcumquè ita vt nemo directè, vel indirectè, palam, vel occultè, tam in communi, quàm in particulari, & proprio nomine quocumq; prætextu, ſeù cauſa, niſi illa ſit in generali Capitulo diſcuſſa, quicquã tale attentare valeat, quodcumq; illud ſit ex quibuſcumq; rebus pretij leuiora; ſiuè eſculenta, vel poculenta, ſeù ad deuotione m pertinentia munuſcula communi, & nunquam particulari nomine de conſenſu Conuentus; dari poſſe concedit. Non liceat autem Religioſis vllas pecunias quoquò modo erogare in alicuius benefactoris, Protectoris, aut Ordin. honorem in memoriam grati animi, ſeù quacũmq; alia occaſione. Neq; alius Laicus, ſeù Clericus ſæcul. vel regul. quicumq; ille ſit, & cuiuſcumq; dignitatis ab ipſis religioſis recipiat quocumq; modo. Quod ſi reciperint etiam à Capitulo, &c. ſuam non faciant, ſed ad reſtitutionem teneantur, communia in vtroq; foro, adeò vt niſi reſtitutione actu facta non poſſint abſolui. Quæ reſtitutio fiat monaſterio, de cuius bonis facta eſt largitio, vel communi menſæ, aut maſſæ, &c. reſpectiuè Cap. autem, aut Congr. remittere, aut redonare nullo modo poſſit. Tranſgreſſor quicumquè, quibuſcumq; dignitatibus, & gradibus, ſit priuatus, & inhabilis in perpetuum ad ſimilia, vel diſſimilia, & infamis, priuat. vocis actiuæ, ac paſſiuæ incurrat abſquè vllo ſuperioris decreto, & pœnas furti, et ſimoniæ, eum exequut. depur. decret. clauſ. etc. 13. Kal. Iul. 1594. ann. 3.

37 *Nuper noſtris, &c.*) Sex decimas nuper impoſitas reducit ad tres in fauorem omnium ordinum Mendicantium, 23. Iulij 1554. anno 3.

38 *Cum ſicut accepimus, &c.*) Supprimit omnes lites ortas, et oriundas, vt capitula, et ordinationes ſuper ritonauium aduerſo flumine ad Ripam Vrbis cõfirmatquè, et inuiolabiliter obſeruari decernit, et ita per quoſcũq; iudices iudicari, etc. 10. Sept. an. 3. 1594.

Erectio montis Neptuni non vacabilis locorum mille ad rationem ſex ſcutorum auri pro quolibet loco.

Inter cæteras curas, &c.) Oppidum Neptuni in Prouincia maritima Marc. Anton. Colunna ſanct. Sedi Apoſtol. 446. millium ſcutorum pretio vendidit, ad ſoluendum huius Oppidi pretium ſuper annuis eiuſdem redditibus, qui quotannis vndecim millium ſcutorum ſummam attingunt. Montem hunc non vacabilem centum millium ſcutorum auri in auro perpetuo erigit Summus Pontifex, cuius montis vnaquæq; portio, ſeù locus centum ſcuti ſimilibus minor non ſit.

Omnes cuiuſcumq; qualitatis, cõditionis, ſexus poſſunt emere pro rata centum ſcutorum ſingulis annis ſex ſimilia ſcuta bimeſtri ratam recepturi.

Ab oneribus omnibus, tributis, et impoſitionibus eximuntur emptores. Alij Neptuni prouentus, Campaniæ, Theſauraria; omniquè cameræ bona, ac iura præſentia, et futura huic Monti obligata ſunt, ne redditus vllo tempore deficiant, qui ſunt tamquam patrimonialia bona, in eiſq; quicumq; etiam incapaces viri, vel fœminæ, ſiuè ab inteſtato, ſiuè ex teſtamento ſuccedere, de iiſq; quocumq; contractu pro arbitrio diſponere poſſunt.

Nulla autem de cauſa fiſco hi prouentus, ſeù bona applicari poſſunt, excepta hæreſi, vel crimine in perſonam Romani Pontificis, et S. R. E. Cardinalium commiſſio. Dat. Rom. 1594. 8. Id. Octob.

Motus proprius. Ne ſæculares iudices in perſonas Eccleſiaſticas, et præſertim Hoſpitalis S. Io. Hieroſolymitani pro fidei hoſtibus laborãtes, ſub prætextu aſſaſſinij vltra quam liceat, manus extendant.

Decernit Pontifex Summus hac perpetuò valitura conſtitutione, declarationem criminis aſſaſſinij ad Iudicem Eccleſiaſticum omninò pertinere.

Om-

Omnibus, & ſingulis quarumcumq; Ciuitatum, Prouinciarum Regnorum,&c.Curijs, Tribunalibus, Magiſtratibus, Gubernatoribus,& Miniſtris, & alijs quacumq; etiam Regali, & Imperiali, & alia auctoritate ſungentibus, diſtrictè prohibet, & interdicit, ne ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, à qua ſolus Pontifex excepto mortis articulo, abſoluere queat, alijſq; pęnis ad arbitrium quoquo modo audeant, & præſumant contra aliquos dicti Hoſpitalis Fratres, Milites, ac Religioſos Donatos Familiares, Seruitores, Presbyteros, ſæculares eorum Eccleſijs ſeruientes, dum eis inſeruiunt, & alias qualuis perſonas dicti Hoſpitalis, declaratoriam aliquam ſententiam ferre, quod aſſaſſinij crimen commiſerint, neq; ad pęnarum exequutionem deuenire, niſi prius per ſuperiores eorum, adiuncto ſibi loci Epiſcopo, declaratum fuerit, eos tale aſſaſſinium commiſiſſe, non obſtante,&c. Si quis aliter iudicarit, aut ſcienter, vel ignoranter attentauerit id omne irritum,& inane ſit.

Priuilegijs, indultis, litteris Apoſtolicis, quibuſcomquè conceſſis perſonis, vel Magiſtratibus ſpecialiter, & expreſsè derogat in hac parte. Romæ ſub ann. Piſcat. Die 18. Decembr. 1595.

Montis Nouennalis auctio ſexaginta millium ſcutorum aureorum ſuper bonis duodecim Regularium Congregationis.

Cum ſuperiore anno, vt opem ferret Rodulpho Romanorum Regi in Imperatorem electo aduerſus Turcas 12. Regularium Congregationibus Lateranenſi Canonicorum Reg. Caſſinenſi, Monteoliuetana, Cartuſiana, Camaldulenſi, Cęleſtinorum, S. Saluatoris Bon. Vallis Vmbroſæ, Cruciferorum, S. Georgij in Alga, Ciſtercienſium, Lombardiæ, ac S. Hieronymi 60. millium ſcutorum auri in auro ad rationem 12. iuliorum pro ſcuta ſcuto ſubſidium exegit,& hanc ſummam Monti Nouennali applicat, vt faciliùs congeratur. Tot loca Monti addi vult, quot pro prædicta ſumma 60. millium ſcutorum congerenda neceſſaria erunt. Vnaquæquè Congregatio pro rata iuxta taxam à D. Celſo de Rauēna. M. Ant. Rozzo, nomine omnium Procuratorum generalium, Cameræ Apoſtolicæ Generali Theſaurario interueniente factam, per ſuum Procuratorem, etiam non habentem ſpeciale mandatum, bona omnia, redditus, &c. etiam in ampliori forma Cameræ obligabit.

Vnaquæq; Congregatio taxam ſuam pro rata inter Monaſteria,& Conuentus diuidat, ab illis exigat, & Depoſitario Montis ab ipſis Congregationibus quotannis deputato conſignet.

Quæ fecerint Congregationes in hoc, vel earum Procuratores cum generalis Theſaurarij interuentu cōfirmat, approbat, omneſq; tam iuris, quam facti defectus, ſollemnitatū etiam ſubſtantialium, præcipuè mādatorum ſpecialium ſupplet, vultq; vnum, idemq; eſſe Montis corpus, ita vt vltimorum locorum emptores cum antiquis Montiſtis ſine vlla prioritatis, aut poſteritatis differentia vnum, & idem collegium conſtituant.

Poſteriora loca priorū gratijs, priuilegijs, &c. gaudeant.

Apud depoſitarium ſeorſim redactam pecuniam à pontificijs pecunijs deponant Procuratores, vt inde, niſi pro præſtanda deſtinata ope electo Imperatori percipi nequeant.

Recreat prædictas Congregationes, & reuelat confirmans, & approbans facultates,& exemptiones à Pio 5. 1570. 14 Kalen. Aprilis illis conceſſas, eximens omnia illarum bona à quarumcumq; vniuerſalium, vel particularium decimarum impoſitarum, vel imponendarum onere, ad inſtantiam cuiuſuis Principis, Regis, Imperatoris, præterquam dominij Veneti, eximens ab omni contributione, collatione, taxa,&c. Saluis exemptionibus ab alijs Summis Pontificibus ijſdem Congregationibus conceſſis, vel de iure ijs competentibus, liberatq; à quocumq; ſupplemento integræ quartæ partis fructuum, ſecundum verum valorem, per dictas Congregationes ex prædictarum conſtitutionibus perſolu. nec non ab obligatione redimendi infrà certum tempus nondum elapſum ratam ſibi tangentem dicti Nouennalis Montis portionem, ſi qua teneantur.

Abbates, Priores, Miniſtros, &c. harum Cōgregationum rogat, & hortatur Summus Pontifex, vt ſuarum Congregationum liberationi quanto citiùs ſtudeant. Romæ ſub ann. Piſcat. die 5. Maij 1595.

Confirmatio, & innouatio certorum ſtatutorum à S.P.Q.R. in eorum ſecretis, & publicis conſilijs ſancitorum.

Motu proprio,&c. cum ſicut,&c.) Senatus, populuſquè Romanus ad ambitionem, auaritiam, aliaq; vitia delenda quædam ſanciuerat tum publicè, tum ſecretò, ea decreta, & ordinationes ad populi vtilitatem, vitiorū extirpationem, publici ærarij cōſeruationem attinentes confirmat, omneſquè,& ſingulos tam iuris, quam facti etiam ſubſtantiales defectus, ſi qui forſan interuenerint, in eis de-

Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupplet.

Mandatq; omnia ab omnibus inuiolabiliter obſeruari ſub pœnis in ijs Senatus conſultis, & decretis contentis, alijſq; grauioribus pro arbitrio ſuo, & Sedis Apoſtolicæ infligendis, & cum abſolutione à cenſuris quo ad effectum, &c. Romæ 12. Kal. Iulij anno 4.

Erectio Montis S. Ioannis non vacabilis ſcutorum centum millium auri in auro, & ſcutorum ſexaginta millium monetæ ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet loco, Ad Apoſtolica, &c.

Iſabella Alphõſi Aualos Vaſti Marchionis filia, Caſtrum Montis Sancti Ioannis cum iuribus, &c. ſanctæ Sedi vendidit pretio ducatorũ 160. millium monetæ Regni Neapolitani tribus ſolutionibus ſoluendorum. Poſt primam ſolutionem egebat Pontifex Summus, quare Montem hunc non vacabilem S. Ioannis appellatum piè erigit cẽtum millium ſcutorum auri in auro, & ſexaginta millium monetæ ſuper emolumentis taxæ equorum, vt vocant, mortuorum Prouinciæ Romandiolæ, redditumq; Theſaurariæ Marchiæ, cui prouentus ſtatus Montis Marciani Summus Paſtor, & Epiſcopus vnit.

Sex ſcuta cum dimidio pro centenario, quolibet bimeſtri pro rata ſoluenda, annuos hos redditus emens, habebit.

Summas aſſignatas huic Monti ab omnibus oneribus, impoſitionibus, & præſentibus, & futuris liberat.

Omnia bona Sedis, & Cameræ Apoſt. pro maiori Montis, & emptorũ ſecuritate eidem Monti obligat.

Omnibus vtriuſquè ſexus etiam incapacibus, omnibus Eccleſijs, Capitulis, Conuentibus, Collegijs, locis Religioſis, ſeu prophanis, &c. concedit, vt pecunijs, etiam ex quorumcumq; beneficiorum ſęcularium, regularium, &c. fructibus acquiſitis loca huius Montis, ad rationem ſex ſcutorum cum dimidio tam auri, quam monetæ pro quolibet loco annuatim percipiendorum emere poſſint.

Infrà ſummam ſcutorum centum emptionem non permittit.

Annuos hos redditus emptos vult eſſe tanquam patrimoniales, itá vt in illis tam ex teſtamẽto, quam ab inteſtato quicumq; etiam inhabiles, & incapaces ſuccedere poſſint.

Vult hæc bona ab emptoribus poſſe diſtrahi, vendi, donari, transferri, relinqui, obligari, &c. illegitimos tamen in locis, quæ fructibus, penſionibus, aut aliis rebus eccleſiaſticis acquiſita fuerint, ſuccedere poſſe non permittit.

Nullum autem ob ſcelus (excepta hæreſi, & eo, quod in Summum Pontificem, aut in Cardinales committitur) hoc redditus Fiſco applicari poſſe vult.

Gaudet hic mons aliorum montium non vacabilium gratiis, priuilegiis, &c.

Qui ſimul totum montem emeri ab eis prima erectione, Depoſitarius eius tam ille, quam hæredes eſſe poterit quouſq; mons durabit, cum facultate eligendi montis Secretarium, ratiocinatorem, &c. mutandi, &c.

Reſeruat ſibi, et ſucceſſoribus facultatem redimendi eumdem montem pretio, quo prima vice, et ab eius prima erectione venditus fuit.

Incipit mons à prima die Decembr. Dati Romæ Kal. Decembris anno 4.

Super noui Pontificalis editione.

Siuè longi temporis iniuria, ſiuè Typographorum incuria, ſiuè alia de cauſa ſacrarum cęremoniarum formulæ in Romano Pontificali expreſsè corruptæ erant, adeò, vt neceſsè fuerit illas, ſumma adhibita diligentia à viris peritiſſimis ſacrorum rituum ad priſtinum nitorem reſtitui.

Abſolutum fuit opus, et confirmatum ab iis, qui huic negotio præfecti fuerant.

Supprimit, et abolet Põtifex Sanctiſſimus pontificalia omnia vbicumq; in hunc vſquè diem impreſſa, et quibuſcumquè priuilegiis munita: præcipit autem, et mandat omnibus, et ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, etc. vt ſuppreſſis, Pontificalibus reiectis, hoc in ſuis Eccleſiis, Conuentibus, Ordinibus, etc. recipiant, eoq; poſt hac perpetuò vtantur.

Iis, qui in Romana Curia præſentes ſunt duorum menſium, qui extrà Curiam, ſed intra montes, octo: qui vltrà montes duodecim ſpatiũm concedit ad Pontificale ſuſcipiendũ, vel alias, vbi notitiam habuerint venalium voluminum huius Pontificalis.

In quibuſcumq; actibus, ritus, et cęremonias, iuxtà huius normam, teneantur omnes exercere, et obſeruare. Romæ, etc. ſub an. Piſc. die 10. Febr. 1596.

Moderatoria Bulla Sixti 5. contra Clericos malè promotos, & in Epiſcopos in Ordinum collatione peccantes.

Refert primo loco Bullam Sixti, in qua omnes, et quoſcumq; antiſtites, etiam Abbates,

tes, qui primam tonſuram, et minores ordines ſubditis ſuis cōferre poſſunt, in ordinum collatione peccantes: vt ſi antè ætatem non ſeruatis interſtitijs, extra tempora, abſquè dimiſſorijs litteris alienos, vel irregulares, aliqua vel ratione inhabiles, vel ſi clerici ſæculares ſint, eos ſine titulo patrimonij, aut beneficij, promouerint ad ordines minores, vel maiores, ſiuè ſcienter, ſiuè ignorãter fecerint (niſi debita diligentia adhibita, iuſto errore, & probabilis facti ignorantia excuſentur) à collatione ordinum omnium, etiam primæ tonſuræ, ab exequutione omnium munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpenſos ab ingreſſu Eccleſiæ interdicto exiſtere vult, alijſq; pęnis, &c.

Qui ſi ſpreta ſuſpenſione, & interdicto in præmiſſis ſe temerè ingeſſerint, à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, ſeù Monaſteriorum, & à perceptione fructuum menſarum, & quorumcumq; beneficiorum, &c. ſuſpenſionem eo ipſo incurrant, interdicti autem, aut ſuſpenſionis relaxationem, vel pęnarum remiſſionem à ſolo Rom. Pontif. pro tempore exiſt. conſequi poſſint.

Clericos autem ſic malè promotos à miniſterio, & exercitio ſuſceptorum ordinum, & ab omni ſpe, & facultate ad alios aſcendēdi perpetuò ſuſpenſos declarat, & ſi in eis miniſtrare præſumpſerint, eos ſic irregulares affectos, omnibus, & quibuſcūq; dignitatibus, officijs, beneficijs eccleſiaſticis cum cura, ſinè cura, ſæcularibus, vel regularibus, & ſi Clerici regulares fuerint, voce actiua, & paſſiua priuat, & ad illa, vel alia quæcumq; in poſterum obtinenda inhabiles in perpetuum, & incapaces decernit, & declarat.

Facultatem à præmiſſis abſoluendi, vel diſpenſandi ſibi ſoli, ſucceſſoribuſquè Summis Pontificibus reſeruat, etiam in foro conſcientiæ: in hoc autem, tam Antiſtites, quam Clerici nullo priuilegio, nullo Iubilæo, nulla cōceſſione iuuari poſſint, etiam ſi crimen ſit occultum, à quo tamē poſſunt in articulo mortis per Confeſſarium abſolui, cum hic ſuper irregularitate non diſpenſet, quia nequit.

Qui abſolutionem, & diſpenſationem voluerint non per officium pęnitentiariæ, ſed à ſolo Rom. Pont. licet occultum ſit crimen, in vtroq; foro abſolutionem petere teneantur.

Si Antiſtes, aut Abbas habiles perſonas promouendo, omnia obſeruãda ſeruauerint, pretium autem ſimoniacè pro conferendis ordinibus acceperit, præter alias pęnas, & cēſuras contra ſimoniacè ordinatos, omnia, & ſingula ſupradicta in ſic promouentibus, & promotis locum habeant.

Decernit has litteras ab omnibus gratijs, conceſſionibus, facultatibuſquè, etiam ſub nomine Iubilæi, & Cruciatæ exceptas eſſe, & cenſeri, &c. Non obſtãtibus conſtitutionibus, &c. in Concilijs etiam generalibus editis, cęteriſq; contrarijs quibuſcumquè.

Hæc Bulla lata fuit Romæ 1588. Non. Ian.

Moderatio.

Quoniam nihil diſponit hæc conſtitutio in ordinum collatione ſeruãdum, vltra id, quod à ſacris Canon. Conc. Trid. & aliis Romanorum Pontif. conſtitutionibus diſpoſitum eſt, ſed pęnas, & cenſuras contra malè promouētes, & promotos ſtatuit, abſolutionemquè, & diſpenſationem Sedi Apoſtolicæ reſeruat, & hæ pęnæ ob multiplicitatem videntur in animarum perniciem, & in ſcrupulum etiam Antiſtitũm, qui earum metu à conferendis ordinibus deterrentur, vnde quibuſdam in locis Clericorum, et Sacerdotum valdè imminutus eſt numerus, paterna charitate clementiſſimus Clemens omnium ſecuritati, et animarum ſaluti proſpiciens, relatas Sixti 5. litteras ad terminos ſacrorum Canonum, et conſtitutionis Pii 2. Cum ex ſacrorum ordinum, etc. Datum 15. Kal. Decembr. anno 4. ſui Pontificatus, et ad diſpoſitionem Concil. Trident. reſtringit, et reducit, necnon cenſuras, et pęnas in eiſdem Sixti litteris contra quoſcumquè præterquam contra ſimoniacè ordinantes, et ordinatos inflictas, quas vult in ſuo robore permanere (aliis pęnis, et etiam cenſuris per eoſdem Canon. ac conſtitutionē Pii 2. Conciliumq; Trid. iniunctis ſaluis, et firmis permanentibus) moderatur, et abolet. Decernens ſic ab omnibus iudicibus iudicãdum, etc. Datum Rom. 1595. prid. Kal. Martii.

Super exequutione Decreti Concil. Trid. ſeſſ. 25. & c. 15. contra Regulares Epiſcopo non ſubditos, intra clauſtra degentes, & extra ita notoriè delinquentes, vt populo ſcandalo ſint, &c.

Regularis Epiſcopo non ſubiectus, qui intra clauſtra degens extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante à ſuo ſuperiore, intra tempus ab ipſo Epiſcopo præfigendum, ſeuerè puniantur, ac de punitione Epiſcoporum certiorem faciat, ſin minus à ſuo ſuperiore officio priuetur, et delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit, ex Trid. d.c.

Quoniam in huius decreti exequutione remiſſiùs agebatur, motu proprio, et ex certa ſcientia, ac de plenitudine Apoſt. pot. omnib.

Re [illegible] et ſin-

et ſingulis cuiuſcumquè Ordinis, et inſtituti Regularium, etiam Mendicantium ſuperioribus in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis ſuæ Pontifex Summus, ad priuationis dignitatem, & officiorum per eos obtentorum, eo ipſo incurrendis pęnis præcipit, & mandat, vt prædictum decretum in omnibus, & per omnia exequantur. Si ſuperior nō punierit delinquentem, immò extra diœceſim tranſmiſerit, decernit, vt ſuperior, Epiſcopo inſtante, intrà terminum ab ipſo præſcribendum ſub eiſdem pęnis indignationis, ac priuationis, &c. necnon & ſub inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, priuationiſq; actiuæ, & paſſiuæ vocis, ad quas à nemine, præterquam à Romano Pontif. pro tempor. &c. reſtitui poſſit, ipſo facto incurrendis pęnis delinquentem ad locum in quo deliquit, reuocare, ibiq; ſiſtere teneatur. Hoc ni fecerit, ſtatuit, vt loci Ordinarius, ad quem delinquens tranſmiſſus fuerit, ſuper dictis ab Ordinario loci, vbi deliquit, requiſitus, vel de eius crimine informatus, tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus, prædictum Conc. decretū omninò exequi, & in delinquentem ſeuerè animaduertere poſſit, ac debeat. Decernens ſic iudicandum ab omnibus, &c. Non obſtantibus, &c.

Qui in Vrbe ſunt, per quindecim dies, qui extrà, & citrà montes intra quatuor menſes, qui vltrà, intra octo à die publicationis arctentur his litteris, non ſecus ac ſi vnicuiquè intimatæ fuiſſent. Rom. 1595. 17. Kal. Mait. affixæ fuerunt, die 18. Martij.

Vt Itali extra Italiam agentes non habitent, niſi in locis, vbi liber & publicus cultus, ſiuè vſus Catholicæ Religionis exiſtat & quid tunc in eis facere, vel euitare debeant.

Statuit, vt nullus Italus cuiuſuis conditionis, & ſtatus ille ſit, quouis quæſito colore, &c. audeat habitare, vel domicilium tenere, vbi aliqua Eccleſia cum Parocho, vel Paſtore, ſeù Sacerdote Catholico non exiſtat, in qua liberè, & ſinè omni periculo palam, & publicè celebrari, & audiri poſſint Miſſæ, officia diuina, & conciones, & ſacramenta Eccleſiæ miniſtrari, mortuorum corpora ſepeliri, & cętera fieri, iuxtà Catholicum ritum Sāctæ Romanæ Eccleſiæ.

Abſtinere Itali à matrimonijs cum hæreticis mulieribus ab hæreticorum ſepulturis, filios ſuos non ſinant per hæreticos de ſacro fonte leuari: neq; ipſi hæreticorum filios, niſi à Catholico Sacerdote baptizentur ſeruare præſumant.

Medicorum hæreticorum opera, ceſſante neceſſitate, vbi adſit Catholici Medici idonei copia, non vtantur.

Ex Italia ad hæreticorum loca profecturi, id ſignificent Ordinarijs ſuis, vel inquiſitoribus à quibus ſeriò admoneantur, vt catholicè, & religioſè viuāt, erroremque, hæreticos, & ſchiſmaticos vitent.

Singulis annis ſaltem de eorum ſacramentali confeſſione, & ſacratiſſimæ Euchariſtiæ perceptione per eos facta fidem Ordinarijs ipſis, vel Inquiſitoribus tranſmittere teneantur, decernit enim, & mandat omnes Italos his litteris ad hoc eſſe obligatos.

In eum, qui contra hæc facere præſumpſerit, per locorum Ordinarios, & Inquiſitores, vti de hæreſi ſuſpectum, procedi poſſit. Non obſtantibus, &c. Romæ ſub ann. Piſc. die 26. Iul. 1596.

Contra Religioſos Congregationis Camaldul. Dignitates, Prælaturas, & officia dictæ Congregationis quouis modo procurantes, &c.

Quoniam ambitioſi quidam Camaldulenſes ad Ordinis ſui dignitates per mendicatos S.R.E. Cardinalium, & Principum, etiam ſæcularium fauores aſcendere procurāt, & ideò omnes, & ſingulos Monachos huius Ordinis cuiuſcumquè ætatis, gradus, &c. qui pro quibuſq; Prælaturis, dignitatibus, &c. Officij, &c. ſiuè pro remiſſione pęnarum, aut alijs quibuſcumq; gratijs impetrandis ad Principum quorumquè, tam Eccleſiaſticorum, etiam S.R.E. Cardinalium, quam ſæcularium, ac Prælatorum de gremio dictę Congregationis non exiſtentium fauores recurrerint, eoſquè requiſierint, vel iis etiam ſponte delatis, aut ab aliis, etiam ipſis inſciis, procuratis, vſi fuerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliiſq; viis directè, vel indirectè, palam, vel occultè ad dignitates, ſeù officia in prædicta Congregatione obtinenda aſpirauerint, vel aliis minus legitimis rationibus ea obtinere procurauerint, complices, fautores ad qualcumq; Prælaturas, dignitates, &c. & officia ſpiritualia, & temporalia, & præſertim in ipſa Congregatione obtenta, vel obtinenda perpetuò inhabiles declarat, ac obtentis Prælaturis, &c. eo ipſo priuat, ac priuatos voce actiua, & paſsiua carere, pęnaſq; huiuſmodi à ſe ſolum, & à Romanis Pōtificibus ſuccedentibus pro tempore remitti poſſe decernit, & declarat, eaſdem pęnas extendit ad eos, qui ne ex aliquo monaſterio remoueatur, ſeù, vt in alterius monaſterii familia deputentur contra

Ca-

Capituli, ſeù Superiorum voluntatem dictas litteras, ſeù fautores exquirere, & obtinere præſumant.

Præcipit in virtute ſanctæ obedientiæ, indignationis ſuæ, & ſub prædictis pœnis omnibus Generalibus, Viſitatoribus, Diffinitoribus, alijſq; Prælatis quibuſcūq; præſentibus, & futuris, ne aliquos vnquam precibus, litteris, fauoribus adducti, vel aliàs ad inſtantiam Principum, vel etiam Cardinalium, aut aliorum quorumcumquè extra gremium dictæ Congregationis exiſtentium ad cuiuſuis generis Prælaturas, dignitates, officia, adminiſtrationes, & gradus promouere, vel pœnas aliquas remittere, aut aliam quamcumq; gratiam facere audeant, vel præſumant.

Electiones ad Monaſteria, aut ad alia officia ordinis ſic extortas, ſeù faciendas nullas fore, & eſſe decernit, & contra eos, qui ſic ſe eligi obtinuerint, per eiuſdem Congregationis ſuperiores quandocumq; procedi, & veritate cognita, eos condignis pœnis affici poſſe debere. Ita ab omnibus indicandum, & interpretandum, ſublata omnibus aliter iudicandi, & interpretandi facultate, irritumquè ſit quicquid ſecus à quocumquè ſcienter, vel ignoranter attentatum fuerit. Non obſtantibus, &c.

Has litteras quotannis in generali Capitulo publicè legi vult, & lectas ſic omnes arctare, ac ſi vnicuiq; intimatæ fuiſſent. Romæ ſub ann. Piſcat. die 3. Sept. 1596.

Litteræ ſub forma Breuis ſuper bono regimine Hoſpitalium Congregationis Ioannis Dei per vniuerſam Italiam, &c.

Congregatio Ioannis Dei in Vrbe, in diuerſis Italiæ, & Hiſpaniæ partibus Apoſtolica auctoritate recepta, & confirmata, per Confratres ſuos pauperibus infirmis Hoſpitio acceptis inſeruire ſolita, aucta valdè, & multis Summorum Pontificum priuilegiis, & indultis, & eo in primis dotata eſt, vt per vnum ex Cōfratribus Maiorem appellatum, regeretur, vt à locorum Ordinarijs exempti eſſent Confratres, eiuſq; Religioſi profeſſionem emittere, & ſacris ordinibus inſigniri poſſent. A primæuo inſtitutio huius Confratres paulatim recedere audiuit Summus Pōt. opus Hoſpitalitatis intermitti, multoſquè ex iis dare operam litteris, & ſacris ordinibus initiari, vt ab Hoſpitalium ſeruitio excuſarentur.

Ideo hanc Congregationem, eiuſq; hoſpitalia, & loca omnia locorum Ordinarijs, eorumquè iuriſdictioni ſubiecit, vetans, ne amplius per vnum Maiorem regatur, & ne Confratres amplius profeſſionem emittant, aut ſacros ordines ſuſcipiant, volens paupertatis ſolum, & hoſpitalitatis votum ab iis emitti. Hæc die 13. Febr. 1592. per litteras in forma Breuis,

Proceſſu temporis compertum eſt, huius Congregationis Hoſpitalia, & loca pia in Italia ſic ſine communi ſuperiore ſeparata grauia incommoda pati, quare ne omninò extinguatur, rogante Cardinale Hieron. Ruſticuccio Protectore eiuſdem Cōgregationis eidem, & ſingulis eius Hoſpitalibus, & locis in Italia receptis, & recipiendis, eorumquè Confratribus concedit, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, & indulgentiis à Pio 5. Gregorio 13. Sixto 5. aliiſq; Pontif. conceſſis Congregationi, Hoſpitalibus, & locis Hiſpaniarum, ac Hoſpitalis S. Io. Callibitæ in Inſula, S. Bartholomæi de Vrbe eiuſdem Congregationis in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, innouatis citrà tamen facultatem, profeſſionem emittendi, & ſacros ordines ſuſcipiendi, citra exemptionem à iuriſdictione Ordinariorum locorum, quibus eos omnino ſubeſſe vult, frui, vti, potiri poſſint in omnibus, & per omnia, &c. ita tamen, vt Confratres in quocumq; Italiæ loco recepti, & recipiendi in eodem debito tempore votum inſeruiendi eorum Hoſpitalibus ſub Ordinarii loci obedientia in manibus eiuſdem, aut Maioris, vt infra, pro tempore electi emittere, & hoſpitalitatem pro infirmis quos recipere, & curare ſoliti ſunt, exercere pro viribus teneātur.

Vnius Confrater eligatur in Maiorem ab omnibus prioribus quorumcumq; Hoſpitalium, & locorum Congregationis in Italia exiſtentium Romæ in hoſpitali S. Io. Callib. per ſecreta ſuffragia maioris partis vocaliū, cuius officium ad ſexennium duret.

Eligantur ibidem, & eodem modo duo Conſiliarii, & duo Viſitatores, quorum, & ſingulorum priorum officium ad triennium tantum duret.

Maior facultatem habeat hoſpitalia, & loca omnia viſitandi, reformandi, Confratres ab vno ad alium locum transferendi, tranſgreſſores corrigendi, &c. reſeruata tamen Ordinariis ſuperioritate, & authoritate viſitandi, puniendi, & caſtigandi Confratres ſecretè tamen, & circumſpectè, quò ad fieri poterit.

Confratres de licentia Ordinariorum poſſint alia Hoſpitalia eiuſdem inſtituti erigere, eleemoſynas pro eorum, & Chriſti fidelium infirmorum ſuſtentatione, & hoſpitalium manu.

manutentione omni loco, & tempore petere,& recipere.

Poſſint habitum cum ſcapulati, & capuccino deferre, vt hactenus fecere, priuatiuè quò ad alios quoſcumquè non eiſdem Congregationis ſub pęnis ad Ordinariorum arbitrium.

Maior, et Conſiliatii de conſenſu Ordinariorum ob graues cauſas,et ob incorrigibilitatē Confratres indignos iudicatos ex Congregatione expellere, ipſoſq; ſic expulſos ab emiſſo per eos hoſpitalitatis voto, dum impoſitam ob exceſſus pęnitētiam expleuerint, et non aliter,poſsint,et valeant.

Nullus ex Confratribus alia ratione,et modo hoſpitalia,loca, Congregationemq; deſerere poſsit, ob quodcumq; priuilegium, Iubilæum,etc.

Non poſsint Confratres eſſe conſtituti in ſacris ordinibus.

Maior cum conſenſu Conſiliariorum, ac Viſitatorum quæcumq; Statuta, et Conſtitutiones edere, edita ampliare,mutare, corrigere poſsit, dum à Sede Apoſtolica confirmationem obtineant. Ita ſtatuit,et ordinat Pontif. decernens præſentes litteras nullo vnquam tempore,etc. Sic omnes Iudices iudicabunt,etc. Non obſtantibus,etc. Romæ die 9.Sept. 1596. ſub ann.Piſcat.

Confirmatio montis ſubſidij Vngarici belli à S.P.Q.R. erecti locorum 1650. non vacabilium ſcutorum ſeptem pro quolibet loco.

Motu proprio,&c.Cum nuper,&c.) Senatus,Populuſq; Romanus in auxilium Vngarici Regni contribuere decreuerat ſcuta 150. millia. Vt huius pecuniæ ſumma quamprimū congereretur,gabellam Vrbis vnius quatreni pro qualibet libra carnis iam impoſitam ad aliud quatrenum auxit,et ſuper huius auctionis emolumentis montem non vacabilem ad rationem ſeptem pro quolibet centenario inſtituit S.P.Q.R. auctoritate, & de licentia Summ.Pontificis, ea conditione,vt reſiduum emolumentorum eiuſdem gabellę,quæ montis fructibus ſolutis ſuperetunt,in extinctionē gabellæ conuertatur, cum obligatione mercatoris,qui loca 1650. ſuper monte impoſita emerit, extinguendi dictam gabellam ſecundi quatreni infra tempus annorum quatuor cum dimidio.

Venditio horum locorum, & deliberatio facta fuit Philippo Guicciardino,& Laurentio Caualcantia, accenſa candela plus offerentibus. Hæc omnia montis erectionem, venditionem,chirographum, edicta,oblationes, deliberationem,inſtrumentum, ad hanc rem ſpectantia,contentaq; in inſtrumento,& chirographo, approbat, confirmat, ſupplet omnes iuris, & facti defectus Pontifex Summus,& alios quoſcumquè,ita vt in futurum dicta gabella duplicata exigatur, ac ſuper illius emolumentis dicta loca 1650. ad rationem ſcutorum ſeptem aureorum pro quolibet loco à die tertia menſis Iulij,cum omnibus iuribus,priuilegijs,&c.quibus omnia alia vetera montis loca ſuper primæua dictæ gabellæ impoſitione erecti, & ſignanter pro ſanitate tuenda vtuntur,potiuntur, & gaudent.

Guicciardinum, & Caualcantem nouæ gabellæ,fructuum mōtium extinguendorum Depoſitarios,& Receptores, durante eadem gabella,facit, & deputat: pro qua tamen Depoſitaria ipſi Populo Romano ſummam inter eos concordant.vel ipſum Pontificem declarandam ſoluere teneantur.

Quædam alia de extinctione montis omiſſa ſunt breuiatis gratia, vide tu,ſi libet.

Statuit,vt quicumquè viri, vel fęminæ,eccleſiaſtici ſæculares,cuiuſcumquè dignitatis, &c.necnon eccleſiæ, & Collegia, Capitula, &c. & quælibet Religioſa,vel prophana loca in hoc monte quaſcumq; pecuniarum quantitates ponere poſſint ſeptem pro centen.annuatim recepturi.

Loca quibuſcumq; pecunijs acquiſita tanquam patrimonialia,& prophana ſint,& in eis,eorumq; fructibus eorum filij, & hæredes quicumq; vtriuſq; ſexus ex teſtamento,& ab inteſtato ſuccedere poſſint:& de ijs quocumq; modo diſponere.

Nec loca prædicta,nec vlli illorum fructus ob quodcumq; grauiſſimum crimen (excipe hæreſim, & crimen in Papæ,& S.R.E. Cardinalium perſonas commiſſum) poſſunt publicari,aut Fiſco applicari,aut publicata,vel Fiſco applicata declarari, & delinquentes de ijs ita diſponere poſſint,ac ſi nō deliquiſſent.

Statuit dictum montem,& ſingulares illius perſonas omnibus,& ſingulis priuilegijs,exēptionibus gratijs,&c.quibus omnes alij ſuper primæua gabellæ impoſitione erecti, ac mōtes Fidei, Alumer.Religionis,Pacis,Vngarici, & omnes alij in Vrbe erecti potiuntur,potiri, & gaudere: ita tamen vt tam ſuperiùs expreſſis, quam alijs ſupra dictis priuilegijs gaudeant, ſi, & prout aliorum ſupradictorum montium creditores gaudent, & non aliter, nec alio modo.

Mons hic,aut eius loca nullius reductionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus,&c. obtenta ſunt.

De-

Decernit,quod tam huius montis emptores,eorumq; hæredes,&c.quam alij Montiſtę, & creditores nullo tempore ad probandum teneantur,dictas pecunias Summo Pontif.ſolutas, aut in dictis populi neceſſitatibus eſſe conuerſas,contraria probatione nullam vim habente.

Quodq; omnia, & ſingula præmiſſa, & in præſentibus noſtris litteris, &c.

Deeſt hic dies, menſis, annus autem impreſſionis ſic expreſſus eſt. Romæ apud Impreſſores Camerales 1597.

Confirmatio, & extinctio conſtitutionum Apoſtolicarum contra extrahentes frumētum,& alias fruges extra ſtatum Eccleſiaſticum,& contra mercantes,vel conducentes ſal exterum,& contra Barones, & Domicellos ementes ab eorum ſubditis frumentum vltra eorum vnius annui vſum.

Frumenti penuriam,&c.)Hominum auaritia adauctum frumenti pretium videns, ad releuandos ſubditos, & pauperes Vrbis,toto animo incumbit Summus Pontifex.

Quidam exportabant extra Eccleſiæ ſtatum, vel exportaturis vendebant non ſolum propria frumenta,ſed ea etiam,quæ à pauperibus vili pretio ex negotiatione comparāt, alij non extrahentes recondebant in horreis concluſa, ſupprimentes pęnas, & cenſuras in conſtitutionibus per fęlic.recordat. Clem. 5. Pium 5.deſuper editis temere incurrentes.

Alij, quoniam ob deuaſtationem ſalinarū Ceruien.Cameræ Miniſtri,vt populis pontificij ſtatus neceſſarium Sal ſubminiſtrarent,illud exteris Regionibus conueni fecerunt, credentes id ſibi etiam in Cameræ præiudicium licere, ſal exterum mercari, vendere, eoq; vti temerè audeant, nulla habita ratione pęnarum per conſt. Greg.13. fęl. record. inflictarum.

Vt hæc mala inde citius tollantur,omnes, & ſingulas conſtit. à Greg.13. Pio 4. Pio 5. Clem.7. & quibuſuis alijs Rom. Pontif. ſuo eiuſquè tempore manutentione Annonæ, & contra extrahentes frumenta,blada,legumina, & omnia alia cuiuſnis generis commeatus, ac mercantes ſal exterum, & alios ſupra nominatos editas,pęnaſq; priuationis feudorum, & cōfiſcationis aliorum quorumcumq; bonorum,quò ad Domicellos,& Barones,& amiſſionis frumenti, Bladarum,Salis, & animalium, & ſcutorum quinque pro qualibet ſalma frumenti,& duorum pro quolibet capite animalium, quò ad omnes, & alijs omnibus in eis contentis (excepta excommunicationis ſententia ad medelam inuenta) approbat, & innouat: quarum tenores pro expreſſis haberi vult,ac ſi de verbo ad verbum, &c.

Ne Duces, Domicelli à ſubditis per ſeipſos, aut per interpoſitam perſonam frumenta,blada, vel legumina, prćterquam pro ſuo, ſuorumq; familiarium vnius dumtaxat anni vſu emant ſub dictis omnibus, & capitis etiā pęnis ſtatuit,atquè decernit. Romæ ſub ann. Piſcat. Die 13. Septembris 1597.

Littera reductionis Montis S.Bonauenturæ de vacabili ad non vacabilem.

Ad fut.rei memor.Cum aliàs fel.rec.Sixtus Papa 5.&c.

Sixtus 5. montem vacabilem S.Bonauenturæ trecentorum millium ſcutorum monetæ erexerat, ad rationem trium millium locorum, & illi ſcuta annua 30. millia pro annuis fructibus ad rationem 10. pro loco aſsignauerat anno 1588. Kal.Sept. quæ poſtea auxit ad 400. millium ſcutorum ſummam, quoniam quidam fructus annui huius montis ex nouis quibuſdam vectigalibus, & impoſitionibus colligebantur, & conductores talium impoſitionum varias ſublocationes cum maiori lucro fecerant, & inde ſubditi ſtatus Eccl. grauabantur, maiorem erogantes ſummam,quàm à Cam.perciperetur,exactorem præcipuè extorſionibus aditis, Summus Pontif. Clemens cupiens ſubditorum onera tollere, aut ſaltem diminuere, ſublato anno 1.ſui Pontif.nouo pilotarum pellium vectigali, videns etiam d.Montis emolumenta,quorum meminit hic,ex parte de fuiſſe,& montiſtas multarum pecuniarum etiam creditores, montemq; ipſum deterioris conditionis effectum, ideò vt montiſtarum,& mōtis bono conſulta,& Cameræ etiam onera,& intereſſe leuet,montiſtarum vniuerſitate,cōſentiente, montem hunc vacabilem ad non vacabilem reduxit, ad rationem ſcutorum ſex cum quarta parte alterius ſcuti, pro quolibet loco, concordato prius ſuper aſsignamentis applicandis,& attribuendis.

Ex} montiſtis, quidam deputati fuere ad eligenda aſsignamenta, qui ex redditus dicti montis eligerunt.

Scuta 850.ex appaltu poſtarū ſtatus Eccl.

Scuta 3500.ex Datio vini Bononiæ.

Scuta 6000. ex officio Auditoriatus Cameræ.

Scuta 2625. ex Salaria Ceruiæ,& Theſauraria Romandiolæ: quæ omnia conſtituunt ſummam ſcutorum 20625. quæ ad rationem

ſcu-

ſcutorum ſex cum quarta parte,&c.ſufficiũt pro fructibus locorum 3300.dicti montis,tot enim tantum reducenda duxit, alia etenim loca 250.vacabilia remanere voluit cum eodem annuo fructu ſcutorum 250. ſuper vectigali extractionis Guadi,Rubiæ, & onerum Romandiolæ per Communitates eiuſdem Prouinciæ extinguenda.

Hæc omnia motu proprio ex certa ſcientia de Apoſtolicæ &c.confirmat,&c.Hos fructus ſic reductos ad inſtar aliorum môtium non vacabilium in omnibus, & per omnia vult eſſe tanquam bona patrimonialia, & ad montiſtarum hæredes, & ſucceſſores quoſcumq; tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato pertinere, poſſeq; montiſtas de illis prout de quibuſcumq; alijs bonis montium non vacabilium diſponere decernit tam inter viuos, quam, &c.

Quò ad loca 250. remanentia vacabilium nihil innouat.

Creditoribus locorum dicti montis ſic reductorum concedit omnia priuilegia, iura, exemptiones, &c. quibuſcumq; alijs montibus non vacabilibus conceſſas.

Pro fructibus decurſis,aut decurrẽdis vſq; ad Kal.Maij, in quibus Montiſtæ erant creditores.vult ipſis creditoribus in primis,& ante omnia,vel numerata pecunia,vel idoneę perſonæ cautione ſatisfieri.

Si quis creditor voluerit loca ſic redacta vendere, aut reſignare, Secretarius montis teneatur prima tantum vice poſt reductionẽ, Litteras patentes reſignationis, ſeù venditionis expedire,ſinẽ aliqua impenſa,præter mercedẽ laboris & ſcripturę,dũmodo nõ excedat quinque Iulios, pro qualibet locorum reſignãdorũ quantitate:dũmodò tamẽ venditio, aut reſignatio fiat intra duos menſes à die reductionis huius, quibus elapſis Secretarius, et Computiſta ſolita emolumenta percipiãt; in reliquis omnia contenta in litteris erectionis, et additionis confirmat, approbat, innouat,etc.Si libet alia quædam videre,lege litteras ipſas. Die Lunæ 14.Aprilis 1597 hæc motus proprij cedula in Camera Apoſt.præſentata fuit,et die 2.Maij ſubſeq.admiſſa.

Breue facultatum & iuriſdictionum pro Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo D.Innico Daualos Epiſcopo Portuenſi, S.R.E. Card.&c.

Venerabilis Frater, &c.) Pontifex Summus Ferrariam profecturus iuſtiſsimis de cauſis cum audientijs Palatij, & Curiæ Cameræ Apoſt.nec non Gubernatore,ſeù Vicecamerario, ac Vicario,ſeũ eius Locumtenẽte,& Senatore, & Dataria, & Cancellaria, cũ plumbo,Cappella, & eiuſdem Cancellariæ,& alijs Cur.Roman. officialibus fęlici Vrbis, & Rom Curiæ bono regimini prouidere volẽs, Innicum Daualos Cardinalem Illuſtriſſimũ, fidelitate eximia rerum gerendarum experientia,præcipua prudentia,& probitate inſignem,in Vrbe ipſa,eiuſq; Territorio, & diſtrictu,ac Ciuitatibus,Terris, & locis adiacentibus ſuum, & Sedis Apoſt.Legatum de latere, necnon omnium Tribunalium,& officialium, ac Miniſtrorum etiam iuſtitiæ, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus generalem, & ſpiritualem ſuperintendentem, de S.R.Eccl. Cardinalium conſilio vſq; ad beneplacitum, vel ad eamdem Vrbem reditum dumtaxat auctoritate Apoſt. præſentium tenore, creat, conſtituit, & deputat.

Explicantur poſtea facultates ſpeciatim, eximiæ, illæ quidem, & ampliſsimæ, quas ſi cupis cognoſcere, lege Breue ipſum. Datum, Rom.ſub ann.Piſc. 1598.die 3.April.

Breue Sanctiſſ D N.Clem.8. pro Curialibus vt eodem iure cenſentur, ſiue Romæ remanſerint, ſiue Curiam ſequatur, cum beneficiorum reſeruatione.

Ad futuram rei memor. Cum ob nõnullas, &c.) Summus Pontif.ſtatuerat ſe Ferrariam conferre cum plerìſquè Cardinalibus,& nonnullis Rom.Cur. Officialibus, reliquebat in Vrbe cauſarum, & litterarum Audientiam, Cancellariam Apoſtolicam,remanebant præterea diuerſi Cardinales, Curiales, & Officiales, ne aliquã dubitatio oriatur,circa Curiales, & Officiales R. Cam. ſtatuit tam ſequentem Curiam, quam remanentes in Vrbe, ſiuè Cardinales ſint, ſiuè Curiales,& officiales,aut alij quicumq; ſequentes eumdem, vnum tantum, & non duas Romanas Curias conſtituere, & proindè tam illos, quam hos, omnibus,& ſingulis gratijs,priuilegijs,ante latonibus,& prærogatiuis, declarationibus indultis, &c. & conſuetudinibus etiam quò ad acceptiones, & prouiſiones beneficiorum faciendas,quibus Cardinales,Officiales,Curiales,& alij dicti,dum ipſe in Vrbe cum Curia reſidet,de iure, et conſuetudine vtuntur,etc. vti,potiri,et gaudere poſſe, et debere, perindè,ac ſi in eadem Vrbe reſideret Eamdem, Curiamq; cenſeri vult, quò ad beneficia,quæ tam in Vrbe, Ciuitatibus, lociſquè, ad quæ accedet,et in quibus eundo,redeũdo moram traheret quam per obitum illorum, Põtificem, et Curiam ſequẽtur, ſeù ad eamdem Curiam

pro

pro negotijs accedent, & in itinere eundo, ſiuè redeundo obierint, quomodolibet vacabunt, neminemq; de eis præter ipſum Pontif. diſponere poſſe. Romæ ſub ann. Piſcat. die 10. April. 1598.

Indultum pro Curialibus ſequentibus Pontificem percipiendi in abſentia fructus, diſtributiones, &c. Eccleſiaſticorum beneficiorum perſonalem reſidentiam requirentium.

Ad fut. rei memoriam. Cum diuerſi, &c.) Multi ex Curialibus qui Pôtificem Ferrariam proficiſcentem comitaturi erant, beneficia Eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam requirentia poſſidebant in Vrbe, eorum indemnitati proſpiciens Pontifex, motu proprio, & ex certa ſcientia &c. concedit, vt omnes fructus, redditus, diſtributiones etiam quotidianas, &c. emolumenta etiam extra ordinaria quorumcumq; beneficiorum, anniuerſariorũ, proceſſionum, & aliàs quomodocumq; prouenientia, in quibuſuis rebus conſiſtentia, ac etiam ſolis præſentibus, ſingulis horis canonicis, alijſquè diuinis officijs intereſſentibus dari ſolita, percipere poſſint, durante ſua ab Vrbe abſentia à die cuiuslibet eorum ab Vrbe diſceſſus, vſq; ad diem reditus.

Præcipit in virtute ſanct. Obed. Baſilicarũ Archipresbyteris, eorumq; Vicarijs, necnon Cardinalibus titularibus Capitulis, Canonicis. &c. cæteriſq; ad quos ſpectat, ac ſub priuationis eorum Canonicatuum, præbendarum, beneficiorum quorumcumq; alijſq; pœnis imponendis, eo ipſo, abſquè vlla declaratione incurrendis, vt integros fructus redditus, &c. integr. & abſquè vlla prorſus diminutione realiter, & cum effectu perſoluant, & perſolui curent. Romæ ſub annulo Piſcat. die 10. Apr. 1598.

Erectio montis non vacabilis triennalis ſubſidij ſcutorum millium ad rationem ſcutorum ſex cum dimidio.

Ad futuram, &c. graue, & oneroſum, &c.) Vt Cameræ Apoſt. neceſſitatibus ſubueniat, montem hunc ſuper ſubſidio triennali, ſuper quo mons vacabilis recuperationis Ferrariæ impoſitus fuerat, erigit montem, inquam non vacabilem locorum, trium millium ſcutis, cẽtum monetæ pro quolibet loco à prima die Maij proximè venturi incipiendum & ſuper annuis redditibus, & emolumentis ſtatus Eccleſ. ad inſtar aliorum montium non vacabilium Vrbis ad rationem ſex ſcutorum cum dimidio monetæ de bimeſtri in bimeſtre ſoluend.

Decernit tam ſubſidium Peruſiæ, & Prouinciæ Vmbriæ, quarum aliarum Ciuitatum, & Prouinciarum vniuerſi ſtatus Eccleſ. dicto monti æqualiter, & indiſtinctè pro ſumma annua ſcutorum decemnouem millium, & quingentorum obligatum, & aſſignatum eſſe, quam ſummam ab omnibus oneribus impoſitionibus tributis, &c. præſentibus, & futuris eximit, & liberat, liberamquè, & exemptam perpetuò fore ſtatuit.

Quæcumq; vtriuſq; ſexus perſonæ ſæculares, vel regulares cuiuſuis ætatis, etiam illegitimi incapaces, & quouis modo inhabiles, necnon Eccleſiæ, Capitula, &c. loca religioſa, & prophana in dicto monte poſſint quaſcũq; pecuniarum quantitates, etiam ex beneficiorum Eccleſiaſticorum ſæcularium, ſeu regularium, &c. fructibus acquiſitas, non tamen infrà ſummam ſcutorum 100. monetæ, ponere poſſint.

Et loca ſic acquiſita vult tamquam prophana, & patrimonialia ab emptoribus poſſideri. & in eis, eorumq; fructibus ipſorum filios, ſeu hæredes vtriuſquè ſexus, quicumquè fuerint, etiam illegitimos, & alios, quocumq; modo inhabiles tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ſuccedere, de eiſq; ſimul, & ſucceſſiuè, aut quotieſcumq; ſiuè donationis inter viuos, vel cauſa mortis, ſiuè legati, ceſsionis, venditionis, ſiuè alio quocumq; titulo, iure, & modo, ac etiam ſimplici ſcriptura, manu ſua ſcripta, vel ſubſcripta nullisquè adhibitis teſtibus, & in fauorem ſuorum, vel aliorum illegitimorum, prohibitorum, & incapaces, incapaciũ, etiam ſi illa in plures illegitimos, incapaces, & prohibitos ordine ſucceſsiuo tranſierint, & ac aliàs vti cuilibet libuerit diſponere.

In locis autem ex pecunijs, rebuſq; eccleſiaſticis comparatis illegitimi nõ poſſunt ſuccedere.

Nullum ob crimen (excipe hæreſim, ſceluſq; in perſonam Rom. Pont. & S. R. E. Cardin.) bona, ſeu loca empta huius montis publicari, nec fiſco applicari poſſe vult, nec aliquo modo ſequeſtrari, aut impediri. Delinquentes de eis diſponere poſſunt perinde ac ſi crimina non patraſſent.

Monti dicto, & creditoribus concedit omnia, & ſingula priuilegia, exemptiones, & gratias, &c. alijs omnibus Montibus Vrbis non vacabilibus conceſſas.

Hunc montem, eiuſq; loca ratione emolumẽtorum, et ſummæ illi aſsignatæ nullis omninò reductionibus, limitationibus, aut alijs

contrarijs diſpoſitionibus, etiam prætextu enormiſsimæ læſionis, etc. obnoxia eſſe vult, reſeruata tamen ſibi, et Cameræ Apoſt. facultate dictum Montem redimendi ſcutis cētum pro quolibet loco.

Nullus creditorum poſsit ſuper integris fructibus turbari, et impediri, aut ad probādum in iudicio, vel extra pecunias in ipſo monte poſitas, etc. teneatur, niſi illi contraria probatio obeſſe poſſet.

Montis huius Protectoré conſtituit S.R.E. Generalem, pro tempore Theſaurarium.

Pro maiori Montis, et creditorum ſecuritate omnia bona, iura, et actiones Sedis, et Cam. Apoſt. illis obligat.

Montem ſic erectum cum emolumentis, iuribus, priuilegijs, etc. vendit Philippo Guicciardino, et ſocijs, hæredibuſquè, et ſoc. concedit, dat, vendit, etc. eumquè, et ſocios in omne ius locum, et priuilegium Sedis, et Camer. Apoſt. ſubſtituit, etc. pretio trecētorum mill. ſcutorum. Præſentes litteras de ſubreptionis, etc. Die Lunæ 25. Maii 1598. præſens motus proprii cedula in Cam. Apoſt. exhibita fuit.

Erectio montis recuperationis Ferrariæ ad ſcuta decem pro quolibet locorum priuilegio, quod per quinquennium non vacet.

Motu proprio. Poſtulat ratio, &c.) Ad Ferrariam armis recuperandam, ad quæ Pōtifex confugere cogebatur, magna pecuniarum ſumma opus erat ad quam cōgerendam nullus erat facilior modus, quam alicuius montis erectio. Motu igitur ſimili, etc. ſuper ſubſidio trecentorum millium ſcutorum, vulgo ſubſidium triennale nūcupatum montem, quem recuperationis Ferrariæ denominari voluit, mille locorum vacabilium ad inſtar Romanæ Curiæ officiorum, et aliorum montium vacabilium, elapſo tamen quinquennio vacabilem, et non priùs, nec per promotionem, vel tranſlationem ad Cathedrales etiam Metropolitanas, et Patriarchales Eccleſias, et monaſteria ad rationem ſcutorum centum pro quolibet loco. 1. Kalen. Ianuarii 1598. inchoandum erigit, et inſtituit, ad rationem ſcutorum decem monetæ paulorum decem pro quolibet ſcuto ſingulis annis pro quolibet loco ſoluend.

Summam ſcutorum decem millium annuorum ſuper triennali ſubſidio trecētorum mill. ſcutorum aſsignat, et applicat huic mōti, quam ſummam decem millium ſcutorum ab omnibus, et ſingulis oneribus, tributis, ſubſidiis, etc. ex quacumq; etiam Fidei Catholicæ tuendæ cauſa impoſitis, et imponendis eximit, et ſic exempta montiſ, et creditoribus obligat: pro quorum maiori cautela bona omnia, res, etc. Sedis, et Cameræ Apoſt. præſentia, et futura obligat, etc.

Statuitquè, vt quæcumq; perſonæ vtriuſq; ſexus, cuiuſcumquè ſtatus, gradus, etc. etiam Cardinalatus honore fulgētes (exceptis profeſsis in aliquo Mendicantium ordine) quaſcumq; pecuniæ quantitates (non tamen infra ſcuta centum pro quolibet loco) in monte hoc, annuatim quoad vixerint, decem millia ſcuta pro quolibet loco, quolibet bimeſtri ratam recepturi collocare poſſint. Neq; ſors principalis, neq; fructus confiſcari poſſunt iure, aut facto, niſi ob crimen in Rom. Pont. aut S.R.E. Cardin. perſonas commiſſum, non ſequeſtrari, non impediri à creditoribus, &c.

Loca prædicta emptores, corpore tamen ſano, in vnius, aut plurium, prout eis placuerit, etiam filiorum ſuorum, in manibus pro tempore exiſtentis Theſaurarij generalis, Apoſtolici montis huius protectoris, & adminiſtratoris reſignare, & de iſtis locis diſponere, non tamen inf. ſummam ſcutorum centum pro quolibet loco, poſſint, & valeant.

Creditoribus huius montis omnia, & ſingula priuilegia, facultates, emptiones, &c. aliorum mōtium vacabilium concedit, eoſq; eximit ab omni onerum ſolutione, &c. & à quocumq; imponendo grauamine.

Statuit, vt prædicta loca, ſeù portiones per quinquennium à die prima Ianuarii 1598. computan. per mortem ciuilem, aut naturalē perſonarum ipſarum, vel eis cauſam habentium non vacent, & illorum vacatio non incipiat, niſi elapſo quinquennio, ita vt illo durante, hæredes, & ſucceſſores quicumquè dictorum creditorum in illis ſuccedant.

Mandat, vt Mutius Orphinus modernus, & alii pro tempore dicti ſubſidii Quæſtores in Vmbria ſpecialiter, & efficaciter in forma Cameræ obligent de ſoluendo dicta ſcuta decem mill. dicto monti, &c.

Mons dictus reſpectu doris, & fructuum, iurium, & priuilegiorum con ceſſorum nullis reductionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, & prætextu enormiſſimæ læſionis, &c. obnoxius ſit.

Nullus creditor poſſit ſuper integris fructibus, & emolumentis prædictis quocumq; modo turbari.

Huius proprii motus cedula de vitio ſubreptionis, &c. notari, argui, &c. non poſſit.

Mandat Camerario, Vicecamerario, Theſaurario, & Clericis, etc. vt has præſentes in

Ca-

Camera admittant, &c. Non obſtantibus, etc. Die Lunæ 25. menſis Maii 1598. Vide, ſi libet quædam alia, quæ breuitati conſulens prætermiſi.

Additio locorum mille eidem monti recuperationis Ferrariæ ad eamdem rationem.

Motu proprio. Iuſtum bellum, &c.) Opus erat adhuc pecunia ad Ferrariæ recuperationem: quare ſuperiorem montem ad ſummam aliorum centum millium ſcutorum extendit: cuius loca mille durante eodem ſpatio dicti quinquennii à principio Ianuarii 1598. inchoati non vacent, cum eodem annuo redditu decem ſcutorum monetæ pro quolibet loco. Decem autem millia annua ſcuta monetæ ſeparat, & ſegregat ex omnibus triennalis ſub ſidii trecentorum mill. ſcutorum redditibus montiq; ſuperaddit à die 1. Ianuarii 1598.

Quibus priuilegiis, &c. montis primę erectionis emptores gaudent, gaudeant etiam emptores ſecundę erectionis priora loca mille, et hęc mille addita eiuſdem vult eſſe naturę, conditionis, & qualitatis in omnibus, et per omnia, ac vnum, idemq; corpus conſtituere.

Vide, ſi placet hęc, & alia explicata diligētiſſimè in ipſo motu proprio. Deeſt anni, mēſiſq; mentio.

Cōfirmatio litterarum fel. record. Pij Papæ 5. ſuper legatis pijs, in fauorem almæ domus Lauretanæ factis infra certum tempus notificandis.

Ad perpetuam, &c Quæ à Rom. Pontificibus, &c.) Refert tenorem litterarum Pii 5. qui audiēs complures Chriſti fideles diuerſorum locorum in Italia, quam extra multas pecuniarum ſummas, res, & bona Eccleſię B. Mar. Virginis Laureto nuncup. deuotionis cauſa reliquiſſe, donaſſe, aut aliàs conceſsiſſe, de quibus certa notitia ob Notariorū incuriàm, & negligentiam, qui de relictis denario rogati fuerunt, aut aliarum perſonarum, quę de illis ſcripturas confecerant, non poterat haberi, quare, vt illa Eccleſia ſuas pecunias, res, actioneſquè conſequi poſſet, motu proprio, &c. omnibus, & ſingulis Ciuitatum, &c. Notariis, aliiſq; perſonis, ex quorum tam publicis, quàm priuatis ſcripturis cōnſtare quouis modo poteſt, aut poterit in futurum de aliquibus pecuniarum ſummis, rebus, ac bonis cuiuſcumq; quantitatis, qualitatis, &c. quę dictę Eccleſię quocumq; modo ſaltem à 30. annis citrà in aliqua vltima voluntate relicta, vel inter viuos donata, vel quomodolibet cōceſſa, aut promiſſa fuerint, aut in poſterum relinquentur, donabuntur, &c. aut permittentur in virtute ſanct. obedientię diſtrictè pręcipiendo, & ſub priuationis officiorum, ac ſuſpenſionis dupli pecuniarum, rerum, &c. dictorum pręcipit, & mandat, vt de cętero perpetuis futuris temporibus Notarii, aut perſonę omnes pręedictę, omnes, & ſingulas diſpoſitiones in fauorem dictę Eccl. à quocūquè, &c. in Italia intrà trium, extrà infra octo menſium ſpatium, ſi eas per viam vltimę voluntatis fieri contigerit, à die mortis diſponentium, ſi verò inter viuos à die ſolutionis faciendę computandum Gubernatori dictę Eccleſię, pro tempore exiſtenti, reuelare teneantur.

Commiſſatii Fabricę Baſilicę Principis Apoſt. de Vrbe diſtrictè pręcipiēdo mandat, ne in poſterū vigore priuilegiorum quintam partem relictorum Lauretanæ Eccleſiæ legatorum, niſi poſtquam de miniſtrorum ipſius Eccleſiæ in exigendis dictis legatis conſtiterit negligentia, exigere poſſint, audeant, &c.

Negligentia erit, ſi infra annum in Italia, infrà biennium extrà eam à die, quo denunciationes prædictæ gubernatori, &c. factæ fuerint; aut ſi factæ non fuerint infrà biennium in Italia, & quinquennium extrà eam à die mortis teſtatorum, vel diſponentium legata non exegerint, aut litem contra hæredes, ſeu alios eorumdem legatorum debitores non mouerint. Non obſtantibus, &c. Hæc confirmat, approbat, innouat auctoritate Apoſtol. &c. Rom. ſub ann. Piſc. die 16. Martij 1599.

Suppreſſio officij Præſidentis officiorum, & Montis Datariæ ad C. alia loca ampliatio.

Motu proprio, &c. Cum aliàs fel. rec.) Officium Præſidenratus officiorum à Sixto 5. erectum ſcutorum annuorum mille, & vltrà, & quaſcumq; litteras erectionis illius, etiam in forma Breuis, &c. extinguit, & abolet. Monti Datariæ applicat, ad locaq; centum ſcutorum, centum pro quolibet loco auget. Vacabilis mōs eſt, cum annuo redditu decem pro cētum pro quolibet loco. Hæc loca cum aliis vnum corpus efficiunt, & creditores horum additorum locorum, & Montiſtæ omnibus gratijs, in rebus, priuilegij, &c. quibus alij dicti montis creditores, & Montiſtæ vtuntur, &c. vti, frui, & gaudere poſſunt. Vide plura ſi libet in ipſo motu proprio. Datum Romę 4. Kal. Apr. anno 8. 1599.

Revocatio gratiæ, confirmationis Congregationis Albien. ordinis Carmelitarum, & confirmatio extinctionis eiuſdem.

Ad perpetuam, &c. Sedes Apoſtolica, &c.) Ludouicus Francorum Rex zelo obſeruantię ordinis Beatę Marię Virginis de monte Carmelo effecerat, vt Georgius S. Sixti Presbyt. Cardinalis Apoſtolicę Sedis Legatus in Gallis Apoſt. auctor. ſuffultus, ex multis domibus monaſteriis, & locis dicti ordinis in ſuo Regno conſiſtentibus vnam efficeret Congregationem, quę Albien. Ordinis B. M. V. de monte Carmelo appellaretur, & per vnum Vicarium generalem, qui dominio, Conuentibus, Prioratibus, &c. pręeſſet, & ſuperioritatem, viſitationem, &c. ad inſtar Vicarij Congregationis Mantuanę dicti ordinis haberet, & regeretur, & vt eius Vicarius, ac domus, illarumq; Priores, & Fratres omnibus, et ſingulis priuilegiis, exemptionibus, etc. Mantuanę Congregationi conceſſis, vti et gaudere poſſent. Leo 10. orante eodem Ludouico hanc Congregationem approbauerat Apoſtol. auctoritate.

Nolebat autem Leo huius Congregationis Vicarium vltrà trienniū eſſe, volebatquè, elapſo triennio, à generali Capitulo aliquem eligi in Vicarium.

Poterat hic Vicarius cum diffinitoribus more aliarum Congregationum, ſtatuta, et ordinationes non contrarias ſacris Conciliis condere, etc.

Hęc, et alia quędam, breuitatis cauſa, prętermiſſa Leo 10. Romę Kal. Octob. anno 1. ſui Pontificatus.

Hęc eadem, et alia Clemens ipſe Summus Pont. approbauerat Ferrarię 12. Kalend. Iul. Pontificatus ſui ann. 7. rogante Guidone Roux. Cum autem audiſſet Pontif. iuſtis de cauſis Congregationem Albien. homini, illiuſq; nomen, et ſtatum motu proprio, etc. extinctum, deletum, priuilegiaquè indulta, etc. reuocata, etc. omneſquè extinctę huius Congregationis Fratres, eorumq; domus, loca, et iura omnia cum ipſo ordine, ità vt vnum corpus cenſeatur, coniuncta fuiſſe, et ſucceſſiuè 1589. extinctionem, et vnionem à Sixto 5. exequutioni mandatas, per Gallię Regem Henric. 3. et Pariſien. ſupremum Parlamentū, et eminentiores quoſdam extinctę Congregationis Fratres acceptatas, omniaquè, et ſingula, quę Iudices Commiſſarij deputati geſſerant, ab eodem Sixto 5. confirmata, quoniam Frater Guido de Roux, qui non extantis Congregationis, non ſolum nomen, ſed partes etiam Procuratoris Generalis falsò ſibi arrogauerat, & tacita veritate, dictam cōfirmationem obreptitiè extorſerat à Sūm. Pont. tractiſq; in ſuam ſententiam quibuſdam Fratribus in domo eiuſdem Ordinis Pariſienſis in Vicarium generalem extinctæ Religionis, inuocato etiam ſæcularium auxilio, expulſiſq; grauibus quibuſdam Religioſis dicti ordinis ſeſe ei opponentibus eligi fecit; imò motu proprio, etc. confirmationem, et approbationem, ac deſuper confectas litteras, et in eis contenta, etc. necnon aſſertam de dicto Guidone in Vicariū generalem electionem, aliaquè omnia, et ſingula inde ſequuta, et à Guidone facta quomodocumquè, etc. et facienda in poſterum, tenore præſentium reuocat, annullat, tollit, abrogat, abolet perpetuò: Guidoni, et adhærentibus eius, alijſq; omnibus intereſſe habentibus, perpetuum in omnibus ſilentium imponit. Guidonem ipſum ab officio Vicarii amouet, amotumq; denunciat, omnibus, et ſingulis Fratribus, et religioſis dicti ordinis vbiuis exiſtentibus præſentibus, et futuris ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna a qua à nullo, exceptis mortis articulo præterquam à Roman. Pontif. abſolui poſſit, inhibet, ne dictum Guidonem in Vicarium recognoſcere, aut illi obedientiam præſtare audeant, etc.

Præterea extinctionem dictę Congregat. Albien. illiuſq; priuilegiorum, et gratiarum annullationem, ac vnionem, et coniunctionē prędictas, eiuſdemq; Gregorii 13. litteras, et in eis contenta, et omnia inde ſequuta perpetuò Apoſt. auctoritate, approbat, ſuppletq; defectum quecumquè, etc.

Decernit extinctionem, annullationem, etc. vnionem, et coniūctionem prędictas perpetuò validas, et efficaces eſſe, et fore, etc.

Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſien. et dilecto filio Apoſtolicę Sedis Nuncio in *Gallia*, mandat, vt ipſi, aut vnus per ſe, [illegible] pro parte Procuratoris Generalis huius Ordinis et Fratrum fuerint requiſiti, ſeu vnus fuerit requiſitus, pręſentes, et in eis contenta ſolemniter publicantes, inuiolabiliter obſeruari faciant, rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, et alia, tam iuris, quam facti remedia compeſcendo, etc. inuocato etiam auxilio ſecularis brachii. Non obſtantibus, etc. Datum Rom. ſub an. Piſc. 1596. die primo Iulii.

Decretum de Nouitijs ad regularem habitum non recipiendis, niſi in Monaſterijs, & locis deſignandis.

Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Clemens, &c.) Ad reſtituendam collapſam re-

regularem diſciplinam incumbens Summus Pontiſ. prohibuerat, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad regularem habitum ſuſcipiendum admitteretur, profiteretur vè, quo vſq; Monaſteria aliqua deſtinarentur, vbi commodiùs regularis obſeruantia, iuxta reformationem à Suâ Sanctitate præſcriptam introduci poſſet: quoniã verò nonnullos, non obſtante prohibitione, vel ſub colore obtentæ licentiæ, vel quia talis prohibitio ad illorum notitiam non peruenerat, admiſſos fuiſſe cognouit, ideo ne licentiarum prætextu, & ſubreptione Decretum Sanctitatis Suæ irritum fiat, diſtrictè nunc præcipit, & mandat omnibus Generalibus Prouincialibus Cõmiſſarijs, &c. & quibuſcũq; Superioribus, Conuentuum, Monaſteriorum, ac Domorum, quocumq; nomine appellẽrut, intra Italiam, & adiacentium Inſularum fines exiſtentium quorumcumq; ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, (exceptis Cartuſianorum, Minorum de ſtrictiori obſeruantia, Capuccinorum, Reformatorum D. Dominici, Diſcalceatorum Ord. Carmelitarum. Congregationis Folienſis, Ciſtercienſis, Ordinis, Eremitarum, Camaldulenſium, Montis Coronæ, necnon Clericorum Regul. Theatinorum, Societatis Ieſu, S. Pauli Decollari, et aliorum de Somaſcha, Miniſtrorum infirmorũ, reſpectiuè ordinibus, Societatibus, ſeù Cõgregationibus nuncupatis, quas etiam antea exceperat (ne, ſub cuiuſuis licentiæ obtentæ, vel obtinendæ obtentu, niſi per litteras in forma Breuis ſolum, & non aliàs) quemquam ad habitum regularem, nec etiam Cõuerſos, niſi in Monaſteriis, &c. auctoritate eiſdem S. D. N. in vnaquaq; Prouincia deſignandis, recipere, aut receptos admittere ad profeſſionem audeant vllo modo.

Receptos contra primam prohibitionem, etiam ſi imperfectum habitum geſtent, poſt huius Decreti publicationem eijci vult.

Superiorem huius Decreti tranſgreſſorem ipſo facto officijs, quæ obtinet, actiuaquè, ac paſſiua voce priuat, perpetuoquè inhabilitat ad alia in poſterum obtinenda, alijs, etiam pęnis, &c.

Receptiones, & profeſſiones contra hoc Decretum admiſſorum nullas eſſe ad quemcumq; effectum ex nunc decernit.

Hoc autem Decreto non comprehendit eos Ordines, qui Conuentus, Domos, & monaſteria à ſe probata pro recipiendis, educandiſq; Nouitijs, hactenus permiſſione ſua conſtituerint.

Licentias omnes hac die effectum non ſortitas, reuocat, annullatquè. Romę die 20. Iulij 1599.

Fratres, & Sorores Ordinis B.V. de Monte Carmelo ſuorum Prælatorum diſpoſitioni, quantum ad pœnitentia Sacramentum ſubiectos eſſe vult.

Ad perpetuam rei, &c. Romani Pontificis, &c.) Quoniam quidã Religioſi Ord. B. M. V. de Monte Carmelo prętextu Bullę Cruciatę, & aliorum priuilegiorum Apoſtolicorum, quibus conceditur, vt poſſit eligi Cõfeſſariua ex approbatis ab Ordinario, qui abſoluere poſſit à reſeruatis Ordinario, & à quibuſdam etiam Summo Pont. eligebant Confeſſarium pręter eos, qui à ſuis Pręlatis deputati ſunt: Summus Pontiſ. rogante Procuratore generali eiuſdem Ordinis, declarat Fratres, ſororeſq; dicti Ordinis, & aliorum quorumcumq; Ordinum, & Congregationum cuiuſuis inſtituti Mendicantium, & non Mendicantium tam in Hiſpania, quam extrà, ſuorum Prælatorum (quantum ad articulum dictum eligẽdi Confeſſorem, & abſoluendi à reſeruatis) diſpoſitioni ſubiectos eſſe; quibus Prælatis præcipit, & mandat, vt in vſu huius poteſtatis ſe cum ſubditis benignos, faciliſq; exhibeant. Non obſtantibus, &c. Datum Rom. ſub ann. Piſc. die 23. Nouembr. 1599.

Erectio, & inſtitutio, Congregationis Fratrum Reformatorum, & Diſcalciatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, &c.

Ad perpetuam, &c Ad Militãtis Eccleſiæ, &c.) Quidam Religioſi Ordin. Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum conſiderantes ſuum hunc ordinem, inſtitutum ab Innocentio 3. 5. Idus Februar. Pontificatus eius anno primo, temporum iniuria, & hominum tempore à regulari prima obſeruantia deflexiſſe, arctioris vitæ zelo ducti, primitiuã regulam ab ipſo Innocentio inſtitutam obſeruare cęperunt, & ad eam quaſdam domos eiuſdem ordinis reduxerunt: videns Summus Pontifex alios multos eodem zelo æſtuantes, eorum quemlibet à quibuslibet excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis, ſi ſint innodati, ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum abſoluens ex Cardinalium ſuper Epiſcoporum, & Regularium negotijs, &c. quibus hoc negotium examinandum cõmiſit, ſententia, motu proprio, &c. vnam Cõgregationem Reformatorum dicti Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum nuncupandam, quæ primitiuam regulam perpetuò obſeruet, ſeruato habitu, quo modo vtitur, in Hiſpaniarum Regnis per vnũ

Prio-

Priorem Prouincialem in Capitulo dictæ Congregationis, vbi erit auctus numerus, pro tempore canonicè celebrando ex eiſdem reformatis Diſcalciatis eligendum, regendam perpetuū erigit, & instituit; eamq; ſic erectam ab alijs Prouincijs dicti Ordinis modificatæ regulæ perpetuò ſeiungit, ipſoſq; Fratres, & eorum monaſteria, &c. recta vel erigenda ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate tam Cōmiſſarij Generalis, quam aliorum miniſt. &c. (excepto miniſtro generali) modificatę regulæ eiuſdem Ordinis eximit.

Concedit tamen Miniſtro generali, vt per ſeipſum, vel alium idoneum ab eo eligēdum ex ipſis fratribus reformatis eos, iuxta primitiuam regulam viſitare, reformare corrigere poſſit, in monaſterijs tamen ipſorum reformatorum, extra quæ nullus eorum à Miniſtro generali amoueri, mutari, & ad alias Prouincias transferri poſſit.

Miniſter generalis nulla Reformatorum ſtatuta à Sede Apoſtolica approbata, & confirmata, vel confirmanda, vel quæ Nuntius fecerit, vel quæ à Capitulo Prouinciali dictæ Congregationis facta fuerint, ſi auctoritate Apoſtolica fuerint confirmata, mutare, neq; aliquas gratias, exemptiones, &c. contrà ſtatuta concedere valeat.

Ijs, qui ex modificata regula ad hanc tranſire voluerint, concedit ſpatium anni loco probationis, intrà quem ſi huius auſteritatem non potuerint tolerare, ad priores Conuentus redire poterunt: imò ipſi Reformati eos poterunt iuſta de cauſa dimittere.

Elapſo anno ad experiendum conceſſo ſinè noua profeſſione nulli ex ijs reformatis licet ad alium Ordinem, excepto Carthuſiano tranſire.

Apoſtolico in Hiſpanijs Nuncio tempore exiſtenti mandat, vt Religioſum aliquem ex ordine Diſcalciatorum Beatæ Mariæ de Mōte Carmelo, & Diſcalciatorum Sancti Franciſci pium, prudentem, doctum, experientia, & in primis Religionis zelo inſignem in Viſitatorem dictorum Fratrum Reformatorum Diſcalciatorum Ord. Sanctiſſimæ Trinitatis eligat, qui perſonaliter dictorum Reformatorum monaſteria viſitare, et in ſingulorum Fratrum primitiuam regulam amplectātium vitam, & mores inquirat, & eorum, quos bono zelo arctioris vitæ ductos ad hanc primitiuam regulam tranſire putauerit, profeſſionem per eos emittendam recipere curet: minus aptos autem compellat ad hūc habitum dimittendum, & ad redeundum ad modificatæ regulæ domus ſub excommunicationis, alijſq; pęnis, & cenſuris, &c. Nuntius idem cū cōſilio electi Viſitatoris, & aliorum piorum, & eruditorum virorum Diſcalciatorum Carmelitarum, aut D. Franciſci, & etiam ex ipſiſmet Reformatis Sanctiſſimæ Trinitatis ſtatuta, & conſtitutiones non aduerſantes ſacris Canonibus, & Trident. Conc. faciat, & obſeruari mandet.

Miniſtros domorū, Vicarios, & Magiſtros Nouitiorum tam ex Reformatis, ſi apti ſint, quam ex Carmelitis iam dictis, aut D. Franciſci Diſcalciatis in ſupplementum Apoſt. auctoritate eligat eidem Nuntius.

Nuntio, & ab eo electo Viſitatori concedit tum, vt hæc facere, tum etiam vt domos, monaſteria eiuſdem regulæ erigere poſſit: ſuperioribus, & Miniſtris, vt ſeruatis ſeruandis, poſſint recipere, vel à ſæculo, vel à laxiore ord. ad hunc confugientes: dummodò quò ad eos, qui ex alijs ordinibus ad hunc tranſire volent, maior pars vocabilium domus, in *qua* recipiendi erunt, vota conſentiant accedente licentia Viſitat. etiam nouitiatus integrum annum ante profeſſionem perficient.

Vbi auctus erit horum Fratrum numerus, ita, vt externorum ordinum ope non egeant, & octo ſaltem habuerint monaſteria, in quorum ſingulis 12. ſaltem Reformati viuant; Nuntius iubeat eos ad celebrandum capitulum accerſiri: in quo ipſe præſideat, & tam Viſitator, quam Miniſtri, & eorum Procuratores vocem, & locum habeāt, ac Miniſtrum Prouincialem, cęteroſq; Miniſtros domorum ex ijſdem Reformatis iuxta præſentium tenorem, & regularia huius Ordinis inſtituta eligant.

Prouincialis primo electus auctoritate Apoſtolica, ea vice ſolum à Nuntio confirmetur, & Miniſtro Generali ſit ſubditus.

Alij Prouinciales pro tempore in *Capitulis* Prouincialibus quolibet triennio *celebrādis* eligantur: & confirmationem *Miniſtri* Generalis quam primum obtinere curabunt: ſtatim tamen electi, auctoritatem exercere poſſunt.

Creſcente numero domorum, &c. Generalem Miniſtr. Ordinis apud ſanct. Sedem eligere, & retinere poſſint.

Concedit huic Ordini omnes facultates, exemptiones, &c. Ordini, Tridentino Concilio Apoſtol. conſtitutio, & primitiuæ Regulæ non contrarias.

Inhibet Miniſtro, Commiſſario Generali totius Ordinis, Prouincialibus, &c. ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, ne audeant per ſe, aut per alios moleſtare, aut inquietare hos Reformatos, Decernit has litteras de ſurreptionis, &c.

Con-

Commendat harum litterarum publicationem, & in eis contentorum exequutorum Nuntio Apoſt. pro tempore Generali Cameræ Auditori, & Miniſtro Generali Carmelitarum Diſcalceatorum: ita vt ipſi, vel duo, vel vnus per ſe, aut alium, vel alios poſſint contradictores, etiam per Eccleſiaſticas cēſuras, cohibere, &c. Datum Rom. ſub ann. Piſc. die 20. Aug. 1599.

Bulla ſuſpenſionis Indulgentiarum plenariarum, etiam perpetuarum quibuſcumq; conceſſarum durante anno Sancto Iubilai.

Cum Sancti, &c.) Non longe aberat Sancti Iubilæi celebratio inchoanda à Vigilia Natiuitatis Domini 1600. vſq; ad finem eiuſdem anni durante: quare vt nationes omnes ex omnibus terrarum orbis locis Baſilicæ SS. Petri, & Pauli, S. Io. Lateranenſis, & B. M. Maioris de Vrbe Eccleſias durante Iubilæo viſitarent ad conſequendam plen. Indulgent. motu proprio, &c. omnes, & ſingulas indulg. plen etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones, ac earum cauſa, facultates, conceſſiones, & indulta quæcumq; abſoluendi etiam in caſibus Pontifici ſummo, & Sedi Apoſtol. reſeruatis, ac in litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, quibus vis Eccleſiis, locis, monaſteriis, &c. perſonis ſæcularibus, & Regularibus, & quibuſcumquè coronis, granis, imaginibus, &c etiam ad inſtantiam Imperatoris, & Regum, &c aut ipſis Imperatori, Regibus, &c. etiam ad inſtar Iubilæi, ſeu aliàs quomodocumquè, &c. ex quibuſcumq; cauſis, &c. ſub quibuſcumq; tenoribus, &c. & quibuſuis clauſulis, &c. conceſſas, & conceſſa, ſcientibus, & aſſentientibus Cardinalibus ad ſuum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum: durante eodem anno Sancto Iubilæi, ſuſpendit, & ſuſpenſas, ſuſpenſaq; eſſe vult, & declarat: eaſquè, & ea eodem anno. & beneplacito durante nulli prodeſſe, aut ſuffragari debere vult.

Præcipit vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos ſpectat ſub excommunicationis eo ipſo incurrendæ, aliiſq; arbitrio Ordinariorum, infligendis pœnis, ne interim aliæ quam in dicti iam à ſe Iubilæi indulgentiæ, priuatim, aut publicè quouis prætextu, vbiuis locorum, & gentium, nuncientur, vel promulgentur, aut in vſum demandentur. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ 1599. 12. Kal. Iunii.

Indictio Iubilæi pro viſitantibus, &c. anno 1600.

Annus Domini, &c.) Annum ſexcenteſimum ſupra milleſimum annum Iubilæi veræ pœnitētiæ, & ſpiritualis lætitiæ vniuerſis Chriſti fidelibus annuat, indicit, euangelizat. Hortatur, & obſecrat per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, &c. vt hoc ſacro tempore vnuſquiſq; conuertatur à via ſua mala, & reuertatur ad Dominum in corde, etc. Vocat Imperatorem, Reges, Principes, Catholicos omnes Chriſti fideles ad Iubilæi ſanctam, iucundiſſimamquè celebritatem, vtitur q; luculentiſſima, et ad mouendos animorum motus accomodatiſsima oratione, differens, de excellentiſsima ſpirituali Sion verbis diſertis, et ſacroſanctis, quibus puriora pectora emolleſcere, et lachrymarum fontes aperiri poſſunt.

Indicit, et promulgat de S. R. E. Cardinalium aſſenſu Iubilæi celebrationem in annum proximum milleſimum ſexcenteſimum à primis veſperis vigiliæ Natiuitatis Domini e iuſdem anni inchoandam, et per totum annum finiendā. Quo anno durante omnibus vtriuſquè ſexus Chriſti fidelibus, verè pœnitētibus, et confeſsis, qui Beatorum Petri, et Pauli Apoſtol. Baſilicas, et S. Io. Lateran. ac S. Mariæ Maioris de Vrbe Eccleſias ſemel ſaltem in die per triginta continuos, aut intermiſſos dies, ſi Romani, vel incolę Vrbis fuerint, ſeù per quindecim dies, ſi fuerint peregrini, aut externi, deuotè viſitauerint, et pro ipſorum fidelium, ac totius Chriſtiani populi ſalutè piè orauerint, pleniſsimam omnium peccatorum indulgentiam, remiſsionem, ac veniam in Domino miſericorditer concedit, et impartitur. Iis autem, qui iter aggreſſi aut hac de cauſa, vel iam ad Vrbem profeſſi, morbo, aut alia legitima cauſa impediti, aut morte præuenti, non expleto præſcripto dierum numero, aut ne inchoato quidem, præmiſſa exequi, & dictas Baſilias, Eccleſiaſquè obire non potuerunt, eamdem indulgentiam, ſi verè pœnitentes, & confeſſi ſint, concedit, ac ſi Baſilicas, & Eccleſias re ipſa viſitaſſent.

Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. ſuadet verbis diuina charitate pleniſſimis, vt annuncient hoc gaudium populis, qui ſanctificentur, & ad ſacras Iubilæi indulgentias earumquè fructus percipiendos inflammentur, vt doceant eoſdem populos, vt ſummam animi contritione, magno ſpiritu, ſacris precibus, ieiuniis, & aliis pietatis operibus ſe præpararent ad ſacrum munus conſequendum, & quamodeſtia, deuotione,

& pace

& pace ſuſceptam peregrinationẽ perficiant, admoneant.

Hortatur, & rogat Imperatorem Reges,& Principes Catholicos,vt paſtoralem Antiſtitum vigilantiam adiuuent, vt coerceant improborum licentiam, bonorum ſtudia adiuuent, maximè autem erga peregrinos benefici ſint,curentquè,vt tutis incedant itineribus, perditorum hominum improbitas frænetur, & ipſi peregrini ſint in Curia amari in publicis hoſpitijs,vel hoſpitalibus domibus excipiantur. Dat.Rom.1599.14.Kal.Iunij.

Erectio S.Domus B.Mariæ Campaſſionis, in oppido Tunonij Ducatus Chablaſij.

Redemptoris, & Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti,&c.) Intellexerat hic Summus Pontifex, quod proximè lapſis menſibus habitatores totius Ducatus Chablaſij, & aliorum finitimorum locorum ad Apoſtolicæ Romanæq; conſortium,& communionem conuolarent, & facillimum fore, ſi aliquo loco regionis illius aliqua pia domus erigeretur,in qua adoleſcentes eorumdem populorum,ac pueri pro ſcientijs,& artibus capeſcendis cõfugere poſſent, maiorem in dies frugem immò immenſi populi conuerſionem ſperãdam eſſe, vbi iam opera, & pietate Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis cõtinuo efficiebatur. Quibus de cauſis alijſq; quam plurimis, in præſentibus litteris diffuſiſſimè explicatis. Sanctus hic Pontifex,omni qua poteſt ratione,ac diligentia tam ſanctum propoſitum, quibuſcumq; gratijs, fauoribus, & priuilegijs proſequitur. Tononij ergo Domum hanc erigit Albergamentum omnium ſciẽtiarum, & artium nuncupandam ſub inuocatione B.Mariç Compaſſionis,ſeù ſeptem dolorum, quam vni Præfecto,& ſeptem Presbyteris ſęcularibus, ac iuxtà rituũ, & inſtituta Presbyterorum ſæcularium Congregationis Oratorij de Vrbe inibi introducendis regendam,& gubernandam tradit,in qua,tanquam publica omnium ſcientiarum, & artium vniuerſitate,ad inſtar aliarum publicarum,& famoſarum vniuerſitatum Italiæ præſertim verò Bononienſis,& Peruſienſis, aliarum, & Magiſtri lectores, & ſcholares iiſdem priuilegiis, immunitatibus,&c. fruantur, & gaudeant; omnes ſcientiæ, & artes, præcipuè Theologiæ Scholaſticæ,controuerſiæ,caſus conſcientiæ, Sanctorum Patrum traditiones, & ſacræ Scripturæ publicè doceri, & legi debeant.

Pro eiuſdem Domus, ſic erectæ, illiuſquè alumnorum ſuſtentationes, tres Prioratus Conuentuales,ſcilicet Sancti Iorii,& Nantuaei, & S. Benedicti, cuiuſuis ſit Ordinis, ac Diœceſis,cum ampliſſimis clauſulis,vti videre quiſque poteſt illi perpetuò vnit,ac incorporat,vt perſonæ de nouo ad fidem Chriſti cõuerſæ,& reuerſæ cuiuſuis gradus,ordinis,&c. exiſtant in ea recipi,& catholicè educari poſſint.

Cardinalem Baronium huius Domus Protectorem nominat,& eius Præfectum, Franciſcum de Sales Eccleſiæ Gebenen. inſtituit, ac deputat.

Item omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus vtriuſquè ſexus dictam Domum intrantibus, qui verè pęnitentes,& cõfeſſi,ac ſacra Communione refecti eius Eccleſiã ſingulis B.Mariæ feſtiuis diebus, à primis Veſperis vſq; ad occaſum Solis dierũ huiuſmodi viſitauerint, & ibi pro pace inter Principes Chriſtianos conſeruanda,ac S.R.E.exaltatione,hæreſum extirpatione pias ad Deũ preces effuderint, quo dierum prædictorum id fecerint, *plenariam* omnium delictorum ſuorum indulgentiam,& remiſſionem in Domino concedit,& elargitur.

Decernit pręſentes litteras nullo vmquam tempore quouis defectu Notarii, aut impugnari poſſe,omneſquè ibi clauſulas opportunas ad præſentium firmitatem,& robur adiicit,quibuſcumq; verò in contrarium facientibus efficaciſſimè derogat.

Epiſcopis Gebenen. Bellicen.ac Mauritanen. pro tempore exiſten. mandat præſentes litteras publicare, publicari facere, quoties requiſiti fuerint pro parte dicti *Præfecti*, & Presbyterorum prædictorum,& in eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtere debeant,& in eis contẽta huiuſmodi plenum effectum ſortiri, ac ab omnibus ad quos ſpectat,ſeù ſpectabit,inuiolabiliter obſeruari faciant, rebelles, & contradictores quouis opportuno remedio compeſcentes.

Multa demq;ad amplitudinem, & fauorẽ huius erectionis addiq; ibi quiſq; videre poteſt,cum de induſtria, ob iſtius operis breuitatem,& inſtitutũ pertranſeunda cenſuimus. Dat.Rom.id.Sept.1599.anno 8.

Decretum, ne regulares abſoluant à caſibus Bulla Cœna.&c.vel à reſeruatis locorum Ordinarijs.

Cõgregatio Cardinalium S.R.E. negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præfecta de Sanctiſſimi D.N.Clementis VIII.ſpeciali mandato,viuæ vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus, etiam Regularibus per vniuerſam Italiam

extrà

extrà Vrbem degentibus ad audiendas confeſſiones probatis quorumcumq; Ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum etiam Societatis Ieſu,&c. præcipit, ne quis eorum, ſub prætextu priuilegiorum, indultorum, facultatum quarumcũque, & ſub quibuslibet tenoribus,&c. aut cuiuſuis etiam Imperatoris, Regum,&c. inſtãtiam conceſſarum, alicui cuiuſuis ſtatus, gradus, & dignitatis tam Eccleſiaſticæ, quam ſæcularis etiam Regię, vel Imperialis ab vllo ex caſibus elatè, vel dubiè in Bulla Cęnæ Domini contentis, vel aliàs quomodocumq; Sedi Apoſt. reſeruatis, aut in futurum per Sanctitatem ſuam, eiuſq; ſucceſſores pro tempore in eadẽ Bulla, vel aliter reſeruandis, nec etiam à caſibus locorum Ordinariis reſeruatis, vel reſeruandis, nullo caſu etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeù cum noua, & ſpeciali Sanctitatis ſuæ, aut ſucceſſorum, vel Ordinariorum, quò ad caſus ab ipſis reſeruatis, reſpectiuè, impetrata in ſcriptis licentia, Ordinariis locorum exhibenda, abſolutionis beneficium de cętero impendere audeant, ſub pęna excommunicationis, priuationis offic. dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatiſquè audiendi confeſsiones, & ad quæcumq; officia Prælaturas, beneficia obtinenda ipſo facto ſine alia declaratione incurrenda: ſuper quibus à ſolo Rom. Pont. habilitatio, diſpenſatiovè, aut abſolutio, excepto mortis articulo, obtineri poteſt.

Facultates in hac parte cõceſſæ irritæ ſunt.

Abſolutio obtenta contra hanc prohibitionem nulla eſt... Monentur Ordinarii, vt paucos, eoſq; magis neceſſarios ad retinendũ Chriſtianam diſciplinam; & ad ſalutem ouiũ ſuarum caſus reſeruent. Datum Rom. die 9. Ian. 1601.

Reductio ad terminos iuris, & ſacrorum Canon. vnius ſuper qualitatibus, ac modo, & forma recipiendorum Religioſorum, & alterius illius declaratione. Conſt. fel. recor. Sixti Papæ 5. quò ad nullitates profeſſionum, ſaluis pœnis contra ſuperiores Ordinum in receptione Religioſorum peccantes inflictis.

In ſuprema, &c.) Sixtus 5. edidit conſtitutionem, capitula, modum, formam, & qualitates admittendi Religioſos ad quoſuis ordines Regulares; deinde alia ſimilia quædam dubia circa illam exorta declarauit. Gregor. 14. conſtitutiones dictas Sixti, quò ad illegitimos moderatus eſt, ex nimia facilitate, & multitudine caſuum, in quibus profeſsio à Sixto 5. nulla declaratur, multos experientia compertum eſt, fraudulenter petiiſſe, & in dies petere, vt profeſsio in aliquo ordine emiſſa nulla declararetur; vnde multa ſcandala, nonnulli enim hoc prætextu, Regulares ordines deſeruerunt. Vt hæc mala tollat, ſingularum conſtitutionum tenores pro expreſſis habens, præhabita matura conſultatione cum S.R.E. Card. ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium deputatis, ex illorum voto dictas Sixti conſtitutiones, in ea parte, per quam eorum, qui formam in eiſdem præſcriptam de cętero non ſeruauerint, & quò ad alios etiam caſus ibi expreſſos, in quibus receptorum quibuſcumq; etiam Mendic. ordinibus profeſſio nulla declaratur, ad terminos iuris, & ſacrorum Canon. perindè ac ſi illæ conſtitutiones in hac parte editæ non eſſent, auctoritate Apoſt. reducit.

Pęnas contra ſuperiores quorumcumquè ordinum, qui in admittendis Regul. ad habitum, & profeſſionem earumdem conſtitutionum formam non ſeruauerint, aut aliter quouis modo contrafecerint, in ipſis conſtitutionibus inflictas ſaluas eſſe vult, & ſtatuit.

Sic iudicandum ab omnibus,&c. Non obſtantibus,&c. Volumus,&c. Dat. Rom. die 2. Apr. 1602. ſub ann. Piſcat. die 2. Apr. 1602.

Decretum ſuper forma recipiendi Nouitios Regularium ad habitum, & profeſſionem.

Vltrà formam traditam in cõſtitutionibus fel. rec. Sixti 5. & Sanctitatis ſuæ ſuper receptione Nouitiorum hoc decreto decreuit, & mandauit; ne in Monaſterijs ad Nouitios recipiendos de Sanctitatis ſuæ, ſeù Congregationis, reformationis licentia hactenus deſignatis, & approbatis, ſeù deſignandis, & approbandis, Nouitij ad habitum, vel profeſſionem recipi vllatenus poſſint, vel admitti, niſi prius ab ipſa Congregatione, vel eorum Ordinarijs, & ab illis etiam, in quorum Diœceſi Nouitiatus exiſtũt, in quibus Nouitij fuerint recipiendi, expreſsè, & nominatim Nouitij ipſi approbati fuerint, & vt recipi poſſint, & admitti licentiam in ſcriptis (gratis tamen in omnibus conceden.) obtinuerint.

Monet Ordinarios, omnem adhibere curã, vt circa ætatem, conditionem, educationem, ſcientiam, vitam, mores, cęteraſq; qualitates in ipſis Nouitijs requiſitas, obſeruentur inſtitutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Ref. factæ, & publicatæ: neq; alio modo aliquem ad habitum, vel profeſſionem recipi permittant.

Onerat in hoc Ordinariorum conſcientiam, &c.)

&c.) Firmas vult remanere pęnas contra ſuperiores quorumcumq; Ordinum in admittendis ad habitum, & profeſſionem Nouitijs formam conſtitutionum, & inſtitutionum dictarum non ſeruantes, aut Nouitium aliquẽ, quantumuis idoneum in quouis alio monaſterio, &c. prærerquam in hactenus à Sua Sanctitate, vel dicta Congregatione deſignatis, & approbatis, ſeù deſignan. & approban. vel vltra numerum in eorum ſingulis præſcriptum, ſeù præſcribendum recipiẽtes, ſeù aliàs præmiſſis quouis modo contrafacientes.

Irritum ex tunc decernit quicquid ſecùs, vel aliàs quauis auctoritate à quouis geſtum, vel attentatum fuerit. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ die 19. Maij 1602.

Decretum perpetuum ſuper communicatione Indulgentiarum, & bonorum operum ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum.

In Conuentibus, ac Eccleſijs præfati Ordinis ab immemorabili tempore, ex Ss. Pontificum conceſſione, Indulgentiarum communicatio, ſub quadam precationum forma, certis quibuſdam anni diebus fieri ſolebat, & cum circa huiuſmodi communicationem quoſdam abuſus irrepſiſſe Sanctus hic Pont. audiuiſſet, præſenti decreto certam ſtatuit formam, quoad inſtitutum, & ritum abſolutionis quam vocant, & communicationem Indulgentiarum, antiqua ſuper hoc conſuetudine prorſus perpetuò abrogata decernens.

Primò abſolutio, quæ prius fiebat ſublata cenſeantur, diebus autem ſolitis, aut ab Apoſtolica Sede conceſſis Indulgentiarum communicatio, quas prædictus Ordo ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ alijs poteſt communicari, communicetur.

Huiuſmodi communicatio Indulg. ſolum Confratribus, & Conſororibus dicti Ordinis, in eiuſdem Eccleſijs præſentibus, & non alijs, & diebus ſupradictis, cum Pſalmis, Verſiculis, & Orationibus, quæ iam Romæ recognitæ, & per Vicarium Sanctitatis ſuæ probatæ, & Congregatione reformatæ ſunt fieri liceat.

Qui huiuſmodi Indulgentiarum communicationem aſſequi cupiunt ſint contriti, confeſſi, ac ſacra Communione refecti aliàs prædictas Indulg. non aſſequantur.

Communicationem etiam orationum, ieiuniorum Miſſarum, aliorumquè bonorum operum, quę fiunt in dicto Ordine ſupradictis diebus Confratribus tantum, & Conſororibus, quæ fuerunt præſentes, vt de Indulg. ſupradictum eſt, fieri poſſe permittit, côceditq; forma autem communicationis his verbis fieri mandat, videlicet. Communicamus vobis fratres orationes, ieiunia, Miſſas, peregrinationes, & labores, pro redimendis etiam captiuis ſuſceptos, cęteraq; opera bona, quæ per Dei gratiam in noſtra Congregatione, & Ordine fiunt. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Prohibet expreſsè, ne Fratres dicti Ordin. conuocent populum in Ciuitatibus, & alijs locis ad ſuas Eccl. ad conſequendam prædictam communicationem, hoc eſt in plateis, vijs & locis publicis. Nec cedulæ impreſſæ, aut manuſcriptæ apponantur, ad huiuſmodi communicationem publicandam.

Superioribus, & Fratribus Ordinis, vt præſcriptam hanc formam perpetuò ſeruent pręcipit, irritans quicquid ſecùs ab ipſis, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat quibuſcumq; priuilegijs, ac quibuſuis alijs in contrarium præmiſſorum facientibus, &c. Datum Romæ 9. Iulij 1602. anno 11.

Confirmatio, & innouatio præcepti Roman. Cur. iudicibus omnibus & ſingulis, vt depoſita omnia ſummam quinque ſcutorum excedentia penès Montem Pietatis fieri curet, cum deputatione protectoris Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardin. Aldobrand.

Nonnulla ſtatuerat Gregor. 13. fel. rec. circa depoſita penès Montem Pietatis de Vrbe facienda, vt patet in litteris ſub forma Breuis die 1. Octobr. anno 13. Pontificatus eius, at quoniam ſuper ijs quædã controuerſiæ exortæ fuerant, motu proprio, &c. litteras illas, & omnia, ſingulaque in eis contenta, & inde ſequuta, & ſequenda, priuilegia, indulta, &c. monti illi, illiuſq; Archiconfraternitati protector, prouiſoribus, officialibus, Archiconfratribus, & Miniſtris per prædictum Gregor. & alios Rom. Pontifices per ſe, & Sedem Apoſt. quomodolibet conceſſa, &c. approbat, & cõfirmat, omneſquè tam iuris, quam facti defectus ſupplet. Præcipit, vt omnes pecuniæ redigendæ, & redactæ in omnem caſum, vbi diſcuſſio bonorum fit, necnon pretium rerum per ſubhaſtationem venditarum, vel vendendarum, pecuniæquè, & bona, durante iudicio diſcuſſionis exigen. & colligen. per iudices cauſarum diſcuſſionis, ac per Curſores, & Mandatarios, ſeù per alios ad id deputatos, etiam in cauſis criminalibus, ac pretium bonorum ſtabilium, vigore conſtitutionis ſuper iure congrui per dictum Gregor. edita, vendito-

Digitized by Google

ditorum,& vendendorum in dicto monte effectualiter,& innumerata pecunia deponantur, etiam ſi per cedulam Campſorum ſoluere promittentium oblationes fiant,& quando depoſitum aliquod penès ædem ſacram, aut perſonam idoneam, etiam per Rom.Pontif. faciendum erit ex aliqua diſpoſitione, hic Mons ad id ſpecialiter deputatus cenſeatur eo ipſo, &c.

Notarij tenentur depoſita ad hunc Mõtem tranſmittere,ſub pœnis,&c.

Super pecunijs depoſitatis in hoc monte non poteſt fieri,apponi ſequeſtra,&c.niſi de mandato, & ordine protectoris, ſeù Iudicis ab eo deputandi, &c.

Protector, ſeù Iudex ab eo deputatus ad prouiſorum,& miniſtrorum ſimplicem requiſitionem omnia,& ſingula depoſita penès dictum Montem realiter fieri faciat,pretiaquè, &c. Ac omnia reſidua pretij quorumcumq; pignorum,tam venditorum,quam vendendorum à quibuſcumq; Hebræis,per mandatum Card.Camerarij, & acta Notarij ad id deputati de cętero,iuxtà facultates eidem Monti per Iulium 3.Paul.4. & alios quoſcumq; Roman.Pont.conceſſas,effectualiter deponi debent in dicto Monte, vt vera Dominis reſtituantur, iuxtà mandatum, & ordinationem per Cardin.Camerarium, & acta ſui Notarii deſuper facienda, &c.

Si copis plura ſcire, lege ipſas litteras ſatis longas, & perge ad ſequentia.

Omnes,& ſingulas litteras,controuerſias, differentias ciuiles, criminales, mixtas ad Montem,Archiconfraternitatem,aut montis miniſtros quocumq; modo ſpectantes ortas, vel in poſterum orituras dicti montis pro tempore exiſtenti protectori ſubiectas eſſe vult, etiam ſi per appellationem, aut in quacumq; inſtantia coràm quibus vis Iudicibus etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus introductæ fuerint,&c.qui per ſe,vel alium,ſeù alios, quem ſeù quos ad hoc duxerit deputandum,ſeù deputandos,etiam ſummariè,& de plano,ac ſimpliciter,& ſinè ſtrepitu,& figura iudicii,ſola facti veritate inſpecta,etiam manu regia,omni,& quacumq; appellatione, reclamatione,&c. remotis,&c.etiam priuatiuè quò ad omnes alios,& ſingulos Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Auditorem Cameræ generalem, &c. decidere,& terminare eas poteſt.

Pœnis pecuniariis, & Eccleſiaſticis poteſt contradictores compeſcere.

Dubia, quæ oriri contigerit, declarare, & interpretari,edicta quæcumquè, & ſtatuta,& ordinationes pro præmiſſorum exequutione ſub quibuſuis pœnis,&c.condere,mutare,abrogare poteſt, Summo id Pontifice perpetuò concedente. Vide aliàs ampliſſimas facultates in ipſis litteris.

Decernentes litteras,&c.Non obſtãtibus, &c.) Dictus mons, & Archiconfraternitas defuncto Ant.Maria Card. Saluiaro protectore,cum nouo egeret protectore,Cardinalem Aldobrand.virũ ſingularis fidei,induſtria ex longo rerum vſu,et experientia; pietatis, charitatiſq; ſtudiis, et iuſtitiæ zelo inſignem protectorem, et defenſorem, quòad vixerit cum omnibus facultatibus, priuilegiis,et indultis dictis,et aliis eidem protectori debitis, et competentibus motu, ſcientia, poteſtatis plenitudine paribus,facit,conſtituit,deputat.

Mandantes in virtute ſanct. obedientiæ, etc.Dat.Rom.die 18.Iulii 1602.ſub ann.Piſc.

Reductio Prouincialis, & Fratrum Tertij Ordinis S.Franciſci Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitan. ad obedientiam, & ſubiectionem Vicarij Generalis eiuſdẽ Ord.

Præpaſtorali,&c.) Prouincialis Dalmatiæ, et Iuſtinopolitan. Tertii Ordinis Diui Franciſci,et Fratres iiſdem ſubiecti alium ſuperiorem non agnoſcebant, quare eos Summus Pontif. Vicario, et Viſitatori Italiæ eiuſdem Ordinis tenore præſentium perpetuò ſubijcit,& vnit; concedens, vt omnibus gratijs, priuilegijs,indultis,conceſſionibus,&c. actiua, & paſſiua voce in Capitulis generalibus,& in electione Vicarij, & Viſitatoris generalis gaudeant, ad inſtar Prouincialium, & Fratrum Italiæ eiuſdem Ordinis. Mandat in virtute ſanctæ Obedientiæ Vicario, & Viſitatori,&c.vt Prouincialem, & Fratres prædicto benignè recipiant, ipſi Vicario Prouinciali, & Fratribus, vt dicto Vicario, & Viſitatori obedientiam, & reuerentiam debitas exhibeant, alioquin ſententiam, ſeù pœnam in rebelles ab ipſo Vicario,aut Viſit,ſtatutam ipſe ratam habebit. Non obſtantibus,&c.Dat. Romæ ſub ann.Piſcat.die 2.Septembr.1602.

Cenſura omnium Caroli Molinei operum.

Apoſtolicæ Sedis,&c.) Damnat,reprobat, interdicit, & anathematizat omnia, & quæcumq; opera, & Commentaria Caroli Molinei,quantumuis ipſa ſcripta,Opera,& Commentaria iam quouis modo fuiſſent expurgata, eorumquè lectionem, & retentionem omnibus indiſtinctè prohibet, etiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſq; cenſuris, & pœnis in indice librorum prohibito-

rum contentis, ac etiam ſuſpitionis hæreſis.

Reuocat omnes licentias quibuſuis perſonis, tam ab Ordinarijs locorum, quam ab ipſis Cardinalibus ſuper ipſo Indice deputatis, ac Supremis ſanctæ Vniuerſalis Inquiſitionis Inquiſitoribus, ac etiam à Sancta Sede Apoſtolica quomodolibet conceſſis legendi, & retinendi libros eiuſdem Caroli Molinei, etiam ſub alio nomine inſcriptos, vel expurgatos. Inhibetq; omnibus indiſtinctè, nè de cętero huiuſmodi licentias concedant, decernens nullas eſſe omninò, quæ manu Summi Pont. ſubſcriptæ non fuerint.

Concedit retentionem librorum iuris Canonici, & aliorum Catholicorum Auctorum habentium additiones, ſeù Apoſtillæ deleantur, & emendẽtur, iuxtà cenſuram nuper editam, quæ incipit Cenſura in omnes additiones, &c. & finit. Aliqua fortaſſe.

Mandat ſub eiſdem pęnis omnibus indiſtinctè, & intrà menſem à publicatione præſentium, omnia & ſingula ſcripta, Opera, & Commentaria dicti Caroli Molinei realiter, & cum effectu, locorum Ordinarij, vel Inquiſitoribus exhibeant, & conſignẽt ſtatim igne comburenda.

Locorum Ordinarijs iubet, vt præſentes in ſuis Ciuitatibus, & Dięceſibus publicari, & obſeruari curent, & contra inobediẽtes quoſcumq; ad declarationem incurſus pęnarum, & cẽſurarum irremiſſibiliter procedant. Dat. Romæ 21. Auguſti 1602. anno 11.

Cõfirmatio, & additio priuilegiorum Monaſterij Monialium S. Catharinæ de la Roſa.

Apoſtolici muneris, &c.) Inſtitutum fuit Monaſterium Monialium S. Catherinæ de la Roſa nuncupatæ, vt puellæ, & virgines miſerabiles de Vrbe in illo educarentur, ne ob earum paupertatem, & genitricum, vel aliarum mulierum, penès quas morabantur, impudicitiam, periculum proſtituendi ſe, euaderent. Sed cum ob earum numerum multoties rerũ anguſtia premeretur, & commoditatibus, ac alijs ſibi neceſſarijs indigerent. Sanctus hic Põtifex multa ad dicti Monaſterij bonũ regimen ſpectantia ſtatuit, ac quamplurimis priuilegijs communiuit, cum clauſulis derogatoriarum derogatorijs, & opportunis. Dat. Romæ die 14. Octobris 1602. anno 11.

Decretum SS. D. N. Clem. VIII. ſuper caſuũ reſeruatione ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandum.

Decreuit, vt nemo ex Superioribus regularium alia priuata ſibi reſeruent, præter quę ſequuntur, vel omnia, vel aliquot, prout ſubditorum ſaluti expedire in Domino iudicauerit.

1. *Veneficia, incantationes, & ſortilegia.* 2. *Apoſtaſia à Religione, etiam retento habitu, quando extrà Monaſterij ſepta egreſſio facta eſt.* 3. *Nocturna ſex furtiua è Monaſterio egreſſio, etiam ſinè animo apoſtatandi. Proprietas mortalis cõtra votum paupertatis.* 5 *Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeù legitimo.* 6. *Procuratio, auxilium, conſilium ad abortum efficiendũ poſt fętus animationem, etiam non ſequuto effectu.* 7. *Falſificatio manus, aut Sigilli officialium Monaſterij.* 8. *Furtum mortale de rebus Monaſterij.* 9. *Lapſus carnis voluntarius opere conſumato.* 10. *Occiſio, ſeù vulneratio, ſeù grauis percuſſio cuiuſuis perſonæ.* 11. *Malitioſum impedimentũ, ſeù retardatio, vel apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad ſuperiores.*

Si aliud graue ſcelus pro Religionis conſeruatione, aut conſcientię puritate reſeruãdum videbitur, id fiet non aliter quam generalis Capituli in toto Ordine, Prouincialis in Prouincia matura diſcuſſione, & conſenſu.

Non liceat Regularium Superioribus ſubditorum confeſſiones excipere, niſi reſeruata explicãda ſint, vel ſubditi id ſpontè petierint.

Superiores in ſingulis domibus duos, tres, pluteſq; Confeſſarios doctos, prudentes, charitate præditos deputent, qui à non reſeruatis abſoluant: & quibus reſeruatorum etiam abſolutio committatur, quando eam committi debere ipſe Confeſſarius iudicauerit.

Tam Superiores pro tempore, &c. quam Confeſſarii, qui poſtea ad ſuperioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentiſſimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis habuerant, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Licebit tamẽ Superioribus decernere graues pęnas quibuſdam peccatis, etiam non reſeruatis, à Confeſſariis imponendas, quę ſubditos ab illis patrandis cohibere poſſint.

Atq; ità per quoſcumq; Regularium Superiores, quicumq; illi ſint, obſeruari mandauit. Non obſtantibus, &c. Romæ die 26. Menſis Maii 1593.

Quoniam, &c.) In quibuſdam litterarum formis ineptæ ſententiæ, periculoſæ in aliis, & errorem ſapientes inueniebantur quare præcipit, & mandat Summ. Pont. vt retentis antiquiſſi-

quiſſimis, & communibus Litaniis, quæ in Breuiariis, Miſſalibus Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, Litaniiſq; de B.V. quæ in Sacra Aede Lauret. decantari ſolent, quicumq; alias Litanias edere vel iam editas in Eccleſiis, ſeù Orat. ſeù Proceſſionibus vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoſcendas, & corrigendas, ſi oportuerit, mittere teneantur; neq; ſinè licētia, & approbatione dictæ Congreg. eas in publicum euulgare, publicève recitare præſumant, ſub pęnis (vltrà crimen) arbitrio Ordinarii, Inquiſitoriſq; ſeuerè inſligendis Octo idus Septembr. 1601. in Congregatione S.R. & vniuerſalis inquiſitionis.

Non licet abſenti Confeſſario per litteras, aut internuncium fieri ſacramentaliter, & ab eodem abſolutionem impetrare.

Sanctiſſimus D.N. Clem. VIII. in generali Congregatione S.Rom. & vniuerſalis inquiſitionis in Palatio Apoſt. coram ſe habita, die 20. Iunii 1602. propoſitionem illam.

Licere per litteras, ſeù internuncium Confeſſario abſenti peccata confiteri, & ab eod. abſente abſolutio obtinere.

Ad minus vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit. Præcipitq; ne deinceps iſta propoſitio doceatur, nevè vnquam, tamquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur: qui ſecùs fecerit, prǽter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrit, & à qua non poteſt (excepto mortis artic.) niſi à Summo Rom. Pont. abſolui: aliis pęnis arbitrio inſligendis ſubiaceat.

Sententia inter Carmelitas, & Fratres de Mercede redemptionis Captiuorum, ſuper præcedentia.

Debet Romanum Pontificem, &c.) Dirimit controuerſiam præcedentiæ, inter Fratres Ordinis Carmelitarū, & Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, decernitq; prædictos Fratres B. Mariæ eſſe cogendos, vt ad proceſsiones publicas, et funeralia accedant, et præcedentiam Fratribus Carmelitanis relinquant, iuxtà formam Decreti, et Deciſionis Rotæ, ſicquè, et non aliter per quoſcumq; Iudices Ordinarios, et Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſt. Auditoris iudicari, et definiti debere, irritans, &c.

Iubet locorum Ordinariis, vt cum pro parte dictorum fratrum fuerint requiſiti præſentes, litteras ſolemniter publicent, contenta in eis obſeruare faciant, inuocato etiam ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Datum Romæ 15. Nouembr. 1602. anno 11.

Declaratio Decreti, quo prohibetur abſolutio à caſibus reſeruatis editi die nona Ianuarij 1601.

Sacra Congregatio Cardinalium, Epiſc. et Regularium negotiis præfecta de mandato S.D.N. Clem. 8. viuæ vocis oraculo habito, Decretum reſeruatorum caſuum abſolutionem prohibens, ita moderatur, et declarat, illos ſcilicet tantum eo Decreto comprehendi caſus, qui in Bulla Cœnę Domini continētur, necnon violationis immunitatis Eccleſiaſticę in terminis Conſtitutionis fel. recor. Gregor. 14. Cum alias nonnulli.) violationis clauſurę Monialium ad malum finem. Prouocantium, et pugnantium in duello, iuxtà Decretum Sac. Concil. Trid. et Conſt. fel. record. Greg. 13.

Ad tollendum, &c.) Iniicientium violentas manus in Clericos iuxtà Can. Si quis ſuadente 17. q. 4. ac iuris diſpoſitionem. Simonię realis ſcienter contractę, atq; etiam confidentię beneficialis. Item omnes caſus, quos locorum Ordinarii ſibi reſeruarunt, vel reſeruabunt. In quibus omnibus iam anumeratis caſibus duntaxat, et ſublata etiam pęna inhabilitatis audiendi confeſſ. eadem Sac. Congregatio vult, et mandat dictum Decretum in ſuo priſtino robore permanere. Pręterea declarat Sacerdotes illos, tam ſęculares, quam regulares, qui aliquando ex priuilegiis, indultis, et facultatibus in dicto Decreto expreſſis ſuffulti fuerint, poſſe, iuxtà eorum priuilegia, indulta, et facultates antè idem Decretū vſu recepta, et quę ſub aliis reuocationibus non comprehenduntur, tantum, et non aliàs abſoluere à caſibus in pręſenti declaratione non comprehenſis: aliis verò Sacerdotibus his priuilegiis carentibus, nil de nouo concedi.

Admonet Ordinarios, ne modum excedāt in caſuum reſeruat. et, vt ea tantum atrociora crimina reſeruent, quę in ędificationem, non in deſtructionem cedant Eccleſiaſticę diſciplinę. Prohibet, ne ſibi reſeruent caſus Bullę Cęnę Domini aut alios Apoſt. Sedi reſeruatos: declaratquè facultatem abſoluendi à reſeruatis viua voce concedi poſſe. Ne quis autem Sacerdotum ſub pretextu, quod per dictum Decretum non fuerit ſatis eorum priuilegiis derogatum, eidem ſic declarato Decreto contrauenire audeat, Sanctitas ſua

Con-

Digitized by Google

Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis omnibus in fauorem quorumcumq; Ordinum, &c. aut Sacerdotum tam ſæcularium, quam regularium, &c. Cõſuetudinibus, priuilegijs, indultis, &c. & litteris Apoſtolicis, & Marimagno, ſeù Bulla aurea, &c. Eccleſijs Monaſterijs, & ſæcularibus, ſeù Regularibus locis, aut perſonis ſub quibuſcumquè tenoribus, & formis, &c. conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, &c. etiam ſi pro illorum derogatione neceſſaria eſſet ſpecialis de verbo ad verbum mentio, &c. illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogat, contrarijs quibuſcumquè non obſtantibus. Romæ, die 26. Nouembr. 1602.

Quoniam ſerius optato Lector beniuole littera Pontificia Nũtio Sedis Apoſtol. apud Hiſpaniarum Regem degenti inſcripta ad nos perlata fuerunt ſuo inſeri loco non potuere iam impreſſis Sixti Pontif. Conſtitutionibus, idcircò hic coronidis loco appoſitas habeto.

Eunuchorum, & Spadonum vtroq; teſte carentium inualida, & nulla ſunt matrimonia ex Sixto V.

Hic Pontifex Litteris Nuncio apud Hiſpaniarum Regem miſſis anno 1587. quarum initium Sixtus Papa V. hæc ſcribit.

Committimus Fraternitati tuæ, & mandamus, vt coniugia per dictos, & alios quoſcũq; Eunuchos, & Spadones vtroq; teſte carentes, cum quibuslibet mulieribus defectum prædictum, ſiuè ignorantibus, ſiuè etiam ſcientibus contrahi prohibeas, eoſquè ad matrimonia quomodocumq; contrahenda inhabiles auctoritate noſtra declares, & tam locorum Ordinarijs, ne huiuſmodi coniunctiones de cetero fieri quoquo modo permittant interdicas: quam eos etiam, qui ſic de facto coniunxerint, ſeparari cures, & matrimonia ipſa ſic de facto coniuncta, nulla, irrita, & inualida eſſe decernas, eos etiam, qui ſic iam de facto contraxerunt, ſi apparet illos non vt caſtè ſimul viuant cõtraxiſſe, ſed actibus carnalibus, & libidinoſis operam dare: ſimulquè in vno, eodemquè lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincantur, omninò ſimiliter ſeparari cures.

DECRETVM S.D.N. CLEMENTIS PP. VIII. circa Litanias obſeruandum.

Quoniam multi, &c.) In nonnullis Litanijs ineptæ quædam ſententiæ (innumerabiles enim ferè Litaniarum formæ circumferebantur) in alijs periculoſæ, & errorem ſapientes inueniebantur. Quapropter Sanctiſſimus Põtifex CLEMENS VIII. hoc Decreto præcipit, & mandat, vt retentis antiquiſſimis, & communibus Litanijs, quæ in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, & Ritualibus continẽtur, necnon Litanijs de B. VIRGINE, quæ in Sacra Lauretana Aede decantari ſolent: quicumq; aliàs Litanias edere: vel iam editis in Eccleſijs, ſiuè Oratorijs, ſiuè proceſſionibus, vti voluerint, eas ad Congregationem ſacrorum rituum recognoſcendas, & ſi opus fuerit corrigendas, mittere teneantur; neq; ſinè licentia, & approbatione dictæ Cõgregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præſumãt, ſub pœnis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè infligendis.

Hoc Decretum factum fuit in Congregatione S. R. Vniuerſalis Inquiſitionis habita coram Summo Pontifice, & cętera. 8. Idus Septembris. 1601.

Decretum ne liceat Regularibus leuare defunctorum funera ſinè proprio defuncti Parocho.

Licet, &c.) In Lateranenſi Concilio ſtatutum eſt, vt Regulares Parochias intrare nequeant cum Cruce ad efferenda funera eorum, qui apud eorum Eccleſias ſepulturam elegerint, niſi primo monito Parocho, & eo recuſante, tũc ſinè eius, & ordinarij præiudicio. Audiuit Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, hanc legem infringi, omniq; inde altercationes cum ſcandalo populi: quapropter, vt ſcandalorum occaſiones tollantur, & inter Parochos, & Fratres charitas retineatur, declarat, & huius Decreti tenore ſtatuit Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, alijſq; quibuſuis Regularibus quorumcumquè Ordinum, & Congregationum Mendicantium, & non Mendicantium, nullo modo licere (etiam ſpecialis alicuius conſuetudinis prætextu) Parochias cum Cruce proceſſionaliter, aut alijs ad efferenda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & offerre, niſi vocato, & exputato proprio defuncti Parocho, eoq; ibidem præſente: niſi ipſe aliter fieri permittat, vel niſi requiſitus venire omninò recuſet. Ita diſtrictè præcipit obſeruari,

firmis

firmis tamen manentibus omnibus quę ſuper quarta funerali, & canonica portione, alijſq; iuribus ad ſepulturas ſpectantibus à ſacris Canonibus Conciliorum Decretis. Pontificum Summorum legibus ſancita ſunt, vel ex particulari conſuetudine, vel alio iure obſeruantur. Romæ die 12. Ianuarij 1603.

Alex. Card. Flor.

Decretum, quo declaratur, Epiſcopis in Eccleſijs Regularium pontificalia exercentibus licere Baldachinum erigere.

Decet Epiſcopis, &c.) Sacra Congregatio S.R.E. Card. negotijs, & conſulta. Epiſcoporum, & Regularium præpoſita de ſpeciali S.D.N. Clemens VIII. expreſſoquè mandato, hoc decreto perpetuò valituro ſtatuit, decernit, & mandat; vt Epiſcopi vbi tam ex conſuetudine, & priuilegio, quam ex Sacrorum Canonum Conſtitutionibus, & Pontificales Romani præſcripto, aut alio iure pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum mitra, vel etiam ſola cappa induti in quibuſuis Regularium mendicantium, & non mendicantium Monachorum etiam Caſinētium, Clericorum, Presbyterorum, & cuiuſuis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Eccleſijs intereſſe poſſunt; ipſi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad ſolium Epiſcopi conſtituendum opportuno Baldachinum attollere. Hoc ſi negligant, aut nolint facere; liceat Epiſcopis illud aſportari, & in quacumq; eorum Regularium, aut alia quãtumuis exempta Eccleſia ſupra Epiſcopale ſolium, ſeu Pontificale Faldiſtorium erigi facere, atq; ſub eo ſedere, & ſtare, vt in proprijs Eccleſijs facere ſolent: eo tamen tempore tantum quo pontificales eiuſmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipſe, cui in Pontificalibus aderunt, peragetur.

Concedit facultatem Epiſcopis hoc Decretum, vt inobedientes cenſuris, pęniſq; Eccleſiaſticis (alijs pęnis arbitrio Summi Pontificis plectendos) compellere poſsint.

Non obſtantibus quibuſcumquè ſtatutis, priuilegijs, indultis, litteriſq; Apoſtolicis, &c. Romæ 10. Iunij 1603.

Alex. Card. Flor. Epiſc. Praneſt.

Harum litterarum ſummam referunt quidã, qui de matrimonio nuper ſcripſerunt, inter alios Petr. Ledeſmius, quæſt. 58. art. 1. de matrimonio.

Clemens Papa VIII. in priſtinum reſtituit militiam, & Hoſpitale S. Lazari, indulta, & priuilegia per illius prædeceſſores præſertim per Pium V. in conſtitutione. Datum Romæ anno 1566. 7. Kalend. Februarij confirmat, & vnionem militię, & religionis S. Lazari, & Mauritij per Gregor. 13. ad inuicem facta declarat per Breue. Datum Rom. die 9. Septēb. 1603. Pont. ſui anno 12.

Innouatio Conſt. Pauli IV. contrà negantes Trinitatem, aut Diuinitatem Ieſu Chriſti, &c.

Dominici gregis, &c.) Recenſet cauſas huius Conſtitutionis, deinde refert conſtit. Pauli IV. quæ plenè articulos huius hæreſis recenſet, aſsignatquè iſta dogmatizantibus, vel creden. tempus reſipiſcentiæ, quo elapſo pro ſubuerſis, & relapſis haberi, & vt tales Curiæ ſęculari tradi, ac debitis pęnis puniri poſſe decernit, ad præſcriptum d. Bullæ factæ 7. id. Aug.

Inuehit in ipſos, ac tandem præfatam Pauli IV. conſtit. innouat, & quò ad pęnas confirmat, etiam non obſtan. omnibus illis, quæ prædictus Pontif. voluit non obſtare.

Iubet præſentem conſtit. vt omnibus innoteſcat ad Valuas Lateranen. Eccl. Baſil. Principis Apoſt. & in Acie Campi Floræ more ſolito publicari, & publicatione facta, omnes qui in Vrbe poſt menſem qui extrà eam, & citrà montes poſt quatuor menſes, & qui vltrà montes, poſt decem à die publicationis huiuſmodi computandos, perindè afficere, et arctare, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Demum mandat omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, ac alijs locorum Ordinarijs, necnon Inquiſitoribus præſertim, vt ipſimet in Eccleſiis, quando in eis ad diuina populus magis confluit præſentem Conſtitutionem publicent, et auctoritate Apoſtolica publicari mandent.

Huius nefandæ hęreſis ſequentia ſunt capita videlicet.

Deum Omnipotentem non eſſe trinum in perſonis, et incompoſita omninò, indiuiſaq; vnitate ſubſtantię, et vnum vnamet ſimplici Diuinitatis eſſentia, aut Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe verum Deum eiuſdem ſubſtantię per omnia cum Patre, et Spiritu ſancto, aut eumdem ſecundum carnem non eſſe conceptum in vtero B. Virg. Marię de Spiritu ſancto, ſed ſicut cęteros homines ex ſemine Ioſeph, aut eumdem Dominum, et Deum noſtrum Ieſum Chriſtum non ſubiiſſe acerbiſsimam Crucis mortem, vt nos à pec-

catis,

Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis omnibus in fauorem quorumcumq; Ordinum, &c. aut Sacerdotum tam ſæcularium, quam regularium, &c. Cõſuetudinibus, priuilegijs, indultis, &c. & litteris Apoſtolicis, & Marimagno, ſeù Bulla aurea, &c. Eccleſijs Monaſterijs, & ſæcularibus, ſeù Regularibus locis, aut perſonis ſub quibuſcumquè tenoribus, & formis, &c. conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, &c. etiam ſi pro illorum derogatione neceſſaria eſſet ſpecialis de verbo ad verbum mentio, &c. illis. aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogat, contrarijs quibuſcumquè non obſtantibus. Romæ, die 26. Nouembr. 1602.

Quoniam ſerius optato Lector beniuole litteræ Pontificiæ Nũtio Sedis Apoſtol. apud Hiſpaniarum Regem degenti inſcriptæ ad nos perlatæ fuerunt ſuo inſeri loco non potuere iam impreſſis Sixti Pontif. Conſtitutionibus, idcircò hic coronidis loco appoſitas habeto.

Eunuchorum, & Spadonum vtroq; teſte carentium inualida, & nulla ſunt matrimonia ex Sixto V.

Hic Pontifex Litteris Nuncio apud Hiſpaniarum Regem miſſis anno 1587. quarum initium Sixtus Papa V. hæc ſcribit.

Committimus Fraternitati tuæ, & mandamus, vt coniugia per dictos, & alios quoſcũq; Eunnchos, & Spadones vtroq; teſte carentes, cum quibuslibet mulieribus defectum prædictum, ſiuè ignorantibus, ſiuè etiam ſcientibus contrahi prohibeas, eoſquè ad matrimonia quomodocumq; contrahenda inhabiles auctoritate noſtra declares, & tam locorum Ordinarijs, ne huiuſmodi coniunctiones de cętero fieri quoquo modo permittant interdicas: quam eos etiam, qui ſic de facto coniunxerint, ſeparari cures, & matrimonia ipſa ſic de facto coniuncta, nulla, irrita, & inualida eſſe decernas, eos etiam, qui ſic iam de facto contraxerunt, ſi apparet illos non vt caſtè ſimul viuant cõtraxiſſe, ſed actibus carnalibus, & libidinoſis operam dare: ſimulquè in vno, eodemquè lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincantur, omninò ſimiliter ſeparari cures.

DECRETVM S D.N. CLEMENTIS PP.VIII. circa Litanias obſeruandum.

Quoniam multi, &c.) In nonnullis Litanijs ineptæ quædam ſententiæ (innumerabiles enim ferè Litaniarum formæ circumferebantur) in alijs periculoſæ, & errorem ſapientes inueniebantur. Quapropter Sanctiſſimus Põtifex CLEMENS VIII. hoc Decreto præcipit, & mandat, vt retentis antiquiſſimis, & communibus Litanijs, quæ in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, & Ritualibus continẽtur, necnon Litanijs de B. VIRGINE, quæ in Sacra Lauretana Aede decantari ſolent: quicumq; aliàs Litanias edere: vel iam editis in Eccleſijs, ſiuè Oratorijs, ſiuè proceſſionibus, vti voluerint, eas ad Congregationem ſacrorum rituum recognoſcendas, & ſi opus fuerit corrigendas, mittere teneantur; neq; ſinè licentia, & approbatione dictæ Cõgregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præſumãt, ſub pęnis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè infligendis.

Hoc Decretum factum fuit in Congregatione S. R. Vniuerſalis Inquiſitionis habitu coram Summo Pontifice, & cętera. 8. Idus Septembris. 1601.

Decretum ne liceat Regularibus leuare defunctorum funera ſinè proprio defuncti Parocho.

Licet, &c.) In Lateranenſi Concilio ſtatutum eſt, vt Regulares Parochias intrare nequeant cum Cruce ad efferenda funera eorum, qui apud eorum Eccleſias ſepulturam elegerint, niſi prius monito Parocho, & eo recuſante, tũc ſinè eius, & ordinarij præiudicio. Audiuit Sacra Congregatio Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, hanc legem infringi, omniq; inde altercationes cum ſcandalo populi: quapropter, vt ſcandalorum occaſiones tollantur, & inter Parochos, & Fratres charitas ſeruetur, declarat, & hujus Decreti tenore ſtatuit Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, alijſq; quibuſuis Regularibus quorumcumquè Ordinum, & Congregationum Mendicantium, & non Mendicantium, nullo modo licere (etiam ſpecialis alicuius conſuetudinis prætextu) Parochias cum Cruce proceſſionaliter, aut alijs ad efferenda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & efferre, niſi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoq; ibidem præſente; niſi ipſe aliter fieri permittat, vel niſi requiſitus venire omninò recuſet. Ita diſtrictè præcipit obſeruari, firmis

firmis tamen manentibus omnibus quę ſuper quarta funerali, & canonica portione, aliiſq; iuribus ad ſepulturas ſpectantibus à ſacris Canonibus Conciliorum Decretis, Pontificum Summorum legibus ſancita ſunt, vel ex particulari conſuetudine, vel alio iure obſeruantur. Romæ die 12. Ianuarij 1603.

Alex. Card. Flor.

Decretum, quo declaratur, Epiſcopis in Eccleſijs Regularium pontificalia exercentibus licere Baldachinum erigere.

Decet Epiſcopis, &c.) Sacra Congregatio S.R.E. Card. negotijs, & conſulta. Epiſcoporum, & Regularium præpoſita de ſpeciali S.D.N. Clemens VIII. expreſſoque mandato, hoc decreto perpetuò valituro ſtatuit, decernit, & mandat; vt Epiſcopi vbi tam ex conſuetudine, & priuilegio, quam ex Sacrorum Canonum Conſtitutionibus, & Pontificales Romani præſcripto, aut alio iure pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum mitra, vel etiam ſola cappa induti in quibuſuis Regularium mendicantium, & non mendicantium Monachorum etiam Caſinẽtium, Clericorum, Presbyterorum, & cuiuſuis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Eccleſijs intereſſe poſſunt; ipſi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad ſolium Epiſcopi conſtituendum opportuno Baldachinum attollere. Hoc ſi negligant, aut nolint facere; liceat Epiſcopis illud aſportari, & in quacumq; eorum Regularium, aut alia quãtumuis exempta Eccleſia ſupra Epiſcopale ſolium, ſeù Pontificale Faldiſtorium erigi facere, atq; ſub eo ſedere, & ſtare, vt in proprijs Eccleſijs facere ſolent: eo tamen tempore tantum quo pontificales eiuſmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipſe, cui in Pontificalibus aderunt, peragetur.

Concedit facultatem Epiſcopis hoc Decretum, vt inobedientes cenſuris, pęniſq; Eccleſiaſticis (alijs pęnis arbitrio Summi Pontificis plectendos) compellere poſſint.

Non obſtantibus quibuſcumquè ſtatutis, priuilegijs, indultis, litteriſq; Apoſtolicis, &c. Romæ 10. Iunij 1603.

Alex. Card. Flor. Epiſc. Praneſt.

Harum litterarum ſummam referunt quidã, qui de matrimonio nuper ſcripſerunt, inter alios Petr. Ledeſmius, quæſt. 58. art. 1. de matrimonio.

Clemens Papa VIII. in priſtinum reſtituię militiam, & Hoſpitale S. Lazari, indulta, & priuilegia per illius prædeceſſores præſertim per Pium V. in conſtitutione. Datum Romæ anno 1566. 7. Kalend. Februarij confirmat, & vnionem militiæ, & religionis S. Lazari, & Mauritij per Gregor. 13. ad inuicem facta declarat per Breue. Datum Rom. die 9. Septẽb. 1603. Pontif. ſui anno 12.

Innouatio Conſt. Pauli IV. contra negantes Trinitatem, aut Diuinitatem Ieſu Chriſti, &c.

Dominici gregis, &c.) Recenſet cauſas huius Conſtitutionis, deinde refert conſtit. Pauli IV. quæ plenè articulos huius hæreſis recenſet, aſsignatquè iſta dogmatizantibus, vel creden. tempus reſipiſcentiæ, quo elapſo pro ſubuerſis, & relapſis haberi, & vt tales Curiæ ſeculari tradi, ac debitis pęnis puniri poſſe decernit, ad præſcriptum d. Bullæ factæ 7. id. Aug.

Inuehit in ipſos, ac tandem præfatam Pauli IV. conſtit. innouat, & quò ad pęnas confirmat, etiam non obſtan. omnibus illis, quæ prædictus Pontif. voluit non obſtare.

Iubet præſentem conſtit. vt omnibus innoteſcat ad Valuas Lateranen. Eccl. Baſil. Principis Apoſt. & in Acie Campi Floræ more ſolito publicari, & publicatione facta, omnes qui in Vrbe poſt menſem qui extrà eam, & citrà montes poſt quatuor menſes, & qui vltrà montes, poſt decem à die publicationis huiuſmodi computandos, perindè afficere, et arctare, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Demum mandat omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, ac alijs locorum Ordinarijs, necnon Inquiſitoribus præſertim, vt ipſimet in Eccleſiis, quando in eis ad diuina populus magis confluit præſentem Conſtitutionem publicent, et auctoritate Apoſtolica publicari mandent.

Huius nefandæ hęreſis ſequentia ſunt capita videlicet.

Deum Omnipotentem non eſſe trinum in perſonis, et incompoſita omninò, indiuiſaq; vnitate ſubſtantię, et vnum vnamet ſimplici Diuinitatis eſſentia, aut Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe verum Deum eiuſdem ſubſtantię per omnia cum Patre, et Spiritu ſancto, aut eumdem ſecundum carnem non eſſe conceptum in vtero B. Virg. Marię de Spiritu ſancto, ſed ſicut cęteros homines ex ſemine Ioſeph, aut eumdem Dominum, et Deum noſtrum Ieſum Chriſtum non ſubiiſſe acerbiſsimam Crucis mortem, vt nos à peccatis,

catis, et ab ęterna morte redimeret, aut eamdem Beatam Virginem Mariam non eſſe veram Dei Matrem, nec perſtitiſſe ſemper in virginitatis integritate antè partum ſcilicet, in partu, et perperuò poſt partum. Datum Romæ apud S. Petrum, die 3. Februarii 1603. anno 12.

M Veſtrius Barbianus;

Erectio Montis Communitatum.

Ad ſublime Apoſtolicæ dignitatis faſtigium, &c.) Erigit Montem non vacabilem Communitatum, et Vniuerſitatum Status Eccleſiaſtici, cum priuilegiis, gratiis, et prærogatiuis ampliſsimis. Qui ad liberandas Cōmunitates, et Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici totius ęris alieni quo pręmebantur, et inde grauiſsimis vſuris dilaniabantur.

Hunc Montem vendidit Philippo Guicciardino, vti meliori oblatori pro ſe, & perſona, ſeù perſonis ab eo etiam in pluribus vicibus, & partitis, & quandocumq; nominandis, ſuiſquè, & earumdem perſonarum ſic nominandarum hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumquè, ac ad rationem, & pro pretio ſcutorum centum pro loco, & ſcutorum quinquaginta pro quolibet dimidio loci.

Illum fecit nō vacabilem, ſed redimibilem Communitatum, & Vniuerſitatum Status Eccleſiaſtici nuncupandum, in ea ſumma, & portione locorum, ſeù portionum, quæ pro dictarum Communitatum, & Vniuerſitatum cenſibus quibuſcumquè, pro quibus maius intereſſe ſcutorum quinque, & duorum iuliorum monetæ pro ſingulis centenario, & anno perſoluunt redimendis, & pęnitus extinguendis, ac pecunias tam ad ſortis reſtitutionem, quam ad reſidui fructuum ſolutionem neceſſarias habendis ſufficiens fuerit, & cuius loca ſui natura in duabus æquis portionibus diuiſibilia, & redimibilia ſint, ſingulorum locorū pretia ſcuta centum monetæ, dimidij verò loci ſcuta quinquaginta ſimilia, fructus autē annui (quos illius creditoribus, pro rata pecuniarum in eo poſitarum ſingulis annis, de bimeſtre in bimeſtre in fine proportionabiliter, liberè, & ſinè aliquo impedimento, hic Romæ perſolui vult) annua ſcuta quinque, & iulios duos pro quolibet loco, & annua ſcuta duo, & iulios ſex monetæ ſimilis pro quolibet dimidio loco non excedant, cum priuilegijs ampliſſimis, facultatibus, &c. alijs Rom. Cur. Montibus non vacabilibus, & præſertim inuiolabilis fidei Alumeriatum, Religionis, pacis, & Prouinciarum in genere, quæ hic vult pro inſertis, & expreſſis haberi.

Declarans, & decernit omnes, & ſingulas Communitates, & Vniuerſitates ſtatus Eccleſiaſtici pro rata, & ea ſumma, & quantitate cenſuum quorumcumquè, pro quibus dictis ſcutis quinque, & iulijs duobus, pro quolibet centenario, & anno, maius intereſſe perſoluunt, ad eorum beneplacitum, & ad effectum cenſus prædictos extinguendi, quamuis ſuper eorumdem cēſuum, & debitorum ſolutione, & extinctione aliter pactum fuerint cum mercatoribus, aut quibuſnis alijs perſonis, participare, contribuere, fructuſq; ad rationē prædictam, modo, & forma, ac terminis infrà dicendis perſoluere omnino poſſe, & dare.

Declarat item, et mandat mercatores, et alios præfatos, qui ſuper dicta debitorum ſolutione, vel extinctione cum Communitatibus, et Vniuerſitatibus conuenerunt, ad conuentiones obſeruandum, et ſuſcepta onera adimplēdum, et omnes pecuniarum ſummas, et ſingulas ratione dictorum cenſuum, et tam ratione fructuum, quam ſortis, à die illorum redemptionis prædictæ debendas pro rata, vt ſupra redempta, ad ſoluendum, et exburſandum teneri ipſis Communitatibus, et Vniuerſitatibus, quas quoad hæc in ſic redemptorum cenſuum creditorum locum, ſequuta redemptione, ac pro rata vt ſupra redempta, ſubſtitutas, et ſubrogatas ſore, et eſſe, omninò conuentis terminis, et locis, ac iuxtà alias cōuentionum prædictarum formam, ita tamen, vt præſatæ Communitates, et Vniuerſitates pecunias à dictis mercatoribus, et alijs obligatis, ſibi vt ſupra ſoluendas, et exburſandas in extinctionem aliorum debitorum, ſeù Montium, et non in alium conuertant.

Et pariter mandat, quod creditores, poſtquam eis facta fuerit intimatio perſonaliter, vel domi, aut per edictum publicū per duos menſes antè, vel alium terminum etiam breuiorem arbitrio Camerarij, teneantur ſortes principales dictorum cenſuum vna cum fructibus eò tunc decurſis, et non ſolutis recipere, et quietantiam facere, et eorum iura, et actiones quæcumq; contra eaſdem Communitates, et vniuerſitates, et quoſcumquè alios eis quomodolibet occaſione dictorum cenſuum obligatos ad fauorem dicti Montis illiuſq; emptoris, et futurorum creditorum Montiſtarum, ad maiorem earum cautelam cedere teneantur; alioqnin ſi ſtatuto termino notificationis faciendæ; pecunias prædictas recipere recuſauerint, aut alias quomodolibet diſtulerint, tunc dictæ, à die lapſi termini penès eiuſdem Montis emptorem in depoſitum ſtare intelligantur, et ſtent eorumdem creditorum fiſci, periculo, et ſumptibus, et

ex-

expenſis, fructuſque vlterius non currant, & quietantiæ, & ceſſiones prædictæ habeantur pro factis.

Notificationem præfatam eos arctare declarat, etiam ſi ipſi creditores, ſeu eorum aliqui ab Vrbe, & quibuſuis aliis locis ſtatus Eccleſiaſtici abfuerint, aut alias impediti fuerint, & ſolutio in inſtrumentis etiam iuratis in forma Cam. in partibus fuerit deſtinata.

Si autem poſtea dicta credita recipere voluerint, quietantias, & ceſſiones prædictas ad maiorem cautelam facere teneantur, nunquã tamen iura prædicta pro cedularum bancariarum, ſeu fideiuſſorum renouatione, vel præſtatione, ad quam, ſeu quas Communitates, & Vniuerſitates prædictæ ſe obligarunt, minuſque pro fructibus vltra rationem prædictam, pro quolibet centenario, & anno exigendis vllatenus experiri, aut exercere poſſint.

Vt Mons ipſe ſuas habeat cautelas, & aſſignationes, & illius creditoribus, & Montiſtis in fine cuiuslibet bimeſtris Romæ fructuum ſolutio fiat. Obligat omnes Communitates, & Vniuerſitates, & eorum bona, & redditus pro rata, & pro iis locis, & portionibus pro quibus ratione, & cauſa cenſuum, & debitorũ prædictorum in eodem Monte erunt participes. Quas quidem portiones, & loca ab omnibus, & ſingulis oneribus tributis ſubſidiis, &c. ex quacunque etiam Catholicæ fide tuendæ cauſa impoſitis, & imponendis eximit, & ſic exempta, monti, & creditoribus obligat multa ibidem ſubiungens ad cautelam montis, & creditorum, quæ ibi videre cuique facile eſt.

Statuit, vt quæcunque perſonæ, ſiue laicæ, ſiue Eccleſiaſticæ ſint, & vtriuſque ſexus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & quorumcunque Ordinum etiam in communi Mendicantium, Militiarum, Hoſpitalium, Regulares, & aliæ quæcunque perſonę cuiuſuis ætatis, minores, & pupilli, ſpurii, ac illegitimi, ac quoſcunque incapaces, communia, Vniuerſitates, &c. tam extra, quam intra ditionem temporalem Eccleſiaſticam, & ex qualibet mundi parte (infidelibus tamen ſemper exceptis) etiam ſi perſonæ, & alii prædicti quoduis etiã enorme, non tamen in crimine hæreſis, aut in perſonam Romani Pontif. ſeu alicuius Cardinalis delictum extra dictum Statum Eccleſiaſticum cum commiſiſſent, & pro eo damnati, & banniti fuiſſent, ſeu in futurum cõmitti, damnari, & banniri contigerit, nihilominus in iſto monte quaſcunque pecuniarum ſummas ex quocunque licito modo pactas, non tamen infra ſummam ſcutorum centum pro integris locis, & ſcutorum quinquaginta pro dimidiis locis conferre, ponere, & erogare ſemel, & pluries poſſint, & valeant ad rationem fructuum iam dictam.

Loca ſic acquiſita vult tanquam profana, & patrimonialia ab emptoribus poſſideri, & in eis, eorumque fructibus ipſorum filios, ſeu hæredes vtriuſque ſexus, quicunque fuerint, etiam illegitimos, & alios quocunque modo inhabiles, tam ab inteſtato, quam ex teſtamẽto ſuccedere, de eiſque ſimul, & ſucceſſiuè, ac quotieſcunque, ſiue donationis inter viuos, vel cauſa mortis, ſiue legati, ceſſionis, venditionis, ſiue alio quocunque titulo, iure, & modo, ac etiam ſimplici ſcriptura manu ſcripta, vel ſubſcripta, nulliſque adhibitis teſtibus, etiam in fauorem ſuorum, vel aliorum illegitimorum prohibitorum, & incapacium, etiam ſi illa in plures illegitimos, incapaces, & prohibitos ordine ſucceſſiuo tranſierint, ac alias vti cuique libuerit diſponere valeant.

Plura ita ſubiungit quibus concedit facultatem dicta loca transferendi, alienandi, vendendi, redimendi, ad ſe reuocandi, cum aliis ampliſſimis facultatibus, quas vnicuique videre licet.

Nullum ob crimen (excipe hæreſim, ſceluſque in perſonam Rom. Pontif. & S. R. E. Cardinalium) bona, ſeu loca empta huius mõtis publicari, nec fiſco applicari poſſe vult, nec aliquo modo ſequeſtrari, aut impediri. Delinquentes nullis deuolutionibus, etiam ſi ſententia capitalis, & mors ſecuta eſſet de illis diſponere poſſunt, ac ſi crimina non patraſſent.

Hunc Montem, eiuſque loca ratione emolumentorum, & ſummæ illi aſſignatæ nullis omninò reductionibus, diminutionibus, aut menſium, ſeu menſatarum retentionibus, & quibuſuis aliis cõtrariis diſpoſitionibus, quouis prætextu, vel cauſa cogitata, vel incogitata, etiam neceſſariò exprimenda, ſubiecta, vel quomodolibet obnoxia, ſemper valida, & firma fore declarat. Vide ibi pariter obligationem Sedis Apoſtolicæ, Cameræ Apoſtolicæ, dictaſque Communitates, & Vniuerſitates ex vna, & eiuſdem montis emptorem, & futuros creditores ex altera, & obligata, et hypothecata.

Prohibet hunc montem extingui, niſi cæteris aliis montibus, ſeu montium locis, & portionibus ad ipſas Communitates, et Vniuerſitates ſpectantibus, nec non omnibus earum debitis, tam contractis, quam contrahendis, pro quibus maius intereſſe pro quolibet centenario, et anno quam hic ſtabilitum ſit perſoluunt, penitus extinctis; adeò vt hinc mons

poſt cæteros montes,et debita prædicta vltimo loco extinguatur, quo caſu dictæ Cõmunitates,et Vniuerſitates tantum ſcuta cẽtum monetæ pro loco,et quinquaginta pro dimidio loco reſtituere, creditores verò montiſtæ, ita recipere teneantur.

Omnes,et ſingulæ in eiſdem montibus admiſſiones,et participationes ad inſtantiam quarumuis Communitatum, et Vniuerſitatũ ſtatus Eccleſiaſtici,et pro eis, tam pro aliorũ quorumuis interuſurarii dictorum ſcutorum quinque, et duorum iuliorum pro quolibet centenario, et anno hactenus quomodolibet contractorum extinctione, quam ſubuentione Annonę,et aliarum in poſterum occurrentium neceſſitatum, tamen de Sedis Apoſtolicæ licentia in ſcriptis expreſſa faciendas huic monti, tanquam ipſis Communitatibus, et Vniuerſitatibus minus damnoſo fieri omninò mandat.

Ad prædicta omnia,et ſingula facilius peragenda Illuſtriſs. D. Petro Aldobrãdino S.R.E. Camerario ſupradicto auctoritatem impartitur ampliſſimam illius prudentiæ, et ingenij dexteritate,et virtute plurimum confidens,cũ ampliſſimis facultatibus,et efficaciſſimis clauſulis,vt ibi plenius quiſque videre poteſt.

Depoſitarium montis dictum Philippum emptorem,eiuſque,quoſcunque hæredes, et ſucceſſores fore, et eſſe debere decernit, ac mandat.

Decernit præſentes litteras ad omnia ſingula neceſſaria,et requiſita legitimè,et ſufficienter,tàm in iudicio,quàm extra plenè proban. et verifican. nec id alterius probationis adminiculum requiri, eaſdemque nullo vnquam tempore de ſubreptionis,vel obreptionis vitio,aut ſuæ intentionis, vel alio quouis defectu notari,impugnari,aut inualidari poſſe,et ibi latius cũ clauſulis efficaciſſimis, etc.

Derogat tandem quibuſcunque ordinationibus,conſtitutionibus; ac aliis omnibus in contrarium facientibus, et præſentis motus proprii cedulæ ſola ſignatura ſufficiat. Romæ die 24. Maij 1603. regiſtratæ fuerunt præſentes literæ in Camera Apoſtolica libro ſignaturarum S.D.N. Papæ Clementis Octaui penès me eiuſdem Cameræ infraſcriptum.

Io. Iacobus Bulgarinus.

Confirmatio priuilegiorum Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Paula.

Iniuncti nobis Apoſtolici muneris ratio, &c. Laudat hunc Ordinem Minimorum,deinde omnia, et ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones,libertates,prærogatiuas, fauores,conſeruationes,declarationes,facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias,et indulta ſpiritualia,et temporalia, etiam per modum communicationis, et extenſionis inter ſe, et cum aliis Ordinibus Mẽdicantium,et non Mendicantium,eidem Ordini Minimorum, eiuſque Correctori Generali,ac fratribus,et ſororibus, alijſque Religioſis vtriuſque ſexus, eorumque Domibus, Monaſterijs, Eccleſijs, et locis Regularibus quibuſcunque,per quoſcunque Rom. Pontifices,et ipſummet,et Apoſtolicam Sedem, ſub quacunque verborum forma, et expreſſione in genere,et in ſpecie,aut alias quomodolibet conceſſa,ac pluries cõfirmata,cum omnibus, et ſingulis in eis contentis clauſulis,decretis, et declarationibus, ac ſingulas literas tàm ſub plumbo,quam in forma Breuis, aut alias deſuper confectas,quarum tenorum præſentibus pro expreſſis haberi vult, quatenus tamen ſint in vſu,et non ſint reuocata, ſeu ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac Sacris Canonibus,et Concilij Tridentini non aduerſentur,ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium perpetuò confirmat,et approbat, et illis perpetuæ, et inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcit,ac omnes,et ſingulos,tam iuris, quàm facti defectus,ſi qui interuenerint in eiſdem ſupplet.

Locorum Ordinarijs,ac Generali Auditori Cameræ Apoſtolicæ mandat, quoties fuerint pro parte Correctoris Generalis, et Fratrum prædictorum requiſiti præſentes literas ſolemniter publicare,et in eis contenta omnia obſeruare,et obſeruari facere,eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtere.

Non permittant quemquam ſub quouis prętextu, et cauſa quomodolibet moleſtari, etc. Contradictores quoſlibet etiam per quaſcunque,vt eis videbitur cenſuras, et pœnas Eccleſiaſticas compeſcant.

Derogat omnibus, et quibuſcunque conſtitutionibus, et alijs in contrarium facientibus, et cum ampliſſimis clauſulis derogatoriarum derogatoriis,&c. Datum Romæ die 18. Iunij 1603. anno 12.

Præſcriptio normæ dandi licentiam ab Ordinarijs ad ædificanda in poſterum Monaſteria Regularium.

Quoniam ad inſtitutam,&c. Inhibet Ordinarijs locorum, ne de cætero concedant licentias ædificandi Monaſteria Regularium in Ciuitatibus,& locis eorum ordinariæ iuriſdictioni

ctioni ſubiectis, niſi vocatis, & auditis aliorũ in eiſdem Ciuitatis, et locis exiſtentium Conuentuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, et cauſa cognita, ſeruatis ſeruandis conſtiterit, in eiſdem Ciuitatibus, & locis nouos huiuſmodi erigendos Conuentus, ſine aliorum detrimẽto commodè ſuſtentari poſſe.

Si in huiuſmodi inquiſitione contingat appellari ad Sedem Apoſtolicam, erectio nouorum Conuentuum ſuſpendatur quòad per Sũmum Pontificem, vel Sedem Apoſtolicã pronunciatum fuerit.

Irritat quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum fuerit.

Mandat locorum Ordinariis, vt præſentes literas obſeruent, & obſeruari faciant. Non obſtantibus quibuſuis in contrarium facientibus. Dat. Romæ die 23. Iulij 1603. Anno 12.

Declarat Carmelitas Diſcalciatos vnum eſſe ex quatuor Ordinibus Mendicantibus, & contradicentes excommunicat.

Roman. Pont. decet, &c. Exprimit titulum Carmelitarum à Summis Pontif. tribui ſolitum, & coarguit nullos Religioſos in partibus Indiarum, qui auſu temerario contendebant Fratres præfati Ordinis non eſſe Carmelitas, neque vnum ex quatuor Ordinibus Mendicãtibus.

Deinde motu proprio declarat præfatum Ordinem vnum eſſe ex quatuor Mendicantibus, & eiuſdem Fratres regulam Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani obſeruare aſſerit, & Innocen. Papa IV. illam confirmaſſe. Omnia, quæ iure, ſeu priuilegijs toti Ordini conceduntur Carmelitarum, huic etiam competere declarat; Et contradicentes huic declarationi excommunicatione ferit, & licet poſtremi federe, vbique contendant, locum tamen ſuæ antiquitati congruentem repetere, vbi voluerint, propria auctoritate poſſunt.

Tametſi ad proceſſiones à clauſtris prodire vbi æquum eis videbitur poſſint, compelli tamen nunquam poſſunt ad proceſſiones generales. Prohibentur Iudices quicunque has literas aliter interpretari.

Archiepiſcopus, Decanus, & Archidiaconus Medican. vbi requiſiti fuerint iubentur has literas publicare, et Fratrum iura tueri.

Coercendi cenſuris, et alijs pœnis appellatione poſtpoſita, qui his literis contradixerint, cum derogatione eorum omnium, quæ obſtare poſſunt. Romæ 20. Auguſti 1603. ſui Pontif. anno 12.

Sententia diffinitiua, ſeu motus proprius circa delationem habitus albi inter Fratres Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini, & Fratres Sancti Dominici.

Ex iniuncto nobis Paſtoralis, &c. Et ſi nonnullæ Romanorum Pontificum, præſertim verò fel. rec. Alexandri Papæ quarti conſtitutiones ſuper delatione habitus albi, de qua controuertebatur inter Fratres Ord. S. Auguſtini, et Fratres S. Dominici, quod ita conſimiles viderentur, vt ſi abſque veſte Superiori nigra incedant, vix alter ab altero queat diſcerni emanaſſent, et nuper hic Pontifex per literas ſub datum Romæ apud S. Petrum die 12. Martij 1597. eadem priuilegia ſeruari mandaſſet; nihilominus quoniam in eiſdem literis nonnulla deſiderabantur clariora, et ideò ex vtroque ordine Superiores, ſeu Procuratores eorum aſciuiſſet, quorum priuilegia, Conſtitutiones, ac Statuta per præfectos Apoſt. Reformationis diligenter examinata, auditis prius Magiſtro Ferdinando de Caſtro procuratore prouinciæ Portugalliæ Ord. Prædicatorum, ac Magiſtro Franciſco Pereira Aſſiſtens pro Vltramontanis prouincijs Ord. S. Auguſtini, ex iuribus vtrinq; eductis huic tam diutinæ quæſtioni finem, et ſilentium in hunc, qui ſequitur impoſuit modum.

Vt ſcilicet perpetuis futuris temporibus Fratres Prædicatores S. Dominici cum Cappa nigra, Fratres verò Hæremitas S. Auguſtini cum tunica etiam nigra, ad inſtar propriarum Conſtitutionum, non ſolum in dictis Regnis, ſed vbique locorum, tam ſi in proprijs Conuentibus, et Eccleſijs eos actus exerceãt, in quibus habitum nigrum Conſtitutiones iubent adhiberi, præcipuè verò in Eccleſia dum confeſſiones audiunt, conciones, ſeu lectiones ad populum habent, quam extra clauſtra, in quibuſcunque actionibus, et functionibus, etiam in itinere, et ad prædia, licet Vrbibus, Oppidis, aut Monaſterijs viciniora animi gratia accedentes, ſemper incedere debeant, & teneantur, præterquam in ædibus, & Viridarij prædiorum ſuorum, & hæc in virtute ſanctæ Obedientiæ diſtrictius præcipit obſeruari, et ſub Apoſtolicæ indignationis pœna.

Superioribus, & Fratribus vniuerſis, et ſingulis dictorum Ordinum ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, eo ipſo incurrenda mandat, ne deinceps in perpetuum, ſuper hoc litem, aut moleſtiam aliquam viciſſim intentare, aut inferre audeant.

Præſentes literas declarat omni ſubreptionis, aut obreptionis vitio carere, ſeu ſuæ intẽtionis, vel quopiam alio defectu notari, impugna-

gnari,inualidari,aut ad terminos iuris reduci,ſeu in ius controuerſiam reuocari,ſublata quibuſcunque Iudicibus, aliter iudicandi, aut interpretandi facultate, irritans quicquid ſecus factum fuerit.

Præcipit omnibus locorum Ordinarijs, vt præfata omnia quoties opus fuerit, ſeu requiſiti fuerit obſeruare faciant. Datũ Romæ die 11.Octobr.1603.Anno 12.

Canonizatio Beati Ioannis à S. Facundo in Hiſpania.

Beatorum virorum, &c. Recenſet deſiderium, & ſupplicationes Catholicorum Regũ Hiſpaniæ,vt Beatus Ioannes à S.Facundo Ordinis Heremitarum S. Auguſtini in Hiſpaniæ Regnis miraculis clarus.In Sanctorum numerum adſcriberetur, itaque cum apud Alexandrum Sextum, Paulum Tertium, Pium Quintum, Gregorium Decimum tertium, ac Sixtũ Quintum expoſtulaſſent, tandem Philippus Tertius apud Sanctiſſimum Pontificem iſtum negotium perfecit.

Committit hoc negotium,proceſſuſque totius vitæ illius Beati ab anno 1488. in Ciuitate Salamantina facti indagationem Hieronymo Pamphilio,& Ioanni Garzia Melino,Sacri palatij cauſarum Auditoribus, necnõ S R.E. Card. ſuper ſacris ritibus deputatis, ex quorum relatione conceſſit, vt ſequitur videlicet.

Quod fratres eiuſdem Ordinis prouinciæ Caſtellæ,in eorum Eccleſia S. Auguſtini dictæ Ciuitatis Salamantinæ,in qua Collegium Maximum,ſeu Collegiales,& Cappellani, ac perſonæ S.Bartholomei nũcupati quolibet anno, in die obitus B. Ioannis, vna cum dictis fratribus congregari, & conuenire ſolent, & in qua ſimiliter d. B. Ioannis corpus quieſcit, & magna cum veneratione,populique deuotione aſſeruatur,officium, ac Miſſam de Cõmuni vnius Confeſſ.non pontif.de dicto B.Ioanne iuxta Rubricas Breuiarij,ac Miſſalis Romani, die ſcilicet 12. Menſis Iunij, in qua die licet ipſe B.Ioannis die 11.eiuſdem menſis obdormierit in Domino,ob feſtum tamen S. Barnabe Apoſtoli,quod in eundem diem 11.incidit, huiuſmodi officium transferendum cenſuit, vna cum dictis collegialibus Cappellanis, & perſonis dicti Collegij libere, & licite celebrare poſſint. Non obſtantibus conſtitutionibus, &c.Datum Romæ die 19.Iunij 1601. an.10.

Vltra verò præfatam conceſſionem, idem pontifex ab eodem Rege Philippo III. plerìſque Hiſpaniarum proceribus, & perſonis Eccleſiaſticis ſuppliciter exoratus, vt eandem canonizationem proſequi, & interim præſentes litteras extendere dignaretur, iterumque grauiſſimis viris huiuſmodi negocium plene examinandum commiſiſſet,tandem præinſertas litteras ad vniuerſum Ordinem Fratrum Eremitarum S. Auguſt. extendit, ac eiuſdem Ordinis Fratribus,ac Monialibus vniuerſis, & ſingulis vbique terrarum exiſtentibus, vt ſicut vigore prædictarum litterarum in Monaſterio,& Eccleſia S. Auguſtini Ciuitatis Salamãtinæ illius, & prouinciæ Caſtellæ Fratribus licet Miſſam, & officium de dicto B. Ioanne recitare, ita in poſterum, in quacunque Domo, & Eccleſia dicti Ordinis vbique locorum publice, ac priuatim eodem modo officium, & Miſſam de dicto B.Ioanne de S.Facundo recitare de Cõmuni vnius Confeſſ.non poni iuxta Rubricas Miſſalis, & Breuiarij Romani, non tamen ſub duplici ritu, (niſi vbi corpus, vel pars inſignis Reliquiarum eiuſdem B.Ioannis extiterit)ne Dominica impediatur, cuique illorum liceat, auctoritate, et tenore prædictis concedit,et indulget.

Derogat omnibus illis, quid in ſupra inſertis litteris voluit non obſtare,cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Tuſculi die 15. Octobr.1603.Anno 12.

Inhibitio celebrandi miſſas ex legatis in Eccleſijs Monialium per Fratres Minores de Obſeruantia.

Ex debito paſtoralis officij, etc. 1603. 8. Nouembris,anno ſui pont.12.In Eccleſiis Monialium, ſeu Sanctimonialium in totius Italiæ, cæteriſque Ciſmontanis Regionibus, et præſertim in Gallia Ciſalpina, ſub cura, regimine, et correctione Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia quam plurima Miſſarum onera ex diuerſis piorum diſpoſitionibus, et legatis incumbunt, quæ cum per Fratres eiuſdem Ordinis in Eccleſiis Monialium celebrari ſoleant,fit vt non ſolum Eccleſiæ Fratrum debito ſeruitio fraudentur, ſed et Fratres ipſi exinde per Ciuitates, et loca euagantur,et crebrius, quam decet cum eiſdem Sanctimonialibus conuerſentur, cui ſcandalo modis,vt infra occurrit.

Onera igitur huiuſmodi Miſſarum ab Eccleſijs ſingulis Monialium, in Eccleſiis Fratrũ eiuſdem Ordinis, et in locis eiſdem reſpectiuè exiſtentibus transfert.

Vult tamen, vt ipſis Monaſterijs Monialium remaneant omnes annuæ perpetuæ, ſeu temporales præſtationes, legata, redditus,ac bona quæcunque pro dictis oneribus data, ſeu relicta,aut in poſterum relinquẽda, ſicque perpetuis futuris temporibus obſeruandum mandat.

Mo-

Moniales ad nihil aliud teneantur pro celebratione Miſſarum, niſi id quod dari ſolet pro regionis, & cuiuſque loci more, & conſuetudine, pro eleemoſyna vnius, vel plurium reſpectiuè Miſſarum, non obſtantibus legantium, diſponentium, vel teſtatorum voluntatibus.

In locis Monialium vbi numerum octuaginta excedunt Miſſæ duæ diebus feriatis, tres verò dieb. Dominicis, & feſtiuis, vbi vero ſunt minus quinquaginta Miſſa vna diebus feriatis, duæ verò dieb. Dominicis, & feſtiuis, per fratres eiuſdem ordinis celebrentur.

Prohibet eiſdem fratribus ſub priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, perpetuæque inhabilitatis pœna, ne ad Monaſteria Monialium, præterquam ad celebrandas Miſſas prædictas, de Superiorum licentia, & in diebus feſtiuitatum monaſteriorum huiuſmodi, vel tempore receptionis, & profeſſionis Nouitiarũ, ſiue obitus alicuius Monialis, pro funere, & officio peragendo vllo modo accedant.

Prohibet Miniſtro Generali, & alijs eorum Superioribus ne licentias concedant niſi ad effectum huiuſmodi, & in cæteris firmo remanente Decreto Congreg. S. R. E. Cardinalium, ſuper negotijs Regularium, vt ibi videre licet.

Inhibet moleſtiã ipſis Monialibus poſſe inferri, ſiue per locorũ Ordinarios, ſiue per alios quoſcunque occaſione huiuſmodi translationis miſſarum.

Præſentes litteras omni ſubreptionis, vel obreptionis, aut alio quouis defectu carere declarat ſublata quibuſuis perſonis anctoritate aliter iudicandi, ſecus attentata irritando.

Andi. ori Cameræ, & locorum Ordinarijs præfata obſeruare, & obſeruari facere mandat, contradictores per cenſuras, & alia iuris, & facti remedia compeſcendo.

Derogat omnibus contra præfata facientibus, ſuppleus quibuſcunque ſi qui in præſentibus litteris irrepſerint defectibus. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris 8. Nouembr. 1603. pontiſ. ſui anno 12.

Incipiunt Bullæ Pauli V. Romani Pontificis patria Romani, qui antea Camillus dicebatur, Marci Antonij Burgheſij filius S. R. E. presb. Card. tituli S. Chryſogoni acclamatus ſummus Pontifex die 15. Maij 1605.

Bulla Quod in omni edita die 28. Iunij 1605. vbi habetur iubilei indictio ad diuinam opem implorandam pro ſalutati Eccleſiæ Catholicę regimine, & pro pręſentibus neceſſitatibus.

Bull. Romani edita primo Iulij 1605. Concedit priuilegia Abbreuiatoribus Maioris pręſidentię, litterarum Apoſtolicarum.

Bull Romanum ſub die 31. Iulij 1605. vbi conceduntur indulta, & priuilegia cõclauiſtis poſtremorum conclauium.

Bull. Decet. habita die 20. Auguſti 1605. habet exemptionem Fratrum Ordinis S. M. de Monte Carmelo à ſolutione quartę cum declaratione Conc. Trid. ſeſſ 25. cap. 13.

Bull. ex iniuncto die 1. Octobrie 1605. multa ſtatuit ſuper erectione Collegij, vel Seminarij Colimbrienſis in Regnis Hiſpaniarum pro religioſis militiarũ Sancti Iacobi de Spata, & Sancti Benedicti de Auis licet approbauerit militiam S. Iacobi Alex. 3. in ſua conſt. S. Benedictus, eius adminiſtrationem Regi Hiſpaniarum conceſſit Adrianus 4. conſt. 1. dum inter.

Bull. cũ ſicut. ſub die 1. Octobr 1605. Quod capitulum generale Sancti Franciſci de Paula quolibet ſexennio, prouinciale triennio, & correctorum domorum quolibet anno expleatur.

Bull. ex iniuncto die 16. Octobris 1605. vbi habetur reſtitutio, et innonatio feſtiuitatis Sãcti Vbaldi Epiſcopi Eugubini Ordinis Canon. regular. Lateran. ſub die 16. Maij.

Bull. altitudo die 16. Nouembris 1605. approbatur Collegium ſub inuocatione Sancti Hieronymi ad piam educationem ſcholarũ, egenorum inſtitutum.

Bulla Sanctiſſimus ſub die 4. Decembris 1605. pręfigit certum numerum religioſorum cuicumque conuenti, ac domui religioſorum.

Bull. in maximis 23. Decembr. 1605. reuocat exemptiones à ſolutione Reu. Cam. Apoſt.

Bull. inter grauiſſimas 23. Decẽbris 1605. et 1606. Innouatur, et extenditur conſtitutio Pij IV. et V. Gregor. XIII. et Clem. VIII. contra extrahentes de ſtatu Eccleſiaſtico, eiuſque terris etiam mediate ſubiectis frumenta, et alia huiuſmodi.

Bull. religioſos ſub die 18. Februar. 1606. & 1608. & 1611. Quod fratres Congregationis Ieſuatorum S. Hieronymi ordinem Sacerdotalem à quocunque idoneo Epiſcopo ſeruatis ſeruandis aſſequi ualeant, & exercere.

Bull. iniuncti, ſub 3. Martij 1606. Confirmat reductionem monachorum S. Baſilii in unam Congregationem, & approbat gratias, & priuilegia ipſius Ordinis.

Bull. In eminenti ſub 8. Aprilis 1606. multa concedit priuilegia curialibus, & incolis

lis urbis,& ciuibus Romanis decedentibus quoad ſucceſſionem bonorum ibidem exiſtẽtium.

Bulla Iniuncti ſub die 16. Maij 1606. Confirmat gratias, & priuilegia Congregationis Cœleſtinorum Ord. S. Benedicti, & ſubijcit poteſtati Abbatis generalis monaſteria Galliæ.

Bull.Romanum die 16. Maii 1606. Quod clerici regulares miniſtrantium infirmis ad nullos alios ordines etiam Carthuſianos ingredi ualeant, ſine ſedis Apoſtoliæ licentia.

Bulla Romanus 23.Maii 1606.reuocat Indulgentias quoquo modo religionibus, & ordinibus regularibus cõceſſas, & nouiter eas alio modo concedit.

Bull.Decet.ſub die 3. Iulii 1606. Declarat Iuriſdictionum Vicarii Papæ, & Iudicis cauſarum Archihoſpitalis S.Spiritus in Saxia de urbe.

Bulla Maieſtatis ſub die 21. Iulii 1606. Quod milites Ieſu Chriſti,S.Iacobi de Spata, & S.Benedicti de Auis Regni Portugalliæ in quacũque claſſe Regis Hiſpaniarum aduerſus infideles, aut hæreticos per quinquennium militantes,commendas,& alia beneficia conſequi ualeant, ac ſi iuxta eorum ſtatuta per triennium in Africa contra infideles militaſſent.

Bulla Inter omnes ſub die 23. Auguſti 1606.Cõfirmat,& innouat priuilegia ordinis S.M. de Mercede.

Bulla Romanus ſub primo Septembris 1606.reuocat facultatem ſuperioribus quorumcumque ordinem cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum ad officium S. Inquiſitionis hæreticæ prauitatis pertinentes.

Bull.Ad vberes ſub die 5.Septembris 1606. concedit facultatem Cappuccinis, quod in Regnis Hiſpaniarum noua loca recipere poſſint ſeruata forma Conc.Trid.

Bulla eximiæ ſub 15. Septembris 1606. declaret iuriſdictionem, & facultates Auditoris Curiæ cauſarum Reu.Cam.Apoſt.

Bull.Quæ regulares ſub 10. Octobris 1606. Concedit gratias, & priuilegia monialibus Congregationis B. Mariæ Tulienſis Ord.Ciſterc.quibus perfruuntur monaci eiuſdem ordinis.

Bull.Accepimus.ſub 4.Decembris 1606.In promotione perſonarum militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani habeatur ratio meritorum magis,quam ancianitatis.

Bull.poſtulat ſub 14.Februat.1607.multa ſtatuit circa auctoritatem miniſtri generalis ordinis Fratrum Minorum Ord. S. Franciſci de Obſeruantia.

Bull.cũ ſicut ſub die 6. Aprilis 1607.1608. ordinationes & ſtatura ſuper bono regimine Congragationis Caſſinenſis Monacorum Ord.S.Benedicti.

Bull.religioſorum ſub die 24.Auguſti 1607. Declarat,& cõfirmat priuilegium fori religioſorum regularium intra clauſtra degentium.

Bull. Quoniam ſub 22. Septembris 1607. Contra Canonicos regulares S. Saluatoris conquirentes fauores extra religionem, vt officis,& dignitates in eadem religione obtineant.

Bull.ex credito ſub die 6. Octobris 1606. erigit confraternitatẽ doctrinæ Chriſtianæ in archiconfraternitatem cum indulgentijs, &c.

Bull. ex quo diuina ſub die 9. Nouembris 1607.concedit eadem priuilegia, quæ habent Mendicantes religioni clericorum regulariũ Somaſcæ,quæ tamen ſunt in vſu, & non contraria ſacris Canonibus,aut Trid.

Bull.Cupientes.ſub die 4.Iunij 1607. ampliat Iuriſdictionẽ S. R. E. Cardinalium boni regiminis communitatuum ſtatus Eccleſiaſtici,quod ad cognitionem cauſarum eaſdem tangentium,ſecus quo ad pœnam maleficiorum.

Bull.Admonemur.ſub die 7.Ianuarij 1608. cõtra prędicatores Ord.S. Dominici, qui pro ſe, vel alijs recurrũt ad fauorẽ extra religionẽ ad effectum conſequendi officium magiſtri generalis,vel alijs modis illegitimis id facere præſumunt.

Bull.Romanus ſub die 16.Februarii 1608. erigit ordinem militarem ſub titulo, habitu,& regula B.M.V.de Monte Carmelo.

Bull.Maieſtatis ſub die 16.Febr. 1608.facit Regem Francię perpetuum adminiſtratorem militaris ordinis S.Spiritus, & quod etiam exteros Catholicos ad militiam admittere poſſit.

Bull.Romanum ſub die 28. Martii 1608. ſtatuit quod ſacrum opus Agnus Dei in cera ſignandi, & fractum renouandi perpetuo ſpectet ad Monachos dumtaxat Congregationis B.M.Fulien.in vrbe Ciſtercięnſis Ord.S.Benedicti.

Bull.Maieſtatis ſub die 17.Aprllis 1608.cõcedit facultatem Regi Franciæ immutandi, & corrigendi ſtatuta militaris Ord.S.Spiritus.

Bull.Cœleſtis ſub die 29.Maii 1608.in Sanctorum numero adſcribit Franceſcam Romanam ex oblatis ſororibus Congregat. Mont. Oliueti.

Bull.cum generoſa ſub die 18. Iunij 1608. ampliat priuilegia militiæ S.Stephani circa annuas penſiones Eccleſiaſticas.

Bull.Admonemur ſub die 4.Iulij 1608.Cõ-

a ambitum Fratrum Eremitarum S. Auguſtini.

Bull. Nuper ſub die 7. Iulii 1608. Quod fratres S. M. de Mercede redemptionis Captiuorum nō recipiant amplius fratres Cappuccinos, neque alios ſtrictioris regulæ.

Bull. miniſterio ſub die 14. Auguſti 1608. Quod monachi Congregationis S. M. Fulienſis Ordin. Ciſtercienſis poſſint vbique de ſola ordinariorum licentia, vbique noua monaſteria conſtruere.

Bull. facultatū ſub die 1. Septembris 1608. Cōtra mulieres abutentes licētias ingrediēdi monaſteria.

Bull. Eccleſiæ militantis. ſub die 15. Octobr. 1608. Quod fratres Cappuccini, ſunt vere minorem Sancti Franciſci, & eorum conſtitutiones conformes ſunt regulæ eiuſdem S. Franc.

Bull. Inter alias die primo Iunii 1605. Quod vnus ex confratribus Cōgregationis Ioannis Dei, in qualibet domo eiuſdem Congregationis ad presbyteratum promoueri, & Sacramenta miniſtrare poſſit.

Bull. accepimus ſub die 8. Iulii 1609. Quod cuiuſcunq; ordinis, Cōgregationis, & Societatis regulares perſonæ ad eas tamen ſe transferant Indiarum partes, ad quas ab eorum ſuperioribus ad fidem Catholicam prædicandam, ſiue Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrāda delegantur.

Bull. Alias ſub die 20. Iulii 1609. Quod cauſæ Hoſpitalis mendicorum de Vrbe in ſecunda inſtantia cognoſcantur per vnum ex iudicibus ordinarii eligendum per Cardinalē eiuſdem hoſpitalis protectorem firmo remanente notario eiuſdem hoſpitalis.

Bull. Sāctiſſimus ſub die 22. Octobris 1609. Moderatur indulta S. R. E. Cardinalium ſuper collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum.

Bulla ex debito ſub die 24. Decembris 1609. multa ſtatuit circa diſtinctionem prouinciarum Caſtellæ, & Bethicæ, & circa electionem Vicarij generalis, & aliorum officialium cōgregationis fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum in Regnis Hiſpaniarum.

Bull. In ſupremo ſub die 14. Auguſti 1613. plenius diſponit circa proxime dicta.

Bull. Eccleſiæ ſub die 15. Decembris 1609. adſcribit ordinem ſupradictorum fratrum reformatorum Diſcalceatorum Redemptionis Captiuorum inter alios ordines Mendicantium, cum priuilegiorum communione.

Bulla quam piè, ſub die 25. Februarij 1610. approbat conſtitutionem Clementis 8. ſuper confirmatione ſupradictæ religionis Redemptionis Captiuorum cum adiectione duorum votorum vltra alia ipſius Ord.

Bulla Sanctiſſimus ſub die 25. Febr. 1609. declarat reſeruationem beneficiorum per aſſecurationem pacificam vacaturorum.

Bulla paſtoralis, ſub die 8. Aprilis 1610. excommunicat quoſcunque hæreticos, eorūq; fautores, ſchiſmaticos, vel Eccleſiaſticā libertatem lędentes, &c.

Bull. Eccleſiæ ſub die 8. Maii 1610. quod ſuperiores Congregationis clericorum regularium Sancti Pauli decollati vbique noua monaſteria de ſola ordinariorum licentia fundare valeant.

Bull. Apoſtolicę ſub die 31. Iulii 1610. multa decernit circa magiſtros linguarum hebraicę, græcæ, latinæ, & arabicæ linguæ à regularibus in ſuis ſtudiis habendos.

Bull. Inter graues ſub die 14. Auguſti 1610. ſtatuit quod fratres tertii Ordinis Sancti Frāciſci de pœnitentia nuncupari, familię vltramontanæ, habitum humilis panni, & diſtincti coloris à fratrum S. Frāciſci de Paula habitu, geſtare teneantur.

Bull. Vnigenitus ſub die 7. Iulii 1611. habetur canonizatio Sancti Caroli Presb. Card. Arch. Mediol. cum ſuæ feſtiuitatis inſtitutione ſub die 4. Nouembris.

Bull. quæ ſalubriter ſub die 23. Nouembris 1610. declarat conſtitutionem Clementis 8. circa formam communicandi indulgentias pro iis, qui hanc communicandi facultatem habeant.

Bul. Romanus ſub die 7. Iulii 1610. declarat, quod fratres Congregationis Ioannis Dei in Regnis Hiſpaniarum tria vota ſubſtantialia emittant, & quartum votum inſeruiendi infirmis, ac deinde veri religioſi hębebuntur, & ſub reg. S. Auguſt. militare teneantur.

Bull. paſtoralis ſub die 19. Octobris 1611. inſtitutio Cōgregationis prælatorum, & egregiorum virorum ad vbertatem annone, & Graſcię in terris Eccleſiæ, & eorum priuil.

Bulla vniuerſi ſub die 1. Martii 1611. reformat officiales, & tribunalia almæ Vrbis, eorūque ſalaria determinat pro ſinglis actis.

Bull. cum nos ſub die primo Martii 1611. taxas conſtituit notariorum.

Bull. cum ſicet ſub die 13. Mar. 1612. declarat conſtitutionem ſuper reformatione tribunalium nuper editam.

Bull. monialium 10. Iulij 1612. reuocat licentiam monialium monaſteria ingrediendi, aut cum eis alloquendi mulieribus cōceſſam.

Bull. In ſede ſub die 15. Octob. 1612. Erectio, ac deputatio officialium ſuper Aquæ Paulæ, & illius aquæductus cura, & adminiſtratione in alma Vrbe.

Bulla ſedis ſub die 2.Octobris 1612.facul-tatem tradit à Capitulo Conuentuali Eremi Montis Senarii conceſſam Ord. Fratrum ſeruorum B.M.Virginis in recipiendis nouitiis. Et mitigatio ieiunij in pane, & aqua pro quarta feria hebdomadæ.

Bulla Alias ſub die 13.Octobris 1612.mitigatio ieiunij nuper ſcirati ordinis.

Bull.Quoniã ſub die 22. Nouembris 1612 Apoſtolicam mittit benedictionem ad Petrũ Patriarcam Maronitarum Antiochenum, & facultatem amplã tribuit omnes Catholicos Maronitas benedicendi,cum indulgentiarum elargitione.

Bull.Romani ſub die 7.Martij 1613. erigit Seminarium ſub inuocatione Sancti Pauli in Vrbe Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorũ cõgregationis Italię pro chriſtianę fidei propagatione.

Bull.Alias per nos ſub die 30.Martii 16.13. interdicit monacis S. Bernardi Congregationis Ciſterciẽſium Italiæ ne extra fauores ambiant,& eorum complicibus, & fautoribus. Nec non contra ſuperiores attendentes eoſdẽ fauores in eorum electionibus.

Bull.paſtoralis ſub die 16.Maij 1614.declarat quid agendum ſuper reformatione ſcrutinij in ſuperiorum electionibus Ord. Eremitarum S.Auguſtini.vide bull.Nuper à nobis pro dicta declaratione.

Bull.Inter paſtoralis, ſub die 14. Ianuarij 1614.Inſtituit regimen, & admiſtrationem ſcholarum piarum in alma Vrbe ad pauperes gratis erudiendos inſtitutarum, & inſtituendarum, quæ Congregatio B.Matris Dei de cætero nuncupari decernitur.

Bull.oneroſa ſub die 5.Februarij 1615.prohibetne de pecunijs Montium Pietatis ſtatus eccleſiaſtici ad aliud erogetur quam in eorum erectione deſtinatum abſq. Apoſt.ſedis licentia.

Bull.Alias &c.ſub die 21.Februar.1615.Quæ ſeruare debeant Clerici regulares Congregationis S. Pauli decollati in admittendis nouitijs ad habitum,& profeſſionem religionis.

Bulla Apoſtolicæ ſub die 17.Iunij 1614.conſtituit Rituale Romanum in adminiſtratione Sacramentorum, alijſque Eccleſiaſticis functionibus inuiolabiliter ſeruandum.

Bull.Immenſæ ſub die 28. Octobris 1615. Erectio Cappellæ in Baſilica S.M.Maioris de Vrbe, & ad illam translatio ſacræ imaginis Glorioſiſſimæ Virg.Marię tũ Prioratus, Cappellaniarum,& clericatuum,ac iuſpatronatus inſtitutione. annuorumq; reddituum aſſignatione,& Cardinalis protectoris iuriſdictione.

Bull.paſtoris ſub die 9.Nouembris 1615. inſtitutio cõfraternitatis vtriuſq; ſexus Chriſti fidelium in Alma Vrbe ſub inuocatione SS.Benedicti, & Scholaſticæ de Nurſia cum indulgentiarum elargitione, & quotãnis vnũ ex capitali damnatis liberandi facultate.

Bull.in ſuprema ſub die 22.Nouemb.1615. cõfirmatio, et declaratio conſtitutionis *Xiſti* V.ſuper pœnis, et cõfiſcationib. ſtatus Eccleſiaſtici,illarumque ſolutione camerę *Apoſto*licę debita. Et forma de cętero in illis perpetuo ſeruanda.

Bull. poſtulat ſub die 19.Maii 1611. de regimine,et habitu nouitiorum conuerſorum prioratuum, et Abbatiarum congregationis Montis Virginis.

Bull.ſedis ſub die 11. Iunii 1608. quod liceat ſuperioribus ordinum Mendicantium religioſos per aliam viam, quam per Iaponicas cauſa prędicandi chriſtianam fidem trãſmitere ſeruata in reliquis forma clementis 8.

Bull.ſacroſanctæ ſub die 10.Maij 1615. Inſtituit Congregationem piorum ſacerdotum Oratorij Ieſu Chriſti Domini noſtri nuncupandam in Regno Franciæ ad augendam propagandamque fidem.

Bull. Chriſti fidelium ſub die 24. Februarij 1612. Confirmat conſtitutiones Congregationis Clericorum ſecularium de Oratorio B.Philippi Nerii,& prohibet ne quæuis Congregatio ſuo denominatione dicti *B.* Philippi promulgare audeat,ac domos fundare, *&c.*

*B*ull. prouiſionis ſub die 27. Nouembris 1614.renouat conſtitutiones Clemẽtis VIII. circa officium duorum aſſiſtentium prioris generalis Ordinis Eremitarum S. Auguſt. vna cum earum declarationibus.

*B*ull. Ad ſacram ſub die 29. Ianuarii *1616.* Quod Monaſteria Congregationis Monachorum Cœleſtinorum Ord. S.*B*enedicti ſeruata Monaſteriorum quantitate reddituum per priores,vel Abbates ſeruentur eorumque familia in ipſis, & nõ in aliis eorum membris conſtituatur.

*B*ull.paſtoralis ſub die 19.Aprilis 1*616*. inſtitutio Congregationis Monachorum ordinis Ciſtercienſium in Regnis Hiſpaniæ ſub perpetua obedientia Abbatis, & capituli generalis Ciſtercii.

*B*ulla ex iniuncto ſub die 11. Aprilis 1616. Vnit Congregationem clericorum Doctrinæ Chriſtianæ in Ciuitate Auinionis inſtitutam Congregationi clericorum Somaſchæ vna cum capitulorum inter eaſdem congregationes initorum comprobatione.

*B*ull.Regis pacifici ſub die 6. Iulii 1616.Innouatio conſtitutionum a Sixto 4.& Pio 5.de Conceptione *B*.M. Virginis editarum,impoſitio-

ſtioque maiorum in tranſgreſſores, à locorũ ordinariis, & hæreticę prauitatis Inquiſitoribus puniendos.

*B*ull. Quoniam ſub die 27. Auguſti 1616. intercedit ne monachi S. *B*enedicti Cœleſtinorum Congregationis dignitates, gradus, &c. ſeculari fauore procurent, pœnis inibi indictis.

*B*ulla exponi ſub die 25. Ianuarii 1617. Cõfirmat nonnullas conſtitutiones, ſeu ordinationes a fratribus Eremitis ord. S. Auguſtini Congregationis Siciliæ pro fœliciori eiuſdem gubernio editas, nec nõ approbat vnionem ipſius Congregationis prędicto ordini antea factam.

*B*ull. Romanus ſub die 13. Februarii 1617. Congregationis fratrum Ioann. Dei in Italia pridem inſtituta, & hoſpitalia Germaniæ, & Galliæ, Polonię compręhendentis in veram religionem erectio ſub tribus votis ſubſtantialibus, & quarto de iuuandis infirmis, & regula S. Auguſtini, & de hoc vide ſupra, & in bull. ea quę ſub die 15. Aprilis 1617. eiuſdem Pauli V.

*B*ulla ad ea ſub die 6. Martii 1617. erigit Congregationem clericorum pauperum Matris *D*ei ſcholarum piarum ad pauperes ſcholares ſine vllo proęmio docendos.

*B*ulla Domini noſtri ſub die 15. Aprilis 1617. Quod fratres minores conuentuales *ord. S.* Franciſci ſemel in menſe prima die nõ *impedita* alio feſto, officium nouem lectionum prout recitatur in die feſto, recitare poſſint, et valeant.

*B*ull. S. D.N. ſub die 12. Septembris 1617. prohibet, quod in actibus publicis aſſeratur *B*eatiſſimam Mariam Virginem in peccato originali fuiſſe conceptam.

*B*ull. paſtoralis die 12. Octobris 1617. Cõcedit vt fratres Cappuccini ord. minorum S. Franciſci in publicis proceſſionibus vbique locorum Crucem propriam deferre poſſint.

Bull. paſtorale ſub die 20. Nouẽbris 1617. Innouat, & declarat conſtitutiones Sixti V. & Clementis 8. de non alienandis bonis in foreñſes, ac caſtris, & alijs iuriſdictionalibus tam in forẽſes, quam in ſubditos abſque pręcedente ſedis Apoſtolicę licentia in ſcriptis obtinenda.

Bull. fides ſub die 3. Ianuarij 1619. ſtatuit emolumenta, & priuilegia magiſtrorum cœremoniarum, aliorumque officialium S. R. E. Cardinalium Collegij, &c.

Bull. Romanus ſub die 16. Martij 1619 declarat iuriſdictionem ordinariorum in fratres Congregationis Ioannis Dei.

Bull. admonemur ſub die 19. Aprilis 1619. prohibet, & interdicit ambitum fratribus minoribus de obſeruantia S. Franciſci, necnon eorum ſuperioribus. Item de hoc tractat.

Bulla admonemur circa fratres, & ſuperiores fratrum minorum conuentualium ord. S. Franciſci.

Bulla admonemur ſub die 6. Septembris 1619. acriter inſurgit contra ſuperiores ordinis fratrum minimorum S. Franciſci de Paula, qui fauorem extra ſuum ordinem attendentęs, officia, dignitates, & gratias concedunt. Et contra fratres conquirentes dictos fauores, &c.

Bull. In ſupremo ſub 24. Septembris 1619. habet beatificationem Thomę à Villanoua ord. Eremit. S. Auguſtini.

Bull. In ſede ſub 25. Octobris 1619. habet beatificationem S. Franciſci Xauerij ſacerdotis, ſoc. Ieſu. Obijt hic pontifex Romę die 23. Ianuarii 1621. ſepultuſque eſt in baſilica S. Petri, deinde anno ſequenti in baſilicarum S. M. Maioris tranſlatum eſt eius corpus.

Incipiunt Bullæ Gregorij XV. Itali ex Ciuitate Bononiæ in prouincia Lombardiæ, Alex. antea dictus, Pompey de Ludouiſiis filius S. R. E. preſbyter Card. Tit. S. M. in Tranſpontina, & Archiep. Bonon die 9. Februar. 1621. Romæ ſummus Pont pronunciatus, & die 14. eiuſdem coronatus.

Bull Romanus ſub 15. Martij 1620. concedit multa priuilegia conclauiſtis, qui fuerunt in conclaui, in quo ipſe pontifex electus fuit, &c.

*B*ull. ſpiritus Domini ſub die 17. Martij 1621. Indicit Iubileum ad diuinam opem implorandam.

Bull. paſtoralis ſub die 12. Februarij 1621. Confirmat vnionem Congregationis fratrũ Diſcalceatorum ord. Eremitarum S. Auguſtini in Regno Sicilię antea erectæ congregationi Italiæ eorundem fratrum.

Bull. Saluatoris ſub die 18. Maij 1621. habetur erectio hoſpitij, & Collegij Gregoriani in vrbe pro vniuerſis monachis ſub regula S. Benedicti militantibus.

Bull. Cõſueuit ſub die 7. Decembris 1621. Erectio officii perpetui ad inſtar aliorum officiorum Romanæ Curię vacabilis pro vno notario ſpecialiter deputato ad formandum proceſſus coram S. R. E. Cardinalibus ſuper qualitatibus promouendorum à ſummo Põtifice ad Cathedrales Eccleſias, &c.

Bull. onerosa ſub die primo Septembris 1621. præfinit aliquas ordinationes pro fœliciori gubernio fratrum minorum S. Fran-

ciſci de Obſeruantia Reformatorum in Italia.

Bull. In ſupremo die 18. Nouembris 1621. agit de electione ſummi Pontificis.

Bull In ſupremo die 18 Nouembris 1621. erigit congregationem clericorum ſecularium ſcholarum piarum in religionem clericorum regularium cum emiſſione trium votorum ſolemnium, & cum elargitione omnium priuilegiorum Mendicantibus conceſſorum, & concedendorum ex bull. eiuſdem ad vberes ſub die 25. Octobris 1622.

Bull. ex iniuncto ſub die 9 Decẽbris 1621. Confirmat, & innouat conſt. Greg. 13. & 14. ſuper prohibitione delationis habitus fratrũ Carmelitanorum.

Bull. alias ſub die 31. Ianuarii 1621. ampliat, & extendit facultatem conceſſam fratribus minoribus ordinis S. Frãciſci de obſeruantia Diſcalceatorum in Regnis Hiſpaniarum commorantium noua loca erigendi ſeruata forma ſacrorum canonum, & ſacr. Conc. Trid.

Bull. Inſcrutabili ſub die 5. Februar. 1622. agit de priuilegiis exemptorum circa animarum curam, & ſacramẽtorum adminiſtrationem, ſanctimonialium monaſteria, & prædicationem Verbi Dei cum declaratione dubiorum, quæ inde eueniunt, eorumque deciſione.

Bull. decet ſub die 11. Martii 1621. approbat ceremoniale continens vſum circa electionem ſummi Pontificis.

Bull Romanus ſub die 2. Iulii 1622. reuocat conceſſiones quaſcũque viuę vocis oraculo factas, exceptis oraculis factis S.R.E. Cardinalibus.

Bull Romani ſub die 2. Iulii 1622. grauiter inſurgit contra hæreticos in locis Italiæ, & Inſularum adiacentium quouis prætextu cõmorantes, & eorum fautores.

Bull. ſanctiſſimus ſub die 2. Iunii 1622. ampliat, & declarat prohibitionem, qua prohibetur aſſerere *B.* Mariam Conceptam eſſe in peccato originali.

Bull. cum alias ſub die 17. Auguſti 1622. cõfirmatio, & ampliatio cõſtitutionis Clem. VIII. circa nouorum cõuentuum regularium erectiones editæ ibi habentur.

Bull. circũſpecta ſub die 17. Auguſti 1622. explicat priuilegia, & indulta Patriarcharum, Archiepiſcoporum, et Epiſcoporum in cappella ſanctitatis ſuæ aſſiſtentium.

Bull. iniuncti ſub die 23. Auguſti 1622. confirmat priuilegia omnia, & indulta, & communicat ſingulas gratias, tam ſpiritualium, quam temporalium, quibus fruuntur congregationes Caſinenſis, & canonicorum regularium s. Saluatoris Bononienſ. congregationi Lateranenſi canonicorum regularium ord. S. Auguſtini.

Bull. vniuerſi ſub die 30. Auguſti 1622. confirmat, & ampliat conſtitutionem Pii IV. contra ſacerdotes in confeſſionibus ſacramentalibus pœnitentes ad turpia ſollicitantes.

Bull. ad ſacram ſub die 31. Auguſti 1622. confirmat diuiſionẽ factam prouinciæ S. Auguſtini fratrum recollectorum Diſcalceatorũ Hiſpaniarum in quatuor prouincias, ac circa electionem Vicarii, & alia multa diſponit.

Bull. Apoſtolatus ſub die 30. Decembris 1623. reuocat quaſcunque licentias legendi, & habendi libros prohibitos quibuſcunque perſonis ab omnibus etiam Roman. Pontificibus conceſſas.

Bull. paſtoralis ſub die 2. Februarii 1623. reuocat quaſcunque præcedentias, ſeu paternitates conceſſas Fr. Minoribus S. Franciſci de obſeruantia præter conſtitutiones ordinis confirmatas.

Bull. ad vberes ſub die 3. Februarii 1622. communicat quaſcunque gratias, et indulta conceſſa, & concedenda quibuſcunque ordinibus, tàm mendicantium, quàm non mendicantium ad ſacrum ordinem Carthuſ.

Bulla Domini noſtri ſub die 17. Februarii 1623. inſtituit feſtiuitatem s. Brunonis Ord. Carthuſianorum ſub ritu ſemiduplex, & in Kalendar. & breuiarii in poſterum imprimendam.

Bul. omnipotentis ſub die 20. Martii 1623. acriter inſurgit contra maleficos, ſortilegos cum diabolo pactum facientes, à fideq; apoſtatando alios lædentes.

Bull. grata ſub die 27. Aprilis 1623. Extendit, et noviter concedit priuilegia omnia, et facultates à Gregorio XIV. Cappellanis Romani Pontificis tum exiſtentibus conceſſas pro cappellanis huius Pontificis. Obiit iſte Pontifex Romæ die 7. Iulii 1623. ſepultuſque fuit in Baſilica s. Petri.

Incipiunt Bullæ fœliciter Vrbani Octaui Itali ex Ciuitate Florentiæ, Antonij de Barberinis filij S.R.E. Presbyteri cardinalis tit. S. Honuphrij Romæ die 6. Auguſti 1623. ſummus Pontifex *pronunciatus, & die 29. Septembris coronatus.*

Bull. circumſpecta ſub die 6. Auguſti 1623. concedit indulta, et priuilegia conclauiſtis, qui interfuerunt conclaui, vbi hic Pontifex fuit electus.

Bull. rationi ſub die 6. Auguſti 1625. canonizatio Sancti Philippi Nerii fundatoris con-

congregationis Oratorij.

Bull. rationi ſub die 6. Auguſti 1623. habetur canonizatio s. Ignatii Loyolæ fundatoris Societ. IESV.

Bull. ſacroſancti ſub die 30. Septembris 1623. confirmat conſtitutionem Pii V. de non alienandis, et infeudandis ciuitatibus, terris, et locis S.R.E.

Bulla dilecto filio ſub die 18. Octob. 1623. confirmat translationes iurium ſuper hæreditate quondam Ioan. Pizzuli presbyteri Calabri, etc. de quo etiam ſupra in bull. admonemur.

Bull. ſanctiſſimus ſub die 22. Octobr 1623. habet regulas, et conſtitutiones cancellariæ Apoſtolicæ.

Bull. Romanus ſub die 23. Decembr. 1623. priuilegia concedit, et exemptiones pro dapiferis, qui huic pontifici, cæteriſque S. R. E. Cardinalibus in conclaui, in quo ſummus pôtifex fuit electus inſeruierunt.

Bull. ſacroſanctæ ſub die 22. Ianuar. 1623. ſtatuit, quod profeſſi clericorum regularium miniſtrantium infirmis, ad ſacerdotium deſtinati ex perpetuis redditibus domuum, in quibus reperiuntur viuere poſſint, donec presbyteri ordinentur.

Bull imperſcrutabilis ſub die 12. Februarii 1623. 1624. et 1625. erectio religionis militię chriſtianæ ſub titulo conceptionis B. M. Virginis immaculatæ regulæ Sancti Franciſci cũ eius gratiarum, et indultorum conceſſione.

Bull. Romanus pontifex ſub die 7. Martii 1624. confirmat conſtitutiones Greg. XIII. Clement. VIII. & Pauli V. ſuper bono regimine Frattum Reformatorum ſtrictioris obſeruantiæ Ord. S. Franciſci.

Bull. Vniuerſalis Eccleſiæ ſub die 29 Martii 1624. confirmat, & approbat priuilegia, indulta, exemptiones, libertates, &c. conceſſa quomodolibet Hoſpitali, & Religioni S. Ioannis Hieroſolymitani.

Bull. omnes gentes ſub die 27. Martii 1624 indicitur Iubileum pro anno 1625. ac ſuſpēſio aliarum indulgentiarum dicto anno durante.

Bull. vt ea ſub die 19. Maii 1624. approbat quædam ſtatuta circa ea, quæ agenda ſunt in caſu mortis P. Generalis totius Ord.

Bull. ſanctiſſimus ſub die 24. Ianuarii 1624 reuocat facultates diſponendi de officiis vacabilibus Romanæ Curiæ, eorumque pretio, & moderatione indultorum transferendi pēſiones.

Bull. dilectis filijs ſub die 13. Iulii 1624. cōfirmat conſtitutionem Pauli V. circa eleemoſynas recipiendas à rectoribus Indiarum orientalium, & occidentalium.

Bul In ſede ſub die 22. Auguſti 1624. beatificatio ſerui Dei Iacobi de Marchia fr. Minor. S. Franc. vna cũ conceſſione celebrādi miſſam, & recitandi officium in Eccleſia vbi eius corpus requieſcit, nec non extendit prædicta in alia bulla ad quaſcumque eccleſias dicti Ord.

Bul. ſacroſancti ſub die 14. Auguſti 1624. concedit omnia priuilegia cōgregationi Cœleſtinorum, quę fuerunt cōceſſa cōgregationi Caſſinenſi, & aliorum monacorum congregationibus.

Bulla Sacra Congregatio ſub die 21. Septēbris 1624. habet materiam de regularibus apoſtatis eiectis, ac nouitiorũ receptione, & declaratione decretorum Clem. 8.

Bull. ſuperni benignitas ſub die 21. Octobris 1624. reuocat priuilegia, & indulta in prę iudicium Cameræ Apoſtolicę conceſſa.

Bull. ſacroſanctũ ſub die 25. Octobris 1624. declarat, quod conſenſus monialium ſine quo mulieres ſeculares monaſteria monialium ingredi non poſſunt, fiat per ſecreta ſuffragia capitulariter.

Bull. onerosa ſub die 28. Octobris 1624. habet indultum pro frattribus Ieſuatis S. Hieronymi Ord. S. Auguſtini, quod abiecto caputio albi coloris, quod hactenus ſuper humeros geſtarunt, aliud coloris eorum habitus, eaque forma, qua cæteri mendicantes vtuntur.

Bull. ſecretis ſub die 11. Decembris 1624. contra malè ad ſacros, vel minores ordines, ſeu clericalem characterē ordinantes, & malè ordinatos.

Bull. ſanctiſſimus ſub die 4. Aprilis 1625. diffinitio, quod Imagines nōdum à ſede Apoſtolica canonizatorum, vel beatificatorum neque cũ radiis, vel aureolis depingatur neque candelæ ad eorum ſepulcra accendantur, vel miracula deſcribantur.

Bull. tonitrua ſub die 25. Martii 1625. adhortatur piè Epiſcopos, Archiepiſcopos, &c. ad humiliter Deum deprecandum pro neceſſitatibus S. Eccleſię, & cum Iubilei cōceſſione.

Bull. Romanus pontifex ſub die 24. Aprilis 1625. habet quod fratres Eremitarum S. Auguſtini in Hiſpania, & Indiis promouendi ad doctoratus gradum Sacræ Theologiæ, ab examinatoribus in capitulo generali à priore generali deputandis examinentur.

Bull. alias ſub die 24. Maii 1625. confirmat ſtatuta religionis militiæ Chriſtianæ ſub titulo Conceptionis B. M. Virg.

Bull. In ſede ſub die 10. Maii 1625. habetur beatificatio ſerui Dei Andreæ de Auellino clericorum regularium Theatinorum.

Bull. cum ſæpe ſub die 21. Iunii 1625. habe-

tut hie de celebratione miſſarum, ac prohibitione illas moderandi, ſeu deducendi abſque ſedis Apoſtolicæ licētia, & de earum oneribus perpetuis recipiendis.

Bull. cum ſicut ſub die 3. Iun. 1625. concedit indultum fratribus S. Frāciſci de obſeruantia in partibus Indiarum exiſtentibus, quod de ſuorum ſuperiorum licentia à quocumque catholico antiſtite de conſenſu diœceſani ad omnes etiam presbyteratus ordines promoueri poſſunt, interſtitiis non ſeruatis.

Bull. Ad Romani ſub die 28. Ianuar. 1625. confirmat, & approbat conſtutionem Greg. XV. circa electionem ſummi pontificis habendam.

Bull. Alias à nobis ſub die 2. Septembris 1625. cōcedit indultum Eccleſiis de domibus Soc. IESV recitandi officiū, & miſsā celebrandi pro ſeruo Dei Franciſco Borgia ſub titu cōfeſſi non pontif.

Bull. ſacroſanctum ſub die 22. Sept. 1623. abrogat omnia indulta, & gratias, ſeu declarationes, quę obſeruantiæ regulæ S. Franciſci cōtraria ſunt, & approbat ea, quæ habita ſunt in capitulo gen. S. M. Aracœli ſub die 17. Maii 1625.

Bulla ſanctiſſimus ſub die 18. Septembris 1625 prohibet ne degentes in ſtatu Eccleſiſtico mediatè, vel immediatè ſedi Apoſtolicæ ſubiecto libros ab eis vbicumque compoſitos de quacumque materia tractantes abſque Cardinalis Vicarii, & Magiſtris Sacri Palatii in Vrbe, & extra eam abſque ordinarii, & Inquiſitoris loci licentia deferant, aut imprimēdos tranſmittant.

Bull. humanæ ſalutis ſub die 26. Octobris 1625. prohibet ne bona Iuriſdictionalia ad Eccleſias, & loca pia ſpectantia in feudum, vel emphyteuſim dentur vltra triēnium, nec tales conceſſiones eſſe nouandas, nec prorogandas.

Bull admonet ſub die 15. Decembris 1625. inſtituit Archiuium S.R.E. Cardinaliū, vbi reponenda ſunt ea, quæ intereſſe concernunt dictorum Cardinalium, &c.

Bull. Cum ſicut ſub die 22. Aprilis 1626. inſurgit cōtra extrahentes, ſeu permittentes, vt extrahantur libri, ac etiam manuſcripta à bibliotecis fratrum prædicatorum.

Bull. Ad vberes ſub die 27. Iunii 1626. diuidit Congregationem fratrum Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſt. in quatuor prouincias ſcilicet Romanam, Neapolitanam, Ianuenſem, & Siculam, cum eorū prouincialibus aſſiſtentibus.

Bull accepto ſub die 10. Septembris 1626. declarat quod capitula Eccleſiarum Cathedralium quib. S.R.E. Cardinales præſunt ex indultis conferendi beneficia Eccleſiaſtica reſeruata vel affecta eiſdem Card. conceſſis, nullum ius prætendere poſſint.

Bull. licet nullus ſub die 10. Septembris 1626. declarat, ꝙ S.R.E. Card. indulto, quod habent conferendi beneficia Eccleſiaſtica Eccleſiarum quibus vltimo præſunt vti poſſunt.

Bulla Romanus pontifex reuocat omnes gratias conceſſas aſſiſtentibus vltramontanis Ord. Eremitarum S. Auguſtini ſub die 25. Nouemb. 1626.

Bull. paſtoralis ſub die primo Aprilis 1627. excommunicat hæreticos cuiuſcumque ſectę, eiſque facientes, ac ſchiſmaticos, vel libertatē Eccleſiaſticam perturbantes, aut his, quæ in iſta bulla in die cœnę Domini legi ſolet contrauenientes.

Bull. Decens ſub die primo Iun. 1617. confirmat, & innouat conſtitutiones Sixti V. Clement. 8. Pauli V. ſuper prohibitione alienandi cortalitia, & caſtra, aliaque iuriſdictionalia in loco Eccleſiaſtico exiſtentia emanatas.

Bull. Quoniam ſub die primo Iun. 1627. noua inſtitutio collegii in Ciuitate Viennæ Auſtriæ pro ſcholaribus Germanicæ nationis ibi Sacra Theologia, & aliis liberalibus diſciplinis inſtruendis duo alia collegia etiam fundauit hic pont. vide bullarium.

Bull. Saluatoris ſub die 4. Iun. 1627. declarat quod fratres Cappuccini ſunt verè fratres minores Ord. S. Franciſci, ac ex illius vera, & non corrupta linea diſcendunt.

Bull. Sanctiſſimus Dominus ſub die 20. Iulii 1627. reuocat reſeruationes penſionum perpetuarum ſuper beneficiis Eccleſiaſticis ad collegiorum, & piorum locorum fauorem factarum, & indulto imponendi penſiones etiam temporales quibuſuis conceſſa.

Bull. Saluatoris ſub die 14. Septembris 1627. concedit licentiam celebrandi miſſam, & officium recitandi die 5. Februarii de viginti martyribus ex Ord. Minor. S. Franciſci de obſeruātia prouinc. Diſcalceatorum prouinciæ Philippinarum, & Iaponiæ.

Bull. Saluatoris ſub die 13. Septembris 1627. itidē cōcedit idem indultum pro tribus martyribus Soc. Ieſu.

Bull. ſedes apoſtolica ſub die 27. Septembris 1627. erigit congregationem quæ videre debet de iuriſdictionalibus, & finibus ſtatus Eccleſiaſtici. vide bull. debitum paſtoralis ſub eodem pontifice.

Bull. In ſuprema ſub die primo Nouembris 1627. confirmat, & innouat conſtitutionem Pii V cōtra moneratios, eiuſdemque ampliatio. ad quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas ſeculares, ac cuiuſcumque Ord. nec non militiarum regulares.

Bull.

*Bull.*Iniuncti ſub die 19.Ianuarii 1627.prohibet ne fiat tranſitus ab ordine fratrum, & reformatorum S.M.de Mercede redemptionis captiuorum ad fratres calceatos eiuſdẽ Ord. abſque Romani pont.expreſſa licentia.

*Bull.*exponi ſub die 17 Februarii 1628.confirmatio decreti quo Sacra Congregatio Cardinalium Conc.Trid.interpretum cenſuit cõſtitutionem Gregor.XV. de conſeruatoribus editam non afficere religionem Hieroſolymitanam, niſi quoad Iudices cõſeruatores,eidẽque religioni adhuc ius eiuſmodi Iudice conſeruatores eligendi competere.

Bull. Apoſtolatus ſub die 13.Martii 1627. ampliat conſtitutionem Clem.8.contra non promotos ad ſacrum presbyteratus ordinem Sacramentales confeſſiones audientes, aut miſſam celebrantes,curiæ ſeculari præuia degradatione tradendo editam.

*Bull.*Circumſpecta ſub die 27. Febr. 1628. annullat ordinationem factam à fratribus religionis *B.* Ioannis Dei, vt quiliber ſacerdos bis in hebdomada celebrans ſibi poſſit retinere eleemoſynam, ac prohibet ne ſacerdotes dictæ religionis exerceant officia, dignitates.

Bulla commiſſi nobis,ſub die 4 Maii 1628. habet multa circa electionem diffinitorum congregat.Caſſinenſis.

Bull.In ſpecula ſub die 3. Iulij 1628.habet ordinationes, & leges obſeruandas in electione magni magiſtri Hoſpitalis. S. Ioannis Hieroſolymitani.

Bull.Iniuncti ſub die 9. augusti 1628. quod fratres Capuccini non tranſeant ad ordinem laxiorem ſine ſede apoſtolicæ,ad Carthuſienſem vero ſine miniſtri generalis licentia de cætero tranſire poſſint.

Bull.cum ſicut ſub die 12.Septembris 1628. reuocat indulta,& priuilegia omnibus,& quibuscunq.audientibus confeſſiones ſecularium ſine ordinarii examine,& approbatione.

Bull.exponi nobis ſub die 4. aprilis 1629. approbat,& confirmat decretum Sacræ Congregationis Rituum ſuper vſu baldacchini, & aſſiſtentium, & aliorum miniſtrorum pro Abbatibus Congregationis Oliuetanæ S.Benedicti.

Bull. debitum poſtoralis ſub die primo Iunij 1629.cõcedit exemptionem clericis regularibus ſcholarum piarũ à proceſſionibus, & aliis actibus publicis.

*Bull.*irritatus ſub die 22. Nouembris 1629. indicitur Iubileum vniuerſale.

*Bull.*ad vberes ſub die 7.augusti 1630.prohibet ne erigãtur gymnaſia ſub nomine ſcholarum piarum.

*Bull.*cum ſicut ſub die 19.augusti 1630.declarat conſtitutionem Pii IV. de regiſtrandis in Camera gratiis illius intereſſe concernentibus.

*Bull.*in ſede ſub die 21. Septembris 1630. relatio Fr. Ioãnes Dei Congregationis huius nominis fundatoris in beatorum numerum.

*Bull.*pater miſericordiarum ſub die 7.Iulii 1630. concedit plenariam indulgentiam in vrbe ad agendas gratias Deo pro præſeruatione dictæ Vrbis,& aliarum prouinciarum,& Ciuitatem Italiæ.

*Bull.*Rationi ſub die 6.augusti 1623.habet canonizationem S. Franciſci Xauerii confeſſoris,& inſtitutionem eius feſtiuitatis.

*Bull.*Commiſſi ſub die 9.augusti 1624.prohibet ne fratres reformati Diſcalceati Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum ſub quouis prætextu ad quoſcumque alios ordines etiam fratrum minimorum,excepto ordine Carthuſiano.

Bull. cum ſicut ſub die 20. Ianuarii 1626. diſponit quod fratres reformati Diſcalceati Sanctiſſimę Trinitatis proximè dicti in Africa, & alijs turcarum partibus poſſint celebrare ſuper altare portatili, & antequam illuceſcat dies,ac abſoluere fideles à reſeruatis,eiſq.indulg.impartiri.

Bull. exponi nobis ſub die 26. Septembris 1629.confirmat decretum S.Rituum Congregationis ſuper vſum baldacchini aliorum miniſtrorum,&c.pro Abbatibus Congregationis Cœleſtinæ Ord.S.*Benedicti.*

Bull.Religioſos ſub die 8.aprilis 1631.multa ſtatuit ſuper profeſſionibus per regulares in locis deſignatis in Nonitiarum.

Bull. Ex incumbenti ſub die 5. Iunij 1631. concedit indultum Fratribus Reformatis SS. Trinitatis Redemp.Capt.Hiſpaniæ quærendi, petendi eleemoſynas,oblationes,& legata,ac alia ſubſidia pro redemptione Captiuorum.

bull. Romanum decet ſub die 22.Septẽbris 1631. habet moderationem Conſtitutionis editæ à Clem.8. circa diſtractionem caſtrorũ, &c.pro ſatisfactione crediторum *Baronum* ſtatus Eccleſiaſtici,quod non habeat locum quoad debita contracta poſt ſex menſes à die archiuiationis inſtrumentorum, ac vinculatione bonorum.

bull.cum ſicut ſub die 5. Nouembris 1631. ſtatuit,vt conſtitutiones Apoſtolicæ concernentes fidem catholicam, & s. Inquiſitionis officium adhuc editæ,& in poſterum edendæ omnes regulares quomodolibet priuilegiatos comprehẽdant,niſi in edendis ſpecialiter excipiantur.

bull. alias fœlicis ſub die 10. Decembris 1631.extendit conſtitutionem Gregor. XV. re-

reuocantem omnes conceſſiones viuæ vocis oraculo preter eas S.R.E. cardinalibus conceſſas, &c.

bull. ratio paſtoralis ſub die 21, Decembris 1631. diſponit, vt notarii extra Vrbem creandi antequam exercere incipiant examini ſe ſubiicere debeant ſub pœna nullitatis, & falſi.

bull. in ſuprema ſub die 21. Decemb. 1631. declarat nullitates Notariorum creatorum à quibuſcumque locorum gubernatoribus, & facultatem tribuit Præfecto Archiuiorum cognoſcendi cauſas ſuper nullitatibus prædictis, & inualidandi, etc.

bull. vnanimi ſub die primo Aprilis 1632. piè adhortatur omnes Patriarchas, Epiſcopos, etc. vt preces fundant pro vnitate Principum catholicorum.

bull. nuper ſub die 15. Septembris 1632. confirmat decretum editum à S. Rituum congregatione, vt monaci Abbates camaldulenſes vti poſſint baldacchino, et proceſſionaliter pontificali habitu incedere poſſint.

bull. ex debito ſub die 22. Februar. 1633. ſtatuit pœnas impedictibus religioſos cuiuſcunque ordinis miſſos ad Iaponicas, & alias Indiarum Orientalium partes.

Bull. Cum ſicut ſub die 9. Iulii 1633. ſtatuit vt fratres Diſcalceati ſancti Auguſtini in Philippinis, & Occidentalibus Indiis degentes poſſint promoueri ad quatuor ordines minores, & alios ſacros ordines abſque interſtitiis à qualibet Antiſtite Catholico habente communionem ſedis Apoſtolicæ.

Bull. Iniuncti nobis ſub die 22. auguſti 1633. ſtatuit multa ſuper vacatione miniſtri generali fratrum Diſcalceatorum SS. Trinitatis Redemp. Captiuorum Hiſpaniarum non expleto ſexennio.

Bulla Iteratis precibus ſub die 13. Martii 1634. indicit vniuerſales Iubileum, cum prorogatione eiuſdem.

Bull. Redemptoris ſub die 28. Martii 1634. habet communionem priuilegiorum Mendicantium, & non mendicantium religioni Diſcalceatorum SS. Trinitatis Redempt. Capt.

Bull. Cœleſtis Hieruſalem ſub die 5. Iulii 1634. declarat, & cōfirmat decreta edita circa imagines defunctorum non dum à ſede apoſtolica Canonizatorum cum ſplendoribus, & laureolis non proponēdis, & eorum proceſſionibus formandis, &c.

Bull. Inter grauiſſimas ſub die 23. auguſti 1634. declarat præcedentias inter fratres reformatos de obſeruantia S. Franciſci.

Bull. Militātis Eccleſiæ ſub die 21. Octobris. 1634. præfigit, & ſtatuit cæremonias pro eligendo magno magiſtro hoſpitalis S. Ioan. Hieroſol.

Bull. Romanum decet ſub die 17. Nouemb. 1634. declarat quod clerici pauperes ſcholarum piarum non comprehendantur in decretis circa regularium reformationem editis.

Bull. ſancta ſynodus ſub die 12. Decembris 1634. ſtatuit ſuper reſidentia Epiſcoporum, Archiepiſcoporū, & aliorum Eccleſiis cathedralium præfectorum etiam S.R.E. cardinaliū cum præfixione termini ad proficiſcendum ad eorum reſidentias, ac determinatione pœnarum ex quibuſcumque vrgentiſſimis cauſis.

Bull. Inter cæteras ſub die 3. aprilis 1635. confirmatio præfinitionis habitus factæ inter fratres Diſcalceatos Sāctę Thereſiæ, & fratres primi inſtituti, vulgo de Monte Sancto nuncupatos.

Bull. cum ſicut ſub die 21. Maii 1635. quod regulares, qui vltra vota ſolita etiam votum emittunt de non petenda, aut acceptanda religionem dignitate per quamcunque eorum translationem, ſeu habitus priuationem, aut dimiſſionem à voto huiuſmodi nullatenus liberantur.

Bull. in ſupremo ſub die primo Iunii 1635. ſtatuit, quod aſſertiones, et enunciatiuæ in inſtrumentis nullam faciant probationem, niſi originale afferatur Apoſtolicum Breue, vel copia authentica extracta à cancellaria, &c.

Bull. ex quo regimen ſub die 28. Februar. 1636. eximit fratres reformatos Diſcalceatos SS. Trinitatis ob obedientia Miniſtri Generalis calceatorum eiuſdem Ord.

Bull. inter grauiſſimas ſub die 13. Martij 1636. declarat quòad facultates transferendi penſiones, aut illarum loco fructus, ac tranſlationes, nouaſque reſeruationes penſionum, aut fructuum antea translatorum.

Bull. alias ſub die 2. Iulij 1636. extendit conſtit. Gregor. XIII. ne ſubcollectorum, et commiſſariorum crimina poſſint cognoſci, niſi à Nuncijs, et collectoribus Apoſtolicis in Regno Neap. et ad exceſſus, et crimina patrata in alijs Regnis, et Prouincijs, etiam expletis eorum officijs.

Bull. exponi nobis ſub die 3. Decembris 1636. ſtatuit circa electionem Miniſtri generalis Fratrum Reformatorum Diſcalceatorū congregationis Hiſpaniarum Ord. SS. Trinit; Redempt. captiuorum.

Bull. magnum in chriſto ſub die 20. Iunij 1637. contra eos, qui mentit nomine, vel cognomine adhuc prima vxore viuente ad ſecūdas nuptias tranſeunt.

Bull. cum non ſub die 29. Auguſti 1637. cōtra religioſos Eccleſiaſticos quæſtuoſas artes exer-

Digitized by Google

exercentes pro ſecularibus.

Bull. cum anno ſub die 13. Octobris 1638. quod non ieiunetur ſi vigilia Sanct. Ioan. Baptiſtæ venerit in feſto corporis Chiſtis, ſed eſſe anticipandum.

Bull. decet ſub die 28. Iulij 1639. de locis Montium Romæ.

Bull. cum rationi 18. Maij 1639. quod non ſit facienda translatio rerum Eccleſianum.

Bull. nuper 1640. confirmatio Clementis 8. de elargitione munerũ regularium vtriuſque ſexus, & cetera.

Bull. Romanus 1644. conſtitnit ſuper præſeruatione iurium ſedis Apoſtolicæ.

Bulla vniuerſe 1642. pro obſeruatione feſtorum, quando ſic, & quando non. vide in ead.

*B*ull. Quamuis 1642. Confirmatio decreti Clem. 8. prohibentis fieri vnionem beneficiorum, &c.

*B*ull. Sacroſancta 1642. circa formam, & habitum ſacrarum imaginum.

*B*ull. cum alias 1643. ſuper recitatione, & decantatione hymnorum, &c.

*B*ull. Honorum 1643. 25. Februarij, circa regulares ſuper voto de non procuranda, nec acceptanda dignitate extra religionem.

bull. equum 16. Octobris 1643. conſtitutio circa vtenſilia ſacriſtiæ pontificiæ per obitum S.R.E. Cardinalium debita.

bull. 1644 pro præſenti bello videas in fonte, quia multa, & multa dicuntur ideò non ſũmantur hic, &c.

INNOCENTIVS DECIMVS Romanus, Ioannes Baptiſta antea dictus, Camilli Pamphilij filius, S.R.E. Presbyter Cardinalis tituli Sancti Euſebij. Romæ die decima quinta Septembris Summus Pontifex pronuntiatus, anno Domini 1644. & die 4. Octobris eiuſdem anni coronatus. Creauit vſque ad præſentem diem Cardinalis vndecim.

IVbileum Sanctiſs. D.N.D. Innocentii Diuina prouidentia Papa X. Ad implorandum diuinum auxilium pro fœlici regimine, & ſtatu Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ. quinto nona Decembris 1644.

2 Conſtitutio ſuper titulo, & inſignibus S.R.E. Cardinalium, 14. Kal. Ianuarii 1644.

3. Confirmatio conſtit. Pii V. & eius ſucceſſorum de non alienandis, & infeudandis ciuitatibus, terris, & locis S.R. E. decimoſeptimo Kalendas Decembris 1644.

4 Confirmatio conſtit. Sixti V. & Clementis VIII. circa conſeruationem pecuniarum in Arce S. Angeli repoſitarum, nullo vnquam tempore, niſi ibi præſcriptis caſibus, certaque deſuper ſeruata forma depromendarum. decimoſeptimo Kalendas Decembris 1644.

5 Deputatio Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. cardinalis Odeſcalchi in protectorem Fratrum Ord. S. Hieronymi congregationis Feſulan. die 20. Septembris 1645.

6 Conſtitutio circa Mœnia, ac Propugnacula Vrbis recens extructa, eorumque pomaria. die 4. Martii 1645.

7 Confirmatio nonnullorum conſtitutionum Summorum Pontificum pro communi bono editarum cum reuocatione quarumdã gratiarum contra illarum diſpoſitionem conceſſarum. die 27. Nouembris 1645.

8 Conſtitutio ſuper receſſu S.R.E. cardinalium à Statu Eccleſiaſtico ſine licẽtia ſummi Pontificis, & reditu eorum, qui ſine licentia huiuſmodi receſſerunt ad Romanam curiam. die 19. Februar. 1645.

Summa

Summa caſuum conſcientiæ cum verbis Summorum Pontificum in Bullis,& ſumma caſuum conſcientiæ, cum verbis Summorum Pontificum in Conciliis.

Admodum Reu. P. Mag. MAVRITII DE GREGORIO Ord. Præd. Siculi Cammaratæ ex promotoribus participantibus ad Doctorandum omnium Antiquitatum profeſſoris,Academiæ Antiphraſatorum,Theologi Eminentiſs. Cardin. Sabelli,& primo Cardinalis Aquauiuæ, & Locumtenentis Horatii eius Fratris Epiſcopi Galatiæ.

Dico ego opera mea regi,& regina cunctas hæreſes interimenti in vniuerſo mundo,ſedi ſapientia omnium Doctorum, & Prædicatorum.

In hac vltima impreſſione; in prima verò impreſſione intitulatur Hyacinthus, & Margaritæ Confeſſariorum.

A

PRo Abbatiſſa. Bulla Gregorij 13. virtute huius bullæ,quæ incipit Hac perpetua valitura. Abbatiſſa, ſeu præfata quarumcũque monialium debet eligi per triennium,non ad vitam,alias electio nullius eſt roboris.

Pro Adulterio. Bulla Xiſti V. incip. ad compeſcendum, apponitur pœna contra adulteros.

Pro Agnis Dei. Bulla Gregor. XIII. Agnus Dei benedicti ſub pœna excom. latæ ſententię prohibentur minio notari, vel deaurari, vel venales exponi ſimoniacè,& cętera.

Pro Alienatione rerum Eccleſiæ Bulla Pij IV. qua cauetur, vt aduerſus Eccleſiam malè alienaram poſſit opponi præſcriptio 40. annorum adeſt etiam bulla Pauli 2. incip. cum in omnibus, qua ſtatuuntur pœnæ aduerſus exequutores alienationum rei Eccleſiaſticæ non ſeruantes ea,quę ibi habentur.

Pro alienatione rerum regularium prohibita: Bulla Gregor. XIII. qua multa priuilegia conceduntur regularibus, vt poſſent alienare immobilia, & mobilia pretioſa, At Vrbanus 8. dicta priuilegia reuocauit inhibendo ne mobilia,nec immobilia alienentur.

Pro Altari portatili. Bulla Vrbani V. incip. ſinceræ,&c.& Xiſti IV. incip. regiminis,& quibus cauetur, vt religioſi, ſiue Monaci ord. Chartuſiani poſſint vti altari portatili ſic cõceditur fratribus minoribus,ſic fratribus ord. præd. ab Alex. 6. & Gregor. 13. alia ſimilia cõceſſa Patribus Soc. Ieſu.

Pro Apoſtatis à fide, Bulla Gregor. XIII. incip in Eccleſijs,&c. vbi irritantur diſpoſitiones, quæcumque etiam ſedis Apoſtolicæ de beneficijs contra perſonas propter apoſtaſiã à fide,quæ proprio vitio talis criminis,vel ſtirpis laborant,illud Papæ reſeruat,& tradit formam impetrandi.

Pro Apoſtatis à religione. Bulla Greg XIII. incip. poſtquam, vt talium bona acquirantur illi monaſterio, cui primo profeſſionem emiſerant.

Pro Apoſtolorum liminibus. Bull. Xiſti V. Apoſtolorum limina Epiſcopus Italus tenetur adire tertio quoque anno, vltramontanus quinto quoque anno.

Pro Appellationibus. Bulla Pij V. incip. cum remedium, Vt à ſententia continente pœnam pecuniariam fiſco applicãdam teneatur quis infra ſex menſes à die interpoſitæ appellationis proſequi eam.

Pro Archiuo. Bulla Xiſti V. incip. prouidè Archiuius bonorum Eccleſiaſticorum debet haberi à quolibet prælato,& adminiſtratore.

Pro armis. Bulla Pij IV. vbi retinens domi archibuſetto,ſpunitur,ac ſi detuliſſet,ampliatur per Pium V. ad retinentes domi cultellos, pugiones,&c.

Pro aromatoriorum libris. Bulla,ſeu motus proprius Iulij 3. & Clem. 8. vt dictis libris plena fides adhibeatur.

Pro aſſaſſinjo. Bulla Clem. VIII. incip. ęqua, vt criminis aſſaſſinij declaratio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum,non ſęcularem.

Pro Aſtrologia judiciaria. Bulla Xiſti V. incip. hac perpetua. Aſtrologia iudiciaria prohibetur ſub grauiſſimis pœnis, eius libri prohibentur,præterquam circa agriculturam nauigationem,& artem Medicinæ,&c.

B

Pro bannitorum fautoribus. bulla Gregor. XIII. incip. tantæ, infliguntur diuerſæ pœnæ temporales atque excomm. latę ſentent. papę re-

reſeruatæ, contra receptantes, vel dantes fauorem, vel auxilium bannitis, in ſtatu Eccleſiaſtico.

Pro beneficijs vacantibus per promotioné ad Epiſcopatum. bulla Iulii 3. incip. Sanctiſſimus beneficia vacantia per promotionem ad prælaturam non poſſunt retineri niſi diſpenſetur ſecus eſt ſi habeat officia, nam ea retinent.

Pro beneficiis vacantibus Epiſcopali ſede vacante. bulla Pij V. incip. Sanctiſſimus reſeruantur omnia beneficia vacantia, ſede Epiſcopali vacãte, nec ſpectat eorum prouiſio ad capitulum.

Pro beneficiorum fructibus non exactis in vita beneficiati. bulla Iulij 3. fructus maturati, non exacti in vita beneficiati non ſpectant ad hæredem, vel eius ſucceſſorem, ſed ad Cam. apoſt.

Pro beneficiorum fructus prohibitis teſtari. bulla Pii IV. incipit graue nimis, beneficiarij prohibentur, quomodocumque diſponere in teſtamento de fructibus, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium.

Pro beneficiorum poſſeſsione capienda. bulla Pii V. incip. Sanctiſsimus. Poſſeſsio beneficii non poteſt capi abſque bullis apoſtolicis, aliàs dicitur intruſus.

Pro beneficiorum priuatione. bulla Pii 4. incip. cupientes. Beneficia non poſſunt impetrari à cõſanguineis, vel affinibus Iudicis priuantis beneficiatos.

Pro beneficiorum reſeruatione. bulla Pii 4. incip. volentes. Omnia beneficia reſeruata, vel vacantia in menſe apoſtolico non conferuntur per ordinarium, alias priuatur facultate conferendi, & excommunicatur.

Pro beneficiorum reſeruatione ob hæreſim. bulla Pii V. incip. cum ex Apoſtolatus talia beneficia ad Papam ſpectãt circa eorum collationem.

Pro beneficiorum reſignatione, & permutatione. bulla Pii V. incip. Quanta. Reſignatio beneficiorum in manibus Ordinarii debet fieri cum cauſa, alias Ordinarius priuatur facultate conferendi, ſic & recipiens.

Pro beneficiorum reſignatorum publicatione. bulla Pii V. incip. Sanctiſſimus, & Greg. XIV. incip. humano. Quibus datur forma faciendi publicationes beneficiorum reſignatorum, ac adipiſcendi poſſeſſionem eorum infra ſex menſes in curia.

Pro beneficiorum reſignatorum poſſeſſione infra certum tempus capienda. bulla Gregor. XIII. incip. de beneficiis. Collatio beneficii reſignati in manibus Ordinarii eſt facienda infra menſem, & prouiſus infra tres mẽſes debet capere poſſeſsionem, eamque publicare.

Pro blaſphemia. Bulla Pii V. incip. cum primum infliguntur pœnæ blaſphemantibus; Deum, vel Ieſum Chriſtum, vel B. Virginem expreſsè, quid in prima vice, quid in ſecunda, quid in tertia. Et quid ſi ſit clericus, vel ſecularis.

C

Pro cambio. Bulla Pii V. qua cambium ſiccum declaratur vſurarium.

Pro canonicis cardinalibus. Bulla Pii V. qua talis titulus ex quocunque priuilegio annullatur præterquam canonicis de vrbe.

Pro canonicis regularibus. bulla Gregor. XIII. qua ſtatuitur, vt canonici regulares non poſſint obtinere parochias, quod ſecus erat de iure communi.

Pro Capitulo Odoardus. bulla Clem. VIII. vt iudicium dicti cap finiatur infra 4. menſes.

Pro capitulo ſede vacante. bulla Clement. VIII. qua ordinatur canonicis Neapolitanis, vt ſede vacante capitulum defendat libertatẽ Eccleſiaſticam, & alia.

Pro caſibus reſeruatis adeſt decretum Clement. VIII. ex quo colligitur ſoli Epiſcopo licere caſus reſeruare.

Pro clauſura. bulla Gregor. XIII. incip. harum tenore. clauſuram violare prohibentur ſuperiores quicunque, niſi in caſibus neceſſariis ſub pœnis interdicti quoad prælatos ab ingreſſu Eccleſiæ prima vice, & ſi ſecunda vice aliæ pœnæ, vt ibi.

Pro eadem clauſura. Bulla Pii V. incip. paſtoralis. clauſura eſt ſeruanda, quibus non licet exire à monaſterio quacunque ex cauſa.

Pro eadem clauſura. bulla Pauli V, & Vrban. 8. reuocantur omnes licentiæ conceſſæ viris, & mulieribus pro ingrediendis monaſterijs.

Pro Conc. Trident. bulla Pij 4. incipit benedictus Deus. Confirmatur concilium Triden. prælatis ſub interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, aliis verò excommunication. latæ ſent. qui cõmentaria, & gloſas circa tale conc. facerent.

Pro concurſu. Bulla Pii V. incip. in conferẽdis qua ſtatuitur forma faciendi concurſum infra ſex mẽſes pro aliqua Eccleſia parochiali concordat Trid. ſeſſ. 24. c. 17.

Pro conſeruatione Virginum. Bulla Clem. VIII. qua ſtatuitur in conſeruatione monialium Epiſcopo aſſeruare contenta in pontificali.

Pro conſeruatoribus. bulla Greg. 15. incip. Sanctiſſimus continet conditiones quas debent habere conſeruatores.

Pro contractibus cenſualibus. bulla Nico-

lai V. incip. ſollicitudo paſtoralis, vt cenſus conſtituatur cum pacto de retro vendendo, &. vt cenſus annualis nõ excedat decimam partem pretii principalis. Alia conſtit. Pii V. incip. hac igitur noſtra.

D

Pro dato, & promiſſo pro iuſtitia, vel gratia, obtinenda à Sede Apoſtolica. bulla Gregor. 13. incip. ab ipſo. prohibetur aliquid dari pro gratia, vel iuſtitia à Sede Apoſtolica facienda ſub pœna excomm. Papæ reſeruata. Abſoluit Epiſcopus in articulo mortis.

Pro duello. Bulla Clem. 8. incip. illius vices, quod prohibetur omni iure, de quo vide verbo Duellum.

E

Pro erectis à religione, vt incorrigibilibus. Decretum Vrban. 8. non poteſt quis eiici à religione, niſi ſit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis declaratur in dicto decreto.

Pro eiectorum bonis à religione. Bull. Gregor. 13. incip. officii noſtri. bona prędicta ſpectant ad Cam. Apoſt.

Pro excommunicatorum vitatione. bulla Leonis V. incip. ſtatuimus. Excommunicati erunt vitandi primo, ſi ſint denunciati. Secundo, ſi ita conſtet eſſe excommunicatos, vt non poſſit velari.

Pro exemptionum priuilegiis circa curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum. Bulla Gregor. XV. incip. Inſcrutabili. Nõnulla prouidet, & aliquid addit pro obſeruatione Tridentini ſeſſ. 25. c. 11. de regular.

F

Pro fabrica S. Petri. bulla Pii V. incip. exigit legata pia ad effectum celebrationis miſſarũ, &c. ſi non fuerint mandata exequutioni infra triennium, medietas ſpectabit ad fabricam, alia medietas ad locum pium, cui relicta sũt, cum declaratione cardinalium.

Pro feſtis diebus. bulla Pii V. incip. cum primum, dies feſtos ab omnibus obſeruandos ſub pœna arbitrio Ordinarii, etc.

Pro feudis. bulla Vrban. 8. incip. ſacroſancti. confirmat conſtit. Pij V. de non infeudãdis ciuitatibus, &c. S.R.E.

Pro fidei profeſſione. Bulla Pii IV. incipien. Sacroſancta. Profeſſio fidei à quibuſcunque prouiſis de beneficiis curam animarum habẽtibus, nec non à canonicis, & dignitatem habentibus debet fieri infra duos menſes.

G

Pro gratiarum reuocatione. Bulla Gregor. XV. incip Rom. Pontifex. Conceſſiones viuæ vocis oraculo reuocantur.

H

Pro habitu clericali: bull. Clemen. VIII. & Paul. III. clerici in minoribus non incedentes continuè in habitu, et tonſura etiam abſque trina monitione non gaudent priuil. fori.

Pro habitu clericali. Bulla Xiſti V. incip. hac noſtra. Clerici in ſacris, et in minoribus conſtituti non incedentes cum habitu priuãtur ſine monitione, et Iudicis decreto beneficiis, et penſionibus.

Pro Hebreis. Bulla Clem. 8. qua prohibetur deſcendẽtibus ex ſtirpe, et genere Iudeorum admitti ad beneficia uſque ad ſeptimum gradum incluſiuè à tempore conuerſionis eorum.

Pro Hæreſi. Bulla Martini V. incip. inter cũctas. Hæreticus propriè dicitur, qui malè ſentit de ſacramentis Eccleſiæ, et aliter credit de fidei articulis, quam S.R.E.

Pro hæreſi. Bulla Clem. 7. incip. cum ſicut Inquiſitores habent poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione, et diſpenſandi ab irregularitate contracta propter hæreſim, præcedente tamen abiuratione, et promiſſione ne amplius in futurum, etc.

Pro hæreſi. Bulla Pauli V. incip. Romanus Epiſcopi poſſunt procedere in cauſa hæreſis contra exemptos, etiam ſi ſint præuenti à ſuperioribus.

Pro hæreticorum, et maleficorum denũciatione. Bulla Gregor. 9. & Innocen. 4. Excommunicantur non denunciantes hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos.

Pro horis canonicis. Bulla Leon. X. *incip.* ſtatuimus confirmata per Pium V. omnes beneficiati tenentur recitare horas canonicas ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis fructuum pro rata illius diei.

I

Pro illegitimis inhabilibus ad beneficia. Bulla Gregor. 21. illegitimi ſunt inhabiles ad ordines, & beneficia, quia ſunt irregulares, et incapaces omnium dignitatum Eccleſiaſticarum.

Pro illegitimis ad beneficia parentum non ſuccedentibus. Bull. Clemen. 7. incip. ad canonum, ſtatuit vt illegitimi ſint inhabiles ad ordines, et beneficia, et bona parentum.

Pro illegitimis inhabilibus ad ſucceſſionẽ clericorum. Bulla Pii V. incip. quæ ordini prohibentur clerici diſponere de bonis Eccleſiaſticis, ſeu eorum fructibus in fauorem illegitimorum quomodocunque, vel eorum conſanguineos quoſcunque.

Pro immunitate Eccleſiaſtica. Bulla Greg. 14. incip. hac perpetua, vbi confugientes ad Eccleſiam gaudent immunitate, præter ibi exceptuatos.

Pro inceſtu. Bulla Siſti V. committentes inceſtum,

Digitized by Google

ceſtum, etiam ſi duas germanas ſorores publicas meretrices cognouerint,puniuntur vltimo ſupplicio.Greg.verò 14.per Bull. incip. ſicut antiquitus addidit,& ptohibuit peti diſpenſationes in huiuſmodi matrimoniis in virtute S.Obedientiæ.

Pro indultu cardinalium Bull.Vrb.8.incip. ſanctiſſimus capitula, quibus præſunt cardinales non habentes ius nominandi, vel præſentandi,etc.

L

Pro libris prohibitis.Bulla Vrb.8. incipien. conſtitutio hæc.Qua reuocantur omnes licentiæ legendi,vel retinendi libros prohibitos,et vt ad Epiſcopos,vel Inquiſitores deferant.

Pro librorum impreſſione. bulla Leon. X. incip.inter ſolitudinem, prohibentur imprimi libri,& aliæ ſcripturæ in Vrbe abſque approbatione in ſcriptis Magiſtri S.Palatii.

Pro locatione bonorum Eccleſiæ. bulla Pauli 4.& Sixti 5.locatio rerum Eccleſiæ facta conſanguineis nulla eſt.

M

Pro Medicis.Bul.Pij V.Medici nõ ſeruantes conſtitutionem Innoc.3.vltra pœnas ibi,ſunt perpetuò infames,& gradu medicinæ priuantur.

Pro miſſarum celebratione. Bulla Pij 5.incip.Sanctiſſimus reuocantur licentiæ,ac facultates celebrandi miſſas veſpertino tempore, vide decretum declaratorium Sacræ Congreg.

Pro miſſarum celebratione,& reductione per S.C. Trid. miſſarum reductio permittitur ordinario ſeſſ.25.c.4. de reform. tamen hodie auctoritate Vrb.8.eſt prohibitia. vide decretũ Sacræ Cong.vide etiam declarationes S.Congregationis Concilij Vrb.8.

Pro monaſteriorum ædificatione. Bulla Clem.8.incip.Quoniam.Monaſteria quorumcunque etiam mẽdicantium non poſſunt erigi etiam cum conſenſu Epiſcopi,niſi ſeruata diſpoſitione huius bullæ.

Pro monaſteriorum ædificatione. bulla Vrb. 8. incip. Romanus priuilegia conceſſa mendicantibus ædificandi monaſteria abſque licentia Ordinarii ſunt reuocata.

Pro monetariis. bull.Vrb.8.Clerici monetarii puniuntur per Iudicem ſecularem conſentit motus proprius Pii V.

Pro monialium numero in monaſterii præfigendo. bulla Gregor.13. monialium numerus præfigendus eſt per Ordinarios locorum ſub pœna peccati mortalis.

Pro monitorialibus litteris in forma. bulla Pij V.incip Sanctiſſimus, tradit tria debere concurrere in expeditione mandatorum, ſeu breuium in forma ſignificauit pro rebus deperditis,vel ſubtractis,& reuelandis iis.

Pro munerum largitione. bulla Clem. 8.incip, religioſæ. Munerum largitio prohibetur regularibus.

N

Pro nouitiis recipiendis. bulla Clem.8.incip. Regulares. Nouitii ſunt recipiendi in locis deſignatis per hanc conſtitutionem ſub pœnis contentis ibi.

Pro nouitiis recipiendis præcedente informatione. bulla Xiſti V.incip. Circumſpecta, qua in recipiendis nouitiis informationes debeant præcedere.Clemens verò 8. eam cõfirmauit,et addidit, vt approbentur ab ipſa congregatione, in quam aggreditur, vel auctoritate Epiſcopi,etc.

Pro nullitatibus ſententiæ. bulla Clem. 8. incip.Litium diſpendiis, non poteſt dici de nullitate ſententiæ,niſi ex defectu iuriſdictionis,mandati,et citationis.

O

Pro officiorum ſocietate.bulla Pauli IV.incip.Inter cæteras,ſtatuatur, vt ſocietas officij non poſſunt contrahi, niſi ſuper officiis Rom. Cur.

Pro ordinandorum titulo, & pœna Epiſcopi promouentis, & promoti abſque illo, bulla Xiſti V.incip. ſanctum inſtituitur pœna Epiſcopis ab executione omnium munerum pontificalium, & ab ingreſſu Eccleſiæ priuat.&c. Clemens vero 8. reſtrinxit ad terminos. iuris, vt extendatur pæna circa eos, qui ſimoniace ordinant,&c.ibi vide.

Pro ordinatis ab alieno Epiſcopo ratione beneficij tenuis Pauli V. quo ſtatuitur non poſſe præſertim Neapolitanos ratione tenuis beneficij ordinari ab alio Epiſcopo ad inſtantiam Card.Carafæ.

Pro ordinatis extra tempora. Bulla Pij 2. Xiſti 5.quæ quia erant nimis rigidæ Clemens 8. reduxit ad terminos iuris, & pænas ab illis ſumm.pont.tollit,præterquam in ordinatis ſimoniacè.

Pro percuſſione clerici graui.Vide extrauag. Io.22.incip.perlectis,vbi vides copiosè quẽnã dicatur grauis, vel leuis percuſſio pro intelligentia cap.ſi quis ſuadente.

Pro pollutione Eccleſiarum.Bulla Leon X. qua reconciliatio Eccleſiarum ſpectat ad Epiſcopos,nec facultas conciliandi delegatur ſacerdoti,&c.

Pro præcedentia in proceſſionibus.Bulla Greg.13.incip.expoſcit, vbi lis præcedentia proceſſionum dirimitur per Epiſcopũm.vide decretum ſac. Congregat. de proceſſionibus regularium extra clauſtra.

R

Pro recipiendis nouitiis non præcedente informatione. vide decretum Sacræ Congregationis, quo abſoluuntur regulares per Vrb. 8. ab eo, quod ordinauerat Clemens 8. ſupra conſt. incip. Sanctiſſimus.

Pro regularibus curam animarum habentibus. Bulla Gregor. 15. incip. inſcrutabili. qua ſtatuitur, vt regulares etiam exempti curam animarum habentes poſſe viſitari, & corrigi.

Pro Regularibus delinquentibus extra clauſtra bul. clem. 8. q; licet Epiſcopus nullam habeat iuriſdictionem in regulares, ſi tamen delinquant extra clauſtra, poſſunt per Epiſcopos puniri concord. diſpoſitio Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de regular.

Pro regularium, & ſæculariũ prædicatione. Bulla Greg. 15. regulares volentes prædicare in Eccleſiis ſuorum ordinum debent habere licentia, in aliis Eccleſiis benedictionem ab ordinario Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. de reform. ea bulla Greg. incip. inſcrutabile, & regulares ſecus facientes puniuntur ab Epiſcopo.

Pro regularum numero in ſingulis monaſteriis conſtituendo, Bulla Clem. 8. & pauli 5. incip. Sanctiſſimus. Ille numerus monacorum debet eſſe in conuentibus, qui commodè poſſunt alis proprijs redditibus, & eleemoſynis.

Pro Religioſis indebitè vagantibus. Bulla pauli 4. incip. poſtquam religioſi indebitè vagantes extra clauſtra multis pœnis puniuntur præſertim priuationis baccalaureatus magiſtratus, inhabilitatis præſertim ad ſacerdotium, &c.

Pro religioſis recurrentibus ad Curiam Rom. pro eorum grauaminibus, adeſt decretũ S. Cong. quo traditur norma ſeruandi ea, quæ debent fieri.

Pro reſidentia canonicorum, & parochorũ. Bulla pii 5. incip. cupientes, præcipitur reſidẽtia parochis, Canonicis, ſeu aliis qui curam habent animarum.

Pro reſidentia patriarcharum, primatuum, Archiep. & Epiſcop Bulla pii 4 incip. In ſuprema, vbi augentur pęnæ contra prædictos non reſidentes.

S

Pro ſacerdote nõ ordinato miniſtrante, vel Sacramentalem confeſsionem audiente, Bulla Clem. 8. incip. ſi alias, quilibet qui non promotus ad presbyteratum, celebrauerit, vel Sacramentalem cõfeſſionem audierit ab ordinariis, vel inquiſitoribus degradetur, & curiæ ſeculari tradatur.

Pro ſacrilegio. Bulla Xiſti V. incip. cum prouida ſtatuuntur pęnę ſacrilegii, iis qui res ſacras à templis diuinis auferunt.

Pro ſequeſtro apponendo in fructibus beneficii reſeruati prouiſi per ſedem apoſtolicã, & ordinarium. bulla pii 4. Sequeſtrum poteſt apponi in fructibus beneficiis reſeruati prouiſi per papam, & ordinarium.

Pro ſimonia. bulla pii 5. incip. durum nimis ſimonia eſt aliquid recipere à beneficiatis pro capienda poſſeſſione beneficiorum, niſi in pios vſus expendantur.

Pro ſimonia. bulla pii 5. incip. vę ſimoniacę, qua conſtitutione augetur pęna ſimonię.

Pro ſindicatu. Bulla Greg. 13. Vicarius non tenetur dare ſindicatum.

Pro ſodomia. bulla pii 5. incip. cum primũ, qua imponitur pæna clericis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis tale crimen exercentibus, priuationis ipſo iure, beneficio, officio, ac priuilegio clericali, ita vt poſſit Iudex Eccleſiaſticus taliter delinquentem tradere iudici laico.

Pro ſollicitatione in confeſſione. bull. Greg. 15. incip. vniuerſi. Sollicitantes in confeſſione debere denunciari &c. ſi fuerint reperti rei criminis infligitur eis pæna perpetua triremium, ſuſpenſionis ab ordinibus, beneficiis, &c. ſine vlla ſpe gratiæ, &c.

Pro ſpoliis clericorum. bulla pij 5. incip. Romani. agit de bonis quæſitis ex beneficio à clerico ſpectare debere ad Cam. apoſt.

Pro ſubcollectoribus bulla Xiſti V. ſubcollectores aduocati, & procuratores fiſcales eorum officio durante ſunt exempti à *ſpoliis*.

T

Pro tertiariis. vide decretem Sac. Cong. declarans gaudere foro, & priuilegio canonis.

V

Pro viſitatione militum D. Ioannis, curam animarum habentibus. bulla pii 5. incip. expoſcit. decernens Eccleſias parochiales militum hieroſol. poſſe viſitari ab ordinariis quoad ea, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant.

Pro vſuris. bulla Xiſti V. incip. deteſtabilis ſocietas, in qua ſocius aſſecurat capitale, & ſoluit certum lucrum pro incerto, vſura eſt, &c.

Summa caſuum conſcientiæ, cum verbis Summ. Pontif. in Concil. abecedaria.

A

ABbates per duos menſes poſſunt abeſſe, ſi ſuum munus per alium ſufficienter ſuppleant, ait Leſſius auctoritate Sac. Congr.

Abbatem Epiſcopus, iuxta canones, in monaſterio inſtituit, atque extra regulam facta ibi corrigit, 4. Toletani 50.) 1. Aurelianenſis 21, poſterius mutat 1. Lateranen. ſub Greg. 1.

Vnde ei ſubeſſe iubetur, chalcedonẽſis, c. 8.

1. Au-

2.Aurelianen.21.)Trid.ſeſſ.5.cap.1.

Non ſuſcipiens verò Epiſcopi præcepta remouetur à communione,donec cōtumaciam deponat 2.Aurelian.21. Si peccans nolit eo corrigi,deducitur ad iudicium Metropolitani.Epaunent.19.

Eum tamen Epiſcopus ſine confratrum abbatum conſilio de loco ſuo non præſumat eiicere: quem autem negligentia eiicit,cum omnium Presbyterorum conſilio refutetur,2. Turon.7.Et iuxta concil.conſtantienſe, ait 3. Lateranenſe ſeſſione 9.nullus prælatus transferatur inuitus,niſi iuſtis, efficacibuſque rationibus,& cauſis.

Per præmium Epiſcopus abbatem non ordinet,2.Turon.7.ſeu in ſede ponat. Alexand. 3.conſtitutionum ſuarum partis 1.c.7. alioqui honore per præmium obtento abbas careat Cabilonen.16.ordinatio talis,vel electio, vel poſtulatio nulla ſit ipſo iure,& vt accipiēs, ita & dans incurrat ipſo facto ſententiam excommunicationis. Martinus PP. V.ſeſſ.43. conc.conſtant.

Nec niſi,qui de ipſo eſt monaſterio, cuius abbas defunctus eſt,& quem concors fratrum ſocietas elegerit.1.Lateranenſ. ſub Gregor.1. pp. (si aptam inter ſe perſonam inuenire nequeant, ſolerter ſibi de aliis monaſteriis eligant ordinandum.1.Lateran.) 1. cabilonen. 12.*dicitur,ſi quilibet* abbas elegerit ſucceſſorem, *hic* electus, de facultatibus monaſterii ad regendum nullam habeat poteſtatem.

Clerici cuiuſcūque ordinis, qui in Eccleſiis quocunque modo militant, Abbates per monaſterium fieri non permittantur, ſed aut admiſſa clericatus militia monaſticis non promoueantur ordinibus,aut ſi abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam.Satis enim incongruum eſt,ſi cum vnum ex his pro ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad vtrunque iudicetur idoneus,ſicque inuicē, & eccleſiaſticus ordo vitæ monaſticæ, & Eccleſiaſticis vtilitatibus regula monachatus impediatur Gregorius 1.pp.lib.3.epiſt.11.

Et nullus habitum monachi ſuſcipiat,ſpem aut promiſſionem habens,vt abbas fiat. Romanum ſub Nicolao primo.

Vnum autem duobus monaſteriis præſidere inter dicimus Agathen.38.& 57. Venetici 8.Epaunen.9.10. Nec duo ſint in vno Monaſterio abbates.1.cabilonen. 12. nè ſub obtētu poteſtatis ſimultas inter monachos, & ſcandalum generetur.

Cellulas diuerſas ſingulis abbatibus habere non liceat.Agath.38.Venetici 8.

Attamen propter hoſtilitatis incurſum,receptacula intra muros, ſcilicet ciuitatis,poterunt collocare.Agath.38.Vener.8.

In proprietatem ſuam abbas non reuocet, id quod monaſterio oblatum eſt. 4. Aurelia.11.

Res illa ad poteſtatem Epiſcopi reuocetur, quam ſine eius notitia, ſeu ſubſcriptione abbas vēdiderit.Agath.56.3. Aurelia 23. Apaunen.8.4.Aurelia.11.

Menſæ Abbatis debiles, peregrinique interſint,et ante ſe ioca turpia fieri non permittat. per ſonet ibi lectio diuina.Rhemen. 17.

Non licet ei filios de baptiſmo habere.Antiſiodoren.25.

Concilio omnes abbates interſint.Antiſiodoren.7.interſint 5.conſtantinop.act.1.

Manus ad ea,quę ſunt Epiſcopalis dignitatis non extendant,de cauſis matrimonialibus cognoſcendo,iniungendo publicas pœnitentias,concedendo indulgentiarum literas, &c. 2.Lateranen.60.ſub Innocentio 3.Nullis, qui regulares eorum ſubditi non ſunt tonſuram, vel minores ordines cooferant, nec litteras dent dimiſſorias aliquibus clericis ſecularibus,vt ab aliis ordinentur.Triden.ſeſſ.23.c.10.

Abbatiſſa non poteſt diſpenſare in votis, quia non habet iuriſdictionalem ſpiritualem. Toleta.3.

Abbatiſſas fieri,quæ iuuenculæ ſunt, vehementiſſimè prohibemus,nullam igitur fraternitas tua,niſi ſexagenariam virginem, cuius ætas atque mores hoc exegerint, velari permittat.Gregorius pp.11.lib.3.epiſt.11. Trid. autem ſeſſ.25.cap.7.Abbatiſſa,& Prioriſſa, & quocunque alio nomine Præfecta,& præpoſita appelletur,eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixit. Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem monaſterio,& alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum ſuperiori, qui electioni pręeſt videtur,ex iis,quę in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint,Epiſcopo, vel alio ſuperiore conſentiente eligatur. Duobus verò monaſteriis nulla perficiatur.

Epiſcopo in omnibus ſubſit Abbatiſſa. 2. cabilonen. 65. ſine eius notitia nihil vendat. Epaunen.8.

Victus,veſtimenta, aliaque nonnulla neceſſaria iure debent familiæ ab abbatiſſa pręparari.Turonen.58. ſub carolo magno c.26, 2.cabilonen.54.& 58.Rhemen.33.

Ipſa ſubditis talem ſe debet exhibere in

ha-

habitu, in veſte, in omni conuictu, vt eis ad cœleſtia regna pergētibus ducatum præbeat. 2. cabilonen. 52.

Prouideat in lectione, & pſalmorum modulatione, vt ipſæ ſanctimoniales ſtrenuæ ſint, 2. cibilonen. 54.

Abſque Epiſcopi ſui licentia foras monaſterium egrediendi non habeat poteſtatem, ſed tantum in ſuo permaneat monaſterio; ibique, & ſeipſam cuſtodire, ſibique commiſſas ſeruare quanta poterit vigilantia decertet. Turonen. ſub Carolo magno cap. 30.) ſimile ferè eſt 2. cabilonen. 57. Maguntiaci. 13. ſub Carolo magno.

Cum viris clericis, ſiue laicis non loquatur horis incompetentibus, ſed quicquid de neceſſarijs rebus cum eis peragere debet, a prima hora vſque ad veſpertinam peragat, & hoc non cum ſingulis, ſed coram pluribus. 2. Cabilonen. 55.

A veſpera autem vſque primam cum nullo maſculo colloquium habeat, niſi forte talis ſit occaſio, quam euitare non poſſit, & ſi neceſſitas incubuerit, id coram teſtibus facere debebit. 2. cabilonen. 56.

Velare virginem non præſumat. Eutichianus pp. 20. q. 1. Statuimus vt, &c.

ABORTVM mulier ſibi ipſi procurans, antiqua Eccleſię definitione remouebatur ad finem vſque vitæ ab Eccleſia, miſericorditer vero ei. 10. annorum pœnitentiam indixit Ancyranum, cap. 20.) Qui potionibus id mulieri acceperit communionem poſt 7. annorum pœnitentiam demum accipit, iuſſus tamen omni tempore vitæ ſuæ inſiſtere fletibus. Iletdenſe. cap. 2. Triburienſe ſub Arnolfo Imp. cap. 50. Vide Titulum Homicidij.

Abſentans ſe, ſeu abſens ab Eccleſia clericus, vel laicus diebus ſolemnioribus, vide tit. Eccleſia. §. 13. & clericorum nomen.

Abſtinens a quibuſdam cibis propter corporis ſui afflictionem laudatur. 1. Braccar. 14.) Vigil. pp. Epiſt. 11.) 1. Toleta. in confeſſione fidei) Cirilli Epiſcopi Ieroſol. catecheſi. 4.) Vide titulum Ieiunium.

Abſentes non peccant contrahendo per procuratores ſeruatis ſeruandis Card. Tuſc. to. 5. con. 124. per literas Congreg.

Abſens a choro notabiliter peccant quando tenetur.

Abſolutio ſacerdotis in ſacramento pœnitentiæ eſt quidem alieni beneficii diſpenſatio, nō eſt tamen nudum ſolum miniſterium, vel annunciandi euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, ſed ad inſtar actus iudicialis, quo ab ipſo velut à iudice ſententia pronunciatur. Conc. Triden. ſeſſ. 14. cap. 6. & cau. 9.

Abſolutio prolata in ſibi non ſubiectum eſt nullius momenti: eadem 2. ſeſſ. cap. 7.

Acolytus ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipatur, & ideo in ordinatione detur ei ceroferarium cum cereo 4. Carth. 6.) Aquiſgranen. 5.

Accuſatores fratrum (ſeu detractores, aut ſuſurrones) Epiſcopus excommunicet, & emendantes vitium recipiat ad communionem. 4. Carth. 55.) Quo reſpicit Elibertinum c. 73. ne in fine quidem dans communionem ei, ad cuius accuſationem accuſatus, vel proſcriptus eſſet, vel interfectus frater.

Actorum decreta. Vide in fine in verbo Vicarius vbi ſunt omnia decreta faciēda a magiſtris actorum, ſeu à Vicario, dictādo curioſa, & neceſſaria.

Accuſare non poteſt excommunicatus.

Accuſare iniuſtè peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, & ſequuta morte ſeu mutilatione incurrit irregularitatem.

Accuſaturus in iudicium veniat, nomen rei indicet. Eutychianus pp. epiſt. 2.

Nam nemo abſens accuſare alterum, neque per ſcripta poteſt, ſed propria voce, Srepha. 1. Pp. epiſt. 2.) Damaſus pp. epiſt. 6.) 6. Toleta. 11.

Accuſandi licentia denegetur his, qui vel Chriſtianæ religionis dignitatem, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Felix Papa epiſtol. 1. cap. 9. & 11.

Accuſans de multis, ſi in primi criminis probatione defecerit, cætera probare non ſinitur 7. carthuſ. 3.

Accuſator nullus ſit, & iudex eiuſdem. Fabianus Pp. epiſt. 2. (Si tamen eius ſit. Nam habet verba Auguſtini enchiridii. 79. Sunt quædam quæ leuiſſima, &c.) Stephanus pp. epiſt. 2. ex eo, vel ille ex Stephano dicit: Scimus dilectiſſimi, quia &c.) Damaſus pp. in epiſt. ad Stephanum.

Quibus accuſatio denegatur, iis in cauſis propriis non denegatur.

Superiorem ſuum clericus inferior non debet accuſare. concil. Roma. ſub Sylueſtro act. 1. cap. 3. citatur. 2. quæſt. 7. Nullus laicus, & ferè idem act. 2. cap. 18.) Maguntianus.

Domini ſacerdotes accuſare non poſſunt, qui non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorū fides, vita, & libertas neſcitur. Fabianus pp. epiſt. 33.) Sixtus Pp. 3. c. 2. epiſt. ſuæ ad Epiſc. Orient.) Adrianus Pp. cap. 3.

Perſonarum ad accuſationem Eccleſiaſticorum non recipiendarum omnes ferè primorum Pontificum epiſtolæ meminere, & ſummatim Adrianus 1. Pp. cap. 3. &c.

Maiores natu accuſare non poſſunt criminibus aliquibus irretiti, aut qui ſunt ſuſpecti.

Fa-

Digitized by Google

Fabianus pp. epiſt. 3.) 2. carth. 6.) 4. carth. 96.) Lucius pp. epiſt. ad epiſc. Gal. & Hiſpan. Pontianus pp. epiſt. 2.

Nec clericos accuſare poteſt ab excommunicatione, nec dum abſolutus, quiſquis ille ſit 7. Carthuſ. 1.

Contra delinquentes tribus modis poteſt procedi per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, diligens tamen adhibeatur cautela, vt ſicut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio, ſic & denunciationem caritatiua admonitio, et inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire, &c. Lateranenſe ſub Innoc. 3. can. 8.

Accipiẽs eleemoſynam miſſæ pro mortuo, poſtea faciat celebrare miſſam reſurrectionis, vel aliam pro ipſo ſatisfacit, caſus deciſus in prima parte Ludouici de Beia Bononiæ cum congregatione, &c.

Accuſatus non debet aliqui, quam in foro ſuo audiri, niſi fuerit appellatũ. Fabianus pp. epiſtol. 3. Sixtus pp. 3. in epiſt. ad orientales, cap. 3. Damaſus pp. epiſt. ad Stephanũ. Adrianus pp. in canonibus à ſe collectis.

Clericus accuſatus apud Epiſcopum, ſi ab eo diſcedat ante ſententiæ tempus, pro dubia ſuſpicione facit, vt manifeſta in eum maneat cenſura. Symmaco pp. Ennodius in libello ſuo citatur. 8. q. 4. nonnè directa. Felix pp. 2. c. 16. reſcripti ad Epiſcop. Ægyp. In ſecularibus negotiis, poſtquam legibus vocatus venerit, & in foro decertare cœperit aliqui, non licet ante peractam cauſam recedere. In Eccleſiaſticis verò dicta cauſa recedere licet, ſi neceſse fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.

Si intra annum cauſam ſuam purgare contemnat, nulla eius vox poſtea audiatur. 5. Carthaginen. 12. VVormacien. 71.

Epiſcopo accuſato induciæ ſex menſium conceduntur, quibus priuſquam compareat cauſam ſuam inſtituat, teſtè Damaſo pp. ad Stephanum. Felice 2. pp. & aliis, &c.

Adami primum peccatum mortale, & aliorum prima peccata mortalia, ſunt amplectẽdo malũ in primo actu vſus rationis, & auertendo ſe à Deo.

Adam rectus à Deo conditus, per peccatũ totus eſt ſecundum vtrumque ſui partem in deterius commutatus. Concil. Arau. 2. cap. 1. Tridene. ſeſſ. 5. decre. 2. Vbi & multa alia explicantur de Adæ lapſu, quæ ad fidem pertinent.

Niſi homines ex ſemine Adam propagati naſcerentur, non naſcerẽtur iniuſti. Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 3.

Aduocatus ex quo tempore cognouit cauſam iniuſtam, & hoc tenetur ſcire, obligatur ad damna, tenetur defendere pauperes gratis ſub pœna peccati mortalis, ait Sotus, aufugere calumnias, vt pragm. recentior. Neapolis.

Adoleſcentes, & impuberes clerici omnes in vno conclaui commanebant, probatiſſimo ſeni deputati, vt lubricæ ætatis annos in diſciplinis Eccleſiaſticis agerent. 4. Toleta. 23. quod obſeruari vult à rectoribus Eccleſiarum Aquiſgranen. ſub Ludouico pio Imp. c. 135.

Vnde Syricius pp. ad Himerium, Tarraco. cap. 9. dicit. Quicunque ſe Eccleſiæ vouerit obſequiis, à ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari, qui ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad 20. ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, &c. Innocentius 1. pp. epiſtol. 24. cap. 5. ex illo. Zozimus pp cap. 3. epiſtol. ad Heſychium Salonitanum.

De adoleſcentium ſeminario Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. reform.

Adoratur vna adoratione Chriſtus in duabus naturis. 5. Conſtantinop. 9.

Adulationi vacans clericus degredatur. 4. Cartag. 56.

Adulterium Couarruuias epit. prima parte cap. 1. adulteriem non eſt, vbi alter ſaltem non eſt coniugatus per verba de præſenti. Sotus in 4. ſent. q 7. & Bannes adultera non tenetur cũ periculo vitæ, famæ, & honoris prodere filium eſſe ex adulterio, ſed vti aliqua alia prudẽtia.

Adulteri laici hoc, quod de ſe ſciunt, in aliis ſuſpicantur. 2. Turonen. 15.

Adulterii conuictus honoratior, ſeu ſuperior clericus (Epiſcopus, Presbyter, diaconus) nec in fine communionem accipit, Eliber. 18.) at 3. aurelia, 7. & c. 4. ab officio quidem detrudit eum in monaſterium toto vitæ ſuæ tempore, ſed communionem conceſſit) & ſi archipresbyter, ſeu decanus, hoc illius peccatum non initimet Epiſcopo, integro anno ipſi cõmunionem negat, Antiſiodoren. 20.

Mulierem cum clerico adulteratam, vt ſacerdos preceperit, propellere oportet. 4. aurelia. 28.

Si cuius vxor adulterata fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, 7. annorum pœnitentia oportet eum perfectionem conſequi. ancirani. 19). Elibertinum autem c. 14. 69. & 72. quinquennij pœnitentiam imponit) Sæpius autem mœchato communionem dat in fine. Elibert. 47.

Nam chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu pari ratione condemnat, quoniam par cauſa eſt amborum. Innocentius. 1 pp. epiſt. 3. cap. 4.). aug. lib. de 10. chordis c. 4.

Si duo in adulterio inculpati fierent, & vnus profiteretur, & alter negaret, decretum eſt vt qui negauerit, probabili judicio ſe ex-

pur-

purget:& qui profeſſus fuerit, dignè pœnitentiam agat. Salegunſtadien. 7. Caſuum deſcribit Hieronymus in epiſtola de muliere ſepties percuſſa. Vide titulum Matrimon. §. 12.

Ægrotus, vide Infirmus. Accidia eſt triſtitia, ſeu tedium rerum ſpiritualium quatenus ad ipſum hominem pertinent S. Tho. 2. 2. q. 36. art. 1. Caier. 2. 2. q. 3. art. 2. eſt peccarũ mortale ſuo genere charitati opp. S. Th. loco cit. art. 3.

Affinitas ex matrimonio cõſurgit. Vnde Cabilonen. tempore Caroli magni, c. 29. Sanè, quæ in proprio viro, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum regula cuſtodiẽda eſt. Quia ergo conſtat, eos duos eſſe in carne vna, communis illis vtrinque parentela eſſe credenda eſt, ſicut ſcriptum eſt. Erunt duo in carne vna. Ephe. 5. Geneſ. 2.

Agapes, erant conuiuia, quæ liberaliter ditiores pauperibus parabant. Grangren. 11.

Agellum Eccleſiæ, qui ad vitam poſſidendũ acceperit à Sacerdote, penès quem eſt hoc facere, nihil in eo creſcentium poteſt alienare. 4. Aurelia. 33.

Alea ludens fidelis quiſquam poſt annum emendatus poterat communione reconciliari. Elibe. 79.

Clericus alea nec ludat, nec aſſiſtat ſic ludentibus. 2. Lateranen. 16.

Alleluia in Quadrageſima non cantetur, quoniam tunc opus eſt fletibus, 4. Toletan. 10.) Auguſt. epiſt. 119. cap. 17.

Altare debet eſſe conſecratum, & integrum non fractum, dicitur frangi notabiliter quando in reſiduo nõ poteſt commodè reponi pes calicis, nec opus eſt reſpicere Orientem. Viſitari poſſunt per indulgentias quinque altaria ex vno loco ſe erigendo, & flectendo.

Altaria per agros, aut vias ſine vllo corpore, aut reliquiis martyrum erecta, ab Epiſcopis euertantur. 5. Carth. 14.

Quod ſi ob tumultum popularem fieri non poſſit, plebes tamen admoneãtur, vt ad cauẽdam ſuperſtitionem eum locum non viſitent. 5. Carth 14.

Altare ſit lapideum. Euariſtus pp. in 1. tom. concil. Epaunen. 26.

Conſecrari à presbytero nõ debet, Agath. 43. Vide tit. Epiſcopus, §. 79.

Cõſecratur Epiſcopi benedictione, & chriſmatis vnctione. Agathen. 14.

Ad altare ne ingrediatur mulier. Laod. 44. ſed ſoli miniſtri altaris. Laodic. 19.

Nec ad illud eadem miniſtret. Gelaſius pp. epiſt. 1. c. 28,

Altari è ſuo loco moto, denuò conſecretur Eccleſia. de conſ. diſt. Si motum, &c. Vide §. 7. tituli Baſilica.

Vnicum tantum in vnaquaque Eccleſia olim fuiſſe videtur: vide Hormiſdam pp. citatum de conſ. diſt. 2. Nullus.

Rationabilem materialium alterium vſum aſſerit latè Aquenſe concil. c. 24.

Anathematizetur excõmunicatus Presbyter, qui ſe ſuperbè ab Epiſcopi ſui cõmunione ſecernit, & ſeparatim ſchiſma faciens, cum aliquibus ſacrificat. 2. Carth. 8. ex quo canone, vt 2. Turon. 25. habetur, vel anathema plus eſſe, quam excommunicationem, vel excommunicatione (vt hodie fit aliquando) ſecunda primam aggrauari.

Angelos credens eſſe ex ſubſtãtia Dei, anathematizatur. 1. Braccar. 5.

Angelos ab initio temporis, ſimul cũ creatura corporali ex nihilo à Deo factos eſſe, ad fidem pertinere videtur. Ex Concil. Lateran. ſub Innocen. 3. cap. 1.

Amens in lucidis interuallis poteſt abſolui, vel ſi antea dederat ſigna contritionis, inſani, & furioſi perpetui, & amentes non cenſurantur, & ſunt irregulares, & tenentur legibus quando ſunt curati.

Animalia ſine Domino, ſunt recipientis præcipuè fera, & non quando cuſtodiuntur.

Animal vulneratum eſt vulnerantis non capientis.

Animas hominum dicens eſſe ex ſubſtãtia Dei, anathema ſit 1. Braccar. 5.

Item qui ſentit eas prius in cœleſti habitatione peccaſſe, & vltionis cauſa in terrã deiectas, & humanis corporibus incluſas, 1. Braccar. 6.

Intellectiuam hominis animã aſſerẽs mortalem, damnatur à Leone pp. 10. ſeſſione 8. Concil. Lateran. 3.

Non vna multorum eſt corporum, ſed pro multitudine corporum ſingulæ procurantur animæ. Leo pp. 10. ibidem inſequens Clementis pp. 5. definitionem in concilio Vienenſi.

Annonam caram efficientes, prematurè per aſtutiam res ad victum cũctis neceſſarias ſibi comparando, ac coaceruando, vt poſt 4. aut pluribus denariis diſtrahant, quod duobus, cum vile eſſet nacti ſunt, damnatur à Iulio pp. 1. citato 14. q. & apud Iuonem lib. 3. Panorm. in cap. fin. dicit, quod appellatio eſt licita in die feſti in terminis ſuis.

Appellare Panor. in cap. fin. dicit, quod appellatio eſt licita in die feſti in terminis ſuis appellationis vocem exhibeat, etiam in criminalibus cauſis, qui Iudicem ſibi ſentit aduerſum. Fabianus pp. epiſt. 3. Sixtus pp. 3. epiſt.

ad

ad Epiſcopos Orient. Cornelius pp. epiſt. 2. Adrianus pp.in canonibus à ſe collectis,Alex. pp.3.par.10.c.10.

Appellans nulla arctatus ſit carceris cuſtodia,Damaſus pp.in epiſt.ad Stephanū, Adrianus pp.appellantem non debet,&c.

Appellanti competēs præfigatur terminus ad proſequendam appellationem,infra quem ſi fortè perſequi neglexerit,liberè tunc Iudex ſu a authoritate vtatur,Alexander pp. 3. conſtitut.par.1.cap.7.& par.10.c.5.6.& 10.

Et cauſa appellationis ad ſuperiorem factæ cognoſcatur, & exponatur coram eodem ſuperiori Iudice,talis videlicet,quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari: qui ſi minus rationabiliter appellatum cognouerit illum ad inferiorem remittat.& in expenſis alterius partis condemnet,2.Lateranen.c. 35. ſub Innocent.3.)& c.48.ad eum remittatur, à quo malitiosè appellauit.

Nulli autem in vocem appellationis prorumpant ante ingreſſum cauſę.Alexander pp. 3.conſtitutionum ſuarum,par.1.cap 6.) parte 1.cap.6. admittitur appellatio à grauamine, etiam tunc.

Nihil obſit inferioribus iudicibus,ſi appellatione ſumpta per ſuperiores ſententia eorū fuerit ſoluta,cum conuinci non potuerit, ex inimicitia , vel cupiditate illos iudicaſſe.3. Carth.10.) 6.Carth.6.

Ab Eccleſia Romana appellare, nunquam ſacri canones ſanxerunt·Gelaſius pp. epiſt.ad Fauſtum magiſtrū,& habetur,9.q.3. Ipſi ſunt, & in epiſt.ad Epiſc. Dardaniæ. Siquidem ad illam,&c.& qui Marcellini pp. cauſam ventilabant,idem ſenſerunt dicentes, prima ſedes non iudicabitur à quoquam. Nicolaus pp. 1. ſcribens ad Michaelem Imper. pater profecto ſedis,&c.& eſt in eius reſcriptis,tit. 4.c.6. Idem habet,citatus 17.q.4.Nemini.

Addit tamen ibi Nicolaus ad Michaelem, ſcribens.De iudicio Romani præſulis non retractando,quia nec mos exigit,quod diximus comprobato.Non negamus eiuſdem ſedis ſententiam poſſe in melius commutari, cum aut ſibi ſurreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro cōſideratione ætatum,vel temporum,ſeu grauiū neceſſitatum diſpenſatoriè quiddam ordinare decreuerit.

Ad eam autem vndequaque appellare licet,vt quæ Epiſcoporum iudicia, & maiores Eccleſiæ cauſas terminet, etiam à ſeculari Iudice,Alex.3.par.10.cap. 7. ſine fraude tamen. Alexander ibidem cap.19.Gelaſ.pp.ad Epiſc. Darda.Siquidem ad illam, &c. Vide titulum Concilium,§.3.

Mileuitanum concil.cap.22.repetitum in aphricano,cap.92.aphricanis prohibet appellare ad tranſmarina concilia.

Sed,ni fallor,ea de re poſtea reprehenditur Aurelius (dux totius illius concilii)tanquam ſuperbiens aduerſus ſedem Apoſtolicam,cuius eſt retractare omnia comprouincialia negotia,à Bonifatio pp.2.in epiſtola ad Eulaliū Alexandrinum,& Adrianus pp.in collectis canonibus dicit.Saluo Romanę Eccleſiæ in omnibus primatu.

Appellandi locus non eſt Epiſcopo,qui criminaliter accuſatus condemnatur concorditer ab omnibus Epiſcopis eiuſdem prouinciç. Antiocheni 15.Excutiendum an hoc etiam non deroget ſedi Apoſtolicæ.

Nec illis,qui communi placito vicinos Iudices elegerunt: verum ſub pœna excommunicationis illorum ſententiam ſequantur.Mileuita.24.3.Carth.10.Alexander 3.pp.par.10. cap.6. at cap.11.illius partis addit Alexand. Si remota appellatione Iudicibus ſit cauſa commiſſa,&c.17.

Appellationi deferri non debet, cum ſub eius prætextu noſcitur manifeſtè adulterium, vel aliud crimen committendum, Alexander pp.3.p.10.c.3.imò cum manifeſtè fit, ibi.c.6.) ibid. c.13.14.20.)2.Lateranen. 48. porro cōmonito,&c.

Nec cum appellatur,quia prælatus iuxta regulam ſubditum pro ſuo exceſſu vult corrigere,Alexander idem ibidem,cap.4.quoniam alioqui ſedes Apoſtolica illis audaciam præberet delinquendi,Alexander ibidem,cap.25. & 30.vbi additur. Exceptis exceſſibus, ſuper quibus appellatum eſt,vt & c.24.

Nemini licet ſuper rebus ſpiritualibus ad ſecularem Iudicem appellare.Alexāder pp.3. par.10.c.26.

Pro appellatione ex incidenti quæſtione facta,ſeu ſuper exceptione aliqua, ſententia eſt ſuſpendenda,licet cauſa Iudici commiſſa fuerit appellatione remota,ſi quæſtio incidēs talis ſit.vt ſine ea nequeat principalis cauſa terminari. Alex.pp.3.par.10.c.9.& 31.

Appellare volēs,quia Iudicem habeat ſuſpectum,coram eodem cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet, aſſumptis vtrinq; hinc inde duobus,qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant, & ſi nequiuerint in vnam concordare ſententiam, aduocent tertium,vt quod duo ex ipſis decreuerint,robur habeat firmitatis.Cauſa verò ſuſpicionis legitima coram ipſis infra competentem terminum non probata ſua iuriſdictione Iudex vtatur.2. Lateran.84. ſub Innocent.3.

In cauſis viſitationis,& correctionis, ſiue habilitatis,& inhabilitatis, nec non criminali

bus, ab Epiſcopo, ſeu eius Vicario ante definitiuam ſententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine non appelletur. Trid. ſeſſ.13.cap.1.

Vbi appellationis locus fuerit in criminalibus à ſententia Epiſcopi, vel ipſius in ſpiritualibus Vicarii generalis, ſi auctoritate Apoſtolica in partibus eam committi contigerit, cõmittatur Metropolitano, aut vni ex viciniori-bus Epiſcopis, aut illorum Vicariis, non autẽ inferioribus iudicibus Conc. Trident. ſeſſ. 13. cap.2.

Appellanti in criminali cauſa ab Epiſcopo, aut eius Vicario quid ſit faciẽdum, habet Conc. Trid. ſeſſ.13.c.3.

In appellationibus admittendis, vel concedendis inhibitionibus poſt appellationẽ ſeruandum eſſe tenorem ſacrarum conſtitutionum, & præſertim Innoc.4. quæ incip. Romana. Conc. Trid. ſeſſ.22.cap.7.

Apocalypſim B. Ioannis Euangeliſtæ recipit, et à Paſcha ad Pentecoſtem vſque legi iuber in Eccleſia miſſarum tẽpore, 4. Tolet. 16.

Apocrypha multa recenſentur à Gelaſio in concilio 70. Epiſcoporum, et citatur diſt. 15. cap. Sancta Rom Eccl.

Annata, quæ eſt medietas fructuum beneficii impetrati à Papa tenetur Cameræ Apoſt. ſi non ſoluit. Apoſtata. Apoſtatam à fide, ſi tamen idolatra non fuet t, placet, cum reuerſus fuerit, poſt decem annos communionem accipere, Eliber. 45. at clementius Agath. 60. & Epaunenſe, cap. 29. biennio relegant ad pœnitentiam, 2. Arelaten. 26. iubet non recipi ad communionem ſinẽ pœnitentia. 4. Aureria. 8. conſtituit in manu Epiſcopi, cum cum voluerit attenta pœnitentia ad communionem recipere.

Si verò antequam ſeſe Eccleſiæ repræſentet nolit pœnitẽtiam agere, placet vt cum poſtea correptus infirmitate communionem petierit, ei non detur, niſi cum per conualeſcentiã dignos pœnitentiæ fructus egerit, 1. Arelaten. 23.

Apoſtolis Epiſcopi ſucceſſore. Anacletus pp. epiſt. 2. Vide titulum Petri 3.

Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur, ac purificentur, Alex. pp. 2. diſt. 1.

Anniuerſaria, qui non facit tenetur ad reſtitutionem.

Arma geſtans clericus, triginta dies aqua, & modico pane tantum reclusus paſcatur. Mantiſco. 5. ſynodus Francia ſub Carolo magno: Ea portare, vel pugnare, aut in exercitũ, & in hoſtẽ pergere omninò prohibemus ſeruis Dei. Sic Maguntia. cum ſub Carolo magno cap. 17.

Superior clericus in obſeſſionis neceſſitate poſitus ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili abſtineat. Ilerd. c. 1.

In ſeditione arma arripiens clericus, gradu amiſſo in monaſteriũ detruditur. 4. Tolet. 44.

Arrius (à quo Arriana hæreſis, damnata à prima Nicena ſynodo, & ſæpè poſtea) docebat filium Dei ex nihilo eſſe creatum (hoc eſt, creaturam eſſe) & non patri conſubſtantialẽ, 3. Tolet. 2.

Furorem Arrianorum videre potes in epiſtola Ægyptiorum Epiſcoporum ad Marcum pp. & in eorundem epiſtola ad Felicem pp. 2.

Archidiaconi dominationẽ ſuper paſtores non exerceant, nec ab eis cenſus, vel rallias exigant? quum ne Epiſcopo id liceat, cui iubetur, vt non dominans ſit in clero, ſed fiat forma gregis ex animo, 2. Cabilonen. tempore Caroli magni. cap. 15. Alexander pp. 3. parte 1. cap. 4.

Archidiaconi viſitãdo parochias pro diuerſitate prouinciarum, et facultatibus Eccleſiarum, quinque, aut 7. euictionis numerum non excedat, hoc eſt, non poſſint equos pluſquam 5. aut 7. habere Alexander pp. 3. par. 1. cap. 4. & infra, Quod de prædicto numero ſecundum tolerantiam dictum eſt, in illis poterit obſeruari, in quibus ampliores ſunt redditus, et Eccleſiæ facultates. In pauperioribus autem locis tantam volumus teneri menſuram, vt ex acceſſu maiorum minores non debeant grauari.

Pro exceſſibus, & criminibus puniendis, à nullo pœnam pecuniarum exigant, Alexand. idem par. 2. c. 3. & 11.

Archidiaconi, qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poterit, magiſtri in theologia, ſeu Doctores, aut Licẽtiati in iure canonico, Trident. ſeſſ. 24. c. 12.

Apoſtata eſt, qui à vera religione diſcedit, cum propoſito non permanẽdi in ea, nec priuilegio religionis gaudet, ſi prætendat nullam eſſe profeſſionem concil. Trid. ſeſſ 25. cap. 19. de regular. licet iu. comm. non ſit excommunicatus.

Archiepiſcopus is vocatur, qui Metropolim tenet ſedem, Felix pp. 2. epiſt. 1. c. 12.

A quot ordinari, & qui debeat, habes in titulo, Metropolitanus.

Palii donatione fiat Archiepiſcopus, Gregorius pp. 2. in epiſt. ad Bonifac. quæ eſt 8.

Sine quo ne miſſam celebret 1. Mantiſco. 6.

Eo non vtatur, niſi vel ſacrum faciendo, vel Epiſcopum conſecrando, Gregorius pp. 2. epiſt. 9.

Audientes olim iidem, qui & catechumeni fuere. Neocæſar. 5. ancyra. 4. 6. &c.

Aqua.

Aqua. Extra neceſſitatem non poteſt baptizari aqua nõ benedicta, ex clementina vnica de baptiſ. dicit, quod peccatur mortaliter omittens aquam ſcienter in cõſecratione priuatur officio, & beneficio, c. literas, de celebr. miſſar. & c. cum omne crimen, de conſecrat. aqua benedicta ſumi non poteſt ab excõmunicato, c. alma mater, & Couarruuias, quæ aqua benedicta remittat peccata venialia, aquam adinuenire cum ſecretis naturæ non eſt ſuperſtitioſum, ait Epiſc. Riccius.

Augurijs renuncians recipitur in Eccleſiã, & eijcitur ſi recidat, Elibert. 62. 4. Carth 89.

Ancyrani autem 23 ſic dicitur: Qui auguria, vel auſpicia, ſiue ſomnia, vel diuinationes quaslibet ſecundùm morem Gẽtilium obſeruant, aut in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte maleſica, aut vt domos ſuas luſtrent, confeſſi, quinquennio pœnitentiam agant ſecundùm antiquitus conſtitutas regulas Clericum quæcunque hoc facientem, ab honore depoſitum monaſterio includit ad perpetuam pœnitentiam, 4. Tolent. 28. Agathen. verò 42. Quiſquis de tectus fuerit, vel conſulere ſtudentes auguriis, ſeu per eas quas (ſub nomine fictæ religionis ſanctarum ſortes vocant, diuinationis ſcientiã profitentes, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittentes, vel hæc docere, ab eccleſia habeatur extraneus, ex quo eſt c. 16. Veneti, conc. & 1. Aurelia. 32. Antiſiodoren. 4. Nõ licet ad ſortilegos, vel auguria reſpicere, nec ad characteres, non ad ſortes quas ſanctorum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt aſpicere: Nam qui prædictis malis, inquit Auguſt. ſermo 241. de tempore adducto à Bonifacio Epiſcopo ad Zachariã pp. ſcribẽte, id eſt, caragis, & diuinis, & aruſpicibus, vel phylacteriis, & aliis quibuſlibet auguriis crediderit, et ſi iugiter ad Eccleſias currat, et ſi largas eleemoſynas faciat, et ſi corpuſculum ſuum in omni aſſlictione cruciauerit, nihil ei proderit, quam diù ſacrilegia illa non reliquerit 3. Lateranen. ſub Leone 10. in ſeſſione 9. Clerici ſortilegi per inuocationem dæmonum, aut incantatores, aut diuinationi dediti, arbitrio ſuperiorum notentur infamia, ſi verò non deſtiterint, deponantur, atque in monaſterium ad tempus arbitrio ſuperioris perſiniendũ detrudantur, beneficiiſq. & officiis Eccleſiaſticis priuentur. Laici verò vtriuſque ſexus excommunicationis, & aliis pœnis Iuris, tam ciuilis, quam canonici ſubiaceant.

Auguſtinus, Hipponenſis epiſcopus, nunquam ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumore aſperſus eſt quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos etiã à meis ſemper deceſſoribus haberetur. Bene de eo omnes in commune ſenſerũt, vtpote qui vbique cunctis, & amori fuerit, & honori. Cæleſtinus pp. 1. in epiſt. ad Galliæ epiſcopos c. 2. 8. Voleta. 2. verò ſic de eo loquitur Vir ſanctiſſimus Auguſtinus, veſtigationis acumine cautus, inueniendi arte præcipuus, aſſerendi copia profluus, eloquentię flore venuſtus, ſapientiæ fructu fęcũdus. Proſper pares de eo laudes refert multis locis, & Macedonius Iudex Cæſareus epiſt. 51. inter Auguſtinianas.

Concilium Florentinum ait Balſamum eſſe de neceſſitate Sacramenti confirmationis ab Epiſcopo benedicendum, & nõ eſt neceſſariũ in magna quantitate.

B

Balſamum pro baptiſmi ſacramento benedictum, gratię per eccleſias paſtoribus diſtribuatur 2. Brac. 4. 2. Cabilonen. 16.

Huius balſami, ſiue olei meminit Cyprianus epiſt. 12. lib. 1. Porrò autẽ euchariſtia, & vnde baptizati vnguntur oleum, &c.

Baptizare non oportet quenquã poſt duas hebdomadas quadrageſimę, Laod. 4 ſed tantùm in Paſchate, & Pentecoſte. Syricius pp. ad Himerium Tarraco. epiſt. 1. c. 2. in paſchate, Victor. pp. epiſt. ad Theophilum Alex. epiſc. Antiſiodoren. 18. Gelaſius pp. c. 12. epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam, vtriuſque ſolennioris illius diei meminit, vt Syricius, & Gerunden. concil. 4. 2. Mantiſco. 3. Gregorius pp. 2. epiſt. 3. ad Clerum VVormatien. 1. Maguntiaci 4. Tributien. 12.

Baptizandi paruuli recens ab vteris matrum nati, idque in remiſſionem peccatorũ. Concil. Trid. ſeſſ. 5. de peccato orig.

Baptiſmum hominis non habuiſſe eandem vim cum baptiſmo Chriſti, Conc. Trident. ſeſſ. 7. can. 1. de bapt.

Baptizandi nomen ſuum dabant, 40. dies, vel eo amplius antè, & exorciſmis, quotidianis quæ orationibus atque ieiunijs expiabantur, quatenus apoſtolica illa impleretur præceptio. Expurgate verus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, Syricius pp. cap. 2. epiſt. ad Himerium. Sic 4. Carth. 85. iubet vt ſinguli dẽt nomina ſua, & diu ſub abſtinentia vini, & carnium, ac manus impoſitione, crebraque ſint examinatione 2. Mantiſco 3. etiam infantes totidem dies ante paſcha afferri vult ad Eccleſiam, manuum impoſitionem ſuſcepturos, &c. Celeſtinus pp. 1. cap. 12. epiſt. ad Epiſcopos Galliæ. Nec paruuli, nec iuuenes ad regenerationis veniant ſacramentum, antequam exor-

Digitized by Google

exorciſmis, & exufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur: vt tunc verè appareat, quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vaſa eius diripiantur in poſſeſſionem tranſlata victoris,qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus, vt Syricius,& concilium Carth. ita & Auguſt. lib.de fide,& operibus cap.6.qui Auguſt.ſępè de prædictis exorciſmis, & exufflationibus, ſicut Celeſtinus pp. loquitur; nempe 1. de pecc.mor.& rem.c.34.& lib. de pec. orig.cap. 40.lib.1.de nupt. & concupiſcentia cap.20.& lib. 2. cap. 18. & 29. & epiſtola 105. in fine.

Ideo Martinus pp. 5. ſeſſ. vltima Concilij Conſtantienſis,poſtquam errores VVicleſ. & Hus damnauit, mandat Inquiſitoribus (inſiſtens antiquitatis veſtigijs) vt a ſuſpectis de hæreſi petant, vtrum credant quod deliberato animo contēnens ritum Eccleſiæ, cæremonias exorciſmi, & catechiſmi, aquæ baptiſmatis conſecratæ peccet mortaliter.

Turon. 18. tempore Caroli magni explicat,quæ ſint opera,& pompæ diaboli, quibus abrenunciatur in baptiſmo.

Baptizandos oportebat fidei ſymbolum diſcere, & feria quinta vltimæ ſeptimanę Quadrageſimæ Epiſcopo,vel presbytero reddere,Laod.46.) 6.Conſtantinop.7. Conſtitutum namque eſt,&c,Gregorius pp.3. epiſt.4. Enimuerò quoſdam. Cùm ventum erat ad baptiſmi gratiam ſuſcipiendem, reddebant illud de loco eminentiori in conſpectu populi fidelis 8.libro confeſſ.Auguſt.cap.2.

Qui verò vrgente ægritudine baptiſmum eo non reddito ſuſcipiebant, poſt illud edocendi erant Paodicen.47.ſi conualeſcebant.

Baptizandus quiſque eſt in nomine patris, & Filij,& Spiritus ſancti. Vigilius pp. epiſt. 1. c.2.Innocentius pp.1.epiſt. 18.c.3. Hunc paragraphum confirmat octauus.

Si quis verò in vna perſona Trinitatis, aut in duobus, aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut in tribus paraclitis baptizauerit, proijciatur ab Eccleſia. Vigilius pp. epiſt. 1 cap.6.

Nec refert, an baptizans ignarus Latini ſermonis ſimplicitate quadam;dicat Baptizo te in nomine patria,& filia,& Spiritusſancta. Zacharias pp.epiſt.2.

Baptizato in nomine patris, & filij, & Spiritu ſancti, ab hæreticis, vel poſt lapſo in hæreſim,cum redierit,manus tantum imponantur,nec iterum baptizetur, 1. arelaten. 8. 2. arelaten. 17. Innocentius pp.1. epiſt.22.cap. 1. Euſebius pp. in fine epiſt. 3. Zacharias pp. epiſtol. 2. ad Bonifacium. Cur iterari non debeat,Auguſtinus epiſt.203. Vide titulum, Rebaptizare.

Neque refert,an vna tantum, an tribus immerſionibus,ſiue aſperſionibus aquæ, baptiſmus celebretur, Gregorius pp. 1. lib. 1. regiſtri,epiſt.41. ad Leandrum epiſcopum ex quo & 4. Toleta. 5. & VVormatien. 5. loquuntur.

In periculo conferatur quouis loco, & aqua,vel fluuiali, vel marina, vel fontana, *victor.pp.* ad Theophilum Alexand. Epiſcopum Elibert. 38. Beda hiſtoriæ Angelorum lib.2.cap.14.Concil.Floren. in decretis Eugenij. Materia huius ſacramenti eſt aqua naturalis. Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 2. de baptiſmo.

Extra periculum autem non, ſed habeat omnis presbyter, vel fontem lapideum, aut vas conueniens ad hoc tantum, quod è templo non afferatur.Ilerden.Concil. de conſecr. diſtin. 4. Trullana Synodus cap. 59. adſtipulatur.

Miniſter eius ordinarius eſt ſacerdos. Eugenius pp.in concil. Floren. Gelaſius pp.c.9. epiſt.1.) 1.Aurelianen.14.

Ideo 4.Carth.100.dicitur: Mulier baptizare non præſumat.

Tamen efficax eſt,& non iterandus baptiſmus,quem fortè cōfert hæreticus.Auguſtinus contra Donatiſtas lib.1.cap.2. Quo loco Auguſtinus non ſolùm vult,baptiſmum ab hæretico collatum, dum alius miniſter non ſuppetit,non eſſe iterādum, ſed etiam,id fructus,ac virtutis adferre,quod cum à Catholico datur, ideſt, Catholicum facere, ſicut 2 Lateranen. c.1.dicitur ad ſalutem proficere à quocunque conferatur.Conſulatur, & Auguſt.epiſ.48.& Trid.conc.ſeſſ.7.cap.4.de baptiſmo.

Item collatus à fure,vel adultero. Anaſtaſius pp.c. 7.epiſt. ad Anaſtaſium Auguſtum) Gregorius pp.3.epiſt 4. & ab eo, qui pro crimine ſuo pœnitētiæ ſubiectus eſt 1. Aurel.14.

Item collatur à muliere,& laico,Elibertin. 38.& Gelaſius pp.epiſt.1.c.9. Vnde Florentinum concilium in decretis Eugenij pp.In caſa autem neceſſitatis non ſolùm ſacerdos,vel diaconus,ſed etiam laicus, & mulier,imò etiā paganus,& hæreticus,dummodo formam ſeruet eccleſiæ, & facere intendat quod facit eccleſia) 2.Lateran.1.ſub Innocentio 3.ſimiliter ait,a quocunque ritè collatum baptiſma proficit ad ſalutem) Propter characterem,de quo bis auguſt.epiſt.50.

Catholici tamen oblatio non recipiatur, prolem in hæreſi baptizandam offerentis.Ilerden.13.

Gratis baptiſmus detur.Elibertin 48.) 3. Carth.

Carth. apud Gratianum 1. q. 1. Placuit, &c.) Gelaſius pp. c. 7. epiſtolæ ad epiſcopus Lucaniæ.

Tamen ſi quid liberaliter, & vltro ſuſceptores offerant, ſuſcipi poteſt 2. Braccar. 7. 11. Toleta. 8.

Baptiſmus ab omni crimine purgat Ancyra. 12.) Aug. enchiridij 64. & 43.) item lib. 2. de peccat. merit. & rem. c. 7.

Cyprianus de virtute baptiſmi lib. 2. epiſt. 2. Sed poſtquam, &c. Videatur etiã Auguſtinus lib 4. confeſſ. c. 4. & lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 24. & lib. 1. cap. 9.

Refert ad vitam, & Spiritus ſanctus in eo plenitudinem tribuit ad innocentiã Melchiades pp. *in* epiſt. ad omnes epiſcopos Hiſpaniæ, *Auguſt. lib.* 21. de ciuit. Dei c. 16. & concil. Florent. in decretis Eugenij, & in concluſione Concilij.

Meritum Chriſti, tam adultis, quàm paruulis applicat, Concil. Trident ſeſſ. 6. de peccato orig.

Iuſtificat, etiam ſine confirmatione, Eliber. 77.

Baptiſmus ſæpe non ſolùm nolentibus, verumetiam neſcientibus impartitur, ne ideo à quoquam prophanari permittitur, 8. Tolet. 7. Auguſt. lib. 4. confeſſio. c. 4. Elibert. 17.) 1. Arauſic. 13. & 15.) 3. Carth. 34.) 1. Arauſic. 12. *Syricius pp. epiſt.* 1. c. 2. Gerunden. 5.) 2. Maniſconen. 3. & 12. Toleta. 2.

Canones hic citati meminere baptizatorũ infantium, energumenorum, & aliorum extremè laborantium, adeò vt iam ratione deſtituantur.

Vnde Auguſtinus epiſtola 106. ad Paulinũ: multũ (inquit eſt indulgẽtius, & ſine vlla dubitatis ne gratuitum, quòd Dei gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum præſtatur infantibus, vt eis non obſit ex Adam generatio, & proſit in Chriſto regeneratio, in quibus & ipſum accipiendi ſenſum tanto antè miſericordia præuenit: qui certè ſi in hac parua ætate de corpore exierint, vitam æternam, regnumque cœlorum ſcientes accipiunt eius muneris merito, quod hic cum vtique profuit neſcierunt. Certè in ijs poſt priorum doctrinam, ita non niſi priora ſunt dona in quibus donandis Dei gratia ſic operatur, vt nec voluntas accipientium, vel præmittatur, vel adiungatur, vel ſubſequatur quandoquidem tantum beneficium non ſolum nolentibus, verumetiam reluctantibus datur: quod eis ad magnũ imputaretur ſacrilegium, ſi iam in eis aliquid valeret voluntatis arbitrium) & epiſtola 57. ad Dardanum: Vnde autem in ipſo, &c. & lib. de gratia, & lib. arb. cap. 22. Idem Aug. epiſtola 107. Non apparet in paruulorũ baptizatorum arbitrio, quòd ſit ſcilicet erutũ de poteſtate tenebrarum, niſi cum ad annos peruenerint ratione vtentis ætatis, habentes conſentientem doctrinæ ſalutaris, in qua nutriti ſunt voluntatem.

Vnde Mileuitani c. 2. contra Pelagium negantem baptiſmi neceſſitatem ex peccato originali, cum quod omnes naſcimur. Quicũque paruulos recentes ab vteris matrum baptizando, negat, aut dicit, in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccatori, quod regenerationis lauacro expietur, vnde ſit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum, non vera, ſed falſa intelligatur anathema ſit.

Sine baptiſmo nemo vitam æternam, aut regnum Dei conſequetur Auguſtinus lib. 1. de pec. mer. & rem. cap. 24. Innocẽtius pp. 1. epiſt. 93. inter epiſt. Auguſt.

Sine baptiſmo, aut eius voto, nemo poteſt iuſtificari, Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 4 & 7.

Imò hinc ſine eo abeũtes paruuli pereũt, & perduntur, Syricius pp. epiſt. 1. c. 2. & 2. Braccar. 7.) 6. Conſtantinop. 2.) 1. Braccar. 35. catechumeno non baptizato exequias fieri prohibet.

Vicem baptiſmi tamen ſupplet martyrium pro Chriſto toleratũ. Qui enim dixit (ait Auguſt. lib. 13. de ciuitat. Dei cap. 7.) Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum, alia ſententia iſtos fecit exceptos, vbi nõ minus generaliter dixit. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt, & alio loco; Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Hinc eſt, quod ſcriptum eſt: Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Idem docet contra Donat. lib. 4. cap. 22. & epiſtol. 108. & lib. 1. de orig. animæ, cap. 9. Cirillus epiſc. Ieroſolymitanus catech. 3. & 13. proſper. in ſententiarum lib. ſent. 149. & epigrammate 87. Baſilicus cap. 16 lib. de Spiritu ſancto, 16. Imò, & cordis conuerſio in neceſſitatis articulo, cum baptiſmus deſideratus obtineri nõ poteſt, Auguſtinus lib. 4. contra Donat. cap. 22. Simile, vide cap. 2. epiſt. 2. Celeſtini pp. 1. Bernardus ad Hugonem epiſtola 77. vt veræ ſint ſcripturæ: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit, & Non dereliquiſti quærentes te Domine, & Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

Bapti-

Baptizentur illi, de quibus teſtimonium præberi nequit, quòd baptizati ſunt, 5. Carth. 6. Leo pp. 1. epiſt. 92. cap. 15. ad Ruſticum Gregor. pp. 1. regiſtri lib. 12. epiſt. 31. Gregorius pp. 11. in epiſtol. 8. Gregorius pp. 3. in epiſt. 4. Vormatien. 70.

Baptizatos oportet ſacratiſſimum chriſma percipere, & cœleſtis regni participes fieri, Laod. 48. 1. Arauſ. 1. Gregorius pp. 3. epiſt. 5.

Baptizatum Epiſcopus conſignet propter hæreticam ſuaſionem, Syluester pp. referente Damaſo.

Baptizari non poſſunt mortui, 3. Carth. 6.

Baptiſmo mors, & reſurrectio Chriſti repreſentatur, 4. Toleta. 5.

Bonacina, Rodriquez, Graffius, Enriquez dicunt, quod abſolutio non eſt deneganda ei, qui ſe accuſat de fraudibus commiſſis in arte, quam non poteſt deſerere ſine damno notabili.

Baſilicæ omnes, quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit ſecundùm priorum canonum regulam, vt in eius ordinatione, & poteſtate perſiſtant, in cuius territorio ſunt poſitæ, ſub pœna anathematis, 1. Aurelia. 19. & citatur c. 4. Colonienſis ſub Carolo tertio, Ilerden. 3.) 3. Tolet. 19. Vide Alex. pp. 3. parte 27. cap. 5.

Baſilicam gratis Epiſcopus conſecret. 2. Braccar. 5. VVormatien. 3.

Si tamen qui ad hoc eum inuitat, aliquid ex ſuo voto obtulerit, non reſpatur, 2. Braccar. 5. VVormatien. 3.

Cum probari non poteſt conſecratam eſſe, conſecretur, Felix pp. 4. cap. 2. epiſtolæ ſuæ.

Meminerit tamen Epiſcopus, vt non prius dedicet Eccleſiam, quàm dotem baſilicæ, et obſequium ipſius per donationem carthulæ confirmatum accipiat: nam non leuis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum qui ibidem ſeruituri ſunt, tanquàm domus priuata conſecretur Eccleſia, Braccar. 5. Aurelia. 32. VVormatien. 3. Quod concilium cap. 50. dicit: Sancitum eſt, vt vnicuique Eccleſiæ vnus manſus integer abſque alio ſeruitio attribuatur. Vide titulum Eccleſia. 5.

Sine Epiſcopi Romani conſenſu nulla poteſt baſilica conſecrari. Euſebius lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 8. Gelaſius pp. epiſt. 1. cap. 27. Nicolaus pp. 1. de conſ. diſtinct. 1. Eccleſia. Et in alienæ ciuitatis territorio ſine Epiſcopi ipſius conſenſu, Epiſcopus eam non ædificet 1. Arauſ. 10.

Oblata quotannis in ea a fidelibus, nullatenus colligi debent a fundatore 2. Brac. 6.

Ad conſecrandum Eccleſiam nil officit, ſi per eam non iactetur aqua exorcizata, ſed ad hoc ſufficit celebritas miſſarum, vnde a fundamentis quidem innouatis omnibus, altari verò non moto, conſecratio fiet, cum ibi fuerit miſſarum ſolemnitas celebrata Iulius pp. 1. de conſ. diſt. 1. cap. *De fabrica verò* Habes Idem cap. 4. epiſt. 1. Vigilii pp. Vide titulum. Altaria. §. 8.

Bellum non modò extra Quadrageſimam, ſed etiam tempore Quadrageſimali geri poteſt, cum ineuitabilis vrget importunitas, pro defenſione tam ſua quam patriæ, ſeu legum paternarum, nè Deum videatur homo tentare, dum ſuæ aliorumque ſaluti conſulere non procurat, habens quod faciat. Niolaus pp. 1. citatus 13. q. 8. Si nulla.

Nihilominus cum pax oblata non reſpuitur ab hoſtibus eis, vel exteris, et infidelibus bellum non poteſt indici. VVormatien. 27.

Qui duelli pugnam commiſerint, et qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum præſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, et vt homicidæ iuxta ſacros canones puniri debeant. Trident. ſeſſ. 25. cap. 19. ibidem pœna in ſpectatores, et in dominos qui locum ad monomachiam conceſſerunt. Vide Banniti.

Benedictionem matrimonij abſque licentia faciens incurrit ſuſpenſionem, ideo Parochus, vel ordinarius, etc. et facta ab excommunicato valida etiam, et conſecratio.

Benedictionem ſuper plebem in Eccleſia fundere presbytero non permittimus. Agath. 44. et Rhegien. cap. 4.) 4. Toleta. 17. Damaſus pp. epiſt. 4. in medio Auguſt. epiſt. 59. q. 5. dicit hoc antiſtites velut aduocatos facere. Antiſtites (inquit) velut aduocati ſuſceptos per manus impoſitionem miſericordiſſimæ offerunt poteſtati.

In quibus canonibus, vel peculiaris quædã benedictio intelligenda eſt, vel eam dare præſente Epiſcopo prohibet presbytero, vt eſt 2. Hiſpalen. 7. Nam abſolutè concedit Agathen. 47. 1. Aurelia. 28. & Nicolaus pp. 1. ſcribens ad Michaelem Imperatorem: Nullus ſacerdos (inquit) maiore ſuo non innuente cuilibet rei benedicere permittitur.

Hæretici benedictio non ſuſcipiatur Laod. 32.

Fruges, fabas, & vuas ſuper altari benedici inſtituit Eutychianus pp. teſte Damaſo.

Beneficium ſeu Eccleſiam nullus clericus poſſit à quoquam laico, niſi Epiſcopo conſentiente adipiſci cap. 42. Cabilonen. tempore Caroli magni Maguntiaci 29. ſub eodem Carolo VVormatienſis 49. & 57. cap. 15. Synodi Turonen. ſub eodem Carolo cap. 5. Magutien.

tem-

Digitized by Google

tẽpore Arnulpi Imp. Salegũſtadien. 13. Alexãder pp. 3. c. 14. primæ part. conſt. ante quoque Nicolaus pp. 1. in concilio Romano: Vt per laicos, &c. cap. 14. Cabilonen. circa tempora Eugenii pp. 1. imo nec ab archidiacono, Alexander pp. 3. in parte 24. Vide titul. Eccleſia, §. 17.

De beneficiorũ collatione, multa habes Seſſione 10. tertii Lateranen. in bulla Leonis 10.

Presbyter autem, vel clericus, qui Eccleſiã per laicos, ſine proprii Epiſcopi auctoritate tenendam receperit, communione priuetur, & ſi perſtiterit, à miniſterio Eccleſiaſtico, & ordine doponatur. Alexander pp. 3. cap. 14. primæ partis conſt. Leo pp. 10. ſeu concil. Lateranen. tertium ſeſſione 10. cum qui id ſic fuerit adeptus inhabilem reddit ad aliud obtinendum, donec cum eo ſedes apoſtolica diſpenſarit.

Illud verò pretio adeptum, deponatur, cap. 15. Turonen. ſub Carolo magno Rhemen. 21. Maguntienſis, cap. 5. tempore Arnulphi Imp. & quiſquis presbyter ait 6. Conſtantinopolitanum cap. 1. inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, aut dediſſe, vt Eccleſiã alterius presbyteri ſubripiat faciat ſe pro hac rapina, & ſua cupiditate, aut gradum amiſſurum, aut in carceris erumna longo tempore pœnitentiam agendo detinendum.

Quod ſi hoc non ſit notorium, & tamen publica laboret ex hoc infamia, cum quinta, vel ſexta manu ſui ordinis infra 40. dies poſt beneficii ſuſceptionem ſeſe purget, nec viles recipiantur ad eius purgationem teſtes, & periurii ſuſpecti Alexander pp. 3. pat. 2. cap 15.

Gratis enim debet conferri, cap. 30. Magũtiaci, ſub Carolo magno Alexander pp. 3. par. 2. cap. 10. concilium Rom. ſub Nicolao pp. 1.

Ingreſſus eos qui Simoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpitionem habent, fieri non permittant Epiſcopi, &c. Trid. 24. cap. 14.

Cui autem laicus illud vult commendare, cum prius amittat ſuo Epiſcopo, vel eius Vicario, vt probetur, ſi ſcientia, ætate, & moribus talis ſit, vt ſibi populus Dei commendetur. Saleguſtadien. 13. Trid. Seſſione 7. cap. 13. Seſſione 24. cap. 18. Seſſione 25. cap. 9.

Fidei publica profeſſio facienda eſt, cum iuramento, de obediendo Romanæ Eccleſiæ, ab omnibus quibus de beneficio prouidetur, Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. ſeſſ. 25. cap. 2.

Quod ad ætatem attinet: Statuimus, vt nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui iam trigeſimum ætatis annum egerit, &c. miniſteriũ decanatus, archidiaconatus, & quodcunque curam animarum habens annexam, nemo ſuſcipiat, nec parochialium Eccleſiarum regimen, niſi qui iam vigeſimumquintum annũ ætatis attigerit, et qui ſcientia, et moribus commendandus, Alexander pp. 3. cap. 3. parte 1. conſt. ſuarum, et Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. Idem Alexander eandem rem tractat parte 25.

Cuius Alexandri ſententiam inſecutum eſt Concil. Lateranenſe, 3. vbi Leo pp. 10. approbante Concilio, ſeſſ. 9. iubet vt patriarcalibus metropolitanis, ac cathedralibus Eccleſiis, et monaſteriis vacantibus prouideatur de perſonis maturæ ætatis. 2. et ſi de minoribus ætate 30. annorum locis huiuſmodi contigerit prouideri, non diſpenſetur cum eiſdem, ut Eccleſiis citra 27. ætatis annum, monaſterii verò citra 22. preeſſe valeant.

Nulla Eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia, vel Eccleſiæ alicui tribuantur, ſeu promittantur antequam vacent; nè deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, et beneficium ſe credit ſucceſſurum; quoniam id etiam in ipſis Gentilium legibus inuenitur prohibitum, Alexander 3. pp. p. 1. c. 18. De eodem Trident. ſeſſione 24. cap. 19. ſeſſ. 25. cap. 7.

Nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus conſtitutus Ordinibus ante 14. annum beneficium poſſit obtinere. Trident, ſeſſ. 23. cap. 6.

Beneficia ſæcularia Eccleſiaſtica, quæ curam animarum quomodocunque retinent, in ſimplex beneficium etiam aſſignata Vicario, perpetuo congrua portione non conuertantur: conuerſa in antiquum ſtatuum reſtituantur, Trid. ſeſſ. 25. cap. 16.

Porrò cum contigerit præbendas Eccleſiaſticas, ſeu quælibet officia in aliqua Eccleſia vacare infra ſex menſes cõferantur perſonis, quæ dignè adminiſtrare valcant, &c. Alexander pp. 3. par. 1. cap. 8.

Eccleſiis cathedralibus, ſeu ſuperioribus præfecti, ſi munus conſecrationis intra tres menſes non ſuſceperint ad fructum preceptorum reſtitutionem teneantur: intra totidem menſes id facere neglexerint, Eccleſiis ipſo iure ſint priuati, Trid. ſeſſ. 23, cap. 2. & ſeſſ. 7, cap. 9.

In eadem Eccleſia nullus plures dignitates habere præſumat, aut perſonatus, etiam ſi curam non habeant animarum, 2. Lateran. 29. ſub Innocentio tertio.

Secundum accipiens Eccleſiam, quum vnã iam habeat, vtramque ſeruare non poteſt, ſed alteram quam voluerit, Alexander pp. 3. pat. 30. cap. 3. & 8. de archidiaconatu, 2. Lateran. 29. ſub Innocen. 3.

Paragraphis nono, & decimo ſatis probantur

tur vetuſti canones in tit. ordinis, §. 15. prohibentes nè conſcriptus in ſua ordinatione in vna Eccleſia tranſeat ad aliam. Si enim hoc canones prohibent, multo magis, & emolumentum percipere plurium Eccleſiarum, in quibus miniſtrare non poſſit.

Vnde ad quem prioris ſpectat donatio beneficii curati, liberè illud conferat poſt alterius receptionem, idque infra tres menſes, alioqui non tantùm iure conferendi priuetur, ſed etiam tantum conferat è re ſua in illius Eccleſiæ vtilitatem, cuius illud eſt beneficium quantum à tempore vacationis ipſius conſtiterit ex eo eſſe perceptum, Innocentius 3. in Concilio Lateran cap. 29.

Vtinam cordi multorum imprimeretur illud cap. 121. Aquiſgranenſis ſub Ludouico Imp. 1. Solet irrationabiliter fieri, vt nonnulli clerici, qui & diuitiis affluunt, & aut parum, aut nihil vtilitatis Eccleſiæ conferunt, maiorem cæteris diuinum ſtrenuè peragẽtibus officium annonam accipiunt: cum hoc ita debere nuſquam, nec in auctoritate ſcripturarũ, nec in traditionibus S. Patrum poſſit quoquomodo ſancitum reperiri, ſed quia eiuſcemodi factum nulla auctoritate fulcitur, ſed magis gulæ, imò auaritiæ cauſa conſtat eſſe molitũ, reſtat vt falce iuſtitiæ reſecetur, & æquitatis cenſura ab eiſdem locis, in quibus ſit prorſus abdicetur.

Cap. 14. Turonen. ſub Carolo magno quoque dicitur: De titulo minori ad maiorem migrare nulli Presbytero licitum ſit, ſed in eo permaneat ad quem ordinatus eſt, &c.

De beneficiis, & qualitate beneficiatorum valde multa habent decreta reformationis Concilii Tridentini potiſſimum ſeſſionibus 5. 6. 7. 13. 14. 21. 22. 23. 24. & 25. quæ quia ob ſuam prolixitatem commodè in ſummam hanc redigi nequeunt, nos lectorem ad prædictas ſeſſiones remittendo ad earũdem lectionem, & obſeruationem in Domino adhortamur.

Bigamus, hoc eſt, vir non vnius vxoris, ſed qui ſecunda, vel eſt, vel fuit iunctus, non poteſt ordinari Epiſcopus, nec diaconus, Syricius pp. ad Himerium Tarraco. Epiſcop. cap. 8. epiſt. ſuæ, etiam ſi priorem habuerit ante baptiſmum, Innocen. pp. 1. epiſt. 22. cap. 2.) 3. Arelaten. 3. Hilarius pp. cap. 4. epiſt. ad Aſcanium, &c. 4 Aurelia. 10 degradat eum.

Imò ad ſacros ordines promoueri non poteſt, ait Stephanus pp. 1. epiſt. ad Hilarium, Innocent. pp. 1. epiſt. 4. cap. 2.

Ordinarios tamen ignoranter tolerat Agathen. 1. vt nomen quidem Presbyteri, & diaconi, non autem officium habeant.

Blaſphemos grauiter punit. 3. Lateranenſe ſeſſione 9.

C

CAſus reſeruati occulti poſſunt abſolui ab Epiſcopo, vel per ſuum Commiſſarium. vt ait Trident. etiam bullæ Cœnæ, cui tamen Pontifex derogat per bull. Cœnæ, Sotus ait à peccatis mortalibus alias confeſſis nõ poteſt abſolui à ſimplici Sacerdote.

Calendæ Ianuarii celebres fuere Gentilibus, in memoriam Iani, qui quamuis homo rex fuiſſet, vt Deus tamen colebatur, 2. Turonen. 18. & 23.

Hinc ſtrenas dabant, & miſſitabãt ſibi mutuo eo die, quod vetat Antiſiodoren. 1.

Quam idolatricam lætitiam à medio tolli volentes patres conſtituere triduo, tunc litanias fieri debere, quod alioqui non fuiſſet factum. eo quod inter Natalem Domini, & Epiphaniam quotidiana eſſet feſtiuitas, nullumque ieiunium, Turonen. 18.

Item, vt tunc Alleluia non caneretur, 4. Toleta. 10.

Cæſarauguſtani concil. 4. dicitur cap. 19. Kalendas Ianuarii, vſque in diem Epiphaniæ (qui eſt octauo idus Ianuarii) continuis diebus, nulli liceat de Eccleſia ſe abſentare, nec latere in domibus, nec ſecedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, ſed concurrere ad Eccleſiam. Nocte earundẽ Calendarum, pagani choros ducebãt per plateas, & acclamationes, & ſacrilegas cantationes agebant, & illa nocte, vel die menſas dapibus onerabant, & nullum de domo ſua ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino ſuo præſtabant, teſtè Bonifacio in epiſtola ad Zachariam pp.

Canones Apoſtolorũ nomine recipi Trullana Synodus octuaginta quatuor. In vltimo canone loquitur Clemens tanquam eorum author: quatrageſimus ſeptimus, & ſexageſimus ſeptimus errorem Donatiſtarum ſapiũt, non enim conſtat eos agere contra miniſtros formam Eccleſiæ in ſacramentorum celebratione non ſeruantes. Quadrageſimus nonus (ſi tamen è Greco benè ſit redditus) dogma tradit contrarium Gregorio pp. 1. regiſtri epiſt. epiſtola 41. & 4. Toletano cap. 5. Sexageſimo quinto non acquieſcit Eccleſia Romana, teſtè D. Auguſt. epiſt. 19. nec Innocentius pp. 1. ad Decentium epiſt. 1. cap. 3. Elibert. concil. cap. 26. Agathen. concil. cap. 12. & 4. Aurelianenſe cap. 2.

Eorum tamen nonnullos Apoſtolorum eſſe non eo inficiat, Calixto pp. 1. epiſt. 2. allegante 11. & 12. vt eorum, & Fabiano pp. epiſt. 1.

vn-

Digitized by Google

vndecimum. Ad hæc Tridentina ſeſſio 25.c.1. reformationis, reſpicere mihi videtur ad 39. & 65.

Canones Côciliorum legendos eſſe à feria ſancti Martini vſque ad natalem Domini ſpeciali definitione ſancimus, vt nullus ſe fateatur per ignorantiam deliquiſſe, 1. Mantiſco. 9. idem ſpectat 4. Aurelianenſ. 6.

Canonicorum librorum ſeriem, ac numerū habes ſub titulo. Libri.

Canonici (ſic hodie quidem dicti) olim erant clerici, non initiati maioribus ordinibus ſacerdotibus ſuis ſubiecti, ſub eius cerra quædam in templo miniſteria explentes, & ideò ab eis ſtipendia ex re Eccleſiaſtica accipientes, 3. Aurelia 11. pſallendi officio fungebantur, vt patet Laod. 15.) cap. 9. Maguntiaci ſub Carolo magno.

In clauſtris habitabant ſimul omnes in vno dormitorio dormiebant, & in vno refectorio reficiebantur, quo facilius poſſent ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita, & côuerſatione ſua admoneri, & doceri, cap. 23. Turon. ſub Carolo magno, cap 9. Maguntiaci ſub eodem Carolo, Aquiſgranen. c. 143. 144. de arcta eorum in clauſtro, continentia, & habitatione, adeò vt eo mulieri ne intrare quidem permiſſum fuerit.

Victum (panem, & pulmentum, & eleemoſynarum partes, cap. 12. Aquiſgranen. ſub certa menſura, & vt potum) & veſtitum iuxta facultatem Epiſcopi accipiebant, nè paupertatis occaſioue compulſi, per diuerſa vagati, ac turpibus ſe implicare negotiis cogerentur, dimiſſoque eccleſiaſtico officio inciperent indiſciplinatè viuere, & propriis deſeruire voluptatibus, cap 23. prædictæ Turo. ſynodi.

Præbendæ tenues in Eccleſias cathedralibus, & collegiatis inſignibus quomodo ſint ampliandæ, Trid. ſeſſ. 24. cap. 15.

Cuiuſmodi clericos non plures, quam ferrent Eccleſiæ facultates Epiſcopus accipere admonetur, Aquiſgranen. c. 118. ſub Ludouico pio Imp. 1.

Elaborent, ut & indumenta virtutum habeant interius, & per immoderatum cultum caueant dehoneſtare religionis dignitatem exterius, dicente Beato Hierony mo in epiſt. ad Euſtochium. Sunt quidam mei ordinis, quibus omnis cura eſt de veſtibus, ſi bene oleant, ſi pes laxa pelle non polleat, crines calamiſtri veſtigio rotantur, digiti de annulis radias, & nè plantas humidior via ſpargat, vix imprimant ſumma veſtigia, tales ſpôſos magis exiſtimato, quam clericos, cap. 124. Aquiſgranen. ſub Ludouico, citatur ibi & Gregorius pp. 1. elegantiſſimè eadem de re loquens. Vide titulum Clericorum.

Capitulum canonicorum quæcunque per Epiſcopum viſitanda, & reformanda, Concil. Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 4. de reform. & ſeſſ. 14. cap. 4. & ſeſſ. 22. cap. 8. de reform.

In capitulis canonicorum vocem non habeat, qui non eſt in aliquo ſacro ordine ſubdiaconatus, vt minimum conſtitutus. concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4. de reform. Quicûque poſthac ad Eccleſias cathedrales erit aſſumendus, &c. ſeſſ. 22. c. 1.

Cantores donum ſibi diuinitus collatum humilitate, caſtitate, ſobrietate, & cæteris ſâctarum virtutum ornamentis exornent, quorum melodia animos populi circumſtantis ad memoriam, amoremque cœleſtium nô ſolum ſublimitate verborum, ſed etiam ſuauitate ſonorum erigat. Ob hoc donum ſe cæteris ſuperbiendo non præferant. Sonum vocalium literatum benè, atque ornatè proferant. His verò, qui huius artis minus capaces ſunt, donec erudiantur, melius conuenit, vt ſileant, quam cantare volendo, quod neſciunt, aliorum voces diſſonare compellant, pſalmi namque in Eccleſia non curſim, & excelſis, atque inordinatis, ſeu intemperatis vocibus, ſed planè, ac dilucidè, et cum compunctione cordis recitêtur, cap. 137. Aquiſgranenſis ſub Ludouico pio Imp. 1.

Cardinales diaconi 7. dumtaxat olim Romæ erant per parochiarum examen, conſtitutione Syluestri pp. vt eſt videre Roma concil. act. 1. c. 6.

Tertium Lateranenſe ſeſſione 9. reformat eorum vitam, et tollit exceſſus iubens, vt ita ſobriè, caſtè, et piè viuant.

Cardinalibus quid obſeruandum, quorum conſilio apud Romanum pontificum vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio nititur, Trid. ſeſſ. 25. cap. 1.

Carceribus incluſorum cura habeatur. vide Incarcerati.

Carinæ meminit Salegunſtadicuſe, cap. 17. et 19.

Carnibus veſci noluere Euſtachini, tanquā immundæ ſint, et ob hoc à Côcilio Gangrēſi ſunt damnati.

Clerico permiſſum eſt eis veſci, modo id ſuperſtitionis non habeat, Ancyra. 14.

Caſtigatus lenitut reuerentiam exhibete caſtiganti, aſperitatis autem nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec ſalutem, 3. Bracc. 6. ex Proſpero lib. 2. de vita contemp. c. 5.) 11. Tolet.

Caſuum reſeruatio rraditur, et explicatur in conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. et canon. 11. qui autem caſus epiſcopis reſeruati ſint, clarius in eodem conc. ſeſſ. 24. c. 6.

Mm Ca-

Catechumenus idem, et audiens appellabatur is de fide chriſtiana inſtruebatur, ſeu quæ fides,et qualis vita debeat eſſe chriſtiani, Neoceſarien.5. Auguſtinus libro de fide, et operibus,cap.6.Valentini cap.1.Vide Audictes.Auguſt.diu voluit eſſe catechumenus ob nimios animi ſui hinc inde fluctuantis motus, lib.5.confeſſ.c.14.

Non ab Epiſcopo ſolo inſtruebatur, ſed et à ſacerdote.Nicolaus pp.1.tit.16. conſt.ſuarū cap.2.

Ideoque ipſi,vt et baptizati, audiebant in Eccleſia legi euāgelium,4.carth.84.)1.Arauſ. 18.Valen.1.

Vt et ipſi quemadmodum fideles,ſalutari: Domini præcepta, vel ſermones ſacerdotis audirent,Valen.1.

Deinde eccleſiam egrediebantur. Vnde hoc miſſa,ſeu dimiſſio, catechumenorum nominabatur.Illerden.4.Valent. 1. colonienſis 6.ſub carolo Imp.3.Agathen.60.

Benedictionem ideò vna cum fidelibus nō accipiebant.1.Arauſ.20.

Ad baptiſterium non admittebant. 1. Arau.19.

Manus ordinandis non imponebantur coram eis Laodicen.4.

Per dies Paſchales ſal eis dabatur,3.carth.5.

Catecheſis ad bien. ium protrahitur etiam in eo,qui bonæ eſt conuerſationis,antequam baptiſmo catechumenus regeneretur. Eliber. 42.ad triēnium in flamine,Elibert.5.ad quinquennium in cathechumena,Elibert.11.menſes octo in Iudæo Agath.34.

Nam quod mox,vt quis fidem ſuſceperat, baptiſmus non dabatur preter teſtimonia in titulo de baptiſmo adducta ſuffragatur, Auguſt.lib.4.confeſſ.cap.4.dicens: A fide vera, quam germanitus,et pœnitus tenebat adoleſcens, deflexeram Nebridium in ſuperſtitioſas fabellas,etc.et ex lib.de fide,et operibus.

Caſtitas Virginalis præſtantior eſt cōiugāli.Syricius pp.epiſt.2.& 4.contra hæreticum Iouinianum.

Caſt tatis vidue,vel virginis propoſitum quiſquis impedierit,à ſancta communione, & eccleſiæ luminibus habeatur extraneus.3.Toleta.10.

Cathedra ne diutius vacet quām annum,5. Carth.8.

Cathedræ Petri Apoſtoli feſtum agebant etiam 2.Turonen.23.

Characteres incantatorum,vel magorum, vide titulum Augurijs,§.2.

Cereus benedicitur in vigilia paſchæ, vt eiuſce luminis ſanctificati benedictione ſuſcipiamus ſacræ reſurrectionis Chriſti Miſteriū, quod hac nocte aduenit,4.Tole.8.

Accenduntur & candelæ feria 5. ante Paſcha,dum ſacrum chriſma conſecratus, &c. Zacharias pp.epiſtola 5.ad Bonifacium epiſcopum.

Cereis meridiana luce,& ſole rutilante in templo vtimur,nō ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum Hieronymus aduerſus Vigilantium.

Chriſma nemo presbyterorum conficiat, Syluestr.PP.act.1.cap.5.concilij Romani) 2. Carth.3) 3.Carth.36.1.Tolet.20.)1.Braccar. 37.VVormatie.2.

Sed ſolus epiſcopus,1.Toletan.20.Innocētius pp.epiſt.1.c.8.VVormatien.2.

Conficit illud epiſcopus quo vult tempore 1.Toleta.20.epiſt.3.Fabiano adſcripta cōtradicit,de conſecr.diſt.3.Literis veſtris, ſed Fabiani eſſe nō videtur idem indicat Antiſiodor. 6.conſuetudo tamen eſt,vt id fiat feria quinta ante paſcha,teſtè Zacharia pp.epiſt.

Materia chriſmatis,eſt balſamū cum oleo, Gregorius pp.1.ad illud primi cap.Canticorū Botrus Cypri,&c.

Presbyteri quotannis illud petant à proprijs Epiſcopis appropinquante ſolemnitate Paſchali, non per quemcunque Eccleſiaſticū, ſed ſi neceſſitas vrgeat per ſubdiaconum, 1.Valen.3.VVormatien.60.4.Carth.36.Synodus Francia ſub Zacharia pp. Antiſiodorenſis cap.6. iubet peti in medio quadrageſimæ, & linteo, ſeu Chriſmario imponi, *ſicut reliquiæ* ſanctorum deportari ſolent.

Et ſub ſigillo,ſeu claue cuſtodiant cap. 27. Maguntiaci ſub Carolo magno,cap. 18. Atelanenſis ſub eodem,cap.20.Lateranen. 2. ſub Innoc.3.

Ne ab aliis contingatur,quum genus ſit ſacramenti,cap.20. Turonenſis ſub Carolo magno cap.18.Arelatenſis ſub eodem.

Et nulli ſub prætextu medicinæ, maleficii, vel cuiuslibet rei donare præſumant, 18 Arelatenſis ſub Carolo magno, cap.27.Maguntiaci ſub eodem,cap.20.Lateranen.2.

Epiſcopus illud dans,pretium ideò nullum exigat Eugenii pp.ij.cap.10.Alexander pp.iij. cap.10.par.2.cap.16. Cabilionen. tempore Caroli magni.

Chriſtus ſecundum carnem dicitur factus, Soter pp.1.

Eum paſſionibus animæ, & concupiſcētiis carnis moleſtatum fuiſſe dicebat impijſſimus Theodorus 5.Conſtantinop.12. quod dogma damnatur ſub finem actio. 12. ſexti concil. Conſtantinop.

Quod duas habeat naturas per incarnationem,humanam ſcilicet de virgine, cum diui-

na, quam ſemper habuit, plurimi contra hæreticos, aſſeruere ex ſcripturis, nempè Leo pp. epiſt. illa erudititiſſima ad Flauianum contra Euticem. Higinius pp epiſt. 1. ad omnes Chriſti fideles, Eutychianus pp. epiſt. 1. ad Ioannē, &c. pulchrè, & doctè, Gaius pp. ad Felicē eleganter, & eruditè, Hormiſdas pp. epiſt. 1. c. 3. cuius verba, vt ſunt digna lectu, ita & vt hic referantur: Intra viſcera ſanctæ virginis Mariæ genitricis Dei vnitis vtriuſque ſine aliqua confuſione naturis, qui ante tēpora erat filius Dei, factus eſt filius hominis, & natus in tēpore hominis, more matris vuluam natus non aperiens, & virginitatem matris Deitatis virtute non ſoluens, dignum planè Deo naſcente myſterium, vt ſeruaret partū ſine corruptione qui conceptum fecit eſſe ſine ſemine, ſeruans quod ex patre erat, & repreſentans quod ex matre ſuſcepit, nam iacens in præſepio videbatur in cœlo, inuolutus pannis adorabatur à Magis, inter animalia editus ab angelis nunciatur, vix egreſſus infantiam annūcians myſticam ſine inſtitutione doctrinam, inter rudimenta annorum puerilium edens cœleſtium ſigna virtutū, idem enim Deus, & homo, vt ab infidelibus dicitur, ſub quarta introductione perſonæ, ſed ipſe Dei filius Deus, & homo idē virtus, & infirmitas, humilitas, & maieſtas redimēs, & vēditus, in cruce poſitus, & cęli regna largitus, ita noſtræ infirmitatis particeps, vt poſſit interimi, ita ingenitę potentiæ dominus nè poſſit morte conſumi. Sepultus eſt, iuxta id quod homo voluit naſci, & iuxta id, quod patri erat ſimilis reſurrexit, patiens vulnerum, & ſaluator ægrorum, vnus defunctorū, viuificator obeuntiū, ad inferna deſcendens, & à patris gremio non recedens. Vnde & animam quam pro communi conditione poſuit, pro ſingulari virtute, & admirabili potentia mox reſumpſit. Hæc ita eſſe, nec vllam dubitationem oportere recipere, ideſt nè dominus noſter Ieſus Chriſtus, aut inter corporis paſſiones Deus non eſſe crederetur, aut ne Deus tantum, non etiam homo inter opera mirabilium ſtupenda virtutum, pro poſito nos duorū Apoſtolorum informauit exēplo, Deum eſſe ſe Chriſtum dominum noſtrum Petri fide, hominem Thomæ dubitatione declarans. Quid enim intererat, vt quem ſe homines dicerent, diſcipulos ſuos vellet inquirere, niſi vt reſpōdente Petro: Tu es Chriſtus filius Dei viui, fateretur non hoc de carne, & ſanguine proditū, ſed Patre Deo inſpirante reuelatum, vt per teſtimonium laudatæ reſponſionis fides patefieret veritatis. Quid etiam intererat, vt apparente poſt reſurrectionē Domino Thomas tantū aut abeſſet cæteris, aut ſolus ambigeret, aut vt mundus crederet, quod ambigens diſcipulus exploraſſet, vt dum vnius manibus ſe pateretur tangi ab vniuerſitate fidelium quis eſſet poſſit agnoſci, non ergo ad explorandum diſcipulum interpoſita eſt dubitatio, ſed quæſita poſteritatis inſtructio, etc. hæc ille.) Epheſinum primum per 13. anathemata contra Neſtorium, qui alium eſſe filium Mariæ, et alium, ſeu aliam perſonam filium Dei aſſerebat, Deumque non eſſe natum de Virgine: vocari autem filium Mariæ Deum, quod Dei filius ei nomen ſuum per amicitiam, & adoptionem communicaſſet.) Quæ anathemata latiùs contra Theodorum, et Cyrum hæreticos repetit Martinus pp. 1. in decretis 10.) Chalcedonenſis ſynodus actio. 1. vbi repetuntur definitiones Epheſinæ, et conſtantinop. ſynodorum. Quarum verba ponemus ex actio. 4. ſextæ conſtantinopolitanæ, vbi ait Agatho pp. ad Imp. Heraclium: cum de vno earundem trium perſonarum ipſius ſanctæ Trinitatis filio Dei Deo verbo, et de myſterio admirandæ eius ſecundum carnem diſpēſationis confitemur, omnia duplicia vnius, eiuſdemque euangelicam traditionem aſſerimus, ideſt, duas naturas prædicamus, diuinā ſcilicet, et humanam, ex quibus etiam poſt admirabilem, atque inſeparabilem vnitionē ſubſiſtit, et vnamquamq; eius naturam, proprietatem naturalem habere confitemur, et habere diuinam omnia, quæ diuina ſunt, et humanam omnia, quæ humana ſunt, abſque vllo peccato. Et vtraſque vnius eiuſdem Dei verbi incarnati, ideſt, humanati, inconfusè, inſeparabiliter, immutabiliter eſſe cognoſcimus. Sola intelligentia, quæ vnita ſunt diſcernentes propter confuſionis dumtaxat errorē. Æqualiter enim, et diuiſionis, et commixtionis deteſtamur blaſphemiam. Cum autē duas naturas, duaſque naturales volūtates, et duas naturales operationes confitemur in vno domino noſtro Ieſu Chriſto, non contrarias eas, nec aduerſas ad alterutrum dicimus. (ſicut à via veritatis errantes Apoſtolicam traditionem accuſant, abſit hæc impietas à fidelium cordibus) nec tanquam ſeparatas in duabus perſonis, vel ſubſiſtentiis, ſed duas dicimus, vnum, eundemque Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſicut naturas, ita et naturales in ſe voluntates, et operationes habere diuinam ſcilicet, et humanam: diuinam quidem voluntatem, et operationem habere ex æterno cum coeſſentiali patre communem: humanam, tēporaliter ex nobis cum noſtra natura ſuſceptam.) Ita et ſexti Toletani, cap. 1. Ex tribus diuinitatis perſonis ſolum filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, et noſtro libero arbitrio contra-

x imus, reſoluenda à ſecreto patris, arcanoq; p rodiiſſe, & humanitatem ſine peccaro de ſancta ſemper Virgine Maria aſſumpſiſſe, vt idem filius Dei patris eſſet filius hominis: Deus perfectus, & homo perfectus, vt homo, & Deus eſſet vnus Chriſtus naturis in duabus vna perſona, nè quaternitas Trinitati accederet, ſi in Chriſto geminata perſona eſſet, &c. Damaſus pp. epiſt. 1. cap. 1.) 5. Conſtantinopolitanum multis quidẽ locis, ſed imprimis, cap. 4.) 1. Hiſpalen. 13.

Damnantur à prædictis patribus, & ſynodis Neſtorius, Eutyces, & Apolliuaris; quorũ primus filium Dei de Virgine natum negabat, ſeu quem Maria peperit, eundem eſſe filium Dei renera, ſeu per aſſumptionem humanæ naturæ, duas Chriſti faciens perſonas Eutyces ècontra, vnam confitens perſonam Chriſti, naturas duas poſt incarnationem nõ agnoſcit, ſed diuina virtute humanam abſorptam eſſe, & diuinæ commixtam, vt eſt aqua modica, vino multo, ac forti commixta, ac ita, nec voluntatem, nec operationem humanam in Chriſto fuiſſe. Vnde contra hoc loquens etiam primi Toletani ſymbolum. Si quis, inquit, ſentiat deitatis, & carnis vnam in Chriſto eſſe naturam, anathema ſit. Apollinaris autem dicebat, Chriſtum non totam humanã naturam, ſed ſolum [illegible] nem aſſumpſiſſe, animæque functiones [illegible] inam naturam in carne exercuiſſe.

Chriſtus, & ſi pro omnibus mortuus ſit, nõ omnes tamen mortis eius beneficium accipiunt, ſed ij duntaxat quibus meritum paſſionis eius communicatur. Concilio Trident. ſeſſio. 6. cap. 3. Proſper. reſpon. 1. obiectiones Vincentianas.

Chriſtus non ſolum hominibus datus, vt redemptor cui fidant, ſed etiam vt legiſlator, cui obediant, ſynodus Trid. ſeſſ. 6. can. 21.

Cibi quilibet natura ſua mundi ſunt. Vide titulum Eſcæ.

Claues Eccleſiæ non ad ſoluendum duntaxat, ſed etiam ad ligandum conceſſæ ſunt. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. & can. 17.

Clero apſcribi nõ poteſt ſeditionarius, vel vſurarius. 4. Carth. 67.

Nec pœnitentium quiſquam, ſeu pœnitentiam profeſſus, quamuis ſit bonus, Stephanus pp. epiſt. 1. Innocentius pp. 1. epiſt. 6. Zoſimus pp. epiſt. 1. cap. 3. Gelaſius pp. cap. 3. epiſt. 14. Carth. 68. Agathe. 42.) 1. Toletan. 2. (addens: niſi ſit neceſſitas 3. Arelaten. 3. Epaunen 4.) 4. Toletan. 33. vt & Gerunden. 9. Gregorius pp. 2. in epiſt. ad clerũ, & plebem Thuringiæ, quæ eſt 3.) Hilarius pp. epiſt. ad Epiſc. Tarracon. cap. 4.

Nam qua conſcientia abſoluat reum, qui ſe peccata ſua populo ſcit reſte confeſſum? Quis enim quem paulò autè vidit iacentem, veneretur antiſtitem? Præferens miſerendi criminis labem, non habet lucidam ſacerdotii dignitatem. Hormiſda pp. cap. 1. epiſtolæ ad epiſcopos Hiſpaniæ. Similiter Syricius pp. cap. 14. epiſtolæ 1 Quia, ait, quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum ſacramentorum inſtrumenta ſuſcipere, qui dudum fuerunt vaſa vitiorum.

Ignorantem promotum deiici vult. 1. Nicen. cap. 10.) 4. Cartag. 68. Innocentius pp. 1. epiſt. 6. Agath. 43.) 3. Aurelia. 9.) 2. Hiſpalen. 4. Syricius verò cap. 15 epiſt. 1. in gradu acceptos, non tamen alt[illegible] us [illegible] conſcenſurum tolerat, negans impoſterum ven[illegible].

Nec qui fuerit concubinarius. Innocentius pp. 1 epiſt. 4. cap. 3) 3. Aurelian. 9. aut adulterii conuictus. Gerunden. 8.

Nec viduæ maritus Syricius pp. c. 5. epiſt. 4.) 4. Carth. 69. Innocentius pp 1. epiſt. 2. cap. 4. & epiſt. 4 c. 2.) 1. Toleta.) 3. Arelaten. 3.

Nec qui per ſoluta pœnitentia poſtea militiæ ſecularis cingulum accipiebat. Tolen. concil. cap. 3. ſeu Syricius pp. Innocentius pp. 1. epiſt. 4 cap. 3. & epiſt. 2. cap. 2. epiſtolaque 24. cap. 2. & 4. ſic vero 1. Toleta. cap 8. dicit. Qui poſt baptiſmum militauerit, & clamydem ſumpſerit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam ſi grandia non admiſerit, ſi ad clerum admiſſus fuerit, diaconii non accipiat dignitatem. Imò Syricius pp. cap. 1. epiſt. 3. videtur dicere capaces non eſſe quicunque aliquãdo in ſeculari fuere militia. Qui, inquit, poſtea quam pompa ſeculari exul auerunt, aut negotiis Reip. optauerunt militare, aut mundi curam tractare, adhibita ſibi quorundam manu, & proximorum fauore ſtipati frequenter ingeruntur auribus meis, vt Epiſcopi eſſe poſſint, qui pet traditionem, & euangelicam diſciplinam eſſe non poſſunt. Quantis hoc aliquoties certatum eſt viribus?

Nec curialis, quoniam & ſi eiuſmodi quipiam reperiantur idonei, tamen quoniam ſæpius ad curiam repetuntur, cauendum eſt ab his propter tribulationem, quæ ſæpe de his Eccleſiæ prouenit. Innocẽtius pp. c. 3. epiſt. 4. & idem epiſt. 4. cap. 4 Stephanus pp. epiſt. 1. Bonifacius pp. 1. teſte Damaſo.

Nec qui ſeruilibus, colonariiſque conditionibus eſt obligatus, 3. Aurelianen. 25. Stephanus pp. epiſt 1. Bonifacius pp. 1. teſte Damaſo 1. Toleta. 10.) 4. Toleta. 71) 9. Toleta. 11.) 5. Aurelianen. 6. VVormatien. 46. Triburien. 9. Niſi, inquiunt, à domino plenè donetur libertate.

tate. Si autem ſeruus, inquit 1. Aurelianen. 10. & ex eo VVormatien. 40. abſēte, vel neſciēte domino ſuo, Epiſcopo iñ ſciente, ꝙ ſeruus ſit diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus, ipſo in clericatus officio permanēte, Epiſcopus cū dominio duplici ſatisfactione compenſet, ſi verò Epiſcopus eum ſeruum neſcierit, qui teſtimonium de illo perhibent, aut eum ſupplicauerint ordinari, ſimili recompenſationi teneantur obnoxii.

Ex quacunque hæreſi veniens, minimè eſt ad clerum promouendus. Elibertini 51. Innocentius pp. 1. epiſt. 22. c. 4.

Antea verò ordinatus, ſine dubio deponetur, Elibertini 51. Innocentius pp. 1. epiſt. 18. cap. 3. Felix pp. 3. in epiſt. ad Acacium Conſtātinopolitanum.

Cuius facti rationem non contemnendam ad fert Innocentius pp. 1. cap. 5. epiſt. 22. quod inquit, pro remedio, ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, ſcilicet vt ordinati remanerent, conſtat primitius non fuiſſe, ac fuiſſe regulas veteres, qui ab Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris traditas Eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiēdaſq; mandat his, qui eam audire conſueuerunt. Sed neceſſitas temporis id fieri magnopere poſtulabat. Ergo quod neceſſitas pro remedio reperit, ceſſante neceſſitate, debet vtique ceſſare pariter, quod vrgebat, quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit. Et infra. Qui de catholica ad hæreſim tranſiens, aut fidelis: ab apoſtaſia reuertens, & reſipiſcens redire voluerit, nunquid eadem ratione poterit ad clerum admitti, cuius commiſſum nō niſi per longam pœnitentiam poterit abolerit? nec poſt pœnitentiam clericum fieri, ipſi canones ſua authoritate permittunt.

Quæ quamuis ſe ita habeant, 1. Nice. 8. tolerantur in clero venientes ad Eccleſiā à Nouitianis, imò à quauis hæreſi redeuntes, 1. Aurelia. 12. & Chalcedonenſis ſynodi, actio. 8. cū Theodoretus Neſtorium, eiuſque abiuraſſet, quem prius defendebat errorem, omnes reuerendiſſimi Epiſcopi clamauerunt. Theodoretus dignus eſt ſede eccleſiæ, Theodoreto catholico doctori reddatur eccleſia, 6. Conſtantinopol. act. 9. conformiter dicitur. Eos qui iam pœnitentiam egerunt, & ſuperius nominato, tàm Epiſcopos, quàm clericos, qui & nunc in medio aſſiſtunt, & rectè vna nobiſcum confitentur, præuidimus in propriis reſidere. Secunda ſynodus Nicen. act. 1. eiuſdem eſt ſētentiæ producens huius doctrinæ, & canones, & exempla vetuſta. Et Lucifer chriſmatis notatus eſt ob ſuam hac in re rigiditatem, teſtè Hieronymo, & teſtè Auguſtino epiſtola 50.

Hoc diſplicuit Lucifero, diſplicuit & Cypriano, dum ſcripſit epiſtola 1. lib. 2. nam quid bonis, et innocentibus, etc.

Nec qui ſeipſum ſanus abſcidit, ſeu caſtrauit, quod Origenes feciſſe dicitur, et alii, quod carnali vitio repugnare neſciant, 2. Niceni 1. 2. Arelaten 7. Tiburien. 33. imo quicunque quoduis membrum voluntariè ſibi præciderit, Innocētius pp. 1. epiſt. 4. cap. 1. Stephanus pp. 1. epiſt. 1. Gelaſius pp. cap. 5. & 19. epiſt. 4. Hilarius pp. ad epiſcopos clerum, & plebem Thuringiæ.

Nec qui alium per induſtriam inſidias ve accedit, de quo dicitur. Ab altari meo auelles eum. Qui verò caſu, vel per ſui defenſionem quempiam occiderit, ſi epiſcopo diligentius examinata viſum fuerit, per diſpenſationem poterit ordinari. Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 7. de reformat.

Nec bigamus, vt videre eſt in titulo Bigamus.

Semel autem clero adſcriptus, ſi ad vitam laicam reſiliat, excommunicetur. 11. Turon. 5.

Clericorum nomen, & lectores, et pſalmiſtæ, & oſtiarii retinent. 3. Carth. 21. Tarracon. 9. Vide de nomine clerici D. Hieron. ad Nepotianum, de vita clericorum.

Subſint omnes clerici proprio epiſcopo, Chalcedon. 8. Poſtea tum canonici, tum alii exemptionis velamen, ſibi compararūt, quod adhuc confirmat eis tertium Lateranenſe, ſed Tridentinum aufert eis, cum nullam cautelā ſufficere videt, ſeſſ. 14 cap. 4. & 5. vide etiam ſeſſ. 7. c. 3. & 4. & ſeſſ. 25. c. 6. ſeſſ. 24. c. 11.

Sine epiſcopi permiſſione altiorem ab altero ordinem non accipiant, Venetici. 10.) 3. Carth. 44. Tauritanen. 6.

Item ſine eius permiſſione præſumens habitare cum ſecularibus ab officii communione pellitur, 2. Aurelianen. 9.

Cum extranea fœmina non habitet, niſi ſoror, aut proxima fuerit, quod cum magna ſolicitudine fiat, vel eæ tantum ſint perſonæ, quæ ſuſpiciones effugiunt, Lucius pp. 1. Nice. 3. Eliber. 27. 2. Arelaten. 3. Syricius pp. c. 12. epiſt. 1. 1. Carth. 3. & 4. 3. Carth. 17. 4. Carth. 46. Agath 10. Aruernen. 16. 2. Turonen. 10. elegāter, 2. Toleta. 4. 1. Matiſconen. 1. Rhemen. 22. Maguntiaci, cap. 49. Maguntien. 10.

Sin minus ſeculi iudices eaſdem mulieres (quibus contra legem hanc cohabitat) cum voluntate, et permiſſu epiſcopi comprehenſas in ſuis lucris vſurpent, dato ſacramento ab eis epiſcopo, quod clericis eas nulla arte reſtituent, ꝙ ſi reſtituerint, ſententia excōmunicationis feriantur, diſtractarū verò mulierū pretium indigentibus diſpenſetur. 1. Hiſpal. 3.

Et

Et ipſe, ſi poſt primam, & ſecundam cõmonitionem ſe emendare neglexerit, donec in vitio perſeueret, officij ſui dignitate priuetur, Ilerden. 15. 1. Aurelia. 31. 5. Aurelian. 3. quoniam, vt minimum hinc vita, & opinio polluitur Cabilonen. 3.

Imò, & omnium catholicorum communione priuetur, nulla proſus, vel colloquij conſolatione relicta 2. Toleta. 3. Aruerten. 16. 3. Aurelianen. 4. 2. Turonici, 10. & 11.) 3. Braccar. 4. ſubdit ſex menſium pœnitentiæ.

Eò ſpectat, quòd non finitur fœminas niſi præſentibus clericis adire, Epaunen. 20. Tarraco. 1. Turonici 20. Hieron. in epiſt. ad Oceanum. Qua de re iuſtum eſt audire Hieronymum, cap. 98. concilij Aquiſgranenſis, citatum ex epiſt. ad Oceanum. Deprecatus es (ait) vt ibi breuiter exponerem, qualiter clerici viſitare debeant: hinc me plerique maledictis æmuli præſtolantur, quia non ſileo veritatem, Prima quidem tentamenta ſunt clericorum, fœminarum frequentes acceſſus. Iſte ſexus reprehenſibiles exhibet clericos. Quid tibi reuera cum fœminis, qui ad altare cum Domino fabularis? Te in publico, cuncti, te in agro ruſtici, aratores, ac vinitores quotidie lacerabũt, ſi contra depoſitum fidei cum fœminis habitare contendis. Et quia (vt arbitror) concupiſcis irreprehenſib lis inueniri, teſtimonio bono munire. Nũquid in choro Apoſtolorum fœminæ, aſſuerunt? Prohibe virgines tecum commorari quæ de genere tuo non ſunt. Dilige eas, exterius ordina, frequenter viſita, iunctus obſequio clericorum, nè cum ſecretaliter ac ſolus ingrederis, macules teſtimonium tuum. Aliter namque coniugati, aliter continentes edocentur. Eccleſiaſticum ſubire miniſterium, & onus. Fœminarum cum clericis nullo pacto coniuncta præcipitur conuerſatio: Ianua diaboli, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, nociuumque genus eſt fœmina. Cũ proximat ſtipula, incendit ignem. Flammigero igne percutit fœmina conſcientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. Ego iudicio, ſi cum viris fœminæ habitent, viſcarium non deerit diaboli. Ex eis aucupatum eſt ab initio peccatum. Ferreas mentes libido domat. Si alligauerit quis ignem in ſinu ſuo, veſtimenta eis non comburentur? Aut ſi ambularit quis ſuper carbones ignis, pedes ſuos non comburet? Mihi crede, non poteſt toto corde habitare cum Domino qui fœminarum acceſſibus copulatur. Sed dicis. Qui ambulat (inquit) ſimpliciter, ambulat confidenter. Benè, & argutè. Sed oportet te teſtimonium habere ab his qui foris ſunt. Licèt coram Domino incedas, tamen coram hominibus bona prouidenda ſunt, quia aſtutiores ſunt filijs tenebrarum ſuper filios locis. Cum a te hoc genus non amputatur, das locum reprehendentibus te. Ipſe te detrahentium morſibus tradidiſti, ſi agapetarum conſortium non dimiſeris. Benignus es gaudeo pudicus, falſum eſt. Si pudicitiam quæris fœminam, quam videris conuerſantem benè, mente dilige, non corporali frequẽtes ornatu. Nõ veſtis tenera clericũ facit aut ſacerdotem, ſed caſta mentis intentio. Hæc enim deuotionem honoris in te cuſtodit. Honorem quidem glorioſum boni operis fama conſeruat, ſacerdotes quippe decet, vel cæteros quidem clericorum gradus (vt ſupra dictum eſt) à fœminis ſegregari. Si igitur generis gratia iudicas eaſdem nullo pacto dimittere, memento Thamar, quòd ab Amon fratre ſuo corrupta ſit, &c.

Officium non facientis diuinum, correctio.

Si bene valens vigilijs non interſit, priuatus ſtipendijs excommunicetur, 4. Carth. 39. Venet. 14. ferè ſimiliter, ſeptem diebus eũ à communione remouet, dum ab hymnis matutinis ſeſe ſubducit ſine probabili ægritudinis excuſatione, 1. Toleta. 5. non habeatur (ait) clericus, ſi ab Epiſcopo caſtigatus, quia ad Eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit eo in loco exiſtens vbi eſt Eccleſia, noluerit per ſatisfactionem ab eo veniam promereri.) Agathen. 2 datur ob hoc eis peregrina communio, quod idem eſt, 1. Aurelia. 30. ſecundum arbitrium Epiſcopi puniri iubet, 2. Aurelia. 13. priuat eum loci ſui dignitate, vt & 3. Aurelia. 19. Valentini 5. & communione, & honore eum durante, contumacia priuat, 3. Lateranen. ſeſſ. 9. Quilibet habens beneficium (ait) cum cura, vel ſine cura, ſi poſt 6. menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficij ſui fructus ſuos non faciat pro rata omiſſionis recitationis officij, & temporis, ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur, ſi verò vltra dictum tẽpus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedēte, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officiũ omittere, quo ad hoc vt beneficio priuari poſſit, qui per 15. dies illud bis ſaltem non dixerit. Deo tamen vltra præmiſſa de dicta omiſſione redditurus rationem, quæ pœna in habentibus plura beneficia teiterabilis toties ſit, quoties contra facere conuincantur, &c. Huc pertinet, quod Trid. Conc. ſeſſ. 21. cap. 6. poteſtas

ſtas datur Epiſcopis rectores Eccleſiarum, ſeù paſtores turpiter, & ſcãdaloſe viuentes ſi moniti non emendentur, beneficio ipſo priuandi. Plura habentur eodem in loco, & ſeſſ. 22. cap. 3. ſeſſ. 24. cap. 13. de reſidentia ſeſſ. 23. cap. 1. ſeſſ. 5. c. 2. Si autem, vt hocce peccatum ſuum impunè agant, excuſationem de patrocinijs quorumcunque nè officium impleant prætẽdant, ac ſacerdotes ſuos ſub huiuſmodi cauſa æſtiment contemnendos, & honoris gradu, & fructu priuat. 3. Aurelia. 11. & ijs hac in re patrocinium præbens pœna pecuniaria, & honoris punit. 5. Carth. 2.

Iam verò priuatum cõmunione a ſuo Epiſcopo, & abiectum alter Epiſcopus ad ſe venientem non ſuſcipiat, ſeu in Eccleſiam ſuam non conſcribat: Sardicen. 6. Syricius pp. cap. 7. epiſt. 4. 2. Carth. 7. Innocentius pp. 1. c. 7. epiſt. 2. Tauritani 6. 1. Nicen. 5. Aquiſgranen. 53. ex Sardicenſi.

Vagos ſeu acephalos, id eſt, ſine capite, neque in ſeruitio Domini noſtri (Caroli magni) neque ſub Epiſcopo, neque ſub abbate, ſed ſine canonica, vel regulari vita degentes; neq; inter laicos, aut ſecularium officiorum ſtudia, neque inter clericos religio tenet diuina, ſed ſoli uagos atque oberrantes ſola turpis vita complectitur, & vaga iquique dum nullum metuunt, explendæ voluptatis ſuæ licentiam ſectantur, quaſi animalia bruta libertate, & deſiderio ſuo feruntur, habentes ſignum religionis, non religionis officio, hypocentauris ſimiles, nec equi, nec hominis. Tales omnino vbicunque inuenti fuerint, pręcipimus, vt Epiſcopi ſine vlla mora eos ſub cuſtodia conſtringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos, & vagos ſecundùm deſideria voluptatum ſuarum viuere permittant Maguntiaci, cap. 22. ſub Carolo magno.

Nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat, ſed & habitu, & inceſſu profeſſionem ſuam probet, talem habens habitum qui religionem deceat, 4. Carthag. 45. Agath. 20. Alexander pp. 3. parte 7. cap. 4. 1. Mantiſconen. 5. quæ eius veſtes nec nimium ſint breues, nec rubei nec viridis coloris, non vtatur manicis, aut ſubtalaribus conſutitijs, ſeu roſtratis, frenis, cellis, pectoribus, & calcatibus deauratis, nec corrigiis auri, vel argenti ornatum habentibus, ſed annulo, niſi cui competit ex officio dignitatis, 2. Lateranenſe, 16. ſub Innocentio 3. pp.) nec manicas ad cubitum pendentes habeat, quicunque autem beneficiatus, aut officium in Eccleſia gerens, in habitu eiuſmodi præſumpſerit intereſſe diuinis officiis, pro qualibet vice a participatione prouentuum Eccleſiaſticorum per menſem nouerit ſe ſuſpenſum, fructuſque illi fabricę illius Eccleſiæ applicentur. Martin. pp. 5. ſeſſ. 43. Conc. Conſtantien. Vide titulum, Canonici, §. 5. & Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. ſeſſ. 24. c. 12. & ſeſſ. 12. cap. 1.

Coronam, & tonſuram habeat congruentem, 2. Later. 16.) ſin minus, tonderatur inuitus ab archidiacono. 1. Alexander pp. 3. parte 27. cap. 4.

Barbam non nutriat 4. Carth. 44.

Scutilis, & ioculans verbis turpibus, ab officio retrahatur. 4. Carth. 60. Agath. 70. 2. Latera. 16. cap. 10. Maguntiaci.

Spectaculis vllis in ſcenis, aut in nuptiis intereſſe non debet, itaque egrediatur, cùm thymelici ingrediuntur. Laodicen. 54. cap. 16. Maguntiaci.

Vagari per plateas, & in nundinis, & foro deambulare, niſi certa officii ſui neceſſitate, aut vt aliquid emat, non poſſit. 4. Carth. 47. & 48.

Validi ad operãdum, diſcebant cum literis artificium, 4. Carth. 53.

Et quantũlibet verbo Dei eruditus, abſque officii tamen ſui detrimento victũ quęrat artificio. 4. Carth. 51. & 52. 2. Turonic. 10.

Ad militiam, ſecularesuè honores venire prohibetur Chalcedo. 7. ex quo Triburi. c. 7. vide Titulum Clero adſcribi §. 7.

Adminiſtrator aut procurator ſecularium rerum, vel domorum non fit (niſi in cauſa orphanorum) 3. Carth. 15. Chalc. 3 Cabil. cap. 12. ſub Carolo magno cap. 10. & 14. Maguntiaci ſub eodem VVormat. 67. Vnde Cyprianis epiſtol. 9. libri 1. grauiter conqueritur de Geminii Victoris Epiſcopi facto, quòd, &c.

Peregrinos clericos non intromittat abſque Epiſcopi conſenſu in Eccleſiam ſuam, 4. Aurelia. 7.

Iidemque peregrini non immorentur in aliena ciuitate, niſi cauſas eorum iuſtas Epiſcopi loci, vel presbyteri locorũ (quos paſtores vocamus) prouiderint. 3. Carth. 37.

Vxorem non potuit ducere clericus inferior (ſcilicet ſubdiacono) ſine Epiſcopi conſenſu. 4. Tolera. 43. 1. Turonici. 4.

Et vxorem peccantem (ſcilicet per incontinentiam) cuſtodiat, & liget, in domo ſua ad ieiunia ſalutaria eam cogens. 1. Toleta. 7.

Si cantet inter epulas, puniatur, ab officio remoueatur 4. Carth. 62.

Ieiunium indictum ſoluens abſque ineuitabili neceſſitate, minor habeatur, 4. Carth. 63.

Diſcordes clericos recõcillat Epiſcopus, vel ratione, vel poteſtate, 4. Carth. 59.) Triburienſe, c. 22. ſub Arnolpho.

Li-

Litigioſorum clericorum teſtimonium niſi abſq. grandi examine non recipiatur, 4. Char. 58 nec aduerſus laicum eius recipiatur teſtimonium, cap. 14. act. 2 Romani ſub Syluestro.

Maledicus, maximè in Sacerdotes, cogatur veniam poſtulare 4. Carth. 57.

Inferior ſuperiorem non accuſet c. 3. act. 1. Romani ſub Syluſtro, & c. 18. act. 1.

Curiam non adeat propter vllam cauſam ſuam c. 16. act. 2. Romani concil. ſub Syluestro, Maguntiaci 24. vide tit. Iudex. &c. §. 23.

Adulationi, & proditionibus vacās, ab officio degradetur, aut tradatur curiæ. 4. Carth. 59. Pius pp. epiſt. 2.

Inuidens fratrum profectibus, donec corrigat ſe, non promoueatur altius, 4. Carth. 54.

Prorumpentes clerici in mutuam cædem, puniantur acriter ab Epiſcopo. Ilerdenſe. 1 i.

Clericis Parochianis neceſſaria eis ſtatuta canonū à pontifice ſuo prælegebantur, nè vel ipſi, vel populi, quæ pro ſalute eorum decreta ſunt, excuſarent poſtmodum ſe ignoraſſe, 4. Aurelia 6.

Et iiſdem à ſacerdote perſoluebatur ſtipēdiū miniſterij, quod præſtant in templo. Agathen. 36. 3. Aurelia. 19.

Facultates, ac poſſeſſione habebant etiam clero adſcripti, Agathen. 26 & 49.) Epaunen. c. 14.) Vnde damnati ſunt à concilio Conſtantienſi decimus, & 36. Ioannis VViclef. Contra ſcripturam ſacram eſt (inquit) quòd viri eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones, & Papa cùm omnibus clericis ſuis poſſeſſionem habentibus ſunt hæretici. Vide 1. Hiſpal. 1.) 2. Tolet. 4.) 3. Aurel. 17.

Eorum verò qui nihil habent cum ordinantur, & poſt ſibi, vel agros, vel ſimilia quædam comparant, hæres eſt eccleſia 3. Carth. 49.) 2. Toleta. 4. 9. Toleta. 10) Alexander pp. 3. par. 1. cap. 15. ſ. ſi ſua arte, & induſtria hæc non compararit ſibi, ſed re quam ex officio eccleſiaſtico percipit.

Immunes habeātur clerici omnes ab omni publica indictione, & labore, vt liberi Deo ſeruiant, nullaque prępediti neceſſitate ab Eccleſiaſticis officijs retrahantur: liberi ſint, & à tallijs ſeu exactionibus. 4. Toleta. 46. placito regis Siſenandi, & antè 3. Toleta. c. 21. 1. Lateranen. 46. ſub Innocentio. 3. Tertium cōcil. Lateranē. ſe ſeſſione. 9. ſub Leone 10. eadem de rè innouat conſtitutiones Bonifacij pp. 8. quę incipit. Felicis. & Clementis pp. 5. quæ incipit. Si quis ſuadente. Vide titulum Eccleſia §. 30. & 37.

Qui ergo eos publicis actionibus applicare præſumpſerit, agnoſcat ſe pacem eccleſię non habere, ſub humiliter peccatum emendet, 4. Aurelianen. 13. Triborienſe cap. 20. ſub Arnolſo Imperatore. Eugenius verò pp. 2. in c. 8. decretorum eius. Si, inquit, quis in clericum vel in monachum violentas manus iniecerit, anathemati ſubiaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſoluere, niſi mortis vrgente periculo, donec Apoſtolico præſentetur aſpectui.

Adoleſcentiorum clericorum quæ cura habita fuerit olim, Vide ſuprà ſub titulo: Adoleſcentes. Videatur, & ſummatim cap. 10. concilij Maguntiaci ſub Carolo magno.

Cœmeteria habuere ſua hęretici velut martyribus ſuis, Laodicen. 9.

In cæmeterijs per diem cerei nec accendātur quoniam inquietandi non ſunt Sāctorum Spiritus. Elibert. 30.

Coadiutoriæ reformationem habet. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7.

Colonia, ciuitatas, facta eſt Metropolis à Zacharia pp. epiſt. 9.

Comam mulier nutriat in ſignū ſubiectionis. Gragen. 10.

Commeſſationes ex ſymbolis damnantur. Laod. 55.

Commeſſationibus deditum ſuſpendit ab officio c. 17. ſecundi Lateranenſis ſub Innocētio 3.

Communionis nomine cum toties legitur in canonibus, placuit eos, vel nec in fine, vel poſt tantum temporis communionem accipere. Euchariſtia intelligitur. Elibert. 3. 47. & 78. & c. 2. epiſt. 3. Innocentij primi.

Nulli tamen ſyncerè pœnitenti in fine eam negari vult. Ancyran. c. 6. 1. Niceni 12. Elibert. 5. 2. Arelaten. 12. Innocentius pp. 1. c. 7. epiſt.

☞ Vnde ait Innocentius pp. 1. c. 2 epiſ. 3. De his qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul, & reconciliationem communionis expoſcunt, obſeruatio prior, durior: poſterior, interueniente miſericordia, inclinatior eſt. Nam conſuetudo, prior tenuit, vt concederetur pœnitentia, ſed cōmunio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, nè communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non reuocare à lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, nè totum penitus negaretur, & duriorē remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem eccleſijs ſuis reddidit, iam depulſo terrore communionē dari obeūtibus placuit, & propter Domini miſericordiā quaſi viaticum profecturis: & nè Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines

Digitized by Google

huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis, permittente Saluatore noſtro, à perpetuo exitio vindicentur. Sic Syricius pp. c. 5 epiſt. 1. inquit: A dominicæ menſæ conuiuio ſegregentur, vt hac ſaltē diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & alij exemplum tribuam, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur. Idem inſinuatur c. 3. Elibertini concil.

Ter quotannis iuſſi ſunt omnes eam accipere niſi qui fortè maioribus criminibus impediebantur in Paſcha ſcilicet, Pentecoſte, & natiuitate Domini, à Fabiano pp. de conſ. diſt. 1. Et ſi non, & c. 50. Turonenſis ſub Carolo magno adeò vt id negligens, Catholicis non annumeretur ab Eliberitino concilio. de conſ. diſt. 2. c. omnis homo, & Agath. 18. 2. Lateran. 21. ſub Innocentio 3. iubetur vt ſaltem ſemel omnis vtriuſque ſexus communicet, ſcilicet in paſchate Cōcilium Tridentinum Seſſ. 13. can. 9. Ambroſij tempore erant qui tantum ſemel in anno eam accipiebant, quos damnat lib. 5. de ſacram. cap 4. & Auguſt. c. 12. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte.

Paruulos non obligari ad communionem ſacramentalem, Trid. ſeſ. 21. c. 4 & can. 4.

Nunquam autem eam ſumere deprehēſus, pœnitentiæ ſubiicitur. 1. Tolet. 13.

Et niſi Epiſcopi conſenſu obtēto nemo extra parochiam ſuam communicet. 1. Carth. 7. Mileuita. 18.

Nec is quidem, qui excluſus eſt eb ea pro ſuo delicto, 1. Arel. 16.

Sacerdotibus, & Leuitis dabatur cōmunio ante altare clero in choro, populo verò extra chorum 4. Toletani 17.) 1. Braccar. 31. idem legitur quoad populum.

Hinc à locorum diuerſitate, aliquando vocatur laica communio. Sardicen. Agathen. 50. Innocentius pp. 1. cap. 4. epiſt. 22. 3. Aurelia. 2. Aliquando, quod forte idem eſt peregrina, Agathen. 2. 3. & 5. & Rhegienſis c. 3.

Traditam ſibi à Sacerdote non traiiciens, vt ſacrilegus propellatur, 1. Tolet. 14. ſubintelligendum eſt, ſi ſanus ſit. Cæſar. Auguſt. 3. 11. Toleta. 11.

Licet verò Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis, & vini venerabile ſacramentum Eucharistiæ tamen hoc non obſtante ſacrorum canonum auctoritas laudabilis, & approbata conſuetudo Eccleſiæ ſeruauit, & ſeruat, quod huiuſmodi ſacramentum non debet confici poſt cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, &c. Et ſicut hęc conſuetudo ad euitandam aliqua pericula, & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quod licet in primitiua Eccleſia huiuſmodi Sacramētum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, poſtea à conficientibus ſub vtraque, & à laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cum firmiſſimè credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus, & ſanguinem, tàm ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vnde cum huiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia, & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & diutiſſimè obſeruata ſit, habēda eſt pro lege, quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ auctoritate pro libito mutare ſeſſ. Concil. Tridentini cap. 1. & 2. ea comprobatur definitio.

Mulier dum communicat, dominicalem, ſeu velum capitis habeat, Antiſiodoren. 42.

Omnis communicans ad altare conſueuit aliquid offerre. Ancyrani 5. 6. 7. & 8.

Epiſcopo ſacrificanti omnes miniſtrantes communionem accipiant, Anacletus epiſt. 1. de conſ. diſt. 1. Epiſcopus Deo.

Confeſſarius poteſt abſoluere pœnitentem non excommunicatum, & pro caſibus reſeruatis mittere ad ſuperiorem. ſed melius eſt dicit Armilla, & ceteri quod mittatur primo ad ſuperiorem, & reuerſum cōfeſſarius abſoluat de omnibus.

Concilium conuocare, indicere, & congregare, eſt ſolius Romani pontificis ſedis Apoſtolicæ. Marcellus pp. 1. in epiſtol. ad epiſcopos prouinciæ Antiochenæ, & epiſtola 2. Pelagius pp. 2. in epiſt. 1. decretali. Iulius 1. in epiſt. 1. decretali ad epiſcopos orientales, & in altera qua eis reſpondet. Damaſus pp. in epiſt. ad Stephanum. Sixtus pp. 3. c. 1. epiſtolæ ſuæ. Iulius pp. 3. in bulla reaſſumptionis cōcil. Trident. primum Nicenum, teſte Iulio pp. 1 in reſpon. ad epiſc. Orient. & teſte epiſtola ſynodica epiſcoporum Ægyptiorum ad Felicē pp. 2 Chalcedonen. act. 1. 2. Nicen. acto. 6. tomo 1. Bonifacius epiſcopus ad Zachariam pp.

Leo pp. 10 approbato concilio Lateranen. 13. in ſeſſ. 11. Solus, ait, Romanus pontifex pro tempore exiſtens, tanquam auctoritatem ſuper omnia concilia habens conciliorum indicendorum, transferendorum, ac diſſoluendorū plenum ius, & poteſtatem habet, &c.

Quamobrem nulla ſynodus eccleſiaſtica robur habet, niſi à ſede Apoſtolica confirmata ſit Gelaſius pp. initio tomi de anathematis vinculo, & in epiſtola ad epiſcopos Dardanię ſecunda ſynodus ſub Symmacho pp. c. 3. Pelagius pp. 2. epiſt 1. Nicolaus pp. 1. diſt. c. 1.

Omnia comprouincialia negotia eiuſdem ſedis, ac Eccleſię Romanæ, ſi Pōtifex ipſe præceperit, ſunt retractanda iudicio Marcellus pp. 1. ad Epiſcopos Orientales 1. Nicen. cap. 21. teſte Iulio pp. reſpondente Epiſcopis Orienta-

Nn

entalibus Sardicen. 3. 4. & 7. quod, vt Niceni concilij citatur 6. Carth. c. 3. Epiſcopi Ægipti ad Felicem pp. 2.) Gelaſius pp poſt medium tomi de anathematis vinculo. Idem in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ Adrianus pp. in collectis canonibus: Vt prouincialis ſynodus, &c.

Generale cõcilium congregari ſanxit vnoquoque decennio ſynodus Conſtantienſis ſeſſione 39.

Prouincialia concilia eadem ſedes vice ſua per prouincias iubet celebrari Zacharias pp. ad Bonifacium epiſt. 4. Leo. pp. 10. ſeſſ. 10. Lateranenſis 3. Maturè quoque, &c.

Quod quidem bis quotannis fieri conſtituit Hormidas pp. cap. 3. epiſt. ad Epiſcopus Hiſpaniæ 1. Nicenum cap. 5. Antioche. 20. & eſt diſt. 18. c. Propter Eccleſiaſticas, &c. Rhegien. 7. Chalcedonen. 19. Aquiſgranen 42. Agathen. 71. & ſecundi Aurelianen. 2. iubetur id quidem, ſed non quoties id fieri debeat, exponitur.

Aut ſaltem in vnoquoque anno, ſi non ſæpius fieri ſinant impedimenta occurrentia, Hormidas pp. cap. 3. epiſt. ad Epiſcop. Hiſpan. Zacharias pp. epiſtol. 4. Aurelia. 1. 4. Aurelianen. 36. 4. Toleta. 3. 3. Toletan. 1 8 5. Aurelianen. 22. 11. Toleta. 15. 1. Angelicani. 7. 12. Toleta. 12. 1. Lateranen. 6. ſub Innocentio tertio.

Vnoquoque triennio, 2. Mantiſconen. 20. Tridentinæ Seſſionis 24. cap. 2. & tertium Lateranen. ſeſſ. 10. in bulla Leonis pp. 10.

Celebrabitur autem in eo prouinciæ loco, quem deſignauerit Epiſcopus Metropolitanus. Chalcedon. 19.

Ibi congregatis Epiſcopis diſcutietur crimen vniuſcuiuſque excommunicati, diſponẽtur cauſæ Eccleſiaſticę, docebit Epiſcopus, vel docebitur, quod vtile eſt ad correctione Eccleſiæ, 1. Niceni 5. 1. Conſtantinopolitani 3. Laodicen. 40. Antioch. 20. 3. Carth. 2. 2. Turonici præfatio 5. Aurelia. 22. 8. Toleta. 1 1. Aruernen. 1. Aquiſgranen. 43.

Quod, vt commodius fiat, per ſingulas diœceſes ſtatuant idoneas perſonas, prouidas videlicet, & honeſtas, quæ per totum annum ſimpliciter, & plano, abſque vlla iuriſdictione ſollicitè inueſtigent, quæ correctione, vel reformatione ſint digna, & ea fideliter perferãt ad Metropolitanum, & ſuffraganeos in concilio ſubſequenti 2. Lateranen. cap. 6.

Ac ne quis dicat, toties congregandum non eſſe concilium, quòd prius factæ conſtitutiones ſufficiant: Licèt (inquit cap. 1. ſeptimi Toletani) & ante conſtitutiones canonum extent, quæ ad omnem poſſint correptionem ſufficere, ſi quis ea dignetur libenter attendere, tantò tamen luminis claritas amplius emicat, quanto fuerit ſtudioſius ſæpiſſimè cõtrectata. Non parum proficit ad emendationem multorum, ſi dum ea, quæ conſtituta ſunt, per fraternam collationem ad memoriã reducantur; & illa etiam adiiciantur, quæ aut deeſſe videntur, aut omnino conſtituenda competenter exiſtimantur.

Omnes qui cauſas aduerſus Epiſcopos, ac iudices, ac potentes, aut cõtra quoslibet alios habere noſcuntur, ad concilium concurrant, & quæcunque examine ſynodali à quibuslibet prauè vſurpata inueniuntur, regii executoris inſtantia iuſtiſſimè his quibus iura ſunt reformentur, ita vt pro compellendis iudicibus, vel ſecularibus viris ad ſynodum, Metropolitani ſtudio quidam executor a principe poſtuletur 4. Toleta. 3.

¶ Hora diei prima ante ſolis ortum eiiciantur omnes ab Eccleſia obſerratiſque foribus cunctis, ad vnam ianuam, per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii ſtent, & conuenientes omnes Epiſcopi pariter introeant, & ſecundùm ordinationis ſuæ tempora reſideãt. Poſt ingreſſum omnium Epiſcoporum atque conſeſſum, vocentur deinde presbyteri, quos cauſa probauerit introire. Nullus ſe ingerat diaconorum. Poſt hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe. Et corona facta de ſedibus Epiſcoporũ, presbyteri à tergo eorum reſideant, diaconi in conſpectu eorum ſtent. Deinde ingrediantur laici, qui electioni concilii intereſſe meruerint. Ingrediantur quoque, & notarii, quos ad recitandum, vel excipiendum ordo requirit, & obſerentur ianuæ, ſedentibuſque in diuturno ſilentio ſacerdotibus, & cor tantum habentis ad Deum, dicat Archidiaconus: Orate, ſtatimque omnes in terram proſternentur, & orantibus diutius tacitè cum fletibus atque gemitibus, tunc ex ipſis ſenioribus ſurgens, orationem palam ad Dominum fundat, cunctis adhuc in terra iacentibus. Finita autem oratione, & reſponſo ab omnibus, Amen. Rurſus Archidiaconus dicat: Erigite vos, & confeſtim omnes ſurgant, & cum timore omni, & diſciplina tam Epiſcopi quàm presbyteri ſedeant, ſicque omnibus in ſuis locis in ſilentio conſidentibus diaconus alba indutus, codicẽ canonum in medio proferens capitula de cõſiliis agendis pronunciet. Finitiſque titulis Metropolitanus Epiſcopus conciliũ alloquatur, dicens: Ecce ſanctiſſimi ſacerdotes recitatæ ſunt ex canonibus priſcorum patrum ſẽtentiæ de concilio celebrando. Si qua ergo quempiam veſtrum actio commouet, coram

ſuis

ſuis fratribus proponat. Tunc ſi aliquis quamcunque querelam, quæ contra canonem agit, in audientiam ſacerdotalem protulerit, non prius ad aliud transeatur capitulum, niſi primum, quæ propoſita eſt actio terminetur, & cap. 4. Toleta. 3. 11. Toleta. 1. 3. Lateran. 1. ſeſſ. comprobatur, c. 1. Toleta. 11. adiectis ſcripturis, 3. Tolet. 1. rex eius inchoationi præmitti iubet ieiunium. Votum, ſeu vocem ſuam det ſuo loco, & ordine vnaquæque natio, Conc. Conſt. ſeſſ. 25. 15. Concilium verò non prius ſoluatur, ait 3. Toleta. c. 18. quàm locum elegerint, quo ſuccedente tempore iterum ad cõcilium conueniatur, vt iam nõ neceſſe habeat Metropolitanus Epiſcopus pro congregando concilio literas deſtinare, ſi in priore concilio omnibus tempus denuncietur, & locus.

Conſcriptæ definitiones vniuerſali auctoritate à nullo deinceps conuellantur, & ibi ſi pauciores per neſcientem ab aliis diſſentiant, cedant plurimorum ſententiæ, aut ſeſe ab eorũ cœtu ſubducant. 8. Tolet. 11. 1. Nicen. 6. Videtur ſynodi conſt.

Prædictarum definitionum euerſus, aut impugnatos, ſi clericus eſt, excidat à gradu ſuo 1. Ephefini 6. Imò decima pars facultatum eius aſſocietur fiſci partibus: aut ſi nullas habeat facultates, vnde prædictam compoſitionem exoluere poſſit abſque alia infamia ſui, quinquaginta oportebit eum ictibus verberari, vt ſemper infamis permaneat 12. Toletanum in ſubſcriptione Epiſcoporum.

Qui adeſſe neglexerit vocatus, aut ante finem receſſerit alienus habeatur à fratrum cõmunione vſque ad ſequẽtem ſynodum 2. Arelaten. 20. 2. Turo. 1. 5. Aurelianen. 18. Agath. 35. Tarracon. 6. VVormatien. 16.

Intereſſe autem ei oportet Epiſcopos, 4. Carth. 21. Laod. 40. presbyteri, & abbates, eo vocantur, Antiſiod. 7. Tarracon 13. cũ presbyteris adſunt, & nonnulli ſæculares.

Interſint etiam exempti nullo obſtante priuilegio, ait Lateranen. 3. ſub Leone pp. 10. ſeſſ. 10.

Prouinciale illud concilium perfectum eſt, in quo, & Metropolitanus Epiſcopus affuit. Antiochen. 16.

Seſſione 19. concil. Conſtan. beneficiatis datur ius fructus ſuorum beneficiorum percipiendi cum abſunt, & nõ reſident, ob hoc, quod concilio interſunt.

Concionem in Eccleſia faciente ſacerdote excommunicetur egrediens 4. Carth 24. Trid. 24. ſeſſ. 4.

Confeſſio per literas non valet, vide bull. Clem. 8.

Confiteatur quiuis vtriuſque ſexus omnia peccata ſua, ſolus ſaltem ſemel vnoquoque anno proprio ſacerdoti, cum ad annos diſcretionis peruenerit, & iniunctam pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere 2. Lateranen. 21. ſub Innocen. pp. 3. Tridentina ſeſſ. 14. cap. 5. & 7. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 15 Quamuis presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen ſancta ſynodus nullum etiam regularem poſſe confeſſiones ſæcularium etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus indicetur, & approbationẽ, quæ gratis detur obtinear, priuilegiis, & conſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtante.

De ſecreta, & publica peccatorũ confeſſione. Vide conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5.

Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtinet à proprio ſacerdote, cum aliter ille ipſum non poſſit ſoluere, vel ligare 2. Lateranen. 21. ſub Innocen. pp. 3. Trid. ſeſſ. 14. cap 7.

Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, vt more periti medici ſuperinfundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circunſtantias, & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cuiuſmodi remediũ adhibere, diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægrotum, 2. Lateranen. 21.

Putant, & temere affirmant hæretici hodie antequam ille canon. conc. Lateran. ſcriptus eſſet, in vſu non fuiſſe confeſſionem, quæ ſit ſacerdoti, vel non aduertentes, aut nolentes aduertere, ſemper ab antiquo pœnitentiam à ſacerdote iniunctam fuiſſe pro delictorum grauitate, & qualitate: atque ita vnumquemque, ea illi reuelare, ac confiteri debuiſſe, alioqui non noſcituro qua pro illis pœna Deo ſatisfaciendum eſſet.

Audiant ergo Laodic. cap. 2. His qui diuerſorum peccatorum lapſus incurrunt, & inſtãt orationi, confeſſioni, ac pœnitentiæ malorum ſuorum perfectam conuerſionem demonſtrãtes; pro qualitate peccati, pœnitentiæ tẽpus attribuendum eſt 3. Carth. 31. Pœnitentibus ſecundum peccatorum differentiam, Epiſcopi arbitrio, pœnitentiæ tempora decernantur Mileuita. 23. Quicunque conuerſus ab hæreticis dixerit, ſe apud eos pœnitentiam accipere: vnuſquiſque Catholicus Epiſcopus requirat, vbi, & ob quam cauſam apud eoſdem hæreticos pœnitentiam ſuſceperit, vt cum documentis certis hoc ipſum approbauerit, ſibi

pro qualitate peccati, ſicut eidem Epiſcopo catholico viſum fuerit tempus pœnitentiæ, vel reconciliationis decernat. Innocentius pp.1. epiſt.1. cap. 7. De pondere æſtimando delictorum, ſacerdotis eſt iudicare, vt attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionẽ. Felix pp.3. cap.1. epiſt. ſuæ decretalis: Memineritis, hanc ſuper his non habere ſentẽtiam, vt ſeruata diſcretione peccantium, non eadẽ cuncti qui lapſi ſunt lance penſentur, quoniam maioris caſtigationis exigenda eſt vſura, cui domus Domini commiſſa fuerit diſciplina. Cabilonen.8. circa tempus Eugenij pp. 1. De pœnitentia peccatorum (inquit) quæ eſt medela animæ, vtilem omnibus hominibus eſſe cenſemus, & vt pœnitentibus à ſacerdotibus facta confeſſione indicatur pœnitentia, vniuerſitas ſacerdotum noſcitur conſentire c.22. Turonenſis ſub Carolo magno Epiſcopis, & presbyteris diligenti cautela pertractandum eſt, qualiter hominibus ſua ſibi delicta confitentibus tẽpus abſtinendi adſcribant, vt iuxta modum peccati pœnitentibus abſtinentia indicetur: quoniam variè ab aliquibus ſacerdotibus, & indiſcretè hæc iudicia proferuntur cap.35. Cabilonenſis, tempore Caroli magni, de abſtinentia carnium, & vini loquitur. Rhemen. ſynodi cap.16. Epiſcopi, & presbyteri examinent, qualiter confitentibus peccata dijudicent, & tempus pœnitentiæ conſtituãt. Cabilon. c. 32. tempore Caroli magni. Quum homo ex duabus conſtans ſubſtantijs (anima, & corpore) interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccet, ſolerti indagatione debent imbuiri ipſa peccata, vt ex vtriuſque plena ſit confeſſio, ſcilicet, vt & ea confiteãtur, quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus in ſola cogitatione delinquitur. Item cap.33. poſtquã dixit Deo, & ſacerdotibus confitentibus confitenda peccata, ſubdit tandem: Deus ſalutis, & ſanitatis auctor, & largitor, plerunque hanc præbet ſuæ potentiæ inuiſibili adminiſtratione, plerunque medicorum operatione. Deinde c. 34. dicit à pœnitentiæ iudicio procul abeſſe debere acceptionem perſonarum, vt nullus ſacerdotum vnquam, aut gratia, aut odio alicuius perſonæ ſecus iudicet, quam quod, vel canones dictent, vel ſcripturarum ſacrarum auctoritas, & Eccleſiaſtica conſuetudo; adhibita de corporũ medico ſimilitudine VVormatien. 25. Pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum, ſacerdotis arbitrio pœnitẽtiæ decernantur. Debet itaque ſacerdos in pœnitentia danda in ſingulorum cauſas ſingulatim conſiderare originem quoque, modumque culparum, & affectus, gemituſque delinquentium diligenter examinare, manifeſteque cognoſcere: temporum etiam, & perſonarum, locorum quoque, & ætatum qualitates inſpicere, vt etiam pro conſideratione locorum, ætatum, vel temporum, ſeu pro qualitate delictorum, atque gemituum vniuſcuiuſque delinquentis, a ſacris regulis oculos nõ reflectat.

Seſſio.14. Trid. cap. In confeſſione ex circũſtantiæ ſunt explicandæ, quæ ſpeciem peccati mutant, quod ſine illis peccata ipſa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcant: & fieri nequeant, vt de grauitate criminum rectè cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet pro illis pœnitentibus imponere.

Dannatur ſeptimus hic articulus Ioannis VVicleſ à Concilio Conſtantienſis: Si homo fuerit debitè contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua, & inutilis.

Caueat ſacerdos nè verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem, ſed ſi prudentiorum conſilio indiguerit, illud abſque vlla expreſſione perſonę cautè requirat: quoniam qui peccatorum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum 2. Later. 21. ſub Inno. pp. 3.

De præſentandis, & examinandis ad audiẽdas confeſſione 11. ſeſſ. 3. Lateran. Leo pp. 10. fol. 699. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15.

Concubinæ nomen, Geneſis 16. 25. & 30. generalius eſt, quam vxoris. Omnis concubina ibi, & vxor non autem omnis vxor concubina, more loquendi ſcripturarum appellatur, id eſt, vt Sara, & Rebecca, & Lia Rachel concubinæ dici non poſſint: Agar verò, & Cethura, & Bela, & Zelpha, & vxores, & concubinæ. Hæc Auguſt. in quæſtionibus in Geneſim. q. 90. Quæ concubinæ in exigendo à viris debito carnis ius habuere cum ipſius æquale (quoniã ea eſt coniugij natura) non autem in cæteris, ſeruæ enim manebant. Vnde dicit Abraham Saræ: Ecce ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea, vt libet. Nec circa bona temporalia pares erant viris. Vnde Geneſis 25. dicitur: Dedit Abraham cuncta, quæ poſſederat, Iſaac Filijs autem concubinarum largitus eſt munera. Sic Concubinæ vox ſumitur 1. Tolet. 17. In malam autem partem ſumitur c. 4. epiſt 4. Innocentij primi, & capitulo Rom. ſynodi ſub Nicolao 1. vbi dicitur, non communicet laicus Eccleſiæ cum vxore habens, & concubinam.

Exa-

Examina c.38. Tributienſis concilii ex Leone pp.1. factum.

Concubinatus pœnam ponit Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.8. reform. matrimonii concubinarii clerici pœnam ſeſſ.25. cap.14. Vide cõtinentia cap.8.9.

Concupiſcentia mala poſt baptiſmum in iuſtis manens, non habet veram peccati rationem. Conc. Trid. ſeſſ. 5. de peccato originali.

Confirmatio ſacramentum eſt nouæ legis, Eugenius pp. ad Armenos in conc. Florent. Concilium Trid. can.1. ſeſſ.7. de confirm. Vide titulum Impoſitio manuum.

Materia eius eſt, Chriſma confectũ ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, (qui odorem ſignificat bonæ famæ) per Epiſcopum benedictio. Eugenius pp. in concil. Florent. concil. Trident. ſeſſ.7. canon.2. de confirmat. Vide finem epiſtolæ Vrbani 1. ad omnes, &c.

Miniſter eius, eſt ſolus Epiſcopus, aliter præſumptum habeatur irritum. Euſebius pp. 1. in fine epiſt. 3. Melchiades pp. in medio epiſt. ad Hiſp. Innocentius pp.1. epiſt.1. c.3. Gregorius pp. 1. lib. epiſt. regiſtri 3. epiſt.9. quæ eſt ad Ianuariũ, Ioannes pp.3. epiſt.1. VVormatien. 8. Conc. Trid. ſeſſ.7. can.3. de confirmatione.

Forma qua celebratur, eſt: Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Eugenius pp. idem ibi. Syluester pp. Conſtantinum his verbis confirmauit: Signet te Deus Sigillo fidei ſuæ in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, in conſignatione fidei, Amen.

Pertinet autem hoc Sacramentum ad baptiſmi perfectionem. Melchiades pp. ad Epiſc. Hiſpa. Elibert.38. & 77. Laod 48.

Nã confirmamur ad pugnam, qui baptiſmo regenerati ſumus ad vitam, armat, & inſtruit ad agones mundi huius, & prælia reſeruandoque per eam cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur. Melchiades pp. Vrbanus pp.1. epiſt. decretali. Syluester pp. referẽte Damaſo.

Hinc ait Laod. conc. c.48. Baptizatos oportet ſacratiſſimum chriſma percipere, & cæleſtis regni participes fieri 1. Araus 1. Greg. pp. 3. epiſt.5. Syluester pp. referente Damaſo: Baptizatum (inquit) Epiſcopus conſignet, propter hæreticam ſuaſionem.

Prima tonſura non initientur: qui ſacramentum confirmationis non ſuſceperint Cõcil. Trident. ſeſſ.23. cap.4. de reformatione.

Semel tantũ confertur. Felix pp. apud Gratian. de conſ. diſt.5. cap. Dictum. Gregorius pp. epi.31. lib. 12. epiſt. regiſtri. Gregorius pp.3. in epiſtol.4. Nam de homine, &c.) c.37. Cabilonenſis ſub Carolo magno.

Coniuges biduo aut triduo orationibus vacent (cum recens iuncti ſunt matrimonio) & caſtitatem cuſtodiant, vt bono ſoboles generentur, Euariſtus pp. epiſt. 1. ad epiſcopos Aphricanos 3.4.5.

Addit Liberius pp. decreto 2. vt & in Quadrageſima ab inuicem abſtineant, caſte viuendo.

Et cùm euchariſtiam ſumpturi ſunt, 3.4. aut 7. dies id agant. Elibertinũ concilium, de conſ. diſt.2. omnis homo.

Spem ſalutis cõiugibus ademit Euſtachius hæreticus, damnatus à concilio Gangrenſi.

Coniuratores clerici contra epiſcopum, aut alios, à gradu deponuntur. Chalcedon.17.) 3. Aurelia.) 21. Auernen.3.) VVormatien.74. Pius pp. 1. epiſt.2. tradit curiæ ſeculari.

Conſecrationis munus ad maiores eccleſias promoti infrà tempus à iure ſtatutum ſuſcipiant, & prorogationis vltra ſex menſes cõceſſa nulli ſuffragentur Trident. ſeſſ.7. cap.9. De eodem ſeſſ.23. capitulo 2.

Conſecratio Baſilicæ, ſeu eccleſiæ. Vide Baſilicę.

Conſenſus clerici, & ciuium in electione archiepiſcopi, & epiſcopi requiritur, vide Eligere.

Conſtitutiones principium non præiudicãt eccleſijs. 2. Late.44.

Conſuetudo laudabilis eſt, qua nihil fidei contrarium agitur, Pius pp.1.) Nicolaus pp. 1. titulo 2) Auguſt. epiſt.118. c.1. Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos viuitur ſocietate ſeruandũ eſt, & cap.3.) idem epiſt.119. cap.18. Quæ non ſunt contra fidem, neque cõtra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunque inſtitui videmus, nel inſtituta cognoſcimus, nõ ſolum nõ improbemus, ſed etiam laudando, & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non ita impediat, vt amplius detrimentum ſit. Si enim eo modo impediat, vt maiora ſtudioſorum lucra ſperanda ſunt, quàm calumniatorum detrimenta metuenda, ſine dubitatione faciendum eſt, maximè illud quod etiam de ſcripturis defendi poteſt,) 1. Conſtantinopol.

Eccleſias Dei regere atque adminiſtrare oportet ſecũdùm conſuetudinem, quàm à patribus obtinuiſſe dignoſcũtur. Vnde ſi aliquis, ait Alex. pp.3. c.15. part.1.) conſuetudines, quę ratione inuantur, & ſacris cõgruunt inſtitutis, irritare præſumpſerit, donec congruam egerit pœnitẽtiam, à dominici corporis perceptione fiat alienus.

Con-

Continentiam ſeruent à die ordinationis ſuæ miniſtri altaris, presbyteri, diaconiq. Lucius pp. apud Gratia. diſtinct. 81. Syricius pp. c. 9. epiſt. 4.) Innocentius pp. 1. epiſt. 2. c. 9. & epiſt. 3. c. 1.) 2. Carth. 1.) Zacharias pp. ad Bonifacium epiſt. 4.) 3. Toleta. 5. Aruernen. 12.) 1. Mantiſconen. 11.) Maguntien. 19. temp. Arnulſi Imp.

Vide titulum: Clericorum nomen. §. 5. & ſequentes, item titulum: Diaconi dicuntur, §. 4. & ſequen.

Non enim coniugium ſortiri debent, vt veteris legis tempore ſacerdotes. Hoc enim illi tunc egerunt quòd nullus ad ſacerdotium, niſi de tribu Leui promoueri poſſet. Adde quod ſi illis carnales tantùm hoſtias offerentibus dictum eſt, Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum quamobrem, & tempore vicis ſuę ab vxoribus etiam domicilio ſeparati erant; multò magis oportet Chriſti in noua lege ſacerdotes, aliud certè quàm vitulos offerentes, & quos ſemper ad hoc paratos eſſe decet, ab vxoribus continere. Syricius pp. c. 7. epiſt. 1.) Innocentius pp. 1. epiſt. 2. c. 9. Vide Hormiſdā pp. ad epiſcopos Hiſp. c. 1. Nec leue, nec, &c.

Reclamantem, & dicentem ſe nolle cōtinere epiſcopus, ſi ordinet per annum celebrare non poſſit, 3. Aurelia. 7. Vide 8. Toleta. 7.

Hinc etiam, qui coniugati ordinabantur à ſubdiaconatu, & ſupra non ſinebātur propriis miſceri vxòribus, 1. Tolet. 1. 5. Carth. 3. Agath. 9. 3. Aurelia. 2. 2. Turon. 13. & 20. 1. Mantiſcon. 11. VVormatien. 9. Elibertin. 33. dicit, cum miniſtrant. Cauſam, vide titulo Diaconus, §. 6.

In quem iubet, nè in eodem lecto dormiāt, 4. Aurelia. 17. Antiſiodoren. 21.

Et ſi virtus ſuffragatur, vxores ſuas in alia domo faciant habitare, 3. Toleta. 5. imò id rigorosè exigit, 2. Turonen. 13. Agath. 16.

Ad ſuſpicionem effugiēdam nuſquam abſque comitibus clericis progredi permiſſi ſunt 2. Turon. 13. & 20. Gerund. 6.

Si quis verò clericus poſt acceptam benedictionem cuiuslibet loci, vel ordinis ad coniugalem thorum, iam ſibi illicitum denuò redire præſumpſerit vſque in diem vitæ ab honore accepti ordinis, etc. ab officio deponatur ei tantummodo communione conceſſa, 5. Aurelia. 4. Aruern. 12. imò excommunicatione percellatur, 3. Aurelia. 7. Alexander pp. 3. par. 18.

Diaconi tamen in ſui ordinatione proteſtati ſe velle coniugio copulari, manent in miniſterio, tranſeunte ad nuptias, Ancyra. 10.

Vide de Paphnutio hiſtoriam.

Incontinentes eiuſmodi clerici conuicti, omni eccleſiaſtico honore priuantur, Innocē. pp. 1. epiſt. 3. c. 1. & epiſt. 5. Martinus pp. 1. in epiſt. ad Amandum. Epiſcopus ob id & loci, & ordinis dignitate priuatur, 8. Toletan. 4.) 11. Toletan. 5.) idipſum de ſacerdote, VVormat. 11.) Ilerden. 5. reſtituit eos in gradum ſuum oſtenſa ſufficienti pœnitentia 2. Latera. 14. ſub Innocentio. Hac de cauſa a miniſterio ſuſpenſos, & tamen diuina præſumentes celebrare, non ſolùm beneficijs eccleſiaſticis ſpoliat, verumetiam perpetuo deponit) Alex. pp. 3. part. 1. c. 11. ob idem vitium, ſicut priores canones, cum ab officio, & officio facit alienum. De eiſdem vide Concubin. 2.

Concubinę verò ipſę (ſeu mulieres illæ, quę cōtra eccleſiæ leges clericis prædictis cohabitabant; vnde infamiæ nota illis inurebatur) ab epiſcopis olim venundabantur in ſeruas, & precium ipsum pauperibus erogabatur, 3. Toletan. 5.) 4. Toleta. 42. 8. Toletan. 5.) 1. Hiſpalen. 3. ſic dicit: Sæculi iudices eaſdem mulieres cum voluntate aut permiſſu epiſcopi comprehenſas in ſuis vſurpent, vt vitium hoc, dum ſacerdos inhibere non præualet, poteſtas iudicialis coerceat, dato tamen ab eiſdem iudicibus ſacramento epiſcopo, vt eas clericis nulla arte reſtituāt. Quod ſi reſtituerint, ipſi iudices ſententia excommunicationis feriantur, pretium verò earum indigentibus diſpenſetur.) & 3. Lateran ſeſſ. 10. Leo pp. 10. Ipſas concubinas aut ſuſpectas, &c.

Proles ſeu liberi ex hominū eiuſmodi *fœda* commixtione editi non ſolum hæreditatem parentum nunquam accipient, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis, vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt, 9. Toletan. 10.) 2. Lateranen. 31. Canonicorum ſpurij filij non fiant canonici in ſecularibus eccleſijs, in quibus inſtituti ſunt patres, & ſi fuerit contra præſumptum, decernimus non valere: collatorque ipſe à ſuis beneficijs ſuſpendatur) Alexander pp. 3. part. 19. cap. 13 67.

Filijs clericorum qui non ſunt nati ex legitimo matrimonio, non liceat in eccleſijs, vbi patres eorum beneficium aliquod Eccleſiaſticum habent aut habuerunt, quodcunque etiā diſſimile beneficium obtinere, &c. Trid ſeſſ. 15. c. 15.

Quinimò ad ordines non debent admitti, etiam ſi probatæ vitæ ſunt, niſi in monaſterio, vel regulari vita agentes, Alexāder pp. 3. part. 19. c. 2.

Miſſa concubinarij à nullo audiatur c. 3. Romanæ Synodi ſub Nicolao pp. 1.

Archipresbyter autem hoc clerici ſuperioris peccatum epiſcopo, aut archidiacono non intimans, integro anno non communicet. Antiſio-

tiſiodoren.20.) 2.Lateran.14.prælati(inquit) qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſubſtinere,maximè obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, eccleſijs ſpoliētur beneficijs,perpetuoque deponantur.

Contritio ſacramenti pœnitentiæ,pars eſt animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo,cum propoſito nō peccandi de cætero, Synod.Trident.ſeſſ.14.cap.4.

Fuit hæc ad remiſſionem peccatorum imperrandam quouis tempore neceſſaria ibidē.

Hæc interdum ante abſolutionem impenſam Deo hominem reconciliat. ibid. Canon. verò 5.eiuſdem 14.ſeſſ.Conc.Trid. contra hæreticos noſtri temporis,ita habet. *Si quis dixerit,&c.*

Conuenticula ſeorſum ab Eccleſia fecit, & eccleſia cœtum cōtemnere docuit Euſtachius hæreticus cum ſuis damnatus 5.& 6.cap.concilii Gāgrenſis,item illi contra quos Laod.35. Antiochen.5.

Conuiuia non licet in Eccleſia celebrare, niſi fortè tranſeunte hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur,3.Carth.30.Aquiſgranen. 59.

Sacerdotali conniuio immiſceatur diuinarum ſcripturarum lectio 3.Tolet.7.

Cot Epiſcopi,Epiſcoporum Vicarii fuere (hodie ſuffraganei dicti.) quibus non licuit presbyteros,aut diaconos ordinare, Ancyran.13.

Conſtituti autem erant ad exemplum ſeptuaginta ſeniorum,propter ſollicitudinem, & ſtudium,quod in pauperes agunt,Neoceſ.13.

Non erant Epiſcopi,ſed eorum Vicarii;Sacerdotes tamen honorabiles, 1.Nicen.8.Antioch.8.

Inter eos,& Presbyteros differentia quædā datur Antioch.8.Liceat,inquit, cor epiſcopis, non autem presbyteris ad regiones longinquas dare formatas,id eſt, canonicas epiſtolas.

Vt Epiſcopi præſumptuosè confectabātur. Quamobrem monentur,vt modum proprium recognoſcant; lectores tantum exorciſtas, & ſubdiaconos ordinando,Antioch. 10.) 2. Hiſpal.7.& Rhegien.cap.3. dicit: Eoſdem nil eſſe aliud,quam presbyteros altare non poſſe conſecrare,vel erigere,nec virgines conſecrare, nec Eccleſiam benedicere,nec per impoſitiones manus fidelibus baptizatis,vel conuerſis ex hæreſi Spiritum ſanctum tradere,nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontem ſignare, ſed nec publicè quidem in miſſa quenquam pœnitentium reconciliare. Damaſus pp. citatis prædictis conciliis dicēs, eoſdem presbyteros tantum fuiſſe, adiungit, & iſta: Nobis relatum eſt, quod quidam Epiſcoporum propter ſuam quietem eor epiſcopis plebes ſuas committunt, & quæ ſolis pontificibus competunt,ſibi vſurpant, &c. paulò poſt: Illi Epiſcopi videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles, quæ ſtatim vt pariunt, infantes ſuos aliis nutricibus tradunt educandos: vt ſuam citiùs libidinem explere valeant, ſic & iſti infantes ſuos, id eſt populos ſibi cōmiſſos aliis educandos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt, vt pro libito ſæcularibus curis inhibent, & quod vnicunque viſum fuerit, liberius agāt Ioannes pp.3. epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ,& Galliæ.

Corona clericorum, vide tit. clericorū nomen §.13.Quid autem ſignificet, cuius formæ eſſe debeat,habes tit.Tonſura.

Corpus Domini,vide,Euchariſtis.

Corporale ſeu linteum quo tegitur,aut cōuoluitur Euchariſtia,vide quale eſſe debeat in tit.Euchariſtia,§.10.

Hoc aliquando igni iniectū eſt à ſtultis quibuſdam ad extinguendum incendium Saleguſtadien.6.

Creaturæ nullius authοr eſt diabolus, ſed omnium Deus Bracarenſe primum à c.8.in multa ſequentia vſque capita definit contra Priſcillianum.

Crimen capitale clerici, ſcilicet chartæ falſatio, & falſum teſtimonium, eum ab officio deponit, Agath. 50. 1.Aurelianen.11.Epaunen.22.

Ac in monaſterium detrudit,ibi laicam tātum communionem accepturum. Agath. 50. Epaunen.22.

Ob furtum autem, & falſitatem ab ordine quidem degradatur, ſed communionem retinet 3.Aurelia.8.

Crux Domini quinto nonas Maii Pontifice Euſebio primo inuenta eſt. In fine epiſt. 3. Euſebii.

Eam ab hæreticis lapidatam deplorat Epiphanius Epiſcopus Tyri in prima act. quinti Cōſtantinopolitani. An nō hodie potiori iure idem deplorare poſſumus, vaſtationē Eccleſiarum ob oculos proponentes, quæ in Belgio anno 1566.facta eſt.

Cuculla ſolis monachis vtendum eſt.Aquiſgranen.125.

Curiam adiens ſeu Imperatorem quicunq; clericus reprobetur,& communione,& honoris gradu priuetur, ſi hoc egerit abſque, vel archiepiſcopi,vel Epiſcopi conſilio. Antioch. 11.Sardicen.11.1.Aurelia 9.habet enim ſuum Eccleſiaſticum Iudicem.

Cyprianus quo affectu erraťit.Auguſt.epiſt. 48.Deinde ſi,&c.

Dam-

D.

Damnari non poteſt accuſatus antequam habeat præſentes accuſatores, locumq; defendendi habeat ad abluẽda crimina. Marcellus pp. 1. epiſtol. 2. Damaſus pp. in epiſtol. ad Stephanum, & epiſt. 6. Adrianus pp. 1. in canonibus ſuis 6. Toletan. 11. VVormatien. 43.

Decani pro certæ pecuniæ quantitate Epiſcopalem iuriſdictionem exercentes priuẽtur decanatũ, & Epiſcopus poteſtatem amittat eum conferendi, Alexander pp. 3. parte 1. cap. 15. & part. 2. cap. 1.

Decimæ fructuum ſacerdotibus ab omni populo debentur ex diuino præcepto. 2 Mantiſconen. 5. Maguntiaci 38. Maguntienſis 17. & 22. cap. 13. Triburienſis ex Auguſtino. Rhemen. 38. De eodem lege Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12.

Imò, & de prouentibus molendinorum, piſcariarum, fœno, & lana Alexander pp. 3. part. 4. cap. 2. addit cap. 3. de pomis, piris, & apibus.

Ita, inquam, ab omnibus debentur, vt nec comites, barones, & milites excipiantur. Alexander pp. 3. part. 4. cap. 3. nec monachi de poſſeſſionibus quas conducunt. Alexander idem cap. 2. parte 13. & cap. 11. & 12. & illis quas alijs tradunt colendas, nec ipſi ſuis eas excolunt laboribus. Alexander idem part. 13. c. 6. nec Iudæi de domibus, & poſſeſſionibus, ad eos à Chriſtianis quocunque titulo deuolutis 2. Lateranen. 67.

Leproſi tamen de hortis, & nutrimẽtis animalium ſuorum decimas tribuere, non coguntur Alexander pp. 3 part. 1. cap. 23. nec monachi ſeu religioſi viri de laboribus ſuis quos proprijs manibus, vel ſumptibus colunt. Alexander idem parte 13. cap. 3. 5. 7. 8. nec clerici Gregorius citatus ab Alexandro pp. 3. cap. 9. part. 13. & cap. 16. Paſchalis 2.

Ex noualibus quoque perſoluendæ ſunt, dicente Concil. Triburien. cap. 14. ſub Arnolfo Imp. Si quis (inquit) in affinitate antiquæ Eccleſiæ noualia rura excoluerit, decima exinde debita antiquæ reddatur Eccleſiæ. Si verò in qualibet ſylua, vel deſerto loco vltra miliaria quatuor, aut quinque, vel eo amplius aliquod dirutum elaborauerit, & illic, conſentiente Epiſcopo, Eccleſiam conſtruxerit, &c. proſpiciat presbyterum ad ſeruitium Dei idoneum, & ſtudioſum, & tunc demum nouam decimã nouæ reddat Eccleſiæ VVormatien. 52.

Ante tributa ſoluãtur. 2. Lateranen. 54. ſub Innocent. 3.

In autumno, ſtatim atque collectæ ſunt fruges, & in alijs temporibus, prout debentur perſoluant. Alexander pp. 3. par. 4. cap 4.

Perſoluat autem eas familia illi Eccleſiæ, in qua eius infantes baptizantur, & vbi per totũ anni circulum miſſas audit c. 19. Cabilonenſis tempore Caroli magni, vbi ſacramenta percipit. Alexander pp. 3. parte 14. cap. 3. 1. Lateranen. 56. & ante ſynodus Ticinienſis. In ſacris canonibus, &c.

Nec Epiſcopi, nec abbates eas prohibeant dari Eccleſijs, vt eas ad ſe trahant cap. 9. Cabilonenſis tempore Caroli magni. Vide Alexandrum 3. parte 13. cap. 1. 4. 11. & 14 Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ, non autem nouis oratorijs conferantur, cap. 13. Maguntien. tẽpore Arnulphi Imp. c. 14. Triburienſis ſub Arnolfo Imp. c. 20. Arelaten. ſub Carolo magno c. 41. Maguntiaci, ſub eodem.

Dandæ autem ſunt ſacerdotibus, vt nullo labore impediti per res illegitimas, ſpiritualibus poſſint vacare miniſterijs 2. Mantiſcon. 5. c. 13. Tributien. ex Auguſtino Proſper. lib. 2. de via contemplatiua, c. 16.

Qui per eas, vel pauperum ſubleuare penuriam poſſint, vel ad captiuorum redemptionẽ contribuerẽ 2. Mantiſco. 5. c. 16. Turonici tẽpore Caroli magni.

Qui eas non ſoluerit, ab Eccleſiæ membris omni tempore ſeparetur 2. Mantiſconen. 5. cap. 18. Cabilonenſis ſub Carolo magno, cap. 17. Maguntien. tempore Arnulphi Imp. Romanum Concil. ſub Nicolao pp. 1. ſacra careat ſepultura, ait Alexander pp. 3. parte 1. cap. 14.

Decimumoctauum articulũ Ioannis VVicleſ damnauit ſynodus Cõſtantienſis nempe: Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & poſſunt parochiani propter peccata ſuorum prælatorum ad libitum ſuum eas auferre.

Religioſis non alias decimas quàm, quæ de noualibus prouenire noſcuntur, duximus indulgendas. Adrianus pp. cap. 10. par. 13. conſt. Alexandri 3.

Commutari non poſſunt cum tẽporalibus, vt redditus det alius tibi quos recipias decimas acceptuus Alexander pp. 3. parte 4. cap. 1.

Decretales epiſtolæ pontificum ſuſcipiẽdæ ſunt, Gelaſius pp. in decreto de libris apocryphis in Concilio 70. Epiſcoporum. Vide titulum: Epiſtolæ.

Dedicationis templi anniuerſaria ſollennitas exemplo Domini celebretur, qui venit ad templũ Ieroſolymitanum in Encenijs Felix pp. 4. c. 1. epiſt. decretalis. Vide titulum. Baſilicæ omnes.

Cauendum tunc tamen eſt, nè cò confluens cho-

chorus fœmineus turpia, & obſcœna cantica decantet, dum aut orare debet, aut clericos pſallentes audire cap. 9. Cabilonen. tempore Eugenij pp. 1.

Deficienti à fide Epiſcopo ſubiectos non vult clericos eſſe 1. Epheſi 3.

Degradari, ſeu gradu, ac honore priuari ſacerdos ab vnico Epiſcopo nō poteſt 2. Hiſpal. 6. Sed hoc mutatū eſt ſynodo Tridentina ſeſſ. 13. cap. 4. de reform.

Si iuſtè deiectus aliquo Epiſcopo quemadmodum egit Neſtorius præſumptuosè in ſuū gradū reſtituatur, is nihilominus re vera manet depoſitus, 1. Epheſi. 5. Antiocheni 4. quod eſt cap. 47. Aquiſgranenſis ſub Ludouico pio Imp. 1.

Nec ei tanquam pœnitentium vni, aut velut fideli laico manus imponantur, 5. Carthag. 11.

De hac manuum impoſitione ſuper pœnitentes, tit. Pœnitentia.

Gradu amiſſo non ſæculariter viuat, ſed agendæ pœnitentiæ gratia in monaſterio, aut canonico, aut regulari collocetur. Si verò hoc fieri cauſa quælibet prohibuerit, vbicumque tamen ſit pœnitentiam agere non deſiſtat. Si autem amiſſo gradu ſæculariter viuere voluerit, & pœnitentiam agere neglexerit, ab Eccleſiæ communione ſeparetur, c. 40. Cabilonenſis tempore Caroli magni.

Si quis damnatus à ſynodo, vel presbyter, aut diaconus à ſuo Epiſcopo, auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſiue Epiſcopus iuxta præcedentem conſuetudinē, ſiue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis, ſed & communicātes ei omnes abijci de Eccleſia, & maximè ſi poſtea quam didicerint aduerſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tētauerint. Antiocheni 4. repetit ūq; cap. 47. Aquiſgranenſis, ſub Ludouico primo pio Impet. 1.

☞ Iniuſtè depoſitus Epiſcopus ſeu innocēs inuentus in ſancta ſynodo gradum recipiat cotam altari de manibus Epiſcoporum, recipiendo orarium, annulum, & baculum. Si presbyter, orarium, & patenam ſi diaconus, orarium, & albam, ſi ſubdiaconus, patenam, & calicem. Sic reliqui gradus ea in reparatione ſui recipiant, quæ cum ordinarentur perceperunt. 4. Toletan. 27. 2. Hiſpalen. 6. idem inſinuatur.

A gradu ſuo deijciebatur, qui poſtquam promotus erat, grauibus reperiebatur criminibus ſubiectus, Gelaſius pp. cap. 20. epiſtol. 1. Zacharias pp. epiſtol. 5. ad Bonifacium ſynodus Francica tempore Zachariæ eiuſdem, idem Zacharias pp. epiſt. 4. hoc illius factum probat.

Deſcendit Chriſtus ad inferos, vt ſanctos, qui tenebantur, erueret Symbolum Concilij Tolet. 4. §. & ſymbolum ſeu c. 1. Arelatenſis, ſub Carolo magno.

Deſperandum non eſt, ob vllum crimen. Valenti 3. Vide tit. pœnitentia §. 12.

Nullum quippe peccatum eſt, pro quo, aut non oret Eccleſia remittendo, aut quod data ſibi diuinitus poteſtate deſiſtentibus ab eodē non poſſit abſoluere, vel pœnitentibus relaxare. Gelaſius pp. in tomo de anathematis vinculo. Non corrigentibus ſe autem nō promiſſa venia. Idem Gelaſius pp. in epiſt. ad Fauſtum magiſtrum.

Itaque, quicumque ſe propria voluntate in aquam iactauerit, aut collo ligato ſe ſuſpēderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntariè ſe morti tradiderit, eius oblata ad altare non recipiantur Antiſiodor. 17. nec pro eis in miſſæ ſacrificio vlla fiat commemoratio. 1. Braccar. 34.

Deſponſata vni puella, alteri ne à parentibus, quidem tradi poteſt. Euſebius pp. 1. apud Gratian. 27. q. 2. Syricius pp. c. 4. epiſt.

Ideoque ſi fortè rapiatur, reddatur cum erepta fuerit, ei cui fuerat deſponſata. Ancyrani 11.

Et ſponſo mortuo ante carnalem mixtionem, a fratre ſponſi duci non poteſt. Iulius pp. 1. 26. q. 2. Si quis.

Religionem tamen, deſponſata intrare poteſt. Euſebius, 27. q. 2.

Diabolus creatus erat à Deo angelus bonus 4. Carth. 1. t. Braccar. 7. Cyrillus Ieroſolimitanus Epiſcopus catecheſi, 2. & 4.

Diaconiſſa fuit, vt opinor vxor eius, qui in coniugio diaconus creabatur, 2. Turon. 20. Epaunen. 21.

Ordinabatur cum annorum eſſet quadraginta, Chalcedo. 15. VVormartien. 73.

Poſtea tamen placuit, vt nulli fœminæ diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate crederetur 2. Aurel. 17. antè 1. Nicen. 19. Arauſ. 26. Apaunen. 21.

Huic nubere nō licebat. Chalcedo. 15. Aurelia. 16. Vide titulum. Diaconus, §. 6.

Diaconi dicūtur oculi Epiſcopi Anacletus epiſt. 1. Euariſtus pp. epiſt. 1.

Septem olim erant Romæ per ſeptē regiones ciuitatis, ſingulis hebdomadis, diebus dominicis, & feſtiuis iniuſta ſibi obſeruantes miniſteria, & omni hora parati ad diuinum officium. Fabianus pp. epiſtol. 1.

Sylueſter pp. cap.*6*. act.1. Conc. Rom.

Imò, & in vnaquaque ciuitate ad cuſtodiã Epiſcopi prædicantis Euariſtus pp. epiſt.1.

Eligantur, qui continentiam ſeruẽt. Lucius pp.diſt.81.2.Carth.2.

Nam ſi vniuerſis fidelibus caſtitas cuſtodienda indicitur,vt qui habent vxores,ita ſint quaſi non habentes, quantò magis ſacerdotes, ac Leuitæ diuino mancipati altari, pro plebe ſupplicaturi, non ſolùm cordis, verum, et corporis puritatem ſeruabunt? et ſi laico abſtinentia imperatur, vt poſſit orationi vacans. Deumque deprecans exaudiri; quanto magis illi, qui omni momento parati eſſe debent,vel vt baptizent,vel ſacrificium offerant? Turonici 1.

Si olim diaconus fiebat iuuenis adhuc coniugatus, vxoris voluntas ita requirebatur, vt ſequeſtrato manſionis cubiculo,religionem, et ipſa promitteret Agath.1*6*.1.Arauſ.22.Aruernen.11.Arelaten.apud Gratia.diſtinct.28. Præterea,etc.ſicut,et Arauſicanum.

Quod attendentes canones,dicebant, eam poſt mortem mariti diaconi non poſſe nubere. Antiſiodoren.12.1.Toletan.18.Ilerden. concil.tomo 1.concil.poſt canones.Epaunen. 32.1.Aurelianen.15.2.Aurelianen.1*6*.cap.2. Romani concil.ſub Gregorio papa tertio 2. Mantiſco.1*6*.

Et,quod idem eſt propterea cum vxoribus ſuis non coeant(ait Syricius pp.cap.*9*.epiſt.4. diaconibus coniugatis,)quia in miniſterio diuino quotidianis neceſſitatibus occupantur Innocentius pp.1.c.1.epiſt.3.ad Exuperium 5.Carth.3.Agath.*9*.1.Arauſ.22, et 23.3.Aurelianen.2.1.Turonici 2.

In primitiua tamen Eccleſia, cum ad ſacra miniſteria idonei non multi adhuc cælibes inuenirentur,et plerunque inter vxoratos reperirentur ijs officiis digniores nonnulli, quàm qui nec dum vxorem duxerant,penuria effecit ac neceſſitas, vt canon hic conſtitueretur: Diaconi quicunque,cum ordinantur,ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt,dicentes,velle ſe habere vxores, nec poſſe ſe continere, hi poſtea, ſi ad nuptias venerint, maneant in miniſterio, propterea quòd his Epiſcopus licentiã dederit. Quicunque ſanè tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem profeſſi continentiam, ſi poſtea ad nuptias venerint, a miniſterio ceſſare debebunt. Ancyrani 10. imò cum vxoribus excommunicatione percelluntur 3.Aurelianen.7.

Si inuitus, aut reclamans ordinatus fuerit, communionem retinens ab officio remouetur; Epiſcopo ad annualem pœnitentiam relegato,quod ordinarit inuitum 3.Aurelia.7.

Ante vigintiquinque annos ætatis diaconus non ordinetur 3.Carth 4.Agath.1*6*.& 17. 2.Toleta.1.3.Arelaten.1.4.Tolet.19.VVormatien.*69*.Syricius pp.c.*9*.epiſt.1.

Cùm ordinatur,ſolus Epiſcopus ei manum imponat;4.Carth.4.

Ordinarij videtur,accipiendo ab Epiſcopo orarium,& albam 4.Tolet.27.

Qua alba ſolum tempore oblationis, vel lectionis vti,aut indui poterit 4.Carth.41.quod ſubdiac.non licet Laod.25.

Sacrum eorum miniſterium ab antiquo eſt, panem; & calicem offerre,& prædicare. Ancyra.2. Quæ oblatio non eſt ipſa conſecratio. dicitur enim.1.Nice.14.Diaconi non habent offerendi ſacrificij poteſtatem,& 1.Arelaten. 15. De diaconibus(inquit) quos cognouimus multis locis offerre, placuit minimè fieri debere.

Qua poteſtate cum careant, nec presbyteris corpus Chriſti porrigant,nec ante eos(hãc vtique habentes) illud ſumant 1.Nicen. 14. Aquiſgran.41.ſub Ludouico pio Imp.1.

Imò nec alijs porrigant coram Epiſcopo, vel presbytero, niſi iuſſu eorum 1.Niceni 14. 2.Arelaten.15.4.Carth.38 Gelaſius pp.c.10. epiſt.1.

Sed nec ſedere quidem licet in medio presbyterorum diaconos 1.Nicen.14.2.Arelaten. 15.addit,in Secretario,vt Nicenũ,ita & aquiſgranen.41.Gelaſius pp.c.10. epiſt.1.

Multò minus ergo licet eis ante presbyteros ſedere 4.Tolet.38.

Quinimo ſedere eis coram presbyteris,niſi iuſſione horum,nõ licuit Laodicen.20.Agath. *6*5.4.Carth.3*9*.

Seſe presbyterorum, vt & Epiſcopi miniſtros agnoſcant 4.Carth.37.4.Toletan.3*9*. Aquiſgranen.41.nec in conuentu presbyterorum niſi interrogati loquantur 4 Carth.40.

Scapulam ſiniſtram(libera manẽte dextra, vt expeditius ad miniſterium ſacerdotale diſcurrant)orario(propter,quod orat ideſt,prædicat) 4.Tolet.3*9*. vnico,puro,nec vllis coloribus,aut auro ornato inuoluant,4.Tolet.3*9*. Sylueſtr.pp.in concil.Rom.c.*6*. Vtantur (ait) Dalmaticis, & palla linoſtima læuam tegant. Antiſiod.13.ait. Non licet diacono, velo, vel palla ſcapulas ſuas inuoluere.

Hoc aſſiduè geſtaſſe videntur, vt à ſubdiacono diſtinguerentur. Vnde 1.Braccar.27.dicitur: Placuit, quia aliquanti huius prouinciæ Eccleſiæ diaconi abſconſis infra tunicam vtuntur orarijs,ita vt nihil differre à ſubdiacono videantur, vt de cætero ſuperpoſito ſcapulæ(ſicut decet)vtantur orario.

Abſentes ab Eccleſia in natiuitate Domi-

ni,

ni, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte triennio à communione remouentur, Agath. 64. & abſentes ab eadem tribus hebdomadibus.

Diœceſis quomodo viſitanda ſit, vide titulo, Epiſcopus, §. 54. & ſeq. Diœceſum diuiſio, titulo Parochiæ, §. 2.

Diſcordium fidelium oblationem reſpuit Eccleſia 4. Carth. 93. 11. Toletan. 4. Bonifacio pp. 1. adſcribitur eadem ſententia, quæ 11. Toletan. 4. habeatur, in Tomo concil.

Qui ſi ad pacem reuocari nequiuerint, admoneantur à ſacerdotibus, & obſtinati manentes de eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excommunicatione pellantur, Agath. 31. & ante 2. Arelaten. 31. Vvormatien. 41. Si iuramento obligarint ad pacem numquam redeant, pro hoc iuramento ſeparētur vno anno à communione altaris, & reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & ieiuniis abſoluant, ac ad charitatem redire feſtinent, Ilerden. 7.

De diſpenſatione. Vide Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 5.

Diuinitas Deo patiente paſſa non eſt, 2. Hiſpal. 13.

Diuiſio poſſeſſionum ad ſeniorem pertinet, electio verò ad iuniorem, Aug. citatus c. 113. Concilii Aquiſgranen. ſub Ludouico Imp. & lib. 16. de ciuitate Dei, cap. 20.

Diuinationum ſectatores, quæ pœna maneant. Vide titulo Anguriis, §. 2.

Diuites, niſi diuitias omnes à ſe abdicauerint ſaluari non poſſe, docuit Euſtachius hæreticus damnatus in concilio Gangrenſi, & Pelagius hæreticus, teſtè Auguſt. epiſt. 89.

Diuortium. Vide Matrimonium.

Doctoris nomen ſibi nemo imponat, præter has perſonas, quibus conceſſum eſt, Cæſarauguſt. 7.

Mulier viros docere non tentet, etiam ſi docta ſit, & ſancta, 4. Carth. 99.

Neque laicus præſentibus clericis, niſi eum rogent, docere tentet, 4. Carth. 98.

De profeſſore theologo in quauis cathedrali, 3. Latera. ſeſſ. 10. & Trid. ſeſſ. 25. cap. 2.

Presbyteri per villas, & vicos ſcholas habeant. Et ſi quislibet fidelium ſuos paruulos ad diſcendas literas eis commendare vult, eos non renuāt ſuſcipere, & docere, ſed cum ſumma charitate eos doceant, attendentes illud quod ſcriptum eſt: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cùm ergo eos docent, nihil ab eis pretij exigant, nec aliquid ab eis accipiant, excepto quod eis parentes totum charitates ſtudio ſua voluntate obtulerint, 6. Conſtantinopolitani 5. & Cabilonen. 3. ſub Carolo magno) Alexāder quoq; papa 3. cap. 18. partis primæ: Per vnam quamque (ait) eccleſiam cathedralem, magiſtro, qui clericos eiusdem eccleſię, & ſcholares pauperos gratis doceat, competēs aliquod beneficium aſſignetur, quo docentis neceſſitas ſubleuetur, & diſcentibus via pateat ad doctrinam,) Pro licētia verò docendi alios aliquid non exigatur, vel promittatur, idem Alexander, & par. 2. c. 17.) Quæ Alexandri conſtitutio reperitur 2. Lateranen. 11. ſub Innocentio pp. 3. qui etiam adijcit: Vt etiam in alijs eccleſijs quarum ſufficere poterunt facultas, conſtituatur magiſter idoneus à prælato cum capitulo, ſeu meliori, ac ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos eccleſiarum ipſarum, & aliarum gratis in Grāmaticæ facultate, alios inſtruat,) & 3. Later. ſeſſ. 9. Magiſtri ſcholarium (ait pueros ſuos nedum in, &c.

Philoſophiæ, vel poeſis ſtudijs vltra quinquennium nullus ſacris ordinibus initiatus, vel à iure ad eos arctatus incumbat ſine aliquo ſtudio theologiæ, aut iuris pontificij, Leo pp. 10. ſeſſio. 8. Lateran. 8. concilij.

Dominicā diem per ſingulos circulos hebdomadarum ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ipſius diei imaginem frequentamus, Innocētius pp. 1. epiſt. 1. cap. 4.) 6. Conſtantinop. 8. recitantur myſteria eo die geſta, & recolenda.

Quiſque in ea ſit hymnis, & laudibus Dei animo, corporeque intentus, propetet ad eccleſiam, vbi ſeſe lacrymis, & precibus afficiat, 2. Mantiſconen. 1.

Vacandum in ea, nō Sabbatho, Laodic. 29. cap. 50. Cabilonen. tempore Caroli magni, cap. 40. Turonen. ſub Carolo magno, cap. 16. Arelaten. ſub eodem.

Adeo vt præter orationes, & miſſarum ſolemnia, & ea, quæ ad veſcendum pertinent, nihil aliud fiat 6. Conſtantinop. 8. non quod querat Dominus à nobis, vt corporali abſtinētia diem hanc celebremus, ſed quærit obedientiā, per quam nos calcatis terrenis actibus ad cęlum vſque miſericorditer proueheat, 2. Mantiſcon. 1.

In ea non ſit mercatus, nec placitum, Tarraco. 4. 2. Mantiſconen. 1. Hadrianus pp. in canonibus, quos collegit, cap. 40. Turonen. ſub Carolo magno, cap. 37. Maguntiaci ſub eodem, cap. 35. Rhemenſis, cap. 16. Arelatenſis ſub Carolo magno.

Nec agri, nec vinea colatur, non metant, nō fruges excutiantur, quo liberius orationi vacetur, 3. Aurelian. 27. cap. 18. Cabilonen. tempore Eugenii pp.

Oo 2 Bo-

Boues non iungantur, Antiſiodoren. c6.

Nec quiſquam ſibi tamen exhibeat neceſſitatem, quæ iugum ceruicibus iumentorum imponi cogat, 2. Mantiſcon. 1,

Si autem neceſſitas fuerit, vel nauigãdi, vel itinerandi, licentia ſic dabitur, vt huius occaſione miſſæ, & orationes non prætermittãtur, 6. Conſtantinop. 8.

Ab omnibus viris, & mulieribus eo die panis oblatio ad altare offeratur, Fabianus pp. epiſt. 3. 2. Mantiſco. 4.

Dubius in fide, infidelis eſt, Sixtus pp. 1. epiſt. 1. Hadrian. pp. 3. canonum, quos collegit.

E

EBrietas fugienda eſt, Eutychianus pp. decreto 11. cap. 48. Turon. ſub Carolo magno, Rhemenſis 18. illis prohibetur, vt ab Eutychiano.

Quoniam facit, vt quis non poſſit liberum corporis ſui, ac mentis vſum habere, cum captus vino à ſenſu probetur alienus. Venetici 13 Agathen. 41. quia omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt, 1. Turon. 2.) cap. 46. Maguntiaci ſub Carolo magno.

Clericis, quos ebrios fuiſſe conſtiterit, triginta dierum ſpatio negetur communio, aut corporale infligatur ſupplicium, Agath. 41. Venetici 13.

De crapula, & ebrietate generantur quinque noxiores corporum morbi, vt phyſici teſtantur ad ſtatum quoque mentis euertendum quantum noceat ebrietas, facilè deprehendi poterit, quippe cum penè omnium malorum, quę ab hominibus raptim perpetrantur, cauſa ſit, & origo ebrietas, c. 48. Turonici ſub Carolo magno.

Illum abuſum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriatur, & calices fœcundiores exhaurit, decernimus penitus abolendum, ſi quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit, niſi à ſuperiore commonitus ſatis fecerit competenter, à beneficio, vel officio ſuſpendatur 2. Lateranen. 15. ſub Innocentio pp. 3.

Nolens cauere malum ebrietatis excommunicetur vſque ad emendationem congruã, cap. 46. Maguntiaci ſub Carolo magno.

Eccleſia poteſt actus omnes vitioſos prohibere ſub cenſuris Bonacin. & actus deliberati ratione non aduertente ſunt indifferenter vt per doct. com. Et actus imperfectus ex inde liberatione, vel inaduertentia eſt venialis, & etiam propter paruitatem materiæ Fauſtus.

Eccleſia, vox eſt dubiæ ſignificationis. Quæ rendę locutionis (ait Aug. q. 57. ſuper Leuiticũ per id quod continet ſignificantes id quod continetur: ſicut eccleſia dicitur locus quo eccleſia congregatur, nam eccleſia homines ſũt, de quibus dicitur, Vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam, hanc tamen vocari etiam ipſam domum orationum, & idem Apoſtolus teſtis eſt, vbi ait: Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut eccleſiam Dei contemnitis? & hoc quotidianus vſus loquendi obtinuit, vt ad eccleſiam prodire, aut ad eccleſiam confugere nõ dicatur, niſi quod ad locum ipſum, parieteſque prodierit, vel cõfugerit, quibus eccleſiæ congregatio continetur. Sed primò de eccleſia, vt quotidiano vſu loquendi dicitur locus quo eccleſia congregatur.

Maior eccleſia (ſicut antiquitus à ſanctis patrib. ſtatutum eſt) per circuitũ quadraginta paſſus habeat. Cappellæ verò, vel minores eccleſiæ triginta. Qui autem confinia earum cõfringere tentauerit, aut perſonam hominis, aut bona eius inde ſubtraxerit, niſi publicus latro ſit, quouſque emendet, & niſi quod rapuerit reddat, excommunicetur, Nicolaus pp. 1. tit. 15. c. 3. ſeu 27. quæſt. 4. Sicut antiquitus, &c. Vide titulum: Baſilicæ omnes, §. 4. Salegũſtadien. 12. Ædificia laicorum. quæ eccleſijs adiuncta ſunt auferantur, & nulla in atrio eccleſiæ ponantur, niſi tantum presbyterorum: De vnione vnius ad alterum, *Vide Cõcil. Tri*dentinum ſeſſ. 7. cap. 9. & 7. 13 c 9. 24. c. 13. 21. c. 5. 25. cap. 9. Eccleſias quaſcunq. quomodolibet exemptas, locorum Ordinarij ſingulis annis auctoritate apoſtolica viſitare teneantur, &c. Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 8. Vide epiſcopus, §. 72.

Eos, qui ad Eccleſiam confugerint tradi nõ oportet, ſed loci ſancti reuerentia, & interceſſione defendi, 1. Arauſ. 5. & 6. Epaunen. 39. Ilerden. 8. 1. Aurelianen. 1. & cap. 3. dicit legẽ quoque Romanam hoc conſtituiſſe, 4. Aurelianen. 21. 5. Aurelian. 23.

Imò, nec nocumẽti, vel damni aliquid ibĩ pati, quin verò eis liceat in triginta paſſus Eccleſiæ ianuis progredi, vt ad requiſitæ naturæ vſum debitis exeant locis, 12. Tolet. 10.

Si quis autem hoc decretum tẽtauerit violare, & Eccleſiaſticæ excommunicationi ſubiaceat, & ſeueritatis regiæ feriatur ſententia, 12. Tolet. 10.

Datis tamen ad euangelia ſacramentis ab eo, cui reus fuerit crimenoſus, quod de morte, & debilitate, & omnium pęnarum genere erit ſecurus, reus de ſatisfactione cõueniat. Quod ſi quis ſua ſacramenta fuerit conuictus violaſſe, reus periurii non ſolum à communione

Ec-

Eccleſiæ, vel omnium clericorum, verumetiã, & à catholicorum conuiuio ſeparetur, t. Aurelianen. 3. Maguntiaci 39. ſub Carolo magno 27. q. 4. id conſtituimus.

Si enim mundani principes ſuis legibus cẽſuerunt, vt quicũque ad eorum ſtatuas fugerit, illæſus habeatur, quanto magis hi permanere debent indennati, qui patrocinia immortalis regni, & cœleſtis adepti ſunt, Mãtiſcon. 8.

Non licet in Eccleſia Choros ſecularium, vel puellarum cantica exercere, quia ſcriptũ eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur, Antiſiodor. 9.

Nec verbis aliouè modo ſtrepere, vel tumultuari, ſed quandiù in ea orationis cauſa manetur, fubulæ inanes cauendæ ſunt, cap. 38 Turonen. ſub Carolo magno, Salagunſtad. 9.

Nec ex ira arma trahere, aut quemcunque ad vulnerandum impetere ſub pœna excommunicationis, cap. 17. Cabilonen. temp. Eugenii pp. 1. c. 26. Triburien. ſub Arnolfo Imp. Profanatur autem homicidio, & adulterio, Higinius pp. de conſecr. diſt. 1.

Immò præter regẽ nemo in ea gladiũ portet, Salegunſtadien. 8.

Conuiuia in ea non licet præparare, Antiſiodor. 9. niſi, vide Conuiuia. Vide 1. Later. 19.

Parochialis Eccleſia in Natali Domini, Paſcha, Epiphania Domini, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, natali Sancti Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies feſtiuitatibus habentur, viſitanda eſt, & ab iis quibus extra parochias oratorium eſt conceſſum propter fatigationẽ familię, vt in eo alias miſſas audiant, Agathen. 21.) Epaunen. 35.) aurelian. 27.) aruernen. 14.) 4. Aurelianen. 3. addit: aut ſi certa neceſſitate prohibeantur, ab epiſcopo poſtulent conuentum.

Clerici verò in prædictis maioribus feſtiuitatibus miſſas in illis oratorijs ſiue permiſſu epiſcopi faciente pellantur à communione, Agathen. 21.) aruernen. 14.

Quia plerumque fieri cognoſcitur, vt eccleſiæ parochiales, vel ſacra monaſteria, ita quorumdam epiſcoporum, vel inſolẽtia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, vt grauior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quam inſtruendo gaudii extiterat * labor: ideò pia compaſſione decernimus, vt quamdiu earumdem fũdatores eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis curam permittantur habere ſolicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eiſdem Baſilicis ijdem ipſi offerant epiſcopo ordinandos. Quod ſi tales forſitan non inueniantur ab eis, tunc quos epiſcopus loci probauerit *Deo* placitos, ſacris cultibus inſtituat cum eorum cõuenientia ſeruituros. Quod ſi ſuperſtitibus eiſdem fundatoribus rectores ibidem præſũpſerit epiſcopus ordinare, & ordinationem ſuam nouerit irritam eſſe, & ad verecundiam ſum alios in eorum loco, quos ijdem ipſi fundatores cõdignos elegerint, ordinari. 9. Tole. 2.) Vide Concilij Trid. 14. ſeſſ. c. 12. 25. c. 9. 24. c. 3.

☞ Cum in eccleſia Dei vnus debeat eſſe qui præſit, ſtatuimus, vt ſi fortè fundator plures elegerit rectores: ille pficiatur eccleſię, qui maioribus iuuatur meritis, & plurium eligitur, & probatur aſſenſu. Si autẽ hoc ſine ſcandalo fieri nequierit, ordinet antiſtes eccleſiã, ſicut melius ſecundũ Deum viderit ordinandam. Idipſum etiam faciat, ſi de iurepatronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat, infra tres menſes non fuerit diffinitum. Alexander pp. 3. par. 1. cap. 17. De non commendandis illis Eccleſijs, ſeu beneficiis, quorum fructus ducentorum ducatorum auri de camera valorem annuum non conſtituunt, vide ſeſſionem 9. tertij Lateran.

Qui parochialem habet Eccleſiam, non per vicarium, ſed per ſeipſum illi deſeruiat in ordine, quem ipſius Eccleſiæ cura requirit, 2. Lateranen. 32. ſub Innocen. pp. 3. & antè Eugenius pp. 2. decretorum ſuorum vndecimo. Præcipimus (ait) ne conductitijs præsbyteris Eccleſiæ committantur. Alexander pp. 3. part. 1. cap. 13. & parte 2. cap. 2. ſicut Eugenius, & ante hos cap. 51. VVormatienſis idem voluit, dicens: Vnaquæque Eccleſia ſuum presbyterum habeat. Vide Concilij Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. Omnes verò, & c. 22. ſeſſ. c. 4. Vide titulũ: Beneficium, ſeu Eccleſiam.

Nemo in fraudem de prouẽtibus Eccleſiæ, quæ curam proprii; ſacerdotis debet habere, penſionem aliis quaſi pro beneficio conferre præſumat. Latenenſ. 32.

Nec aliquis presbyter duas Eccleſias ſimul obtineat. Nicolaus pp. in concilio Romano, intellige parochiales, & matrices, quarum vna vni ſufficit Alexander pp. 3. part. 1. cap. 13. & part. 2. cap. 7. De eodem Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 17. Secundum Lateranenſe, & tertium ſeſſione 9. diſpenſabant cum perſonis qualificatis magis eximiis. Cum vacat parochialis Eccleſia quid agendum. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18.

Parochialem Eccleſiam amittat, qui non reſidere in ea, & curam eius per ſeipſum non exercere probatus fuerit: Alexander pp. 3. parte 1. cap. 13. Vide ſeſſ. 6. cap. 1. Trident. Vide titulum: Clericorum nomen, §. 9. De Eccleſiis cathedralibus, ſeſſ. 24. cap. 12. Conciliũ Triden.

Ne pro defectu paſtoris gregem Dominicū lupus rapax inuadat, aut in facultatibus ſuis Eccleſia viduata graue diſpendium patiatur, ſtatuimus, vt vltra tres menſes cathedralis, vel regularis Eccleſia prælato non vacet, infra quos, iuſto impedimento ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eum qui proximò præeſſe dinoſcitur deuoluatur, is verò ad quem deuoluta fuerit poteſtas, Dominum habens præ oculis, non differat vltra tres menſes cum capituli ſui conſilio, & aliorum virorum prudētium viduatam Eccleſiam de perſona idonea ipſius quidem Eccleſiæ, vel alterius, ſi digna non reperiatur in illa, canonicè ordinet, ſi canonicam voluerit effugere vltionem 2. Lateran. 13. ſub Innocentio pp. 3.

Hæreticorum Eccleſiæ ſanctis vſibus non applicentur, niſi catholicorum prius fuerit, hiſque ab hæreticis ereptæ per violentiam, Epaunen. 33. Sic intellige Ioannem pp. 1. ad Epiſcopos Italiæ.

Porrò iam catholicæ factæ, ád eos Epiſcopos cum ſuis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipſę in quibus ipſæ eccleſiæ fundatę ſunt, pertinere videntur, 3. Toletan. 9. Aphricanum verò concil. cap. 84. Quoniam quidem (ait) ante aliquot annos in Eccleſia plenario concilio, Mileuitano ſcilicet cap. 24. conſtitutum eſt, vt quæcunque Eccleſiæ in diœceſi conſtitutæ ante leges de Donatiſtis latas catholicæ factæ ſunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum Epiſcopos factum eſt, vt catholicæ vnitati communicarent, poſt leges antē, quæcumque communicauerint illuc pertineant quò pertinebant cum eſſent in parte Donati. Sed, quia multæ controuerſiæ poſtea inter Epiſcopos de diœceſibus ortæ ſunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur eſſe proſpectū, nunc iſti concilio ſancto placuit, vt vbicūque catholica fuit, & pars Donati, & ad diuerſas cathedras pertinebant, quocumque tempore illic vnius facta eſt, vel fuerit, ſiue ante leges, ſiue poſt leges ad eam cathedram pertineāt, ad quam catholica, quæ iam ibi fuerat pertinebat.

Agros, & prædicta fideles cœpere Eccleſiis matribus tradere (quorum pretium ante pedes Apoſtolorum ante offerebant) cum viſum eſt pius vtilitatis afferri poſſe, si hæreditates, & agros quos vendebant, traderent Eccleſiis quibus præſidebant Epiſcopi, eo quòd ex ſumptibus eorum tam præſentibus, quàm futuris temporibus plurima, & elegantiora poſſunt miniſtrare fidelibus communem fidem ducentibus, quàm ex pretio eorum. Vrbanus pp. 1. epiſtol. decretali, ex quo loquitur conc. Aquiſgran. c. 116. 12 q. 1. Videntes.

Ioannis VViclef articuli 32. 33. & 36. damnati ſunt à Conc. Conſtantien. 32. Ditare clerum (inquit) eſt contra regulam Chriſti 33. Syluester pp. & Conſtantinus Imp. errauerunt Eccleſiam dotando 39. Imp. & Domini ſæculares ſunt ſeducti a diabolo, vt Eccleſiā dotarent bonis temporalibus.

Et quia inde multis ſubueniunt, ſemper vetitum eſt, ea ab Eccleſiis alienare, Gangren. 7. Agath. 7. 1. Valen. 4. 4. Aurelianen. 35. Symmachus pp. cap. 6. Rom. 2. Auernen. 4. 2. Turonici 25. & 26. 5. Aurelianen. 13. 9. Toler. 15. cap. 6. Cabilon. ſub Carolo magno. Vide etiam titulum: Oblationes §. 6. & 9. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11.

Et damnatus eſt hic 16. articulus Ioenis VViclef in concilio Conſtantien. Domini tēporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab eccleſia, poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, ideſt ex habitu, non ſolum actu delinquentibus.

Adeò vt facta venditio à presbytero, vel alio clerico, pronuncietur irrita, Agath. 22. & 53 (niſi tantum reſtituant de ſuo, quantum alienarunt, Agathen 49.) Ancyra. 15. Epaunen. 3. Tolera. 3. Aurelianen. 12. 4. Aurelian. 18. 5. Aurelian 13. Simmachus pp. c. 7. concil. Rom. 2. Vide Pium pp. 1. epiſt. 2. & *Trid. ſynodum* ſeſs. 22. c. 11.

Verum ſi neceſſitas compulerit, vt pro Eccleſiæ vtilitate aliquid, vel in vſufructu, vel indirecta venditione aliquid diſtrahatur apud duos, vel tres comprouinciales, vel vicinos Epiſcopos cauſa qua neceſse ſit vendi, primitus comprobetur, Agath. 7. 4. Carth. 32. exigit conniuentiam, & ſubſcriptionem clericorum, vt validè Epiſcopus tale quid agat, 5. Carth. 5. ferè ſicut Agath 7. niſi quod primo neceſſitatem iubet inſinuare Metropolitano, vti, & cap. 12. Epaunēſis) habita Epiſcopi ſubſcriptione permittit, 3. Aurelian. 23.

Tertulas, aut vineolas exiguas, & eccleſiæ minus vtiles, aut longè poſitas, Epiſcopus ſine conſilio fratrum (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahēdi habeat poteſtatem Agath. 45. redditus accipiantur pro collocatis domibus ad Eccleſiam pertinentibus, Symmachus pp. in 2. concil. Rom. cap. 5.

Iuſtè his vti licet, non ſolum in reparatione Eccleſiarum, alimoniis ſacerdotum, & pauperum refectione, ſed etiam redēptione captiuorum 1. aurelianen. 7. cap. 11. concilii Aquiſgranen. ſub Ludouico pio Imp.

In vſumfructum niſi clericis, captiuis, aut peregrinis non vult dari Symmachus pp. cap. 2. epiſt.

2. epiſtol. decretal. & concil. Rom. 2. cap. 4. 3. Toleta. 3.

Si clericus, cui quidpiam eiuſmodi donaret Epiſcopus, alterius eſt Eccleſiæ, eo mortuo donum redit ad ius Eccleſiæ de cuius facultate donatum eſt, 4. Aurelian. 35.

Eò ſpectat, quòd clericis diuturnitatè quātalibet temporis nulla gignitur proprietas, aut ius proprium in iis, quæ poſſederint ex Eccleſiæ remuneratione, ſed quandocunque patuerit Eccleſiæ rem fuiſſe, ei confitenda eſt proprietas Agath. 59. 6. Tolet. 5.

Si quis de clericis documenta, quibus Eccleſiæ poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere, aut negare, aut aduerſariis fortaſſe tradere præſumpſerit, quicquid per abſentiam documentorum damni Eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus reddat, & cōmunione priuetur, Agath. 26. 3. Aurelian. 22.

Onera eccleſijs rectores, & conſules ciuitatum non præſumant imponere, Alexander pp. 3. part. 1. cap. 19.) 2 Lateranen. 46. vide titul. clericorum nomen. §. 40.

Verùm ſi quando forſan Epiſcopus ſimul cum clericis tantam neceſſitatem, vel vtilitatem inſpexerint, vt abſque vlla coactione ad reuelandas vtilitates, & neceſſitates communes, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter, & deuote recipiant cum actionibus gratiarum. Propter imptudētiam tamen quorundam, Romanum prius cōſulant Pontificem, cuius intereſt communibus vtilibus prouidere 2. Lateran. 46. ſub Innoc. pp. 3. Cæterum quicumque ſine Romani Pontificis pro tempore exiſtentis expreſſa licentia quidquam de Eccleſiatum, aut monaſterium bonis quocunque colore, aut fuco occupat, aut detinet, ſub pœna excommunicationis id, vel æquivalens reddat concil. Lateran. 3. ſeſſ. 9. ſub Leone 10.

De reditibus Eccleſiæ, vel oblatione fideliū quatuor fiant partes, quarum vna cedat Pontifici ſeu Epiſcopo ad eius ſuſtentationem, alia presbyteris, & diaconibus, & omni clero, tertia templorum, & Eccleſiarum reparationi, quarta pauperibus, & infirmis, & peregrinis, Syluester pp. concil. Roman. cap. 4. Simplicius pp. epiſtol. 3. ad Florentium, &c. Gelaſius pp. cap. 29. epiſtola. ad Epiſcopos per Lucaniam. Gregorius pp. 2. epiſtola ad vniuerſum clerum, & plebem Thutingiæ prima, VVotmatien. 7 & 47. 1. Autelianen. 7. Tarraconen. 8. Triburien. 13. ſub Arnolpho Imper. 1. Braccat. 25. conſentit, niſi quod de quarta dicit: De quarta parte ſiue archipresbyter, ſiue archidiaconus illam adminiſtrans Epiſcopo faciat rationem cap. 42. tamen Maguntiae ſub Carolo magno, & cap. 25. Arelatenſis ſub eodem dicunt: Quicunque beneficium Eccleſiaſticum habent, ad recta Eccleſiæ teſtaurandas, vel ipſas Eccleſias emendandas, vel ædificandas omnino adiuuent.

Nunc de Eccleſia, vt non locum, ſed homines ſignificat, ſeu hominum ſocietatem.

Vnam, ſanctam, catholicam, & Apoſtolicam eam credimus, cum cōcilio primo Concilio Conſtantinopolitano.

Extra quam nullus omnino ſaluatur, ſecūdo, Latet. 1. Leo pp. 10. in tertij Lateranenſis ſeſſ. 11.

Nullus martyr. Cyprian. lib. 1. epiſt. 1. Quanquam etſi aliquis, &c. Auguſt. idem, habet ſæpius: nempe libro de patientia c. 6. & 27. & lib. de vnitate Eccleſiæ, c. 4. dicit, &c.

In hac modo ſunt mali cum bonis, vt platea cum tritico vſque ad ventilationem. Vnde damnatur in concilio Cōſtantien. primus hic articulus Ioannis Hus. Vnica eſt ſancta vniuerſalis Eccleſia, quæ eſt prædeſtinatorum (ſeu electorum) vniuerſitas, & Vniuerſalis ſancta Eccleſia tantùm eſt vna, ſicut tantum vnus eſt numerus omnium prædeſtinatorum.

Sic autē in ea ſunt, quomodo humores male in corpore, inquit Auguſtinus tract. 3. in canonicam Ioannis, quando euomuntur, tunc releuatur corpus. Sic, & mali quando exeunt, tunc Eccleſia releuatur, &c.

Romana Eccleſia (ſeu ſedes Apoſtolica) mater, caput, & cardo eſt, omnium Eccleſiarū particularium. Anacletus pp. epiſt. 3. Lucius pp. 1. Calixtus pp. 1. epiſt. 1. Fœlix pp. 1. epiſt. 3. ad Benignum Zephetinus pp. epiſt. 1. Marcellus pp. 1. in epiſtol. ad Epiſcopos Antioch. prouin. Iulius pp. 1. in epiſt. ad Orient. Epiſc. Damaſus pp. in epiſt. ad Stephanum Chalcedonen. Sinodus actio. 1. & 16. Romana ſub Syluestro c. 20. Sardicen. 3. & 4. Epiſcopi Ægypti ad Felicem pp. 2. elegantiſſime, Triburien. 30. ſub Arnolfo Imperator. Et Leo pp. 10. ſacro approbante concilio Lateranenſi tertio ſeſſ. 11. De neceſſitate ſalutis exiſtit, omnes Chriſti fideles Romano Pontifici ſubeſſe §. Hunc confirmant, & canones citati in tit. Concil. cōuocate, §. 12. & 13.

Nunquam errauit à tramite Apoſtolicæ traditionis, Lucius pp. epiſt. 1. Felix pp. 1. epiſt. 3. Marcus pp. ad Epiſcopos Ægypti, & eo Agatho pp. citatus act. 4. Conſtantinopolitani concilij ſexti.

Ioannis VViclef articulus iſte 41. damnatus

tus eſt in concilio Conſtantienſi. Non eſt de neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias: Error inquit Synodus eſt, quatenus negaret primatum ſummi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares: Damnatur & 7.articulus Ioannis Hus: Petrus nō eſt,nec fuit caput Eccleſiæ ſanctæ catholicæ.

Eadem Romana Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinet, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, (Aſſerit id, & Nicolaus pp. 1. ſeribens ad Michaelem Imperatorem,) Secunda ſedes eſt apud Alexandriam ſub Marco Euangeliſta. Tertia apud Antiochiam ſub Petro Apoſtolo,qui illic priuſquam Romam veniret, habitauit, & Ignatium Epiſcopum conſtituit,Anacletus pp.epiſt.3.Idem habes in præfatione primi cōcilij Niceni, hoc adiecto.Quarta apud Ieroſolymam,vbi Iacobus Apoſtolus eſt ordinatus:His conſonus eſt Gelaſius pp.in decreto de Apocryphis,At poſtea curiali ambitione locus ſecundus obtentus eſt à ſede Conſtantinopol. 1. Conſtantin. 5.quoſt roboratur,& 2. Lateran.5. Qua ambitione,& Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſe appellabat Epiſcopum vniuerſalē: teſte Pelagio pp. 2.epiſtol. 1. Verum Gelaſius pp. poſtea, non obſtantibus illis, conſtanter pronunciauit hæc verba in epiſt.ad Fauſtum magiſtrum: Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopus, per canones inter ſedes nullum nomen accepit,& primi Niceni 6. cōſtitutum erat: Apud Antiochiam, cæteraſque prouincias honor ſuus vnicuique ſeruetur Eccleſiæ. Quam ambitioſi fuerint, facilè quis cognoſcet, lecta tantum epiſt. Nicolai pp. 1.ad Michaelem Imperatorem.

Innocentius 1.epiſt. 18. c.1. videtur ſecundam facere Antiochiam,nō ſine cauſa, quam citat Nicolaus 1.ad Michaelem Imp. Vide Petrut.§.3.

Electio maioris,& ſanioris partis, appellatione remota,ſemper præualeat,niſi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile fuerit oſtenſum, Alexand.pp.4. parte 1.cap.16.2. Arelaten.5.Alexan.pp.3.part.40. cap.dicit ex Lucio 3.electum adminiſtrationem dignitatis debere relinquere,ad quā cum eligeretur quidem à maiori parte, ſed paucis contra dicentibus, diſcordiæ author munere aliquo pacatus eſt parte 7.cap.13.

Cum electio fuerit celebranda,præſentibus omnibus,qui debent, volunt,& poſſunt commodè intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecretò, & ſigillatim voces cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo intereiecta, vt is collatione adhibita eligatur,in quem omnes, vel maior,vel ſanior pars conſentit,vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis cōmittatur, qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ prouideant de paſtore, aliter electio facta non valeat, & nemo procuratorem conſtituat ad eligendum, niſi abſens detineantur iuſto impedimento,vt adeſſe non poſſit,& tunc procuratorem faciat vnum de ipſo collegio,nec clādeſtina ſit electio.2.Later.

Bonis ſacerdotibus,& ſpiritualibus populis electionem Epiſcopi Chriſtus conceſſit. Anacle.pp.epiſtol.2.2.Arelaten.35.Leo pp.1.epiſt. 90.cap.1.Nicolaus pp.1.tit.8.cap.1.1.Parien. 8.5.Aurelia.10.Syricius epiſt.1.cap. 10.4.Tolet.18.Cypr.lib.1.epiſt.epiſtola 4.Coram omni ſynag.&c.

Laodiceni tamen concilii,cap.13.eſt: Non eſt populis concedendum, electionem facere eorum,qui altaris miniſterio ſunt applicandi, & capitulorum è Græcis ſynodis latinitati donarorum à S. Martino Epiſcopo Braccar. primum eſt: Non licet populo electionem facere eorum,qui ad ſacerdotium promouentur, ſed in iudicio Epiſcoporum eſt, vt ipſi cum qui ordinandus eſt probent,ſi in ſermone, & fide, & in vita ſpirituali edoctus eſt.

Nil ergo noui aut valdè mirandi conſtituit ſecunda ſynodus Lateranenſis ſub Innocentio pp.3.cap.25 dicens.Quiſquis electioni de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum conſentire præſumpſerit contra canonicam libertatem, & electionis cōmodo careat, & ineligibilis fiat,& abſque diſpenſatione non poſſit ad aliquam eligi dignitatem. Vide ſeſſio. 23. Trid.c.4.

Neque calumniæ ſubiacet ſynodus Tridentina in ſeſſio.23.c.4. definiens in ordinatione epiſcoporum,ſacerdotum, & cæterorum ordinū, nec populi,nec cuiuſuis ſæcularis poteſtatis,& magiſtratus conſenſum,ſiue vocationem,ſiue auctoritatem,ita requiri,vt ſine ea irrita ſit ordinatio.Et eiuſdem ſeſſ.canon.7.Si (ait)quis dixerit, ordines ab epiſcopis collatos ſine populi,vel poteſtatis ſecularis conſenſu,aut vocatione irritos eſſe anathema ſit.

Olim enim cum ſpiritualior eſſe plebs paſſim,& ipſa eligebat cum clero,ſed nō quaſi alioqui non rectè fieret electio. Immò videtur eius electio aſſenſus potius fuiſſe.

Primum quidem (inquit Ticinenſis ſynodus) ipſius loci presbyteri,vel cæteri clerici idoneum ſibi rectorem eligant, deinde populi,qui ad eādem plebem aſpicit, ſequatur aſſen-

ſenſus,& Celeſtinus pp.1.epiſt.2.c.5.

Is cuius eſt electionem cõfirmare,diligenter examinet,& electionis proceſſum, & perſonam electi ad regimen animarum (an ſufficientis ſit ſcientiæ,honeſtæ vitæ, & ætatis legitimæ) & cum omnia ritè concurrerint, minus ei confirmationis impendat,ſecus faciẽs, non ſolùm confirmandi primum ſucceſſorem illius careat poteſtate, verùm etiam à perceptione proprij beneficij ſuſpendatur 2. Lateranen.26.

Energumenus,hoc eſt, qui tempeſtate iactatur,ſeu ſpiritu immundo diuexatur. Ancyran.16.

Omni de exorciſtæ energumenis manus imponant 4.Carth.90. de qua manuum impoſitione etiam loquitur Innocentius pp.1.c.6. epiſt.1.ſed(ni fallor)hoc epiſcopo munus peculiare faciens, quod alter niſi ipſe imperet, exercere non debeat.

Victus quotidianus eis, in domo Dei aſſiſtentibus ſubminiſtrabatur ab exorciſtis, 5. Carth.92.

Energumeni pauimenta templorum verrebant,4.Carthagin 91.

Communicabant,vt ſacramenti ipſius virtute,vel munirentur ab incurſu dæmonũ quo infeſtabantur, vel purgarentur 1. Arauſicani 14.

Non ſolùm non aſſumendi ſunt ad vllum ordinem clericatus,ſed & illi qui ordinati iam ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi,1. Arauſ. 16.(quem cànonem adſcribit Iuo 3. Arelatenſi c.3.)Elibertini 29. Pius pp.1 diſt. 33.communiter, 12.Toletani 13. vt Pius pp.

Horum nomina ad altare cum oblatione non recitentur,(fortè, his auditis furerent) Elibertini 29.

Epiſcopo quocũque defuncto,non ab alio niſi à comprouincialibus ſuis alter eligatur, ſin aliter, huius ordinatio irrita habeatur 1. Cabylonen. 10.circa tempus Eugenij pp.1.) Si vnus ex eis tantùm ſuperſtes, negligentior exiſtens nollet ordinare populo obſecranti rectorem, epiſcopo vicinæ prouinciæ eum, prius litteris cõueniant, & eo diſſimulante,id ipſimet peragant.Sardicen.9.

Quòd ſi per ordinationem regiam honoris iſtius culmen peruenerit aliquis nimia temeritate præſumpſerit,à comprouincialibus loci ipſius epiſcopis recipi nullatenus mereatur, quem indebitè aſſumptum agnoſcunt.Si quis de comprouincialibus recipere eum contra indicta præſumpſerit,ſit à fratribus omnibus ſegregatus.1.Pariſien.8.)12. Toletan.6.à pijs Hiſpan.regibus,& epiſcopis id ſeruatur Nicolaus pp.1.idem attendit c.1.titul.7.ſeu diſt. 63. c.Porrò.

Eminentiſſimæ enim dignitatis apex,omnium conſcendendus eſt electione, non paucorum fauore,non patrocinijs potentum,nòn calliditate ſubdola,ad conſcribendum decretum alius hortetur præmijs, alius timore cõpellat.Quod ſi quis fecerit, eccleſiæ cui indignus præeſſe cupit,communione priuabitur, Aruernen.2.)immò remouebitur præmij ordinatus,5. Aurelianen. 10.) Simmachus papa cap.5.epiſtola decretalis.

Nullus ex laicis,nullus bigamus, nullus viduæ maritus eligatur,Celeſtinus pp.1. epiſt.2. cap.6.& epiſt.2.c.3.)nullus, inquam,ex laico fiat epiſcopus, 1. Niceni 2.) Caius pp.)Sardicen.13.Hormiſdas pp.cap. 1. epiſt. ad epiſc. Hiſpan.3.Arelaten 2.5.Aurelianen.9.

Quid enim proderit per ſingula clericos ſtipendia militaſſe,& omnem egiſſe in dominicis caſtris ætatem, ſi hi, qui præfuturi ſunt, ex laicis requirantur, qui vacantes ſeculo, & omnem Eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus, calcata reuerentia Eccleſiaſticæ diſciplinę tranſire,Celeſtinus pp.1. c.2.epiſt.3 Vide Syricinum pp.epiſt.1.cap. 10.

Addit poſtea 5.Aurelianenſis cap.9.Nullus ex laicis abſque annua conuerſatione præmiſſa Epiſcopus ordinetur, ita vt intra anni ipſius ſpacium à doctis, & probatis viris, diſciplinis, & regulis ſpiritualibus plenis inſtruatur,quod ſi hoc quiſquam epiſcoporum tranſcendere quacumq; conditione præſumpſerit anno integro ab officio,vel charitate fratrum habeatur extraneus, aut cum ſupplenda eſt clericalis penuria, præmiſſa ſex menſium conuerſatione, Gelaſius pp. epiſt. prima ad vniuerſos epiſcopos,&c.capite quarto. Quanto longiorem in eccleſiaſticis conuerſationem olim exegerint,vide in epiſt.1.Syricii pp.c.10. Zoſimi pp.epiſt.1.cap.3.

Qui autem ordinari merentur ſic aſcendãt ad ordines,vt epiſcopus non fiat quiſquam, niſi primo fuerit oſtiarius,deinde lector,poſtea exorciſta,inde ſacretur acolytus, demum verò ſubdiaconus,deinde diaconus, & poſtea presbyter,Caius pp.teſtè Damaſo, & habetur in fine epiſt.eius decretalis,Sardicen.verò cap. 13.ait: Niſi ante,& lectoris munere, & officio diaconi,aut presbyteri fuerit perfunctus, Celeſtinus pp.1.c.5.epiſt.2.vt Caius ſapit.

Eiectus non poteſt ordinari abſque cõſenſu Metropolitani Epiſcopi,Hilarius pp. epiſt. 2.capi.1.ad Epiſc. Tarrac. Innocentius pp. 1. ante eum cap.1.epiſt.2. Bonifac.pp.1. epiſt.2. 1.Niceni 6.Arelaten. 5. & 6. Antioch. 19. 2.Carth.12.1.Pariſien.8.2.Turon.9.

Pp Quo

Quo accedēte ordinetur ab omnibus, ſi fieri poteſt, qui in eius prouincia sūt. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente neceſſitate, vel itineris longitudine, certè tres Epiſcopi debent congregari, vt etiam cæterorum abſentium conſenſum litteris teneāt, Anacletus pp. epiſt. 2. 1. Nicen. 4. Ioannes pp. 3. epiſt. 1. 1 Arelat. 21. 1. Arelat. 5. Antioc. 19. Laod. 12. Syricius pp. epiſt. 4. 2. Carthag. 12. 3. Carth. 39. 1. Arauſ. 21. Damaſus pp. epiſt. 4. vt Rhegien. 1. Gregor. pp. 2. epiſt. 8. Damaſus. Rhegienſe, & Antiochenum concilia pronunciant alioqui fore irritum, ſi tres ordinent.

Orta autem inter partes dubitatione, maiori numero Metropolitanus in electione cōſentiat, 2. Arelaten. 5.

Et ſi qua contradictio fuerit ob orta non præſumant ad purgandum eum, qui ordinandus eſt, tres iam, ſed duo, vel tres poſtulentur, qui cum tribus aliis diſcutiant in plebe, cui ordinandus eſt, primò perſonas contradicentiū, poſtremo illa pertractent, quæ obiiciuntur, & cum purgatus fuerit ſub conſpectu publico, ita demum ordinetur, 3. Carthag. 40.

Nō diù autem differat Metropolitanus antiſtitem ſubſtituere, 4. Aurelian. 33. non vltra menſes tres, niſi fortè inexcuſabilis neceſſitas coegerit tempus ordinationis amplius prorogari, Chalcedon. 25. quod eſt 76. caput Concilii Vvormatien. in 1. tomo conc. idem adſcribitur Damaſo decretum. Vide Conc. Trid. 25. ſeſſ. c. 2.

Eo quòd cum diù differtur ordinatio ſucceſſoris, non minima creatur officiorum diuinorum offenſio, 12. Tolet. 6.

Altet tunc de altera eligatur Eccleſia, ſi de Ciuitatis ipſius clero, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi ſunt, vt aliqui de alienis Eccleſiis meritò præferantur. Habeat vnuſquiſque fructum ſuæ militiæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia minimè alter obrepat, nec alii debitā aliter ſibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingeri ex tranſuerſo agnouerint, non timeant refutare, Celeſtinus pp. 1. epiſt. 2. cap. 5. Ticinenſis ſynodus. Si autem in ipſa plebe, etc.

☞ Non in villula autem, nec in agro, nec in modica Ciuitate, ſed honorabili conſtituendus eſt Epiſcopus, vt Epiſcopi nomen nō viloſcat, Anacletus pp. epiſ. 3. Laodic. 57. 1. Nicenum citatum cap. 4. Concilii Toletani 12. Sardicen. 6.

Vtilitate tamen, ac magno rei commodo aliud exigente poteſtate Apoſtolica ſecus fecit Zacharias pp. vt videre eſt in eius epiſt. 6. quæ eſt ad Bonifacium.

Conſecretur ibi Epiſcopus comprouinciaiis, vbi Metropolitanus elegerit, 4. Tolet. 18. Aurel. 5. Sardic. 6. vt & Aurelia. probat, vt ordinetur in ipſa eccleſia, quæ viduata eſt.

Simul conuenientes Epiſcopi ſcrutinium diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cū ſanctis Euangeliis, quæ prædicaturi ſunt, imponentes, Dominica die hora tertia orantes, ſacraque vnctione (exemplo Prophetarum, & Regum) caput eius more Apoſtolorum, & Moyſis vngentes, quia omnis ſanctificatio conſtat in ſpiritu ſancto, cuius virtus inuiſibilis ſancto chriſmati eſt permixta, Anacletus pp. in epiſt. 2. & 4. Tolet. 19. 4. Carth. 2. Quum (inquit) Epiſcopus ordinatur, duo Epiſcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem ſuper caput, & ceruicem eius, & vno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant. Vide tit. Degradari, § 6.

Scrutentur autem an natura ſit prudens, an docilis, an moribus tēperatus, an vita caſtus, an ſobrius, an ſemper ſuis negociis cauens, an humilis, affabilis, miſericors, literatus, in lege Domini inſtructus, in ſcripturarum ſenſibus cautus, iuſtus, in dogmatibus exercitatus 4. Carth. 1 Laodic. 12. c. 2. Cabylonen. ſub Carolo magno.

Trigeſimum ætatis annum iam egerit, de legitimo ſit matrimonio natus Alexander pp. 3. parte 1. cap. 3.

☞ Alioqui non poterit dicere contemptoribus admonitionis ſuæ. Futurum cogitare iudicium, quod ipſe fortè non cogitat: amatoribus mundi, Nolite diligere mundum, ſi eum mundi amor oblectat: ambitioſis, Ambitionis finem imponite, ſi eum ambitio ruinoſa præcipitat: ebrioſis, Ebrietatem cauete, ſi ſe mero vſque ad alienationem mentis ingurgitat: ſumptuoſis dapibus crudus, non poteſt ſuis abſtinentiam laudare quam calcat: vitio cupiditatis addictus, cupidis amorem non poteſt diſſuadere pecuniæ: inimicitiarum tenax, non audebit animos diſſidentium ſacerdotali trāquillitate componere, iuſtitiam prædicare iudicibus erubeſcit, quam ipſe perſonæ potētis fauore corrūpit; nec defendit oppreſſos, ſi perſonas, aut honorat, aut deſpicit, & quicquid boni nō facit, aut mali committit, nec iubebit fieri, nec vetabit, quia neceſſariam docendi auctoritatem contrariete ſuæ actionis, aut amittit, aut minuit. Proſper. lib. 1. de vita contemplat. cap. 15.

Cùm

Cùm autem electus fuerit, & confirmationem acceperit, & Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit, decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis à canonibus definito, is ad quem ſpectãt beneficia, quæ habuerat, diſponendi de illis liberam habeat facultatem, Alexander pp. 3. parte 1. cap. 3.

Epiſcopos iure diuino ſuperiores eſſe preſbyteris, declarat ſynodus Trid. ſeſſ. 23. c. 4. & canon. 7.

Prælegantur ei cùm ordinatur Cõciliorum decreta, vt per ignorantiam nil pœnitendum gerat, 3. Carth. 3. Celeſtinus pp. 1. cap. 1. epiſ. 3. 4. Tolet. 24.

Duo autem in vna Ciuitate, aut Eccleſia, non ordinentur, Hilarius pp. cap. 4. epiſt. 2. ad Tarracon. Damaſius pp. epiſt. 4.) cap. 4. Cabilonen. circa tempora Eugenii pp. 2. 12. Toletan. 4.

Duas diœceſas vnus ſibi non vindicet, 3. Carth 46. Pontificalia in alterius diœceſi non exerceat, Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. de refor. & ſeſſ. 14. cap. 2. Vide Nicenum 1. cap. 17. Arelaten. cap. 13. Antioch. cap. 13. Sardicen. cap. 18. & 19. 3. Carth. c. 21.

Multiplicato Dei populo, creſcente fide, multiplicati ſunt, & Epiſcopatus, ſeù Diœceſes, iuxta ſacrorum canonum ſtatuta, Gregor. pp. 2. epiſt. 8. 1. Anglicani 9. 2. Carth. 5.

Cui ſ. vigeſimo ſexto non contradicunt, 2. Carth. 5. 3. Carth 42. 12. Toletan. 4. ſe caueant tantum, nè modico, nec ſatis excellenti loco Epiſcopus conſtituatur.

Cuius facti cõfirmatio petitur à ſede Apoſtolica, Zacharias pp. in epiſt. ad Vvitam.

Reſideat in Eccleſia ſua Cathedrali, nec facultas ſit ei ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferendi, vel in re propria, diutius, quam oportet, curam frequentationem propriæ Cathedræ negligẽdi, 5. Carth. 5. Euariſtus pp. epiſt. 2. ſicut vir nõ debet, Calce. 5. Conc. Trid. ſeſſ. 6. de reformatione, cap. 1. & ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. vbi declaratur, quod reſidentia Epiſcopi, ſiue inferioris paſtoris apud oues ſuas ſit iuris diuini.

Si vel ad poſſeſſiones ſuas, vel alio accedere velit non diutius abſit, quam 3. dominicas, vel hebdomadas. Sardicen. 14. & 15. aut communione priuetur. Immò ſi nulla infirmitate impediatur, omni die dominico ibi conueniat 1. Aurelia. 33.

Curent in primis ne tempore aduentus dominici, quadrageſimę, natiuitatis, reſurrectionis, Pentecoſtes, item corporis Chriſti, quibus refici maximè, & in domino gaudere paſtoris præſentia oues debeant, ipſa ab eccleſia ſua cathedrali vllo pacto abſint, niſi Epiſcopalia munera in ſua diœceſi eos aliò vocent, Trid. ſeſſ. 3. cap. 1. Agathen. cap. 64.

Si ſuſcepta manus impoſitione, & deputatus præeſſe populis nõ ſuſcipiat miniſterium ſacerdotii, nec conſentiat habere eccleſiam, in qua fuerat ordinatus, hic incommunicabilis eſſe debet, donec coactus conſentiat plebẽ ſuſcipere ſibimet deputatam, Antioch. 17.

Si ordinatus nõ recipiatur ab ea parochia, cui eſt denominatus, non occupet alias parochias, vim præſulibus earum inferendo, aut abiiciatur, ſi hoc faciat. Si voluerit in ordine presbyteri, vt presbyter reſidere, vbi prius fuerat, non abiiciatur propria dignitate, Ancyran. 17. & eſt diſt. 92. ſi quis Epiſcopi, Antioch. 18. non diſſimiliter. Hic, inquit, honorẽ ſuſceptum retinere debebit, & ſacerdotio fũgi, ita vt nihil moleſtiæ afferat Eccleſiæ illi, in qua fuerit conſtitutus, ſi receptus expellatur iniquè (pro diſciplina ſcilicet, & catholica cõfeſſione, vel pro defenſione veritatis) nõ prohibeatur in alia Ciuitate immorari, vſque dũ iniuria remediũ accipiat, quinimmò ei, & larga beneuolentia, & humanitas eſt exhibenda. Sard. 21.

De ſua autem Ciuitate, ſeu Eccleſia ad aliã Eccleſiam non transferatur propter multam perturbationem, & ſeditiones, quæ fiunt, 1. Niceni 15. Antioch. 21. Sardicen. 1. & 2. Chalcedonen. 5. Hilarius pp. ad Epiſcopos Tarracon. epiſt. 2. cap. 2. Aquiſgranen. ſub Ludouico pio Imp. 1. cap. 41. ex Nicen. cap. 28. Tributien. ſub Arnolfo Imp. ex Niceno.

Communi tamen vtilitate, atque neceſſitate non libitu cuiuſquam, aut dominatione transferri poteſt. Petrus de Antiochia Romam translatus eſt, vt ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoq; de quadam parua Ciuitate Apoſtolica auctoritate mutatus eſt Alexandriam. Similiter Felix de Ciuitate, in qua ordinatus erat, electione Ciuium propter doctrinam, & bonam vitam, quam habebat communi Epiſcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac populorum conſilio translatus eſt Epheſũ. Anterius pp. in epiſt. ad Epiſc. Prouinc. Bethicæ, & Toletanæ, Euariſtus pp. epiſt. 2. Pelagius pp. 2. in epiſt. ad Benignum Archiepiſcopum, 4. Carth. 27. 3. Apoſt. 14.

Domus Epiſcopi ſit vicina templo, 4. Carth. 14.

Vilem ſupellectilem, & menſam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat, 4. Carth. 15. Trid. 25. c. 1.

Ad hoc inſtituta eſt domus Epiſcopalis, vt ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat, 2. Mantiſcon. 13. peregrinos,

pauperes, debileſque. Euſebius pp. 1. in 1. tomo concil. cap. 6. Turonici tempore Caroli Magni, Rhemenſis 17.

Conuiues ſuos ad comedendum, & bibendum non vrgeat, quin potius ſobrietatis præbeat exemplum. Euſebius idem ibidem.

Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra ſpectacula, non acormatum vaniloquia, non fatuorum ſtultiloquia, non ſcurrilium admittantur præſtigia. Euſebius pp. ibid. c. 4. Turon. tempore Caroli magni, Rhemen. 17.

Sacra lectio ante menſam eius recitetur, per hoc enim, & animæ ædificantur ad bonũ, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur, Euſebius pp. ibid. 3. Tolet. 7. cap. 5. Turon. tempore Caroli magni, Rhemen. 17.

Canes, vel accipitres in domo eius non habitent, Mantiſconen. 13.

Lectioni, orationi, & verbi prædicationi, nõ curę rei familiaris vacet, 4. Carth. 20. Sanctum Euangelium, & epiſtolas B. Pauli non ſolum crebro lectitet, ſed etiam quantum poſſit memoriæ ſtudeat commendare, ſanctorumque patrum opuſcula ſuper eadem deuotè frequenter, cap. 2. Turon. temp. Carol. magn. c. 1. Cabilon. ſub eodem Carol. mag. Rhemen. 14.

Qui enim prædicationis officium ſuſcepit (dicente Paulo, potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes arguere, nullis curis à diuina lectione priuari debet, 4. cap. 11. Tolet. prædicare Euangelium, eſt præcipuum Epiſcoporum munus: proinde hoc, quemadmodum, & inferiores paſtores per ſeipſos facere debent, Conc. Trid. cap. 2. de refor.

Ille ſanè, qui iam hoc honore fungens huiuſcè adhuc ignorantiæ (vt quid doctrinæ gregibus ſubditis exhibeat non inueniat præcomutus) cecitate vexatur, aut ſpontè ſumat intentionem neceſſariam prædicandi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogatur inuitus, 8. Tolet. 2. 2. Lat. 10.

Sollicitè ſtudeat vnuſquiſque gregem ſibi commiſſum ſacra prædicatione quid agere, quiduè vitare debeat informare, c. 4. Turonici tempore Caroli magni.

Quamobrem nulli Epiſcopo liceat canones, aut librum paſtoralem à B. Gregor pp. editum, ſi fieri poteſt, ignorare, in quibus ſe debet vnuſquiſque, quaſi in quodam ſpeculo aſſiduè conſiderare, cap. 3. Turonici tempore Caroli magni.

Habeat etiam quilibet Epiſcopus homilias continentes neceſſarias admonitiones, quibus ſubiecti erudiantur, 1. de fide catholica, prout capere poſſint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorũ: de reſurrectione quoque futura, & vltimo iudicio: & quibus operibus poſſit promereri beata vita, quibuſuè excludi, & vt eaſdem homilias quiſque apertè transferre ſtudeat in vulgarem linguam, quæ facilius cuncti intelligere poſſint, quæ dicuntur, c. 17. Turon. Carolo magno, Rhemen. 15. Trid. ſeſs. 24. c. 4. ſeſs. 25. in decreto de purgatorio.

Si fortè non fuerit in domo ſua, aut infirmus eſt, aut aliqua cauſa exigente non valuerit: nunquam tamen deſit diebus dominicis, aut feſtiuitatibus, qui verbum Dei prædicet, iuxta quod vulgus intelligere poteſt, cap. 25. Maguntiaci ſub Carolo magno, Trident. ſeſs. 5 cap 2.

Quoniam inter cætera, quæ ad ſalutem ſpectant populi chriſtiani, pabulũ verbi Dei per maximè ei noſcitur neceſsarium, quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur, eo quod, non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, 2. Lateran. 10.

Quia tamen ſæpè contingit, Epiſcopus propter occupationes multiplices, vel inualitudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias (ne dicamus defectum ſcientiæ, quod in eis eſt reprobandum omninò, nec de cætero tolerandum) per ſeipſos non ſufficere, vt pro populo verbum Dei miniſtrent, maximè per amplas diœceſes, & diffuſas: generali conſtitutione ſancimus, vt Epiſcopi viros idoneos ad ſanctę prędicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi cõmiſsas vice ipſorum cum per ſe idem nequeant, ſollicitè viſitantes, eas verbo ædificent, & exemplo, quibus ipſi cum indiguerint, congruè neceſsaria miniſtrent, nè pro neceſsariorum defectu compellantur deſiſtere ab incepto, 2. Lateran. 10.

Leo papa 10. ſeſs. 10. tertii Lateranen. Nullus autem tàm clericus ſecularis, quàm cuiuſcunque etiam mendicantium ordinis regularis, aut quiuis alius, ad quem facultas prædicandi, tàm de, &c. item Synodus Trid. ſeſs. 5. c. 2. ſeſs. 24. c. 2. ſeſs. 25. de decreto de purgatorio.

Omnes, qui prohibiti, vel non miſſi, preter auctoritatem ab Apoſtolica ſede, vel catholico Epiſcopo loci ſuſceptam publicè, vel priuatim prædicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis innodentur vinculo, & niſi quantocius reſipuerint, alia competenti pœna plectantur, 2. Lateran. 3.

Propterea damnati ſunt Ioannis Vviclef articuli 14. licet alicui diacono, vel presbytero prædicare verbum Dei, abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ, vel Epiſcopi Catholici, &

Ioan-

Digitized by Google

Ioannis Gulz decimus ſeptimus: Sacerdotes Chriſti, viuentes ſecundum legem eius, & habentes ſcripturæ notitiam, & affectum ad ædificandum populum, debent prædicare, non obſtante prætenſa excommunicatione, & infra. Quòd ſi Papa, vel aliquis prælatus mandat ſacerdoti, ſic diſpoſito non prædicare, non debet ſubditus obedire, & decimus octauus: Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad ſacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi, prætenſa excómunicatione non obſtante.

Cæterùm permiſſus Diaconus id poteſt, vt oſtendit Valdenſe concilium, c. 2.) c. 10. Arelat. ſub Carolo magno.

Epiſcopus vita, habitu, forma & conuerſatione ſanctâ ſuis ſit ſubiectis exemplum, vt iuxta dominicam vocem, Videant opera eius bona, & glorificent patrem Deum, qui in cœlis eſt, cap. 4. Turon. ſub Carolo magno, debêt ſiquidem exempla boni operis primum à pôtificibus procedere 1. Pariſien. 3. 8. Toleta. 4. 11. Toleta. 2. ſeſſione Trident. 14. caput 1. 22. cap. 1. 21. cap. 1.

Quilibet Epiſcopus per ſe, aut per archidiaconum ſuum, vel idoneas perſonas honeſtas bis, aut ſaltem ſemel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres, vel plures boni teſtimonij viros, vel etiam, ſi expedire videbitur, totam vicinam iurare compellat; quòd ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium, vita & moribus diſſidentes, eos Epiſcopo ſtudeat indicare. Ipſe autem Epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos, qui niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint, vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, canonicè puniantur. Si quis verò ex eis iurationem damnabili ſuperſtitione reſpuentes, iurare fortè noluerint, ex hoc ipſo tanquam hæretici reputentur, cap. 3. Lateranenſis 2. Qui verò (ait cap. 4. concil. Mileuitani) negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia in Cathedram vnitatê lucrari, côueniatur à, &c.

Vnaquæque diœceſis (iuxta ordinem antiquæ conſuetudinis) annis vicibus ab Epiſc. viſitetur Tarracon. 8. 4. Toletan. 35. cap. 17. Arelat. ſub Carolo magno Trid. 22. cap. 8. 24. cap. 3. & 10.

Qui circumeundo per parochias, exquirat, quo vnaquæque baſilica in reparationem ſui indigeat 4. Tolet. 35. Tarracon. 8.

Diſcutiat, & presbyteros, quomodo ſacramenta adminiſtrent, & officia in Eccleſia peragant 2. Braccar. 1.

Item conuocata plebe ipſius Eccleſiæ, doceat illam, vt homicidium, adulterium, periurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera vitent, & quod nolunt ſibi fieri, alteri non faciant, & omnium reſurrectionem credant, & diem iudicij, in quo vnuſquiſque ſecundum opera ſua recepturus eſt 2. Braccaren. 1.

Quod ſi ipſe, aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus id explere nequiuerit, presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui & reditus baſilicarum, & reparationes, & miniſtrantium vitam inquirant 4. Tolet. 35.

Et quia Epiſcopo pauperum defendendorum cura incumbit, dum conſpexerit iudices, ac potentes eorum oppreſſores exiſtere, prius eos ſacerdotali admonitione redarguat: & ſi contempſerint emendare errorem inſolentia, regis auribus intimetur, qui eos ab improbitate coerceat cap. 17. Arelaten. ſub Carolo magno.

Cùm vero Epiſcopus diœceſim viſitat, nulli præmultitudine onerofus exiſtat, nec vnquam quinarium numerum euectionis excedat, aut ampliùs, quam vna die per vnamquáque baſilicam remorandi licentiam habeat 7. Tolet. 4. Alex. pp. 3. part. 1. c. 4.

Et præter honorem cathedræ ſuę, id eſt, ſolidos duos aliquid aliud per Eccleſias non tollat 2. Braccaren. 2. 7. Toletan. 4. idem, ſed addit: Monaſteriorum tamen baſilicis, ac ſolutionis penſione ſeiunctis. Vnde liquet, & monaſteriorum fuiſſe viſitatorem. Ticinenſis ſynodus ſub Ludouico Imp. ita loquitur: Epiſcopus quando populum confirmaturus, parochias circuit, archipresbyteros ſuos non grauet, ſed huiuſmodi diſpenſa contentus ſit, Panes centum, friſtringas 4. vini ſeſtaria 50. pullos 7. oua 50. agnum vnum, porcellum vnû, annonam ad caballos modios 6. fœnicorbes, 3. mel, oleum, cera, quod ſufficit capitulo 14. cabilonen. temp. Caroli magni, monet ſimiliter, vt cùm, vel in confirmandis hominibus, vel inquirendis rebus emendatione dignis, vel in prædicatione verbis Dei, lucris animarum, potius, quam deprędandis, ſpoliandiſuè hominibus, & ſcandalizandis fratribus operam det. Sic & Alexander pp. 3. conſtitutionû ſuarum, par. 2. cap. 3. & par. 1. 4. rem totam minutius explicât. Statuimus, inquit, quod Archiepiſcopi parochias uiſitantes pro diuerſitate prouinciarum, & facultatibus eccleſiarum, ut quadraginta, uel quinquaginta euectionis numerum non excedant. Epiſcopi viginti, uel triginta nequaquam excedant Archidiaconi quinque, aut ſeptem. Decani conſtituti ſub ipſis

ſis duobus equis exiſtant contenti. Cum canibus venatorijs, & auibus non proficiſcātur, ſed ita procedant, vt non quę ſunt ſua, ſed Ieſu Chriſti quærere videantur. Prohibemus etiam ne ſubditos ſuos tallijs, & exactionibus Epiſcopi grauare præſumant. Suſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſuperueniunt, vt si manifeſta, & rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cùm enim dicat Apoſtolus: Non debent parentibus filij theſaurizare, ſed parentes filijs, multum lōgè à paterna pietate videtur, si propoſiti ſuis ſubditis graues exiſtant, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris more fouere debent, &c. Sane, quod de prædicto numero euectionis ſecundùm tolerantiam dictum eſt, in illis locis poterit obſeruari, in quibus ampliores ſunt redditus, & Eccleſiæ facultates. In pauperibus autem locis tantam volumus teneri menſuram, vt ex acceſſu maiorum minores non debeant grauari. Hæc Alexander pp. 3. Lateranen. 33. approbatur Alexandri iſtud decretum.

Circumeunte autem Epiſcopo per diœceſim, presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiēdum eum cum collectione, & adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. Synodus Franciæ ſub Zacharia pp.

Epiſcopus clericorum ſuorum teſtimonio viuat, ſecum tam in cella, quam vbicumq; fuerit, comites eos habens 2. Turonici 13 Lucius pp. teſte Damaſo in 2. Pontificali. Francica autem ſynodus ſub Carolo magno duce; preſbyter (inquit) Epiſcopo teſtis aſſiſtat caſtitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius.

Habeant clerici, qui epiſcopo ſeruiant, & eum cuſtodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequētia cohabitationis eijcere. 2. Turonici 14.

Nulla mulier in cubiculo epiſcopi abſque duobus presbyteris, aut certè diaconibus ingredi permittatur, 1. Mantiſcon. 3.

Deo ſacrificans teſte ſecum habeat, & plures quā alius ſacerdos, vtpotè maioris honoris gradu fruens. In ſolennioribus quippe diebus, aut ſeptem, aut quinque, aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, & ſubdiaconos atque reliquos miniſtros ſecū habeat, qui ſacris induti veſtimentis, contrito corde, & humiliato ſpiritu ac prono ſtent, vultu, cuſtodientes eum à maleuolis hominibus, & cōſenſum eius præbeant ſacrificio. Peracta autem conſecratione omnes (hi) communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus, Anacletus pp epiſt. 1. & eſt de conſ. diſt. 1. Epiſcopus Deo Peregrino epiſcopo ſacrificandi locus detur 1. Arelat. 20.

Gentilium libros non legat: hæreticorum autem pro neceſſitate, & tēpore, 4. Carth. 16.

Viduarum, pupillorum, ac peregrinorum gubernationem non ſemetipſum, ſed per archipresbyterū, aut per archidiaconum agat. 4. Carth. 17.

Prouiſioni epiſcopi cauſæ viduarum, & pupillorum ſunt commiſſæ, ideòque eos à iudicibus dilacerari nō ſinat, & a iudicibus non prius conueniantur, quàm epiſcopo ipſi iudices nunciauerint, ſub cuius velamine degunt, 2. Mantiſcon. 12.) Sardicen. 8.) Chalcedonen. 3.

Tuitionem teſtamentorum epiſcopus non ſuſcipiat poſſeſſiones non conducat, ſæcularibus procurationibus non miſceatur, neque vllo turpi, vel inhoneſto negotio victum quærat. 4. Carth. 18.) 3. Carth. 15. Chalcedonen. 3. Viduarum, &c. excipiuntur.

Pro rebus tranſitorijs non litiget prouocatus 4. Carth. 19.

Oeconomum ex proprio clero ſibi conſtituat, indecorum eſt enim laicum vicarium eſſe epiſcopi, & ſæculares in eccleſia iudicare. Si quis autem epiſcopus poſt hac eccleſiaſticā rem aut per laicalem procurationem adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio œconomi gubernandam crediderit verè, vt contemptor canonum, & fraudator eccleſiaſticarum rerum, concilio manebit obnoxius. 2. Hiſpalen 9. inſequens c. 26. concilij Chalcedon. vt & quarti Toletani c. 47.) cap. 5. *Cabylonen.* circa tempora Eugenij pp. 1.) non domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus eam committat Antioch. 25.) Epiſcopi in 2 ſynodo ſub Symmacho pp. Vide Trid. ſeſſ. 22. c. 9.) 24. c. 26.

Res eccleſiæ cuiuſque prouinciæ, ſint in ditione epiſcopi illius prouinciæ, quarum regendi, & diſpenſandi poteſtatem habet. Vrbanus pp. 1. in epi. decretali ad omnes epiſcopos. Gelaſius pp. cap. 11. ep. 2. ad Siculos Antioch. 25. 3. Tolet. 19. c. 14. Cabilio. circa tempora Eugenij pp. cap. 8 Maguntiaci ſub Carolo magno, VVormatien. 6. 46. cap. 4. Maguntien. tempore Arnulphi Imp. vt & c. 6. VVormatien. quod eſt canon ante poſitus ex 3. Toleta. Sic vero primi Aurelian. cap. 17. rem planius exponens, De his quæ parochijs in terris, vineis, mancipijs atq. peculijs quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in epiſcopi poteſtate conſiſtant, idem & 3. Aurelianen. 5. De his tamen quæ in altari acceſſerint, tertia fideliter epiſcopis deferatur, duæ clericis. Vide Trid. ſeſſ. 2. cap. 9.

Ideoq; ſi quis ſub occaſione cōfeſſionis principum eas inuaſerit, principes redarguendi erunt,

erunt,& irrita erit donatio. Nicolaus pp. 1. 12.q.1.De reb. Aruernen.4.4.Aurelianen.24.

Rebus eccleſiæ tanquam commendatis,nõ tãquam proprijs vtatur.4.Carth.31.c.10.Turonen.ſub Carolo magno,c.6.Cabilonen.ſub eodem,& ideo conſanguineos non ditet.Trid. 25.c.1.

Commendatæ autem ſunt, vt debiles,pauperes,viduæ,orphani,& cæteri neceſſitatem patientes à sãcta eccleſia,vt puta à pia matre, & omnium gubernatrice ſubſidium accipiant cap.6.Cabilon.ſub Car.magno,VVormatien. 45.Vrbanus pp.1.ſupra citatus. Gelaſius pp. epiſt.2.cap.1.Arnet.concil.3:Toletan.3.cap.11. Turonici tempore Caroli magni.

Manifeſta autẽ ſint,quæ eccleſiæ cõpetunt, presbyteris,& diaconis illis, qui circa epiſcopum ſunt,vt ipſi nõ ignorent, nec eos aliquid lateat eorum,quæ ſunt propria eccleſiæ,vt cõtigerit epiſcopum migrare de ſeculo, certis exiſtentibus rebus,quæ ſunt eccleſiæ, nec ipſæ collapſę depereant,nec quæ propria probantur epiſcopi,ſub occaſione rerum peruadantur eccleſiæ iuſtum namque, & acceptum eſt coram Deo,& hominibus , vt ſua epiſcopus quib.voluerit derelinquat,& quæ eccleſię ſunt, eidem conſeruentur eccleſiæ,vt nec eccleſia aliquod patiatur incommodum , nec epiſcopus ſub occaſione proſcribatur eccleſiæ, & in cauſis incidant , qui ad eum pertinent,& ipſe poſt obitum maledictionibus ingrauetur. Antiochenſe 24.Apoſt.75.

Ex hoc §.76.patet,vt & ex Chalcedon.22.) Agathen.51.Tarracon.12.Valen.3.4 Aurelia. 12.1 Hiſpalen.1. Braccar.9. epiſcopum ſuas quoque proprias habuiſſe facultates.

Omnis beneficij eccleſiaſtici collator eſt. Vide titulum.Beneficium.

Sciant presbyteri ſe epiſcopo dignitate eſſe ſubiectos.Celeſtinus pp.11.epi.1.c.1.1.Aretalen.19.2.Carth.9.Laodicen. 56.1. Mantiſcon. 10.Synodus Francica ſub Zacheria pp.1. Trident.25 c.6.

Qui ſolus ſacerdotes,& diaconos conſecrat ſeu conſtituit,Gelaſius pp.epi.1.c.8.2. Hiſpalen.5.& 7.8.Tolet.7.

Altare ſolus conſtituit,benedicit,vel vngit, 2.Hiſpal.7.Agath.43.Felix pp.4.c.1.epiſtolæ ſuæ decretalis. 1.Braccaren.37.8.Toletan. 7.) VVormatien.8.

Confirmationis ſacramentum confert, & chriſma conficit. Vide titulos, Confirmatio.§. tertio.& Chriſma.

Virgines conſecrat 2.Carth.3.4.Carth. 11. 2.Hiſpalen.7 eo cõſulto,& presbyter.3.Carth. 36.VVormat.8.

Ioannis VViclef 28. articulus Conſtantiæ damnatus eſt. Confirmatio iuuenum clericorum ordinatio,locorum conſecratio, reſeruãtur pp.& epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis,& honoris.

Pœnitens ſolus publicè in miſſa reconciliat 2.Hiſpalen.7.Vvormatien.8. permittente autem epiſcopo,id facit,& presbyter,Elibertini 32. 3.Carth.32.2.Hiſpalen 7.2.Carth.4. Epiſcopo mortuo ante eorum reconciliationem ſucceſſor id agat,Epaunen.28.

Sedet ſublimior in Eccleſia , & in conſeſſu presbyterorum, intra domum verò collegam presbyterorum ſe eſſe cognoſcat.4.Carth.35. nec adeò arrogans ſit,vt dum ſedet,ſtare presbyterum patiatur.4.Carth.34.

Et quoniam ſcriptum eſt forma eſtote gregi,non vt dominantes in clero exactiones,aut tallias diœceſi ſuę,vel damna non infligat,nec angariis presbyteri, aut diaconi fatigentur, neque in aliquibus indictionibus, nè videatur in Eccleſia Dei exactor potius, quam Dei põtifex nominari,3.Tolet.28.7.Tolet.4, cap.17. Cabilonen.tempore Caroli magni,Alex.pp.3. par.2.c.7.

Diffidentes Epiſcopos , ſi non timor Dei, ſynodus ſaltem reconciliet, 4. Carth.25.aut Epiſcoporum alter aduocet ex alia prouincia Epiſcopum cognitorem,Sardicen.3.aut vtrinque presbyteri ad compoſitionem eligantur, 2.Turon.2 ſi diuerſarum ſunt prouinciarum, inter quos cauſa verſatur ille Primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus de quo contenditur,Mileuitani 24.in ſynodo Chalcedon, act.11.12.13.& 14.hoc obſeruatur.

Poſterior priori non præponatur : hoc eſt prius ordinatus Epiſcopus priorem habeat locum, Agathen. 23. Lucius pp. in epiſt. ad Epiſc.Gall. 1. Braccaren. 24. 1.Anglicani 8. niſi fortè priorem, ſuperbis elatum, & aliud ob crimen, ad locum poſteriorem retruſerit antiſtes,Agath.23.

Epiſcopo dum viuit , quacumque etiam infirmitate correpto alius non ſuperponatur Epiſcopus,Antioch.23.3.Romani 5.Hilarius pp.decreto 4.& eſt 8.q.c.Pontifices. Coadiutorem vocant.

Niſi in eius locum quem culpa deiecerit. 5. Aurelianen.12.Aruernen.concilium. Lite antẽ eo depoſito alter hoc ſubſtituatur, donec lis ipſa finita ſit.Sardicen.4.

Nam quomodo hoc vt te viuente tibi aliũ ſubſtituamus, quod popoſciſti , & ſi voluerimus concedere poſſimus, dum nos homines fragiles exiſtentes , & ſub conditione mortis conſtituti,ignorantes quid ſuperuentura pariat dies , non valentes inueſtigare quis de nobis prior de præſenti ſeculo migret? Sin autem,

tem, & eumdem diuina voluerit clementia poſt tui diem tranſitus ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora qua te de præſenti ſæculo migraturum cognoueris, præſentibus cunctis tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Zacharias pp. ad Bonifacium Epiſcopum epiſt. 6.

Definijt prima Nicena ſynodus, vt nullus paſſim vageque Epiſcopos, aut præſumptiuè laceret, aut accuſet, ſed cui eſt accuſare conceſſum, is prius eos manſuetè conueniat, vt ab eis vulnus vnde agitur, rectè ſanetur, aut aliter accuſans excommunicetur. Epiſcopi Ægypti ac Felicem pp. 2. Idem Felix ad eosdem cap. 2. epiſt. ſuæ 5. Aurelianen. 16. Adrianus pp. in canon. quos collegit.

Accuſator Epiſcopi nullus ſit ſeruus, aut libertus, nulla inſpecta perſona, aut infamis, nullus cohabitantium inimicis. Stephanus pp. epiſt. 2. Euſebius pp. epiſt. 1. ad Orient. epiſc. Sixtus pp. 2. epiſt. 2. Anacletus pp. epiſt. 2. Fabianus pp. epiſt. 2. Pontianus pp. epiſt. 2. Marcellus pp. 1. epiſt. 2. Felix pp. 2. cap. 13. epiſt. 1. Damaſus pp. epiſtol. ad Stephan. Siluerius pp. ad Amatorem Epiſcopum. Pelagius pp. 2. ad Epiſcopos Italiæ, Chalcedon. 21. imò nec laicus, ait Stephanus pp. Sed mutatur hoc Epaunen. 24.

Si enim ſine crimine ſacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accuſari debet, nec ab alijs quàm ab his, qui ſine crimine ſunt. Anacletus pp. epiſt. 2. Carnales ſolent ſemper ſpirituales perſequi, & maleuoli beneuolos infamare, & lacerare, ideoq; Apoſtoli, & ſucceſſores eorũ, ac ſancti patres reliqui noluerunt fieri facilem Epiſcoporum accuſationem: quoniam ſi facilis eſſet, aut nullus, aut vix aliquis modò inueniretur. Stephanus pp. epiſt. 2. Sic Fabianus pp. epiſt. 1. Felix pp. 2. cap. 17. epiſt. 2. Vide Conc. Trident. ſeſſ. 13. cap. 13. cap. 6. 24. c. 5.

Si quis tamen priuatam aduerſus eum adferat querelam, vtpote circumuentus defraudatuſuè ab eo, aut aliqua alia iniuria affectus, in huiuſmodi accuſatione non eſt examinanda accuſatoris qualitas, vel religio, &c. ſin autem Eccleſiaſticum fuerit, quod obijcit, tũc ea cautela adhibeatur, vt ea de re eum nec hæreticus, nec ob crimina ſua eiectus ab eo accuſent, donec de proprio crimine ſeſe, vel purgarint, vel ſatisfecerint. 1. Conſtantinopoli. anni 6. in 1. tomo concil (habetur in libello ſynodicarum conſtitutionum trium primarum generalium,) 3. Carth. 7.

Si tales fuerint accuſatores, qui iuſtè, & canonicè recipi debeant, legitima in ſynodo ſuo in tempore congregata ipſe ab omnibus canonicè audiatur qui ſunt in prouincia Epiſcopos. Felix pp. 2. cap. 17. epiſt. 1. 1. Nicena teſte Iulio pp. 1. epiſt. 1. ad Epiſcopos Orientales. Damaſus pp. in epiſt. ad Stephanum. Adrianus pp. 1. Fabianus epiſt. 3. Vel ſaltem à 12. & à diaconis 3. 2. Matiſco. 9. Secundi Carth. 10. Zepherinus pp. 1. c. 10. Triburien. ſub Arnolpho Imp. & ſecundò Carth.

Accuſator cauſa ad Primatem prouinciæ ipſius deferat, qui deinde reum, vel impetitũ certa die coram deputatis iudicibus euocabit litteris: qui infrà ſpacium menſis ex ea die qua eum litteras accepiſſe conſtiterit, occurret, & comparebit. Quòd ſi probet, non poſſe per occupationes, & neceſſitates præſto eſſe, menſis ſecundus ei conceditur, quo euoluto, donec purgetur non communicet, 3. Carth. 7. hoc inſequens 3. Lateranenſe in ſeſſ. 9. ſanxit; Epiſcopum priuari non poſſe dignitate quocumque inſtante, eadẽ ſi crimina fuerint notoria, diligenterquè partibus auditis cauſa plenariè probata fuerit, niſi ei copia, & facultas legitimæ defenſionis permittatur.

Alijs autem innocentem, alijs verò reum pronunciantibus eum. Metropolitanus tollẽdæ ambiguitati iudices è vicina prouincia conuocabit. Antioch. 14. à quorum ſententia non licebit ei appellare. Antioch. 15. Vide an non contradicat Sardicen. 4. & 7. & titul. Appellare §. 9. & tit. Concilium, §. 3. Nec damnetur niſi teſtibus 72. productis. Zepherinus pp. epiſt. 1. Syluester pp. cap. 3. concil. Rom. 1.

Eiectus ante latam in ſe ſententiam, niſi in ſedem ſuam reſtituatur, reſpondere non debet; quoniam vt inermes cum armatis non poſſunt ritè pugnare, ſic nec ille qui ſuis rebus eſt per eiectionem ſpoliatus, cum alijs litigare ritè nequit, qui in ſuis, & bonis, & amicis fruuntur Damaſus pp. (vt & eius prædeceſſores) ad Stephanum.

Epiſcopi mortui res clerici nè diripiant (ſicut antiquis quoque eſt canonibus Antiocheni 24. conſtitutum:) ſub pœna graduum amittendorum. Chalc. 22. VVormat. 75. citatur Chalced. canon.

Ad eam Eccleſiam, quæ Epiſcopum perdiderit, non niſi vicinæ Eccleſiæ Epiſcopus exequiarum tempore accedat, qui mox atque aduenerit, Eccleſię ipſius curam gerat diſtrictiſſimè, nec quid ante ordinationem (ſucceſſoris) diſcordantium in nouitatibus clericorum ſubuerſioni liceat, deſcribet, inquam, & recenſebit res Eccleſię illius. Hæc autem omnia vſque ad ſeptimam defuncti agat diem. Exinde Eccleſię referens mandatum metropolitani, ſimul cum omnibus S. Epiſcopis ſepe-

Digitized by Google

peliatur. Rhegien. 5.& 6. Quod comprobatur à concilio Valentino Hiſpan. cap. 2.& clarius ibi res ipſa exponitur lib. 3. regiſtri epiſt. 11.

Quam deſcriptionem ab Epiſcopo fieri iubet euocatis presbyteris 2. Aurelian. cap. 6. Ilerdenſe quoque concil. cap. 16. non diſſimiliter adiungit: Is cui domus commiſſa eſt, ſubiunctis ſibi cum conſilio vno, vel duobus fideliſſimis clericis, omnia vſque ad tempus pontificis ſubſtituendi debeat conſeruare, & his qui in domo inueniuntur clericis conſuetam alimoniam adminiſtrare Tarraconen. concil. cap. 12. Sicuti (inquit) defunctus fuerit Epiſcopus inteſtatus, a presbyteris, & diaconibus de rebus ipſius inuentarium fideliter conſcribatur à minimo vſque ad maximum.

Hæres Epiſcopi, eo mortuo, nil de rebus eius abſque metropolitani cognitione vſurpare poteſt, quod rebus Eccleſiæ plena ratio retineatur 9. Toletan. 7.

Epiſcopus qui poſt mortem fratris ad ſepeliendum eum ſolet inuitatus occurrere, infirmum magis, & adhuc in corpore poſitum admonitus viſitare non differat, vt aut de releuatione conſacerdotis amplius gaudeat, aut certè de ordinatione domus ſuæ fratrem admoneat, eiuſque probabilem voluntatem in effectum tranſmittat, ac recedentem a ſæculo, poſt oblatum in eius commendatione ſacrificium *Deo*, mox ſepulturæ tradat diligentiſſimè. Si autem antiſtes repentino obitu deceſſerit, & collimitanei ſacerdotes (vt fieri ſolet) de longinquo minimè adeſſe potuerint, vno die tantum cum ſua nocte exanimatum corpuſculum ſacerdotis maneat, nec ſine fratrum, ac religioſorum frequentia, vel pſallentium excubatione ſeruatum à presbyteris cũ omni diligentia in loco conditum ſeorſum nõ ſtatim humetur, ſed honorificè commendetur donec ſine mora inuitato vndecunque pontifice ſacerdotis corpus ab ipſo, vt concedet, ſolenniter tumuletur, vt & iniuriæ tollatur occaſio; & mos antiquus in ſepeliendis ſacerdotibus obſeruetur. Valent Hiſp. concil cap. 4. Hinc 7. Toletan. cap. 3. fundatur: is verò Epiſcopus (ait 2. Aurelian. 5.) qui defunctum aduenerit ſepelire, præter expenſam neceſſariam nihil pretij pro fatigatione depoſcat.

Epiſtolæ ſynodicæ Romanorum præſulum permaneant in vigore, inquit 3. Toletanum ante cap. hoc ſemper cuſtodierunt patres noſtri, quod eorum præcepit auctoritas, ait 2. Turon. 21. Gelaſius pp. in decreto de apocryphis conſcripto in concilio 70. Epiſcoporum. Conſtitutiones contra canones, & decreta præſulum Romanorum, vel bonos mores, nullius ſunt momenti, ait Adrianus pp. in canonibus à ſe collectis.

Trigeſimus octauus hic Ioannis VVicleſ articulus fuit: Decretales epiſtolæ ſunt apocryphę, & ſeducunt à fide Chriſti, & clerici sũt ſtulti qui ſtudent eas; damnatus à concilio Conſt.

Eſcę nullę ſunt communes, aut immundæ. Eleutherius pp in epiſtol. ad Gallat. prouincias, Vigilius pp. cap. 1. epiſt. ad Eleutherum Braccar. 14.

Cyrillus Ieroſolymit. Epiſcopus catecheſi. 4 Trid. ſeſſ. 25. c. de delectio, Concil. VVormatienſe cap. 64. & 65.

Euangelium cùm canitur ſtent omnes curui, vt illud intentus audiant, & fideliter adorent, Anaſtaſius pp. cap. 1. epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ.

Cauſam cur ab antiquo ante celebrationẽ miſteriorum cani conſueuerit, collige ex titulo: Catechumenus, §. 3. 4. 5.

Euchariſtiæ ſacramentum Chriſtus in vltima cœna inſtituit. Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & 2. & ſeſſ. 21. cap. 1.

In ea eſt vere corpus, & ſanguis Chriſti, adeoque totus Ieſus Chriſtus Deus, & homo. Conc Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & canone 1. Concilium Conſtantienſe.

Hinc ſequitur adorandam eſſe Euchariſtiã, non aliter quàm Chriſtus in propria perſona eſt adorandus, Concilium Trident. ſeſſ. 13. c. 6 & canon. 6.

Materia huius ſacramenti, ſeù id quod conficitur, eſt ſolum panis (ſeu azimus, ſeu fermẽtatus,) & vinum aqua mixtum, Conc. Florent. in decreto ad Armenos, Alexander pp. 1. epiſt. 1. ad omnes, &c. Iulius pp. 1. de conſec. diſt. 2. cap. Cùm omne, 3 Carthag. 24. Aphricanum ſub Bonifacio pp. cap. 4. Antiſiodoren. 8. 3. Braccaren. 1. VVormarien. 4 cap. 19 Triburien ſub Arnolfo Imper. Cyprianus bis epiſt. 3. libri 2. dicit vino aquam à *Domino* mixtã. Idem habet, & illud 3. concil. Carth. cap. 24. cui interfuit Auguſtinus, Concil Trident. ſeſſ. 22. cap 7.

Forma huius ſacramenti, ſunt verba Saluatoris: Hoc eſt corpus meum: & Hic eſt ſanguis meus, &c. prout in canone recitantur: quibus hoc conficit Sacramentum. Eugenius pp in decretis ad Armenos.

Nam ſine verbis illud non confici, antiquiſſimis orthodoxis patribus, pontificibus ſummis tum alijs indubitatum fuit, aſſerentibus, multum honoris deberi ſacerdotibus, quod proprio ore corpus Domini conficiant. Pontianus pp. epiſt. 1. Felix pp. 2. ante cap. 1. epiſt. 1. Damaſus pp. ad Stephanũ. Hie-

ronym. epiſt. ad Heliodorum, cuius initium: Quãto amore. Martinus pp. 11. epiſt. ad Amãdum, Diuus etiam Ambroſius cap. 9. libelli de ijs qui miniſterijs initiantur: In conſecratione diuina, verba ipſa Domini Saluatoris operantur. Nam ſacramentum iſtud, quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. Et Heſychius lib. 6. in Leuiticum, in cap. 22. Auguſt. cap. 4. libri 3. de Trinitate: Quod cum per manus hominũ &c. Atqui nè neſcias quem Chriſti ſermonem putent, ibidem paulò infrà Ambroſius eum recitat; Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt ſanguis meus, Ita & lib. 4. de ſacramentis, cap. 5. Chryſoſtomus quoque ſermone de proditione Iudæ: Non homo eſt (ait) qui propoſita de conſecratione menſæ Domini corpus Chriſti facit, & ſanguinem, ſed ille qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute conſecrantur, et gratia, hoc eſt, ait, corpus meum, hoc verbo propoſita conſecrantur. Et ſicut illa vox, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram; ſemel dicta ſentit omni tempore effectum ad generationem operante natura: ita vox illa ſemel quidem dicta eſt, ſed per omnes menſas Eccleſiæ vſque ad hodiernam diem, et vſque ad Domini Aduentum præſtat ſacrificio firmitatem. Similiter homilia 51. in Matthæum: Qui dixit (inquit) hoc eſt corpus meum, rem ſimul cum verbo confecit.

Pluribus Patrum vetuſtiſſimorum teſtimonijs hoc ipſum aſſeri poſſet, verbis aliquibus, iiſque, quæ deſignata ſunt, corpus Chriſti confici: ſed quoniam ſuſcepti operis non fert hoc intentio, concludemus Chryſoſtomi verbis: Quoniam ergo Chriſtus dixit, Hoc eſt corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus id perſpiciamus. Atque hinc intelligamus, non à Lateranenſi concilio ſecundo Tranſubſtantiationis doctrinam fuiſſe inuentam, ac traditam, ſed in Eccleſia primitiua receptam, & ea perſpicuis Chriſti verbis creditam. In Eccleſia Chriſti corpus, & ſanguis (ait conc. 2. Lateranen. cap. 1.) in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continentur, tranſubſtantialis pane in corpus, & vino ſanguinem poteſtatẽ diuina, vt ad perficiendum miſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Idem inſecutus Martinus pp. 5. in concilio Cõſtantien. iubet, vt inquiratur à ſuſpectis de hæreſi, num hoc credant, damnatique ſunt propterea tres hi articuli Ioannis VViclef

Subſtãtia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis remanent in ſacramento altaris.

Accidentia panis nõ manent ſine ſubiecto in eodem (Euchariſtiæ) ſacramento.

Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identificè, & realiter in propria præſentia corporali.

Poſtea reperitur eadem fides ab Eugenio pp. in ſynodica epiſt. ad Armenos.

De tranſubſtantiatione etiã pulchrè concilium Trid. ſeſſ. 13. cap. 4.

Miniſter, ſeù is qui hoc ſacramentum conficit eſt ſolus ſacerdos ritè ordinatus ſecundum claues Eccleſiæ. Lateranenſ. c. 1. ſub Innoc. 3. Concilium Florentinum, ſeu Eugenius pp. ad Armenos 1. Necen. 14.

Virtus, & effectus huius ſacramenti in anima dignè illud ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtum, ſuſtentatio vitæ ſpiritualis, auctio, reparatio, & delectatio, Concil. Florẽtinum in decretis ad Armenos. Eadem, & plura in concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 2. Et 1. Arauſicani c. 14. monentur energumeni, ſeu malo ſpiritu diuexati, vt omnimodè communicent, ſacramenti ipſius virtute, vel moniendi ab incurſu dæmonum quo infeſtantur, vel purgãdi, quorum iam oſtẽditur (per baptiſmum) vita purgatior, & Auguſtinus lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8. Vir, inquit, tribunus Heſperius, qui apud nos eſt habet in territorio Fuſſalenſi fundum, Zubedi appellatum: vbi cum afflictione animalium, & ſeruorum ſuorum domũ ſuam ſpirituum malignorum vim noxiam perpeti comperiſſet, rogauit quoſdam presbyteros, vt aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent, perrexit vnus, obtulit ibi ſacrificium corporis Chriſti, orans quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio, Deo, protinus miſerante ceſſauit, Vide proſperum in dimidio temp. prædict. & promiſſ. c. 6. & Cyrillum lib. 9. in Ioannem c. 19. & Ambroſ. ſerm. 8. in pſalmum 118 aduerſum, 6.

Ieiunus ſit qui illud accipit, vt ne minimum quid quidem guſtarit, ait Soter pp. de conſ. diſt. 1. Vt illud, & 7. q. 1. Illud diuin. & cap 2. ſeptimi Toletani concil. Vniuerſæ enim placuit Eccleſiæ, vt in honorem tanti Sacramenti priùs in os Chriſtiani corpus dominicum intraret, quàm exteri cibi: ait Aug. cap. 6. epiſtol. 118. Quod, & Tertull. innuat, ad vxorem ſcribens lib 2. Non ſciet (inquit) maritus (infidelis nempè) quid ſecretò ante omnem cibum guſtes. Ambroſius ad verſum 7. pſalmi 118. his aſſentitur. Hæc attendere tum ſynodus Conſtantienſis ſeſſione decimatertia, tum Tridentina.

Iuxta Apoſtoli documentum, probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare, & de calice bibere: vt videlicet abſtinens aliquo

die-

Digitized by Google

diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque ſuam, præparet ſe ad percipiendum tantum ſacramentum, exemplo Dauid, qui niſi ſe faſtus fuiſſet abſtinuiſse ab opere coniugali ab heri, & nudiuſtertius, panes propoſitionis nequaquam accepiſset cap. 46. Cabilonenſis tempore Caroli magni. Pulchra ſunt hac de re in Concil. Trid. ſeſs. 1. cap. 7. & canon. 12.

Vbi pars eſt corporis, ibi eſt, & totũ, eadem ratio eſt in corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præceſſit, De quo dicitur. Qui plus collegerat, non amplius habuit, neque qui minus parauerat, habuit minus. Non enim eſt quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritualis. Hilarius pp. apud Gratian. diſt. 2. Idem, ſed clarius tradit vetuſtus author homiliarium, ſub nomine Euſebij Emiſseni excuſsarum Louanij, Anno 1560. Homilia quinta de Paſcha, inquiens: Qui tunc latuit præfiguratus in manna, fit tibi manifeſtatus in gratia, &c. & infrà. De manna, vt veteris narrat hiſtoria, nec qui plus collegerat, amplius; nec qui minus parauerat, repetit minus, eo quòd Eucharistiæ ſacra perceptio non in quantitate, ſed virtute conſiſtat, quod corpus ſacerdote diſpenſante tantum eſt in exiguo, quantum eſse conſtat in toto, quod cum Eccleſia fidelium ſumit, ſicut plenum in vniuerſis, ita integrum eſse probatur in ſingulis, etc. Conformiter, et Paſchaſius contra Berengarium c. 14. de manna ait: Si quis ex eo non, etc.

Conc. Trid. ſeſs. 13. c. 3. Veriſſimum eſt, etc. Concil. Florent. in decreto Armenis dato. Vide D. Ioannem Heſsels à Louanio, lib. de communicatione ſub vnica.

Non itaque nouum, et priſcis ignotũ dogma Conſtantienſi ſynodus tradit, vbi Martinus quintus in ea præcipit, vt à ſuſpectis de hæreſi petatur, vtrum credant, et aſſerãt, quod facta conſecratione per ſacerdotem, ſub ſola ſpecie panis tantum, & præter ſpeciem vini ſit vera caro Chriſti, & ſanguis, & anima, et Deitas, et totus Chriſtus, ac idem corpus abſolutè, et ſub vna qualibet illarum ſpecierum ſingulariter. Poſtquam ſynodum Eugenius pp. in concilio Florentino ſimiliter Armenus ſcribit: Totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini: ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ, et vini conſecrati ſeparatione facta totus eſt Chriſtus. Hæc Eugenius in epiſtola illa ſynodica. Diuidi enim, et ſeiungi, ait Cyrillus lib. 11. in Ioannẽ ad illud capitis 17. Non pro his tantum Chriſtus non patitur, ſeu, vt verbis Apoſtoli vtar, Chriſtus reſurgẽs ex mortuis, iam nõ moritur

Sic vera eſt, & illa Diui Ambroſij ſententia non vno loco ab ipſo prolata; vbi corpus Chriſti, ibi Chriſtus eſt. Itẽ illa Auguſtini in procemio pſalmi 33. Ferebatur Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuũ ait. Hoc eſt corpus meum.

Viaticum communi nomine Euchariſtiam vocarunt veteres, Ancyrani 6. 1. Nicen. 12. 4. Carth. 77. & 78. Innocentius pp. 1. epiſt. 3. 2. Agathen. 15. 1. Arauſ. 3. Valen. 2. Aurel. 6. & 24. Sixtus pp. 3. cap. 1. epiſtolæ ſuæ, 11. Tolet. 11. 12. Tol. 1 Vvormat. 30. Vide titulum, Communionis nomine, §. 2.

Mortuis dari non debet, 3. Carth. 6. Antiſiodoren. 12. Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 8. Demum autem paterno affectu, &c. vſque ad finem.

Sacrificium altaris non in ſerico panno, aut tincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo, vel linteo ab Epiſcopo conſecrato. terreno ſcilicet lino procreato, atque contexto, ſicut corpus domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum fuit. Euſebius pp. 1. apud Gratian. de conſec. diſt. 1 Syluèſt. pp. 1. vt reſtatur Damaſus in Pontificali.

Corpus Domini in altari, non in armario, ſed ſub crucis titulo componatur, 2. Turon. 3. circa temp. Pelag. pp. 1. 2. Lateran. cap. 20. ſub Innoc. pp. 3. Euchariſtia, inquit, ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruetur, vt non poſſit ad illam temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda.

Sic antè concilium Antiſiodoren. c. 36 pro honore debito tantæ rei, prohibet ne nuda manu eam mulier accipiat, & Gratianus de conſ. diſt. 2. citat. tañquam tertii Arelatenſis. Qui non benè cuſtodierit ſacrificium, & mus, vel aliquod aliud animal comederit illud, 40. dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in Eccleſia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, 30. dies pœniteat, Apud eumdẽ Gratian. de conſ. diſt. 2. vt Pii pp. 1. refertur decretum c. ſi per negligentiam.

De exceptionibus. Alex pp. 5. par. 42.

Aſſeruatio euchariſtiæ non hinc modo, ſed etiam ex §. 9. & tit. Miſſa. §. 4. longe ante vſitata fuiſſe probatur, quam efficaciſſimè. Concil. Trid. ſeſſ 23. c. 6. Conſuetudo, &c.

Quod Euchariſtia ſit ſacrificium noui teſtamenti, vide inferius in titulo Sacrificium.

Eunuchus an ad clerum promoueri poſſit. Vide §. 14. tituli Clero adſcribi.

Euphraia hæreticus (contra quem coacta eſt ſub Iulio pp. 1. Coloniẽſis ſynodus) docuit Chriſtus non eſſe Deum.

Exactores quos non deceat eſſe. Vide §. 84. tituli Epiſcopus.

Excommunicatione homo è cœtu, & communione fidelium eiicitur, dicente Apoſtolo ad Corinth. Auferte malum ex vobiſmetipſis. Quod ſe aliis feciſſe,dicit, Tradidi, inquiens, eos (Hyminæum,& Alexandrum) Satanæ,vt diſcant non blaſphemare. Vide Trid. 25. c. 3.

Epiſcopi ſententiam time, vel iniuſtè latã. Vrbanus pp.in epiſt.decretali, & Gregor.pp. 1.c.28.lib.19.Moralium.

Foris autem,& extra ouile Domini poſitus, periculis omnibus exponitur, deuorandus luporum dentibus,atque vexandus. Innocẽtius pp.1.epiſt.25. Hieronymus epiſtola ad Heliodorum,cuius initium. Quanto amore e' ectus, inquit,de eccleſia, tabido dœmonum ore diſcerpitur.Auguſtinus quoque epiſtola 75. ad Auxilium.Spiritalis pęna,inquit,qua fit, quod ſcriptum eſt: Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt & in cęlo: animas obligat,& illud,quod ait Dominus: Si nec Eccleſiam audierit, ſit tibi tamquam ethnicus,& publicanus: grauius eſt,quam ſi gladio feriretur, & flammis abſumeretur,ſi feris ſubiũgeretur.Nam ibi quoque ſubiunxit, Amen dico vobis: quæ ligaueritis ſuper terram,erunt ligata & in cœlis, vt intelligeretur,quanto grauius ſit punitus,qui velut relictus eſt impunitus,& infra: Ecce ab hominibus non reddentibus malum pro malo alligatur homo amarius, & infelicius eccleſiæ clauibus,quam quibuslibet grauiſſimis, & duriſſimis,& ferreis, vel adamantinis nexibus. Hæc Auguſt.Cyprianus epiſt.12.lib.1.Interfici Deus iuſſit,&c. Meritò ergo blaſphema Ioãnis Vviclef ſententia à ſynodo Conſtantienſi damnata eſt: Excommunicatio pp. vel cuiuſcũque prælati non eſt timenda, quia eſt cẽſura Antichriſti.Alexander pp.par.13.c.5.excõmunicatio vetat dari chriſtianam ſepulturã.

Modus,& forma excommunicationis apud Gratian.eſt 11.q.12. canonica. ſub nomine concil. Arauſicani.Canonica inſtituta, & ſanctorum Patrum exempla ſequentes. Eccleſiarum Dei violatores,authoritate Dei, & iudicio ſancti ſpiritus à gremio ſanctæ matris eccleſiæ,& à conſortio totius chriſtianitatis eliminamus, quouſque reſipiſcant, & eccleſiæ Dei ſatisfaciant. Quod inſinuat Innocentius pp.1.epiſ.26.dicens.Iubemus ſanè,quia Chriſtus Dominus noſter,&c.

Vide 1.Pariſien.7.& Adrian.pp.1.in canonibus ab eo collectis, vt laici contemptores canonum,&c.

☞ Hinc colligitur triplex fructus excommunicationis.

Primò,honor Dei,vnde Apoſt.1.Timoth.1. quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.

Secundò, qui alias emendari non poteſt, tanto ſuo malo commotus erubeſcat, & ad veram pœnitentiam redeat, & ſaluus ſit ſpiritus eius in die Domini Auguſt.cap.15.de cor. & gratia,1.Turon.8.Auguſt. quoque cap.3.libel.de fide, & operibus. Plerumque deſpicit errare,ait Innocentius pp.1.epiſt. 26. cui nemo conſentit.

Tertiò,ne ſicut caro morbis emortua,ſi abſciſſa non fuerit,ſalutem reliquæ carnis putredinis ſuæ contagione corrumpit, ita is, qui emundari deſpicit,& in ſuo morbo perſiſtit, ſi moribus deprauatis in ſanctorum ſocietate permanſerit,eos exemplo ſuæ perditionis inficiat.Proſper.lib.2.de vita contẽ.cap.7. Innocent pp.1.epiſt.25.initio.Ac,ſi id manens,ait, &c.Ipſi enim putabunt eum rectè ſentire, quẽ adhuc viderint in Eccleſia perdurare. Innoc. pp.1.epiſt.25.& epiſt.26.1.Turonen.8.

Excommunicationẽ paruipendentes oportet per ſeculares potentiæ diſciplinam ab illicitis coerceri,cap.41. Turonenſis ſub Carolo magno. Et ſi obſtinato animo defuncti fuerint, nos illorum cauſam,iuxta B.Leonis prędeceſſoris noſtri ſententiam, diuino iudicio reſeruantes, quibus viuis non communicauimus, mortuis non communicamus.Gelaſ. pp.decr. 1.vt eſt in conſtitutio,Alexandri pp.3.pat.31. cap.6.

Nullus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro paruis,& leuibus cauſis à communione ſuſpendat,Agath. 3. 5. Aurelian.2. Vvormatien.13 1.Lateran.47.

Nec puſillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet ſuo vitio eum ea pœna afficiat, 1.Niceni 5. 2.Lateran.49. Vt prælatus ergo nequeat ſine cauſa grauare ſubiectos, ipſe nõ niſi canonica commonitione præmiſſa excõmunicationis ſententiam proferat in ſubiectos,niſi fortè talis ſit culpa,quæ ipſe generſuo excommunicationis pęnam inducat. Alexander pp.3.par.1.cap.2. Sic 2.Lateran.47. Competens commonitio præmittatur præſẽtibus idoneis perſonis,per quas ſi neceſſe fuerit,poſſit probari monitio. Contrarium præſumens,etiam ſi iuſta fuerit ex cauſa ſententia, ingreſſum Eccleſiæ per menſem vnum ſibi nouerit interdictum,alia nihilominus pęna mulctandus. Cum conſtiterit iniuſtè quempiam fuiſſe excommunicatum excommunicator condemnetur,excommunicato ad intereſſe, aliàs nihilominus,ſi culpæ qualitas poſtulauerit,ſuperioris arbitrio puniendus,cum non leuis ſit culpa tantam infligere pœnam inſonti, niſi forſan errauerit ex cauſa probabili, 2. Lateran.47.ibidem plura.

Pœnam autem excõmunicationis ipſo gene-

nere ſuo inducit violenta manuum iniectio in monachos, ſeu viros cuiuſcunque religionis, aut iubere id fieri, Alexãder pp.3.par. 14.c.3. & in clericos idem ibid.cap. 5. Si tamen quis turbam arcendo irruentem non ex deliberatione, ſed caſu id perpetret, reus huiuſcè peccati non erit, neque vim vi repellat inuaſus ab illo. Alexander ibid.cap. 10. aut ſi in manus iniiciat cum vxore, matre, vel ſorore, vel filia ſua propria turpiter inuentum. His abſolutionis beneficium impendit ſola ſedes Apoſtolica, Alexander ibid.cap.8. tamen excipiuntur monachi id ſibi mutuo hoc facientes, & abbatis rigori ſubduntur, & cap.13. alius caſus ponitur.

Excommunicatus ſi appellet, ante abſolutionem non eſt audiendus, Alexander pp. 3. par.31.cap.4.

Presbyter ab Epiſcopo ſuo correptus, aut excommunicatus (ſuo quidem iudicio iniuſte) debet apud vicinos Epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per eos ſuo Epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſe ſecundũ ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens ſecernendum Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat, 2.Carth 8. Vvormatien. *66*.

Excommunicatus non recipiatur ab alijs ad communionem, donec cauſa eius iuſtè ſit examinata Calixtus pp.epiſ. 2.ad omnes Gel. Epiſcopus, 1.Nicen. 5.Elibert.53. 2.Arelat.8. Sardicen.17.Aquiſgranen.42.

Non, inquam, cum eo in oratione quiſquam communicet, Calixtus pp.1.ibidẽ, Fabianus pp. epiſt.1. 4.Carth.73. Apoſt.11. quoniam Eccleſiæ non participat in oratione, Antioch.

Neque in cibo, aut potu, Calixtus pp. ibidẽ, 1.Tolet.15 Antiſiodoren.38.& 39.

Non in oſculo, Calixtus pp.ibid.

Neque ei quiſquã colloquatur, Fabianus pp. epiſt. 1. 1.Toletan.15.Antiſiodoren.39.

Neque cum eo quis per domos ingrediatur, Antioch.2.

Pecuniã ſcienter nemo ei accomodet, Alexander pp.3.par.31.c.*6*.

Recipiens eum in communionem reus eſt fraternitatis, & ideò cauſam reddet in concilio prouinciali Elibert 53. 2.Arelaten.8. Sardicen.*16*. 1 Arauſ.11.

Immò cõmunione, & ipſe priuetur, tanquã, qui regulam confundit Eccleſiæ, Antioch. 2. 2.Carth.7.Apoſt 10.4.Carth.73. 1.Tolet.12. & 15.Antiſiodoren.39.1.Braccaren.33.1.Pariſien.7.Cæſarauguſt.5. 2.Turon.8. Eugenius pp.2.c.1. c. 2. Triburien. ſub Arnolfo Imp.

Canones de eo loquuntur, qui ſcienter excommunicato communicat.

Ad vitanda tamen ſcandala (inquit Leo pp.10.ſeſſ.11.tertii Lateranenſis) & multa pericula, ſubueniendumque conſcientiis timoratis, ſtatuimus, quod nemo deinceps à communicatione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut alis quibuſcunque diuinis, vel extra, prætextu cuiuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ eccleſiaſticæ, ſeu ſuſpenſione, aut prohibitionis ab homine, vel à iure generali, promulgatæ teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, vel interdictum Eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, vel cenſura huiuſmodi fuerit, vel contra perſonam collegium, &c. à iudice publicata, & denunciata ſpecialiter, & expreſsè, aut ſi notorie in excommunicatione ſententiam conſtiterit incidiſſe, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut aliquo iuris ſuffragio excuſari, eum à communione illius abſtinere volumus, iuxta canonicis ſanctiones.

Excommunicatus, alterum non poteſt excommunicare, Nicolaus pp.1. ad Michaelem Imperatorem, quod ille probat, ex epiſt. Celeſtini pp.

Maioris, & minoris excommunicationis mentio, videtur fieri Venetici concil.c.3.

Exempla boni operis, vide §.52.tituli Epiſcopus.

Exorciſta nullus eſt, niſi ab Epiſcopo ordinatus, Laod.26.Felix pp.4.in fine, cap.1.epiſ. ſnæ.

Cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: Accipe, & cõmenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenũ, ſiue catechumenũ, 4.carth.7 Aquiſgranen.4.

Tertio die ſuſceptos hæreticos adiurarentur inſufflando in faciem, & aures, 1. conſtantinop.7.

Expoſiti fuerunt, & olim homines, & collecti ab Eccleſia, 1.Valen.*6*.

Fama, & conſcientia duæ res ſunt. Conſcientia tibi, fama proximo tuo neceſſaria eſt. Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famam ſuam, crudelis eſt, maximè in eminẽtiori (Epiſcopatus) loco poſitus, de quo dicit Apoſtolus ſcribens ad diſcipulum ſuum: Circa omnes teipſum bonorum operum præbe exemplum, Auguſt.ſermone qui 112.capite concili Aquiſgranenſis, ſub Ludouico pio Imp.1.citatur.

Facultatũ eccleſiæ diuiſio §.38.tit.Eccleſia.

In facundiæ donibus ſæpè pauper inuenitur vena prędicãtis, & è diuerſo, theſauros cordis

irra-

irradias in egeſtate verborum, Symmachus pp.ad Laurentium epiſc.

Falſum teſtimonium dicens,quam mereatur pęnam. Vide in titulo Teſtimonium.

Falſarius clericus,Vide §.1.& 3.tituli.Crimen capitale.

Famis tempore aut cuiuslibet neceſſitatis vnuſquiſque ad ſe pertinentes pro viribus ſuis gubernare ſtudęat,c.14.Arela.ſubCarolo magno.

Famoſus libel.titulo Liber.

F

FAtali ſigno nec anima,nec corpus adſtringitur,1.Braccaren.9.cōtra Priſcillianum.

Si quis duodecim ſigna,ideſt, ſydera(quæ Mathematici obſeruare ſolent) per ſingula animæ,vel corporis membra diſſipata credit, & nominibus patriarcharum adſcripta dicūt, ſicut Priſcillianus dixit,anathema ſit.1.Braccar.10.

Arietem(ait auguſt.cap.8.epiſt.119.)appellant quēdam ſyderum locum, vbi reuera mēſe nouorum Sol inuenitur.

Fermentum die dominico ſibi mutuò miſſa ſit olim,Innocen.pp.1.c.5.epiſt.1.
Vide bullam Vrbani 8.

Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt,diem dominicam Paſchæ cum omni honore,& ſobrietate venerari:ſimiliter feriam ſecundam,tertiam,& quartam, diem Aſcenſionis Domini pleniter celebrare,item Pentecoſten ſimiliter,vt Paſcha.In natali apoſtolorū Petri,& Pauli diem vnum Natiuitatem S. Ioānis Baptiſtæ,Aſſumptionem S.Mariæ.Dedicationis S.Michaelis:Natiuitatem S. Remigij S. Martini S.Andreę.In natali Domini dies quatuor.octauas Domini,Epiphaniam Domini, Purificationem S.Mariæ, & alias feſtiuitates Martyrum,vel Confeſſorum obſeruari decreuimus,quorum in vnaquaque parochia ſancta corpora requieſcunt.Similiter etiam dedicationem templi.c.36.Maguntiaci ſub Carolo magno.) Ticinienſis ſynodus ſub Ludouico Imper.Per ſingulas parochias(inquit) eas feſtiuitates populus obſeruare ſtudeat, quas proprius eorum epiſcopus venerari prædicauerit,neque inani ſuperſtitione eas celebrare præſumant,quę nequaquam ſunt obſeruandę.

Sine tripudijs autem,& ſaltationibus celebretur,3.Tolet.23.)c. 19. Cabilonen.circa temp.Eugenij pp.1.)Auguſtinus epiſt.64.

Cum Iudæis,ſeu Iudaica feſta,non celebremus Laod.37.)4.Carth.89.

Nec cum paganis,Laodic.39.)10.Toletan. 1.eſt quoddam in Hiſpa.priuatum feſtum annunciat.B.Virg,die 8.ante Domini natiuitatem.

Fides,qua in Deum credimus, eſt donum Dei nō tantum quoad ipſius augmentum,ſed & quoad ipſum initium. Vnde ſi quis(inquit c.5.cōcil.2.Arauſ.)ſicut augmentum, ita etiā initium fidei, nempè ipſum credulitatis affectum (quo in eum credimus,qui iuſtificat impium,& ad regenerationem baptiſmatis peruenimus) non per gratiæ donum,ideſt,per inſpirationem ſpiritus ſancti, corrigentem voluntatem noſtrām ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, ſed naturaliter nobis ineſſe dicit,Apoſtolicis dogmatibus aduerſarius approbatur,B.Paulo dicente: Cōfidimus, quia qui cœpit in nobis opus bonum,perficiet vſq; in diē Domini noſtri Ieſu Chriſti, & illud: Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis,ſed etiam vt pro illo patiamini, & gratia ſalui facti eſtis per fidem, non ex vobis: Dei enim donum eſt.Qui enim fidem,qua in Deum credimus,dicūt eſſe naturalem,omnes eos, qui ab Eccleſia Chriſti alieni ſunt, quodammodo fideles eſſe diffiniunt. Vide conc.Trid.ſeſſ.6.c.7.

Fides quonam modo iuſtificet ſecundum ſcripturam,conc.Trid.ſeſſ.6.cap.8.& 9.item canon.9.& 12.

Fides ſpecialis hæreticorum exploditur, ibid.cap.9.12.& 13.item cano.13. & ſequentibus.

Fides non amittitur quolibet mortali peccato,eadem ſeſſ.c.15.

Fidelitatis iuramentum Eccleſiaſticus laico præſtare non cogatur,2.Lateran.43.

Ad fidem ſuſcipiendā cogere infideles,non iudicat expedire,4.Tolet.56. Vide Aug. epiſt. 50.Ita enim.

Fidem Trinitatis habes in titulo Trinitas.

Fideiuſſor,qui religioſus eſſe poſſit, titulo Monachus.

Fidelis coniux infidelem poteſt dimittere. Vide titulum,Matrimonium.

Filium Dei cum patre æqualitatem aſtruit. Felix pp.1.epiſt.3 ad Benig. Marcellinus pp. 1.epiſt.ad Salomonem,Anacletus epiſt. 2. Higinius pp.epiſt.1.Ioan.pp.2 epiſt. ad Valeriū Epiſcopum.

Ipſe ſolus,non Pater, non Spiritus ſanctus eſt incarnatus,iidem pontifices, & ſymbolum concilii Toletani 6.

Secundum hoc,id eſt,in aſſumpta natura humana,minor eſt Patre,iidem Pontifices.

Eius duæ ſunt natiuitates, vna eius ex patre ante ſecula,altera ex virgine, in tempore, 5 conſtantinop.2. Vide titulum,Chriſtus.

Vnus idem ipſe, & miracula fecit, & paſſus

paſſus eſt, 15. Conſtantinop. 3.

Filios ſuos Pater enutriat, & ad pietatem diuini cultus informet, ſub ana hematis pœna, Gangren. 15. & à poteſtate ſua per mancipationem exire non ſinat, niſi de moribus eorum, & ætate fuerit ſecurus, vt poſſint ad eos propria iam pertinere peccata, 3. Carth. 14.

Filii viciſſim reuerentiam debitam dependant patentibus, nec prætextu diuini cultus ab illis abſcedant, nihil in poſterum de eis ſolliciti. Gangren. 16.

Filios, paterna perfidia non exhæredet, 4. Tolet. 60.

Fœminæ non cohabitantes clericis nominantur, § 5. tituli, clericorum nomen.

Formatæ, quantum mentio fit ſubinde in canonibus, vocantur canonicæ epiſtolæ, quæ peregrinaturo dabantur, Antiocheni 8. Laodic. 41.

Fornicationis ſpecies varias, vide apud Nicolaum pp. titulo 19. reſcriptorũ eius, & c. 43 Triburienſis ſub Arnolfo Imper. & Alexandrum pp. 3. par. 12.

Fornicationis accuſans clericum duo, vel tria teſtimonia producat, 2. Braccar. 8.

Fornicatus presbyter. Vide tit. Presbyter.

Fraus, vel dolus nulli patrocinium præſtare debet, Alexander pp. 3. par. 19, c. 3.

Francorum in religione animos frigidiſſimos deplorat, Bonifacius ad Zachariam pp. ſub Carolo magno.

Fratricidæ, titulo: Homicidium.

Fuga in perſecutione, vide tit. Perſecutio.

Furti conuictus clericus degradatur, 3. Aurel. 8.

G

GErmanis circa Rhenum agentibus euangelium prædicauit Bonifacius Epiſcopus cò miſſus à Gregorio pp. 2. vt patet ex epiſt. Gregorii ipſius, & epiſt. 8.

Hi euangelii fide, nec dum illuminati, tamen erant moribus beluinis, vt agreſtem caballum comederent, immò plerique, & domeſticum, ad immolandum ſua paganis vendebant mãcipia. Teſtis eſt Gregorii pp. 2. epiſtola vltima. Zacharias etiam ad eũdem Bonifacium epiſtola quinta, prohibet ne amplius equos ſyluaticos comedant, vel lardum igne non coctum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c. in lætis canatur, 4. Toletan. 15. Valen concil. canone 5 contra dicentes, ab æterno Filium cum Patre non fuiſſe, iubet vt cum priore verſu ſemper addatur, & poſterior. Sicut erat in principio, & nunc, &c. 4. Toletani 14. iubet vt non ſolum, Gloria, ſed Gloria, & honor Patri, & Filij, &c. canatur, iuxta illud Apocalypſis, 5. Honor, & gloria Deo, &c. Ier. petit à Damaſo pp. Romæ can. Gloria Patri.

Gradus in quibus matrimonium non contrahitur tit. Matrimonium.

Gratia Dei in qua iuſtificamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, non ad ſolam remiſſionem peccatorum iam commiſſorum valet, ſed etiam in adiutorium, quo fit vt non committantur, cap. 3. Mileuitani concilij, quod plenariam fuit Aphricæ concilium.

Gratia Dei præueniens in iuſtificatione. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5.

Non quia per eam reuelatur nobis, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus: ſed quia per eam præſtatur nobis, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, & valeamus, Mileuitani 4.

Gratia Dei bona iuſtorum opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur, adeò vt ſine illa nullo pacto Deo grata, aut meritoria eſſe poſſint Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 16. Titulũ hunc de gratia legere oportet cum titulo: Liberum arbitrium.

Quod niſi nobis præſtet, non difficiliùs quidem quam cum ille, ſed nequaquam faciemus, quod iam faciendum cognouimus. Mileuitani 5. Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cano. 2.

Facit hæc gratia in nobis ipſum credulitatis affectum 2. Arauſic. 5. Vide titulum Fides.

Si quis dicit gratiam Dei non facere, vt innocetur à nobis, cõtradicit Iſaiæ prophetæ, 2. Arauſ. 3.

Facit eadem gratia, ſeu Spiritus ſancti in nos effuſio, vt à peccato purgari velimus 2. Arauſ. 4.

Diuinitus per infuſionem, & inſpirationem ſancti ſpiritus in nobis fit, vt credamus velimus, deſideremus, conemur, laboremus, vigilemus, ſtudeamus, petamus, quæramus, pulſemus ſicut oportet, dicente Apoſtolo: Quid habes, quod non accepiſti? & Gratia Dei ſum, id quod ſum 2. Arauſ. 6. Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cano. 3.

Gratia ſua iuſtificatos nõ deſerit Deus niſi deſertus, Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. ex Auguſt. c. 26. de natura, & gratia. Vide proſperum reſpon. 7. ad obiec. Vincentianas, & reſpon. 7. ad capitula Gallorum.

Per naturæ vigorem nullum bonum quod ad ſalutem pertinet vitæ æternæ cogitare aut eligere, ſiue ſalutari prædicationi conſentire poſſumus abſque illuminatione, & inſpiratione Spiritus ſancti, dantis ſuauitem in conſentiendo, & credendo veritati, dicente Domino:

Digitized by Google

no: Sine me nihil poteſtis facere, & Apoſtolo: Non quòd idonei ſumus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt,2.Arauſicani 7.

Ad gratiam baptiſmi nemo ſine miſericordia Dei venire poteſt. Qui ergo aliquos miſericordia, alios verò per liberum arbitrium eo venire poſſe contendit, à recta fide probatur alienus,2.Arauſic.8.Totam materiam de gratia pluribus ijſquè inſignibus ſententijs tractat ſecundum concilium Arauſ. conſequẽter poſt caput octauum.

Hæc gratia Chriſti (de qua, §.prædictis) quotidiana eſt, inquit Innocentius pp. 1. epiſt.25.

Gratia Dei non modo per infidelitatem, ſed per quoduis etiam mortale peccatum amittitur. Synodus Trident. ſeſſ.6. cap. 15. & cano.23.

Si quis dixerit, gratiam iuſtificationis non niſi prædeſtinatis ad vitã contingere, reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, anathema ſit.Conciliũ Trid.ſeſſ.6.cano.17.

Græci quantum Eccleſiæ faceſſerint negotij,& errorum feraces fuerint,vt aliunde,ita & ex epiſt. Gelaſij pp. ad Fauſtum magiſtrum patet.item ex epiſt.Martini pp.1.ad Amandũ. & ex epiſt.1.ſextæ Conſtantinopolitanæ ſynodi 2.Lateran.4.

H

HAbitus ſingulorum ordinum idcircò in Eccleſia ab inuicem diſcreti ſunt,vt his viſis,cuius propoſiti ſit geſtãs, vel in qua profeſſione Domino militet, liquidò cognoſcatur.cap.125. Aquiſgranen.

Hæreſi ingenium, nouitatis auidum, & vetuſtati ſanctiſſimæ inimicum,cognoſcere licet ex epiſtola concilij Gãgrenſis, vbi Euſtachius damnatur,& ex act.1. Conſtantinopolitani 5. & 6. Conſtantinopolitanæ act.8. dicitur; Non congruit, orthodoxis circum trũcatas ſanctorum Patrum voces deflorare. Hæreticorum potiùs proprium hoc eſt.

Hæreticos dicimus partim eos(inquit cap. 6.1.Conſtantinopolitani)qui iam olim ab Eccleſia excluſi ſunt,partim eos qui poſtea à nobis execratione, ac deteſtatione reiecti atque repulſi ſunt, præter hos autem, eos quoque, qui ſimulant quidem ſe profiteri ſanam rectãue fidem, ſegregauerunt autem ſeſe, & conuenticula habent contra canonicos noſtros Epiſcopos. Citatur iſtud à Nicolao pp. 1. in epiſtola, ad Michaelem Imperat. & hi canones ſunt in libello inſerto primæ Epheſinæ ſynodo.

Cœtus eorum non Eccleſia,ſed conciliabulum eſt 4.Carth.71.

Cum eis orare non licet. Laodicen. 33. 4. Carth.72.

Eis non concedatur ingreſſus domus Dei. Laodicen.6.

Eos in domibus ſuis, vel in terra ſua nemo foueat,aut teneat, vel negotiationem cum eis exerceat, ſub anathemate. Alexander pp. 3. part.1.c.27.Vide Mileuit.cap.23.

Conuiuia, & ſodalitates eorum clericus euitet.4.Carth.70.& Anaſtaſ.pp.1.c.3.epiſt.1. ſi minus,vapulabit ſi minor ſit clericus,ſi verò ſuperioris loci(Subdia diac.ſacerd.vel Epiſc.) anni ſpatio pacem Eccleſię non habebit.Epanen.15.

Si totus correctus eſt mundus (inquit Gelaſius pp. ad Anaſtaſium Auguſtum) prophana patrum ſuorum (gentilium idolatrarum) traditione deſpectâ, quomodo non corrigatur vnius ciuitatis populus,ſi prædicatio fidei ſuccedat? Ergo glorioſe Imperator, nolo ego Eccleſiarum pacem, quam etiam ſi cum mei ſanguinis impendio prouenire poſſet, amplector?Sed precor te,cuiuſmodi debeat eſſe pax ipſa,non vtcumque,ſed veraciter Chriſtiana mente libremus.Quomodo .n. poteſt eſſe pax vera, cui charitas intemerata defuerit? charitas autem qualiter eſſe debeat, nobis euidẽter Apoſtolus prædicat, qui ait. Charitas de corde puro, & conſcientia bona, *et fide non ficta*. Quomodo quęſo te de corde erit puro, ſi contagio inficiatur externo?quomodo de cõſcientia bona, ſi prauis fuerit maliſquè commixta? quemadmodum fide non ficta, ſi maneat ſociata cum perfidis. Quę cum à nobis ſępe iam dicta ſint neceſſe eſt tamen inceſſanter iterari, et tamdiù nõn tacere, quamdiù nomen pacis obtenditur, vt noſtrum non ſit (vt inuidioſè iactatur) facere pacem, ſed talẽ velle ducamus, qualis et ſola pax eſſe, et præterquam pax nulla eſſe monſtratur. Idẽ paulò infra: Legibus certè veſtris criminum conſcii, ſuſceptoreſquè latrocinantium pari iudiciorũ pœna conſtringuntur; nec expers facinoris æſtimatur, qui licèt non fecerit, facientis tamen familiaritatem fœduſquè receperit. Hæc Gelaſius.

Obſtinati in hæreſi, ſecundum Chriſtianorum principum conſtituta per publicos iudices perpetuo ſunt exilio relegati iam olim, tempore Anaſtaſij pp.1.epiſt. 1.cap.3. Quam conſtitutionem inſequitur Iuſtinianus Imperator. act.1. concilij Conſtantinopolitano 5. interdicens omnino ciuitatem regiam ingredi,aut diſtrictum eius, et collocans eos in aliqua ſolitudine,vbi in ſilentio ſedeant) Hic anti-

tiqnrot eſt. Liberius pp. epiſt. ad Athanaſ. et Epiſc. Agypti; Si, inquit, dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis. Si autem ſint priuati, ſiquidem nobiles exiſtunt, ſuarum ſubſtantiarum proſcriptionem patiãtur. Si autem ignobiles, non ſolùm in corpore verberentur, ſed exilio perpetuo caſtigentur, vt omnes timore Dei compreſſi, et comminata eis digna ſupplicia reuerẽtes immobilem, et ſine turbatione pacem ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodiãt. Hæc ille. D. Auguſt. epiſt. 50. et 68. pecunia mulctaro teſtatur.

Si quis presbyter, aut diaconus Epiſcopum proprium contemnens ſe ab Eccleſia ſeqneſtrauerit, et ſeorſum colligens altare conſtituerit, & commonenti Epiſcopo non acquierit, nec conſentire, vel obedire voluerit ſemel, & iterum conuocanti hic damnetur omni modo, nec vltra remedium cõſequantur, quia ſuam recipere non poteſt dignitatem. Quòd ſi Eccleſiam conturbare, & ſolicitare perſiſtat, tamquam ſeditioſus per poteſtates exteras opprimatur. Antioch. 5.

Damnati ſecularibus poteſtatibus præſentibus, aut eorum balliuis relinquantur animaduerſione debita puniendi, clericis prius à ſuis ordinibus degradatis, ita quòd bona huiuſmodi damnatorum ſi laici fuerint confiſcentur: ſi verò clerici, applicentur Eccleſijs à quibus ſtipendia perceperunt. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpitione notabiles, niſi iuxta conſiderationes ſuſpitionis, qualitatemque perſonæ proprium innocentiam congrua purgatione moſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Hæc 2. Lateran. cap. 3. Et ſubditi, à quouis prælato, ſeu iudice, tam ſeculari quam ſpirituali, iuramentum exigendum eſſe de protectione fidei facienda. Martinus pp. 1. in damnatione errorum Ioannis Hus, & VViclef.

Ioannis Hus articulus decimuſquartus cõdemnatur à Concilio Conſtantienſi: Doctores ponentes, quòd aliquis per cenſuram Eccleſiaſticam emendandus, ſi corrigi noluerit, ſæculari Iudicio eſt tradendus, pro certo ſequuntur in hoc Pontifices, Scribas, & Phariſæos, qui Chriſtum non volentem illis obedire in omnibus, dicentes, non licet nobis interficere quemdam; ipſum ſæculari iudicio tradiderunt, & quod tales ſunt homicidę grauiores quam Pilatus.

A nemine libri hæreticorum, vel ſcribãtur, vel poſſideantur. His qui illos ſcribunt, amputatio manus pœna erit. Iuſtinianus Imperator act. 1. Conſtantinopolitani quinti, & antea Gelaſius pp. in concilio 70. Epiſcoporum, initio tomi de anathematis vinculo Libri eorum, inquit, quamuis in eis quoq; vera ſint multa, nec ſunt recipiendi.

Qui reſipiſcere volebant olim, & ad Eccleſiam redire, baptiſmum ſecundò non ſuſcipiebant, ſed eis manus imponebantur. Euſebius pp. epiſt. 1. Syricius pp cap. 1. epiſt. 1. ad hæc eorum, & frons, & oculi, & nares, & os, & auriculæ ſiguentur ſacro vnguento, inquit canon. 7. primi Conſtantinop. in ſynodo Epheſ.

Et ſuſcepta pœnitencia, incredulitatis præteritæ damnare debent errorem, vel publica fidei in Eccleſia profeſſione, & manus ſuæ ſubſcriptione, 2. Arelaten. 12. vel libelli porrectione in quo deſiſtentur omnem hæreſim, quæ non conuenit cum ſancta Dei vniuerſali, & Apoſtolica Eccleſia, 1. Conſtantinop. cano. 7. in Epheſin. 1. Vnde in tertio Toletano reuerſi ab Arriano, ita loquentes ſuſcipiuntur: Conſitemur eos ex hæreſi Arriana toto corde, tota anima, & tota mente noſtra ad Eccleſiam catholicam fuiſſe conuerſos, nulli dubiũ ſit nos, noſtroſquè prędeceſſores erraſſe in hæreſi Arriana, & fidem Euangelicam, atque Apoſtolicam nunc intra Eccleſiam catholicam didiciſſe, &c. Similem formam præſcribit quinto Conſtantinop. actio. 4. canone 11. & Martinus pp. 1. decreto 28.

Venientis autem ad Eccleſiam, & remediũ poſtulantis ſollicitè diſcutienda eſt profeſſio, & perſona decepti, vt medela poſſit congruẽs exhiberi, & qui ſatisfactutus Deo per pœnitẽtiam doluerit legitimè ſe erraſſe; vtrũ ad hoc facinus cucurrit, an impulſus acceſſerit requiratur: ſciens quod ſe decipiat ipſe, qui fallit, nihilquè per noſtram facilitatem tribunalis excelſi iudicio derogari, cui illa ſunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ iuſta ſunt, & aliter neceſſitatis, aliter tractanda eſt ratio voluntatis. Deterior eſt cauſa illius, qui fortè pretio ſollicitatus eſt, vt periret, nihil enim intentatum relinquit inimicus. Felix pp. c. 1 epiſt. 1.

Eliberrinum concil. cap. 22. Decem annis agat pœnitentiam, inquit, & poſt decem annos ei præſtetur communio, qui de catholica Eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerit. Sed annorum multitudine breuiata (inquit Agath. cap 60.) pœnitentiam biennii conditione infraſcriptæ obſeruationis imponimus, vt præſcripto biennio, tertio ſine relaxatione ieiunent, & eccleſiam ſtudeant frequentare. in pænitentium loco, ſtandi, & orandi humilitatẽ ita nouerint obſeruandam, vt etiam ipſi, quum cathecumeni egredi commouentur, abſcedant. Hoc ſi obſeruare voluerint, conſtituto

tempore admittendis ad altaria obſeruatio relaxetur.Quod ſi ardua,vel dura fortè putauerint,ſtatuta præteritorum canonum implere debebunt)canonem hunc cōcilij Agathenſis repetit conc.Epaunenſe.c.29.

Si verò infantes fuerint tranſducti,quòd nō ſuo vitio peccauerint,incunctanter recipi debent.Elibert.22.

Hæreticorum,ſeù potius hæreſiarcharum colluuiem recenſet,21.actio,ſextæ Conſtantinopolitanæ. Primum quidem Simon Magus, &c.

Hæreſiarcharum ordinationes irritas decernit,Alexander pp.3.cap.2.par.1.

Ieroſolymorum primus Epiſcopus fuit Iacobus iuſtus, ab Apoſtolis tribus ordinatus, Anicetus pp.epiſt decretali,ſ. 98. tituli Epiſcopus.Vide hæres Epiſcopi.

Hiſpanis poſt ſemel ſuſceptum Euangelium,hereſis Arriana longo tempore infecit. Fidem catholicam ea deteſtata receperunt Rege Recharedo, vt teſtatur 3. Toletanum.

Rex Hiſpaniarum nemo fiat,niſi omnium electione, & à Gothicæ genus nobilitate ad eum apicem perductus, alioqui conſortio catholicorum priuetur, & diuino anathemate condemnetur.5.Toletan.3.

Nec ſeruili ex origine, nec extraneæ gentis homo,6.Toletan.17.

Eligatur autem,vel in vrbe regia, aut in loco,vbi princeps deceſſerit, cum pontificum, maiorumquè palatii omnimodò aſſenſu, non forinſecus cętu,aut conſpiratione paucorum, aut ruſticarum plebium ſeditioſo tumultu, 8. Toleta 10.Sic antea,& 4.Toletan.cap.74.12. Tolet.c.1.

Erit catholicæ fidei aſſertor, 8. Tolet.10. Quamobrem eius dignitatis nō ſortiatur apicem,nec ante conſcendat regiam ſedem, quā inter reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit ſe non permiſſurum quemquam in regno ſuo violantem fidem catholicam, 6.Tolet.3.

Erit actibus iudex,vita modeſtus, in prouiſionibus rerum parcus,pluſquam extentus,vt nulla vi,aut factione ſcripturarum, vel definitione quallumcumque contractus à ſubditis, vel exigat,vel exigendos intendat;erit in conquiſitis oblatione gratiſſima rebus non proſpectans proprii iura commodi,ſed conſulens patriæ,atque genti. De rebus congregatis ab eo illas tantum ſibi vindicet partes, quas dictauerit authoritas principalis. Verum quæcumque inordinata reliquerit, hæreditabunt ſucceſſores proprii eius,& antè regnum iuſtiſſimè conquiſita,aut filii,aut hæredes capiant iure proximitatis,8.Tolet.10.

Homicidas a communione Eccleſiaſtica ſubmouemus, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina diluerint,Agath.37.eſt canon.1. Veneti,& 1.Turonici 7.7. etiam ſi paganos occiderint odii meditatione, & extra ius belli. Vvormatien.27.

Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter ſe ſubmittant, circa autem exitum vitæ, communione digni habeantur, Ancyrani 22. reperitur hoc ab Epaunen.concil.31.& Triburienſi cap.54. ſub Arnolfo Imp. Sed ſubiicit: Nobis autem, qui paſtores Chriſti ouium ſumus, pro moderni temporis qualitate,& hominum fragilitate, bonum,& vtile videtur,vt his, qui voluntariè homicidium fecerint,auctoritate ſynodali, & iudicio generali,& modum caſtigationis imponamus,& certum, ac definitum pœnitentiæ tempus præmonſtremus,ne prolixum tempus pęnitentiæ generet faſtidium negligentibus, ſed curſim exercitatis accreſcat opus ſalutis. Deinde cap.55.eiuſdem concilij: Si quis ſponte homicidium fecerit,quadraginta diebus ab ingreſſu eccleſiæ arceatur. Et nihil manducet illis quadraginta diebus pręter ſolùm panem, & ſalem,neque bibat niſi puram aquam,nudis pedibus incedat,lineis non induatur veſtibus, niſi tantùm femoralibus,ſęcularia arma non portet nullo vehiculo vtatur ad nullam fęminam, ac ad propriam vxorem his diebus miſceatur, nullam communionem *illis* 40. diebus cum alijs Chriſtianis,neccum alio habeat pęnitente,in cibo,vel potu, aut vllis rebus.Si vero ſint aliqui vitę ſuę inſidiatores,vt prę illis non poſſit dignè pęnitere, interim differatur ei eadem pœnitentia,donec ab epiſcopo proprio pax ei ab illis ſit facta.Si enim aliqua corporali infirmitate detentus ſit, vt non poſſit ritè ieiunare adhibeatur ei miſericodia quouſque conualeſcat,& tunc demum pęniteat.Si verò longo tēpore eadem occupatus ſit infirmitate,ad epiſcopum pertinebit,vt prudenter pertractet, quomodo infirmum peccatorem curare diſponat,quia, vt Gregorius paſtorali commemorat,libro,& ars eſt artium regimen animarum.

Item cap.56.Poſt illos 40.dies vnum annū integrum ab introitu eccleſiæ ſuſpendatur, & abſtineat ſe,à carne,& caſeo,à vino, & medone,& mellita ceruiſia:niſi dominicis,& diebus feſtis,qui per illum epiſcopatum publicè celebrantur apud cunctum populum,& niſi, vel in hoſte,aut in aliquo magno ſit itinere,vel longè,aut diù ad Dominicam curiam, vel ſi infirmitate detentus ſit,tunc licitum ſit ei tertiam feriam,& quintam,atque ſabbatum redimere

vno

vno denario, vel pretio denarii, ſiue tres pauperes pro nomine Domini paſcendo, ita dumtaxat, vt vel carne, vel vino, vel medone, id eſt, de tribus vna re vtatur, nõ omnibus veſcatur. Poſtquam autem de itinere domum reuertatur, aut infirmitate liberetur, prædictas ferias non redimat, ſed ſtatuto modo pœniteat. Cõpleto verò vnius, eiuſdemque anni curriculo, ita caſtigatus titè, & ordinabiliter more pœnitentium introducatur in Eccleſiam: & c.17. Secundum verò, & tertium annum ſimili modo pœniteat, excepto quod prædictas tres ferias redimere ius habeat, vbicumque eſſe eſt, ſiue in domo, ſiue in itinere. Quartum annum 5.6.& ſeptimum iſto modo obſeruet, & his ſingulis ieiunet tres quadrageſimas. Ad pęnitentiam, inquam, adeò debet ſe dimittere qui homicidium voluntate commiſit (ita vt occidere auſus fuerit innocenté) vt etiam ſi à principibus, aut à parentibus abſolutum ſe reddiderit, modus pęnitentiæ diſtringendæ in ſacerdotis poteſtate conſiſtat, 4. Aurelian. 7. 22

Eos verò, qui nõ voluntate, ſed caſu homicidium fecerint, prior quidem regula poſt ſeptem annorum pœnitentiam communioni ſociauit, ſecundùm gradus conſtituto: hæc verò humaniot definitio, quinquennij tempus tribuit. Ancyrani. 22. hoc ſequitur cap. 31. Epaunen.) Elibert. 5. de ancillę à furioſa domina occiſione. Si quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pęnitentia imponenda eſt, quam eis qui ſana mente ſunt. VVormatien. 18.

Si autem contingat, vt dum quis operi neceſſario inſiſtẽs arborem incidat, aliquis ſubtus ipſam veniente deprimatur: nec id voto, nec incuria incidẽtis, nec ſcientia eius contigit, ſed dum ille operi neceſſario fortaſſis incumberet, iſte inſperatus occurrens ſub arborem improuiſus deuenit, & ſub ipſa nemine valente penitus adiuuare, ſuppreſſus eſt: inciſor arboris homicidę proculdubio non eſt cõparandus, Vvotmatien. 29. Nicolaus pp. 1. diſ. 50. cap. Hi qui arbotem) cap. 36. Tributien. ſub Arnolfo Imper.

Si quis filium ſuum (quod abſit) non ſpontè, ſed caſu contingente occiderit, ſecundum homicidia ſpontè commiſſa pęniteat, cap. 55. Triburienſis ſub Arnolfo Imp. Sui ipſius occiſor: titulo, Deſperandum, §. 3. Parricidæ pęnitentia, Gregor. pp. 2. epiſt. 8. & Vvormatien. cap. 30.

Si qua mulier per adulterium abſente marito conceperit, idque poſt facinus occiderit, placuit ei, nec in fine dandam eſſe communionem, eo quod geminauerit ſcelus, Elibert. 63. Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit eam in finem baptizari, Elibert. 68. Mulieres, quæ ante temporis plenitudinem, conceptos verò infantes voluntate excutiunt, vt homicidæ procul dubio iudicandæ ſunt illæ vetò quæ dormiendo filios ſuffocate videntur, leuiter de his iudicare oporter, quia nolentes, & non conſentiẽdo ad hunc deuolutæ ſunt caſum. VVormat. cap. 35. Vide titulum: Abortum. Vide pro matricidæ pœnitentia Nicolaum pp. 1. 33. q. 2. cap. Latorem.

Patricidæ aut fratricidę per vnius anni circulum ante fores Baſilicæ orantes Domini clementiam perſeuerẽt. Deinde in Eccleſiam inducantur, ſed annum adhuc inter audientes ſtent cum ad miſſarum ſolemnia, vel alia ſacra conuenerint: & his ita peractis, ſi pœnitentiæ fructus in eis conſpicitur, corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti participes fiãt, vt deſperantiæ non indurentur caligine. Carnem non manducent omnibus diebus vitæ ſuæ, ieiunent quotidie vſque ad horam nonã diei, exceptis feſtis diebus atque dominicis, abſtineant autem à vino, medone, atque cereuiſia mellita tres dies, per hebdomadam, & arma gerere non audeant, vel ſumere, niſi cõtra paganos Vehiculo non vtantur quocumq; ſunt ituri, ſed pedeſtri more eant. Tempus autem huius pœnitentiæ in Epiſcoporum ponimus arbitrio, vt ſecundùm conuerſationem illorum, aut extendere, vel minuere valeant, non ſeparentur ab vxoribus ſuis, & ſi ſe continere nolint cum nullas habent legitimas, ducant, nè in voraginem fornicationis incidant, & ſi finis vitæ illorum venerit antequam duorum prædictorum annorum finiantur curricula, viaticum illis non negetur, c. 30. VVormatien. Vxoricidæ pœnitentia Pius pp. 1. 33. quæſt. 2. Nicolaus pp. 1. reſcriptorum ſuorum tit. 17. cap. 3.

Qui ſacerdotem morti voluntate tradiderit (ait VVormat. cap. 26.) carnem non comedat, nec vinum bibere præſumat omnibus diebus vitæ ſuæ, & ieiunet uſque ad ueſperam, exceptis feſtis diebus atque dominicis, arma non ſumat, & ubicunque ire maluerit, nullo uehiculo deducatur, ſed proprijs pedibus proficiſcatur: Eccleſiam per quinquennii tẽpus nõ ingrediatur, ſed cum ſacrarum orationum officia, aut miſſarum ſolennia celebrantur, ante fores *Baſilicæ* perſeueret, orans ad deprecans Dominum, ut tanto crimine abluatur. Poſt expletum uerò quinquennij tempus ingrediatur Eccleſiam, nondum uerò cõmunicet, ſed inter audientes tantummodo ſtet, uel dum facultas conceditur, ſedeat, & cum decimus anni curſus fuerit finitus, communi-

candi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur medela, maneatquè in reliquis obſeruationibus, & tres dies per hebdomadam ieiunet, ut perfectius ad culmen purificationis peruenire mereatur. Is ipſe eſt etiam canon. 16. concilij Maguntienſis tempore Arnolfi Imper. Item c. 5. Triburienſis ſub eodem Arnolfo.

☙ Si quis presbyter, quia ſacerdos altiſſimi Dei eſt, uulneratus, uel quibuslibet iniuriis, & contumelijs dehoneſtatus euaſerit, & ſuperuixerit: tota compoſitio perſoluatur presbytero. Si autem articulo mortis præuentus obierit, pretium VVeregeldi tripartita partiatur diuiſione, id eſt, altari cui ordinatus fuerat, pars una; Epiſcopo in cuius diœceſi erat, altera; tertia parentibus, de quibus ortus fuerat. Si uerò in atrio Eccleſiæ aliquid ex iſtis presbytero factum fuerit, ſupradicto modo presbytero, & pro presbytero ſoluatur. Sed quia, ut Hila. pp. omnibus Epiſcopis per diuerſas prouincias in epiſt. ſua ſcribit, iniuria ſacerdotum, & Eccleſiatum ſacrilegium eſt, ſacrilegium in atrio factum, altari, & Domino eiuſdem loci perſoluatur, ſacerdotes enim nō ſunt lacerandi, ſed potius coronandi, quia de his Eccleſiaſticus liber loquitur dicēs. In tota anima tua time Dominum, & ſacerdotes illius ſanctifica, & miniſtros eos non dereliquas, & honorifica ſacerdotem, & Iſidorus: His enim, ſicut, & Epiſcopis, diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt, præſunt enim Eccleſiæ Chriſti, & in confectione diuini corporis, & ſanguinis, conſortes ſunt Epiſcopis: ſimiliter, & in doctrina populorum, & in officio prædicandi, cap. 4. Tributienſis ſub Arnulfo Imper.

Si patroni, uel aduocati, aut feudatarij ſeu uicedomini ſeu alij beneficiati, alicuius Eccleſiæ rectorem, uel clericum alium ipſius Eccleſiæ per ſe, uel per alios occidere, uel etc. 2. Later. 45.

Clericus ſi homicidium fecerit, ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, deponatur, cap. 11. Triburienſis paulò antè citati. Nicolaus pp. 1. decretorum eius titulo 11. c. 3. imò gradu honoris deiectus, exilio claudatur, communionē demum circa finem uitæ accepturus, 11. Tolet. 5.) 14. cap. 7.

Horæ Canonicæ. Vide domini Heſſel. comment. in Orationem Dominicam cap. 8.

Synodus prouincialis Senonenſis in decretis morum, c 18. et 19. uide. itur, et inſequitur Baſilienſem, ſeſſ. 21.

Hoſpitaliorum bona quiſquis inuaſit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur, quouſque ea reſtituerit. 5. Aurelian.) et cap 15. necator pauperum nominatur. Vide Concil. Tridentin. ſeſſ. 7. cap. 15, et ſeſſ. 25. cap. 8.

Presbyteri plebes ſuas ſua admonitione hoſpitales efficiant. Aruernen. concil. in 2. tomo concil. et exemplum ſuæ exhortationis prius exhibeant. 2. Mantiſconen. 11. vt nulli iter facienti manſionem denegent. Aruernen. ibidem 6. Conſtant. 9. Hebr. 13. à 1. Pet. 4. cap. Matth. 25. d.

Et ſi cui fortè hoſpitium præſtiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, niſi fortè illi, qui recipiuntur, ſponte ſua aliquid dent.

Hymnos canendi exemplum habemus a Saluatore, et ab Apoſtolis, Matth. 26. Eph. 5. d.

Non canantur tamen hymni in Eccleſia, quibus auctorum ſuorum nomina præfixa nō fuerint 2. Turon. 24.

Non ſcripturæ ſacræ modò, ſed et Hilarij, et Ambroſij hymnos probat, vtpote in laudem Dei conſcriptos Apoſtolorumquè, et martyrum triumphos complectentes, Toletan. 12.) 2. Turon. 24.) Trium puerorum 4. Toletan. 13.

Hyſtriones. Vide, Theatrum.

I

Idola ſi quis confregerit, et ibidem fuerit occiſus, quia in euangelio eſt ſcriptum, neque inuenitur ab Apoſtolis vmquam factum, placuit, in numerum eum non recipi martyrum. Elibert. 60.) Sed poſtea Chriſtianis rebus fœlicius proficientibus, animumq; ſumentibus, iuſſum eſt id fieri: vt videre eſt 2. Arelaten. 23.

Idolo non immolans quidem, ſed munus dans, quod offeratur, relegatur ad pœnitētiam, accepturus communionem in fine. Elibert. 3. & coronam ſacrificantium tantum geſtans, biennio pœnitentiæ ſubijciebatur ibidem cap 55.

Oblatum idolo, ab Eccleſia nō accipiatur. Elibert. 40.

Idololatræ pœnitentia 1. Nicen. 11. Siricius pp. cap. 3. epiſtol. 1.) cap. 3. Valentini Galliæ. 2. Aurelian. 19 12. Toletan. 11. 3. Toletani 16.

In templis idolorum cœnantes, cultiori habitu eò producti, et pretioſiori veſte adhuc mutata, inter audientes vno anno conſtituebatur. Deinde triennio pœnitentiam agebāt, cuius biennio orationi communicabant, tertio anno verò ſacramentis reconciliabantur, Ancyra. 4. Ab Eccleſiæ cœtibus arceantur, qui cibis idolorum cultibus immolatis vtuntur, 2. Aurelia. 19. 2. Turon. 23.

Interruptio actuum moralis conſtituit tot pec-

peccata mortalia numero diſtincta Armill. uerbo peccatum, et Diana.

Ieiunantes abſtineāt à carnibus Teleſphorus pp. in epiſt. decretali) ſeu anium, ſeu pecudum, 1. Toletanum in fine aſſertionis fidei, 4. Tolet. 10. 8. Toletan. 9. Cyrillus epiſc. Ieroſolymitanus cathecheſi 4. Vide abſtinens.

A carnibus, & viuo, inquit Gerundenſe, c. 3. Sic 4. Toletan. 10. à quibuſdam, inquit, nec vinum bibitur.

Aridioribus veſcantur cibis, vtpotè abſtinentiæ conuenientibus Laodic. 50.

Piſcem, & olus comedant 4. Toleta. 18.

Hora nona (à ſolis ortu) refectionem ieiunantes ſumebant, teſte Aug. epiſt. 118. c. 7. cap. 34. Maguntiaci.

Nil penè valet ieiunium, quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant. Liberius pp. tomo 1. concil.

Ieiunium die Dominica, & feria quinta nemo fidelium agere olim potuit, quòd dies hos pagani quaſi ſacrum ieiunium celebrarent. iubente Melchiade pp. vt teſtatur Damaſus pp. in lib. Pontifical. Vide Aug. epiſt. 86. ad Caſulanum.

Qui ergo die Dominico ieiunat ſtudioſè, nō credatur catholicus. Gangren. 18. 4. Carth. 64. Cæſarauguſt. cap. 1.

Quiſquis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea ſuperbiendo diſſoluerit tradita in commune ieiunia, & ab Eccleſia cuſtodita, anathema ſit. Gangren. 9. Euſebius pp. 1. apud Gratia. de conſ. 6. cap Ieiunia. 4. Carth. 63. cap. 34. Maguntiaci ſub Carolo magno, vti Gangrenſe definit. Primæ auctoritati nō conſentiunt ſequentes in æqualitate pœnæ.

Ieiunium (ait Calixtus pp. 1. epiſt. decretali) quod ter in anno apud nos celebrata didiciſti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt ſicut annus per quatuor tempora voluitur, ſic & nos quaternum, ſolenne agamus ieiunium per quatuor anni tempora. Lege cap. 34. Maguntiaci ſub Carolo magno.

Ieiunia, ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Iulij, & Auguſti, ob eorundem infirmitatem, Elibert. 3.

Sabbato quolibet ieiunemus Elibert. 26. conſiderantes Apoſtolos eo die, quo Dominus erat ſepultus, in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occultauiſſe. Innocen. pp. epiſt. 1. cap. 4. Aug. epiſt. 89. 19. & 118. cap. 2.

Feria ſexta propter paſſionem Domini ieiunamus. Innocen pp. 1. epiſt. 1. cap. 4.

Monachorum ieiunia: titulo, Monachus.

Ieiunia pro aliqua neceſſitate generaliter indicta, ab omnibus diligenter cuſtodienda ſunt c. 47. Turon. ſub Carolo magno.

In die paſſionis Domini quiſquis præter paruulos, ſenes, & languidos, ieiunium ante peractas indulgentiæ preces non ſoluerit, à Paſchali gaudio depellatur, nec in eo Euchariſtiam percipiat 8. Tolet. 7.

Excuſati ſunt à ieiunio quos ætas incuruat, quos languor extenuat, aut neceſſitas arctat. 8. Tolet. 9. Turon. 18.

Hi tamen non ante ieiunium ſoluant, quàm à ſacerdote percipiant licentiam 8. Tolet. 9.

A feria ſancti Martini vſque ad natiuitatem Domini, 2. 4. & 6. ſabbati ieiunium indictum fuit 1. Mantiſcon. 7.

Diebus inter Paſcha, & Pentecoſten incurrentibus, ieiunia relaxantur in figuram non laboris, ſed lætitiæ, & quietis, poſt generalem reſurrectionē beatis concedendæ. Aug. epiſt. 119. cap. 15. & epiſt 86. Gerunden. 2. indicitur triduanum ſequenti ſeptimana Pentecoſtes.

Cauſas forenſes ceſſare vult Liberius Papa tempore ieiunij.

Imaginum impugnatores damnati erant à ſede Apoſtolica ante ſecundum ſynodum Nicenum; teſte Nicolao pp. 1. in medio epiſt. ad Michaelem Imperatorem.

Antiquiſſimum in Eccleſia Chriſti vſum imaginum aſſerit ſynodus Nicena ſecunda actio 2. & ſequentibus ex patribus, & notanter actione 2. dicit: Omnes principes, etiā ſi peſſimi ſnut peccatores, adoramus, & reuerenter ſalutamus, quid vetat igitur, quo minus non liceat, & ſanctos Dei miniſtros venerari, & in memoriam eorum imagines ſtatuere, & erigere, nè in obliuionem perpetuam veniant? Verùm, inquit, Deus ipſe manufacta prohibuit adoranda. Dic mihi ò Iudæe, quid eſt, quod ſuper terram extet, quod non ſit manu hominum factum, poſtquam à Deo fuerat creatum: Quid? arca Dei, quæ ex lignis Sethim cōſtructa eſt, et ædificata, nonne opus eſt hominum? quid altare, quid propitiatoriū? quid vrceus in quo manna recōdebatur? quid menſa, et candelabra? quid interiores, et exteriores cortinæ? Suntne opera manuum hominum, quæ Salomon fieri mandauit? Quamobrem ea quæ ſancta ſanctorum dicuntur, cum ſint manu facta, præterea Cherubin, et ſex alata illa quæ circa altare Domini fuerunt, cum ſint animalia, et imagines Angelorum, opera manuum hominum, nō fuerunt eiecta, et à Iudæis proculcata? non aliam ſane ob cauſam,

quam

Digitized by Google

quam quod Dei mandato imagines fuerunt dæmonum, Deus eiecit,& condemnauit.Nos verò in memoriam ſanctorum imagines facimus:quorum,ait? Abrahæ,Moyſis,Eliæ Zachariæ, reliquorumquè prophetarum, Apoſtolorum, & ſanctorum martyrum, qui propter Chriſtum tribulati ſunt, quò omnis qui eos in imagine contemplatur, illorum, & meminerit,& glorificet Deum,qui illos quoque magni fecit. Decet ſiquidem eos honor,& veneratio propter iuſtitiam eorum, vt omnis qui viderit eos, in imitationem operum eorum ducatur. Qualis verò iſte eſt adorationis honor? profectò non alius quàm is quo nos peccatores quoque inuicem proſequimur, ſalutantes nos inter nos per honorationem, & dilectionem. Hæc ibi ſynodus. Et actio. 3. Verum nobui,&c.

Actione 1. Epiſcopi hos dicunt anathematiſmos ab errore,reſipiſcentes.

Chriſtianorum accuſatores,& calumniatores,ſiue iconoclaſtę,hoc eſt,imaginum demolitores,execratio.

Qui ſacræ ſcripturæ verba * de idolis, & gentilium ſtatutis ad venerandas. Chriſtianorum, imagines exponentes trahunt, execratio.

Qui venerandas, & ſanctas imagines non amplectitur execratio.

Qui aſſerunt Chriſtianos,vt Deos imagines adorare,execratio.

Qui fauent ex animo violatoribus, & ignominia afficientibus ſanctas imagines, execratio.

Qui præter * Chriſtum Deum noſtrum dicunt alios eſſe qui nos liberarunt à cultu idolorum,execratio.

Qui doctrinas ſanctorum patrum, & traditionē catholicæ Eccleſię contemnunt,quique cauſantur,& voces Arrij,Neſtorij, Eutychis,& Dioſcori iactant, dicentes quòd niſi ſatis ex veteri, & nouo teſtamento inſtructi eſſemus, ſanctorum patrum, ſacrarum ſex ſynodorum doctrinas, & catholicæ Eccleſiæ traditiones ſequeremur,execratio.

Qui audent dicere, catholicam Eccleſiam aliquando idola ſuſcepiſſe,anathema ſit.

Qui inquiunt diabolicarum inſidiarum inuentum ſacrarum imaginum culturam, & ædificationem, nequaquam autem ſanctorum patrum noſtrorum traditionem, execratio.

Res iſta tamen non erat paſſim in vſu tempore Eccleſiæ recens adhuc naſcentis, cum nec dum idolatria è mūdo eſſet exterminata, & ad hoc vitium ex vetuſtiſſima conſuetudine, ac vſu hominum è gentiliſſimo conuerſorum mentes eſſent admodum propenſæ.Quā obrem venit concilium Elibertinum cap. 36. picturarum in Eccleſia vſum. Quibus ſi vſi fuiſſent in Eccleſiis infideles, eos ſuæ ſententiæ conſentaneos potuiſſent exiſtimare, quibus pleriquè eorum cohabitabāt. Vnde idem concil.cap. 41. Admonere (inquit) placuit fideles, vt quantum poſſint prohibeant nè idola in domibus ſuis habeant. Si verò vim metuant ſeruorum, vel ſeipſos puros conſeruent.

Immolantes idolis.Vide tit.Idolatræ.

Imperatoris poteſtas Vide tit.Leg.

In abſolutione in foro externo ſeruandæ ſunt ceremoniæ præſcriptæ in capitulo à nobis de ſent. excom. ſcilicet verberando cū virga,&c.

Impoſitio manuum, cuius mentio fit cum in ſcriptura ſacra, tùm in canonibus, non eſt nuda (quam vox ipſa ſignificare videtur) cæremonia, ſeu manuum aliquid oppoſitio, ſed Actorum 8. cap. eſt ſacramentum confirmationis ſeu chriſmatis,quod ſacramentum ſortitur nomen hoc ab ipſa cæremonia: teſtis eſt Euſebius pp. 1. in fine epiſt. 3. dicens. Manus impoſitionis Sacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici non poteſt niſi à ſummis ſacerdotibus, nec tempore Apoſtolorū ab alijs quàm ab ipſis Apoſtolis legitur, aut ſcitur peractum eſſe. Item act. 19. a. Et cum impoſuiſſet Paulus manus baptizatis,etc.Sic Heb.6.ait Paulus; Feramur ad perfectionem, non rurſum iaciētes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, et fidei ad Deum,baptiſmatum, doctrinæ impoſitionis quoque manuum,etc. Sic vſurpatur 1. Arelaten.8.Syricius pp.1.epiſt.1.

A materia appellatur alibi Chriſmatis;alibi ab effectu ſacramentum confirmationis.

1.Timoth.4. ſacramentum ordinis eſt conferri deſignatur: Noli (ait Paulus Timotheo) negligere gratiam quę in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuū presbyterij,et eiuſdem epiſt.cap.5.Manus(inquit) citò nemini impoſueris, Sic Deuter. 34. dicitur Ioſue filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas.

Alterius generis fuit manuum impoſitio, qua pœnitentia fructus acquiritur, et ſanctæ communioni reſtituuntur pœnitentes. Vnde Vigilius pp.cap.3.epiſt.ad Eutherum:Reconciliatio rebaptizatorū apud Arrianos(inquit) non operatur per illam impoſitionem manuum, quæ per inuocationem S. ſpiritus fit (quam diximus confirmationis ſacramentum) ſed per illam qua pœnitentiæ fructus acqui-

acquiritur, et ſanctæ communionis reſtitutio perficitur.

De ea canones illi loquuntur, qui ab hæreſi reuerſos ſuſcipi volũt per impoſitionem manuum, non iteratione baptiſmi, quum enim, olim maximè, baptizari mox confirmati fuerint, & ſemel tantum accipiat quiſque ſacramentum confirmationis, ſequitur vt ea impoſitio manuum per quam reſipiſcentes ab hæreſi ſuſcipere oportet, non intelligi poſſit fuiſſe ſacram cõfirmat, ſed quiddam aliud, nempè (ſaluo meliori iudicio) oratio ſacerdotis pro pœnitẽte ad Deum. Ad cuiuſmodi orationes referendum puto illud Mileui. cap. 12. placuit ne aliæ omninò in Eccleſia preces, vel orationes, ſeu miſſæ, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manuum impoſitiones dicantur, quam quę à prudentioribus tractatę, vel comprobatæ in ſynodo fuerint) & 4. Toletan. 12.

Immò, & circa, nec dum baptizatos ea vſi videntur. Vnde Eliber. c. 39. Gentiles, ſi in infirmitate deſiderauerint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte honeſta vita, placuit eis manum imponi, & fieri Chriſtianos) Quam conſtitutionem repetijt. 2. Arel. c. 6.) Quod enim manus quadam impoſitione circa baptizandos vſi ſunt præſens, patet ex tit. Baptizari. §. 2.

Incarcerati ob culpas ſuas quæcumque illæ ſint, ab eccleſiæ præpoſito ſingulis diebus dominicis viſitentur, vt ſic eis ex Eccleſiæ domo tribuatur, iuxta ſuã neceſſitatem. 5. Aurel. 20.

Incarnatio filij Dei. Vide tit. Chriſtus.

Incendiarius eccleſię 15. annorum penitentiæ ſubijcitur, ac ad æqualis reſtitutionem cogitur. Iulius pp. 1. ad Iuonem lib. 2. Eugenius pp. 2. decreto 9. ad eamdem reparationem damni obligat eum, pœnitentiam autem anni vnius ei indicit, aut Ieroſolymis, aut in Hiſpania.

Incenſum circa altare, ſeu thuribulo thurificare Virgo ſacrata non poteſt. Soter. pp. epiſt. 2.

Inceſta omnis cõiunctio prohibetur, vt multis canonibus, ità & 2. Toletan. 5. adeò, vt in eiuſmodi coniunctione non ſint nuptiæ, 2. Mãtiſcon. 18. & Agath. 61. cap. 1. Arel. ſub Carolo magno, & ideò recuſantes ſe ſeparare, ſeparet poteſtas ſecularis. Vvormat. 79. nec mulctentur inceſtuoſi pecuniaria pœna, ſed iuxtà canonicam ſententiam pœnitentiæ ſubdantur, cap. 18. Cabilon. tempore Caroli magni.

Inceſta autem eſt coniunctio, ſi quis frater germanam acceperit vxorem, Agath. 61. Epaun. 30

Et cũ relicta fratris, Agathen. 61. Epaunen. 40. 1. Aurelian. 20. 3. Aurelian. 10. Aruerne. 11. 1. Pariſien. 4. Antiſiodor. 29. 3. Roma. 5. ſub Gregorio pp. 3.

Cum nouerca. Agath. 61. Epaunen. 30. 2. Aurelia. 10. 3. Aurel. 10. 1. Pariſien. 4. Antiſiod. 24.

Cum conſobrina, Agath. 61. Epaunen. 30. 3. Aurel. 10. Aruern. 11. Hac in re, 4. Aurelia. 16. approbatur cap. 30. Epaunenſis.

Cum relicta auunculi, Agath. 61. Epaun. 30 3. Aurelia. 10. 1. Pariſien 4.

Cum filia auũculi, Agath. 61. idem eſt, quod conſobrina, Aruer. 11.

Cum filia patrui, Agath. 61.

Cum priuigna ſua, Elibertini 66. Agathen. 61. Epaunen. 30. Aruer. 11.

Cum ſorore vxoris defunctæ, 1. Aurelian. 20. 3. Aurelia. 10. Aruer. 11. 1. Pariſien. 4. 56. Maguntiaci ſub Carolo magno, 2. Turonicum citato cap. 18. Leuitici adiungit conciliorum præcedentium canones, quos citauimus, Antiſiodorenſe à cap. 17. vſquè ad 33. idem habet, quod alia concilia, cap. 6. Colonienſis cõcilii ſub Carolo tertio, probat cap. 61. Agathenſis concilii.

Quod ita præſenti tempore prohibemus, (ſcilicet vt tales non fiant coniunctiones) vt ea (matrimonia) quæ ſunt hactenus inſtituta, non diſſoluamus, Agathen. 61. 3. Aurelian. 10, ſic dicitur. De inceſtis coniunctionibus, ità quæ ſunt ſtatuta ſeruentur, vt hi, qui aut modò ad baptiſmum veniunt, aut quibus patrum ſtatuta ſacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro nouitate conuerſionis, ac fidei ſuæ credimus conſulendum, vt contracta hucuſquè huiuſmodi coniugia non ſoluantur.

Incontinenter viuentes clerici, vide tit. Clericorum, §. 5. &c. & tit. Continent, §. 2. &c.

Indulgentiarum vſus fuit tempore concilii Ancyrani, vt videre eſt cap. 2. 5. 16. 21. & 2. 1. Niceni 6. & 11. Laodic. 2. 4. Carth. 75. Agath. 60. Epaunen. cap. 29. ex Agatenſi.

In quibus canonibus permittitur Epiſcopis, vt probata penitentium, ſeu ad certam pœnitentiam pro culpis ſuis relegatorum conuerſatione, erga eos humanius agant (abbreuiando tempus pœnitentiæ, & ante illius impletionem eos reconciliando, & abſoluendo) vel amplius tempus adiciant, ſi minus eos in ſeipſos ſtrenuè animaduertere videant, Ancyrani 5.

Secundo Lateran. cap. 62. benè dicitur contra indiſcretas indulgentias, quibus claues Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio eneruatur: Decernimus vt cum dedicatur Baſilica non, &c. Vide Conc. Trid. ſeſſ.

Digitized by Google

ſeſſ. 25. in decreto de indulgentiis.

Benè ergo damnatus eſt articulus 42. Ioannis Vviclef à concilio Conſtantienſi. Fatuum eſt credere indulgentiis papæ, & Epiſcoporũ, & Ioannis Hus iſte: Sacerdotes infideliter ſẽtiunt de indulgentiis, & Leo pp. 10. damnat Martini Lutheri articulum decimumſeptimũ, & quinque ſequentes, ob non receptum de indulgentiis dogma. Vide Alex. pp. tertium q. 35. cap. 4. quod nemo, niſi à ſuo eas accipere poteſt ſuperiore.

Infames eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt, omnes, qui Chriſtianæ legis normam abiiciunt, & ſtatuta Eccleſiaſtica contemnunt, ſimiliter fures, &c. Stephanus pp. 1. epiſt. 1. Iulius pp. 1 in reſponſione ad Epiſcopos Orientales, ex primo Niceno, cap. 13.

Infidelitas. Vide peccatum.

Infirmorum, ſiue ægrotorum qualitas hoc ſœpè habet, at accuſent magis medicos congruis obſeruationibus ad ſalubria reuocãtes, quam vt ipſi ſuos noxios appetitus deponere, vel reprobare conſentiant, Gelaſius pp. ad Anaſtaſium Auguſtum.

Eorum autem, & debilium curam Epiſcopus in ſuo territorio gerat, 5. Aurelianen. 21.

Cùm autem infirmitas corporalis nonnunquam ait concilium Lateranenſe c. 22. ſub Innocẽtio pp. 3.) ex peccato proueniat, dicente Domino lãguido, quem ſanauerat, Vade, & ampliùs noli peccare, nè ceterius aliquid tibi contingat. decreto præſenti ſtatuimus, & diſtriĉtè præcipimus medicis corporũ, vt cùm eos ad infirmos vocari cõtigerit ipſos antea omnia moneant, & inducant, quod medicos aduocent animarum, vt poſtquam infirmis fuerit de ſpirituali ſalute prouiſũ ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cùm cauſa ceſſante, ceſſet effectus.

Innocentis accuſator vſque ad vitæ extremum remouetur à communione. 1. Arelaten. 24. 1. Mantiſcon. 18. ſi clericus ſit, deponit etiã eum ab officio: ſi ſæcularis, à communione ſeparat.) Vide titulum. Damna.

Inquirendi cõtra ſubditorum exceſſus formam prælato præbet Concilium Lateranenſe ex ſcriptis noui, & veteris teſtamenti: vt nimirum cùm de exceſſu eius clamor, & fama, non quidem à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis, & honeſtis, non ſemel tantùm, ſed ſœpè peruenerint ad aures ſuperioris, coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutentur, & ſi rei popoſcerit qualitas canonica diſtriĉtio culpa feriat delinquentes. Diligentius tamen obſeruandum eſt hoc in prælatis, qui quaſi ſignum poſiti ſunt ad ſagittam.

Præſens, ſi contra quem ſit inquiſitio, vt obiicienda audiat capi ula, & teſtium quoque nomina noſcat, & infra Sicut, accuſationẽ legitima præcedere debet in ſcripto, ſic & denũciationem charitatiua admonitio, & inquiſitionẽ clamoſa inſinuatio præuenire: illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxtà formam iudicij ſẽtentiæ quoque forma diĉtetur. Hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non credamus vſquequaq. ſeruandum, quæ cum requirit, facilius, & liberius à ſuis poſſunt admini ſtratoribus amoueri. 2. Lateran. 6. ſub Innocentio. 3.

De Interpretatione verborum, & reſcriptorum. Vide Alexandrum pp. 3. parte 41. & 2. Lateranenſis c. 57. & 58.

Inuaſores bonorum pauperum anathemate pleĉti. 2. Mantiſcon 14.

Inuaſores bonorum eccleſiæ. Vide Spoliatores.

Inuitus num quis poſſit ordinari Vide cap. Apoſt. 37) 8 Tolet. 7. Simplicium pp. epiſt. 2.

Inuocant Deiparam Virginem Mariam, ac ab alijs inuocari volunt Ioannes epiſcopus Ieroſolymitanus cum ſuis, vt intercedat pro pace Eccleſiæ. 5. Conſtantinopolitani aĉtio. 1. in ſuo reſcripto, 6. Conſtantinop. 7.

Iudaicis ſuperſtitionibus, vel ferijs inhærẽs, à conuentu Eccleſiæ ſeparetur. Laodice. 37. 4. Carth. 89. 2. Lateran. c. 70. ſub Innoc. pp. 3.

Si is Iudæus ſit baptizatus, corrigatur pontificali auctoritate, et ſuam apud ſe non retineat prolem, quam fortè circumciderit; ſeruus autem libertate donetur, ſi id ei dominus ſuus fecerit, 4. Tolet 58. Vide et 4. Aurelian. 30.

Proles Iudæorum baptizatas ab eorum cõſortio ſeparare oportet: nè iterum erroribus parentum inuoluantur; & deputare, aut monaſterijs, aut Chriſtianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, vt ſub eorum conſeruatione cultum fidei diſcant. 4. Tolet. 59.

Is quoq; qui natus eſt ex duobus; quorũ alter Chriſtianus eſt, Chriſtianam religionem ſequatur, & baptizetur. 4. Tolet. 62. 3. Toler. 15.

Fideles proles iudæorum in iudaiſmum relabentium ob deliĉtum parentum non exhæredentur, 4. Toletan. 60.) 8. Toletani cap. 12. approbantur conſtitutiones. 4. Toletani de Iudæis. Vide c. 9. duodecimi Toletani.

Iudæi volentes ad legem catholicam venire, quoniam eorum perfidia frequenter ad vomitum redit, oĉto menſes inter catechumenos Eccleſiæ limen introeant, Agath. 34.

Iam autem ad fidem catholicam translatis nulla ſit communio cum his, qui adhuc in veteri

teri ritu conſiſtunt, ne fortè eorum participio ſubuertantur. 4. Toletan. 61. & feſtis præcipuis noui teſtamenti, ac diebus illis quos olim ſanctione veteris legis ſibimet cenſebant eſſe ſolemnes, in ciuitatibus, publiciſquè conuentibus cum ſummis Dei ſacerdotibus adeſſe præcipimus, 9. Tolet. 19.

Ad teſtimonium dicendum non admittuntur, qui ſemel fidem Chriſtianam poſt baptiſmum præuaricati ſunt, 4. Tolet. 63.

Benedictionẽ Iudæi ſuper fruges ſuas Chriſtianus non expetat. Elibert. 49.

Conuiuia Iudæorum Chriſtianis interdicimus, ſub pœna excõmunicationis ad annum. 3. Aurelia. 13. Elibertini. 50. Agatheu. 40. Venet. 11. Epaunen. 15.

Habitu à Chriſtianis Iudæi diſcernantur. 2. Lateran. 68.

Toletarij nõ eſſe ſinantur. 1. Mantiſcon. 13.

Iudices Chriſtianis non præficiantur. Auernen. 8. 1. Mantiſconen. 13.

Publica officia non agant, neque ex eis nati; quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt. 4. Toletan. 64. 3. Toletan. 14. 2. Lateranen. 69.

Coniugium cum Chriſtiana non ſortiãtur. 3. Aurelianen. 13. Elibertini, 16. 3. Toletan. 14. aut ſi iuncti ſint, ſeparentur, 2. Aurelianen. 19. 3. Aurelianen. 13.

At moniti, vt Chriſtiani fiant, ſicut & eorũ coniuges, ſi cõſentiant, nõ ſeparentur, Chalce. 12. 4. Toletan. 6.

Eorumque poſſeſſiones tunc ipſi ſeruentur. Alexander pp. 3. cap. 26. partis primæ.

Chriſtiana eorum mancipia eis non reddatur, cum ad Eccleſiam confugerint, quia, vel quod religio Chriſtiana vetat à dominis præcipitur, vel puniuntur pro culpa, cuius veniam in Eccleſia acceperant. 3. Aurelianen. 13. ſed redimantur à Chriſtianis 4. Aurelian. 23. & 29. 3. Toletan. 14. quodque duodecim ſolidis. 1. Mantiſconen. 19.) quinimmò eis ea deinceps emere vetat 4. Tolet. 65. Alexander papa tertius parte 10.

A die cœnæ Domini vſque in ſecũdam ſabbati in paſcha (hoc eſt, ipſo quatriduo) procedere inter Chriſtianos non præſumãt Iudęi 3. Aurelianen. 29. 1. Mantiſcon. 14.

Clerici anathematizantur, qui pro collatis ſibi ab eis muneribus perfidiam eorũ diſſimulant, 4. Toler. 57.

Acta per iudicem mentecaptum non valẽt, quamuis communi errore credatur ſanæ mẽtis Reginal. lib. 31. num. 63.

Actum externum faciens ſine interno, peccat quando deficit actus internus, qui eſt de ſubſtantia actus externi præcepti, qualis eſt attentio diuini officij recitandi, &c. ſecus cum actus externus poteſt ſubſiſtere ſine actu interno, vnde communicans indigne in Paſchate non incurrit excommunicationem latam contra non communicantes Bonacina de cẽſuris d. 1. q. 1. par. 3. num. 5.

Iudicio Dei iuſto, datur plerumque peccatoribus poteſtas, qua ſanctos ipſius perſequantur; vt qui ſpiritu Dei iuuantur, & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Sixtus pp. 2. epiſt. 2. ex Zepherino pp. epiſt. 1. & Pelagius pp. 2. in epiſt. ad vniuerſos Epiſcopos Italię. Et in libro ſent. proſperi ſent. 23. & commentario eius, Pſal. 118. ad verſum: Media nocte ſurgebam.

De occultis cordis alieni iudicare, peccatũ eſt? & eum cuius non videntur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpitione reprehendere. Sixtus pp. 2. epiſt. 2. & ante eum Zepherinus pp. epiſtol. 1. ad Epiſcopo, Sicilien. & Ioannes pp. 1. epiſt. ad Zachariam. Et ſent. 11. in libro ſententiarum Proſperi.

In omni iudicio adeſſe debet iudex, accuſator, defenſor, & teſtes. Fabianus pp. epiſt. 2.

Iudex nõ ſit qui accuſator eſt, vel teſtis. Fabianus ibidem. Gelaſius pp. citatus à Nicolao pp. 1. ad Michaelem Imp.

De iudicijs, lege decreta Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 20. reformationis: & ſeſſ. 25. cap. 10.

Iudex nec ſuſpectus nec inimicus eſſe poteſt. Nicolaus, pp. 1. ad Michaelem Imp.) Alexander pp. 3. c. 27. parte 10.

Quod ſi iudicandus allegauerit ſe iudicem habere ſuſpectũ, coram eodem cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet, & ipſe cum aduerſario, vel ſi fortè aduerſarium non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat; aut ſi forte communiter conuenire non poſſunt, eligant abſque malitia, ipſe vnum, & ille alium, qui de ſuſpitionis cauſa cognoſcãt: & ſi nequiuerint in vnam concordare ſententiam, aduocẽt tertium, vt quod duo ex ipſis decreuerint, robur habeat firmitatis, &c. Cauſa verò ſuſpicionis legitimam ipſis infra competẽtem terminum non probata, ſua iuriſdictione iudex vtatur, at ipſa probata legitimè, de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ committat, negotium recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, vt in eo ipſe procedat, ſecundum quod fuerit procedẽdum. 2. Lateranenſe. cap. 48.

Iudex crimino ſum diſcutiens, non antè ſententiam proferat capitalem, quàm aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes teſtes conuincatur. Adrianus pp. in capitulis ex ſynodis, & canonibus diuerſis à ſe collectis, & ibidem paulo antè; Iudicantem oportet cun-

cta rimari,& ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, ac proponendi, adijciendiquè patientia præbita ab eo; vt ibi actio partium limitata ſit pleniter, nec prius litigantibus ſua velit ſententia obuiare, niſi quando ipſi, peractis omnibus, iam nihil amplius habuerint in quæſtione, quod proponãt, & tamdiù actio ventiletur., quouſque ad rei veritatem perueniatur, frequenter ergo interrogari oportet, nè aliquid fortè prætermiſſum remaneat,quod annecti conueniat. Hæc ibi Adrianus papa, & Nicolaus papa 1.3.q.9. cap.Si fortè.Vide titulum,Inquirendi.

Deus enim omnipotens, vt nos à præcipitatæ ſentẽtiæ prolatione compeſceret (inquit Euariſtus papa epiſtola 2.cum omnia nuda,& aperta ſint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare prinſquam manifeſtè agnoſceret,quę dicebantur.Vnde ipſe ait:Deſcendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam. Deus omnipotens(cui nihil abſconditum eſt, ſed omnia ei manifeſta ſunt etiam antequam fiant)non ob aliud hæc,& alia multa per ſe inquirere dignatus eſt niſi, vt nobis exemplum daret, nè præcipites in diſcutiendis, & iudicandis negotijs eſſemus, & nè mala quorumdam prius quiſquam præſumat credere quam probare, &c. Hæc ibi Euariſtus. Quam eius ſententiam cum ipſis quoque verbis reperit, ac inſequitur Gregorius pp. primus, libro decimo nono Moralium, capitulo 23.citaturquè Gregorius c.37.Concilij Aquiſgrauen.ſub Ludouico Imp.1.c.verò 22 Triburienſis Concilij ſub Arnolfo Imperatore reperitur,vt Euariſti ſententia.

Huc ſpectat 2.Lateranenſis cõſtitutio, cap. 38. vt tam in ordinario iudicio quàm extraordinario, iudex ſemper adhibeat, aut publicam, ſi poteſt habere, perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuerſa iudicij acta conſcribant, videlicet citationes,dilationes, recuſationes,& exceptiones,petitiones,& reſponſiones, & appellationes, renunciationes, concluſiones,& cętera quæ occurrunt competenti ordine conſcribenda, deſignando loca, tempora, & perſonas:.& omnia ſic conſcripta partibus tribuantur : ita quod originalia penes ſcriptores remaneant, vbi ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hæc poſſit veritas declarari:hoc adhibito moderamine, quatenus ſic honeſtis, & diſcretis deferatur iudicibus, quod per improuidos, & iniquos innocentum iuſtitia non lædatur. Iudex autem qui conſtitutionem iſtam neglexerit obſeruare, ſi propter eius negligentiam aliquid difficultatis emerſerit, per ſuperiorem iudicem animaduerſione debita caſtigetur, nec pro ipſius præſumatur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis.Vide tit.Inquirendi.

Ad teſtimonium dicendum viles, & indigna perſonas coram ſe non permittat accedere,quoniam multi ſunt,qui peierare pro nihilo ducunt.c. 34. Turonenſis ſub Carolo magno.c.21.Cabilonen.tempore eiuſdem.

Munera pro iudicio non recipiat iudex, nè per hoc peruertat iudicia iuſtorum, dicente ſcriptura:Munera excæcant oculos ſapientiũ, & ſubuertunt verba iuſtorum; cap. 13. Arelatenſis ſynodi ſub Carolo magno cap. 35. Turonenſis ſub eodem cap.21. Cabilonenſis tempore eiuſdem,Rhemen.39.Tarracon.10.

. Catholici iudex nemo ſit niſi catholicus: prouocans ad alium excommunicetur, 4. Carth.87.

Cum per iudicium iniurijs aditus patere non debeat(quas iuris obſeruantia interdicit) nullus vltra duas dietas ſuam diœceſim per litteras Apoſtolicas ad iudicium trahi poſſit, niſi de aſſenſu fuerint impetratę, vel expreſsã de hac conſtitutione mentionem fecerint 2. Lateranen.37.

De poteſtate iudicum Alexander pp. 3. part.46.et 2. Lateranen. 36. et de iudicibus delegatis idem Alexander part. 7. et part. 10. cap.18.

Iudices locorum, aut actores fiſcalium patrimoniorum, ex decreto domini noſtri Reccaredi regis ſimul cum ſacerdotum conſilio, autumnali tempore die Kalendarum Nouembrium in vnum conueniant,vt diſcant,quàm piè,iuſtè, & humaniter cum populis agere debeant, nec iniuſtis veſtigalibus, & immoderatis exactionibus ipſos premant, ſed potius per miſerationem compatientes, à grauaminibus defendant, vt bonos populi tutores facere decet 3.Toletan. 18. Subſint Epiſcopo 3. Tolet. 18. Arelat. 22.ſub Carol. magno,& ſub eodem Turo.cap.33.

Reperti mali iudices, de miniſterio ſuo abijciantur. cap. 50. Maguntiaci ſub Carolo magno.

Si clericum quempiam fatigent eum, vel in publicis,vel in priuatis occupando,excommunicantur,3.Tole.21.4.Tolet.3.

Si cum pauperes opprimant, ſe commoniti non emendarint, excommunicentur.... Turonen.27.& cap. 17.Arelaten.ſub Carolo magno.

Die Dominico iudicia non fiant. Tarraconenſis 4. 2. Mantiſconen. 1.) nec in quadrageſima. Liberius pp. Vide, Dominicam diem §.5.

Cle-

Clericus non alia poteſt iudicare, quàm quæ legibus continentur ab eo iudicari poſſe. Felix pp. 2. c. 7. epiſt. 1.

Criminalia non poteſt iudicare. Tarracon. 4. ſeu, ſanguinis ſententiam non poteſt ferre, quod cæteris conceditur Chriſtianis. Innocẽt. pp. epiſt. 3. cap. 3. 4. Tolet. 30. 11. Toletan. 6. 2. Lateranenſ. 18.

Clerici iudex nullus eſt ſæcularis, ſed ſolùm Eccleſiaſticus. Alexander pp. 1. initio epiſt. prima, Syluester pp. concil. Roman. cap. 15. 3. Carth. 9. Chalcedon. 9. Venetici 9. Mantiſcon. 10. 1. Mantiſcon. 8. 3. Tolet. 13. Antiſiodoren. 35. concil. Roma. ſub Nicolao pp. 1. 3. Aurelia. 31.

Quicumque ergo clericus, cui in Eccleſia crimen fuerit intentatum, derelicto Eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicis purgari voluerit, etiam ſi pro ipſo prolata fuerit ſententia, locum ſuum amittat: & hoc in criminali actione, in ciuili verò perdat, quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit. 3. Carthaginen. 6. Agathen. verò, cap. 8. cum excommunicat ad ſæcularem iudicem confugientem pro diſtrictione, ac cum eo iudicẽ, ſi ei defenſionis ſolatium impendat. Chalcedonen. 9.

Permittant autem id Epiſcopo, poteſt iudicium illud interpellare. Epaunen. 11. 4. Aurelianen. 20. Venetici 9.

Nec laico liceat inconſulto ſacerdote clericum in ſæculare iudicium exibere Marcellinus pp. 1. in epiſtola decretali, 3. Aurelianen. 31. 4. Aurelianen. 20. 1. Mantiſconen. 7. Hoc præuaricatus, anno ab omnium Chriſtianorũ conſortio habeatur extraneus, Antiſiodoren. 43. cap. 11. Cabilonenſis circa Eugenij pp. 1. ſimpliciter excommunicat eum ſicut, & Alexander pp. 3. c. 14. part. 1. conſtitutionum ſuarum. Vide Concilij Trident. ſeſſ. 7. c. 14. & cap. 5. 1. Mantiſcon. 7. indicitur. Quod ſi quicumquè iudex quemcumque clericũ abſque cauſa criminali, id eſt homicidio, furto, aut maleficio, hoc facere præſumpſerit: quamdiù Epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur.

Epiſcopus nihil tentet iudicare abſque clericorum præſentia, 4. Carthag. 23. citatur ab Adriano pp. 1. in cap. quæ colligit.

Iudiciis inferiorum ſuperiores Pontifices ſubiungi non poſſe, oſtendit Nicolaus pp. 1. ad Michaelem Imperatorem.

Epiſcopi iudex nullus ſecularis eſſe debet, quod nefas ſit, vt illius manibus, aut iuſſione de Eccleſia trahatur, pro quo Deum ſemper exorat, & cui inuocato nomine Domini ad ſaluationem corporis, animæquè Euchariſtiam ſepè porrexit, Mantiſcon. 9. Felix pp. 2. epiſt. 1. cap. 1. & à tali Epiſcopus ſe non curet abſolui, Gelaſius pp. in tomo de anathematis vinculo. Quo manifeſtius, inquit, &c.

Clericus, ſeu presbyter, ſeu diaconus, ab Epiſcopo, & Epiſcopus à ſynodo damnatus, pro defenſione auribus Imperatoris moleſtus non ſit, ſed ad maius Epiſcoporum concilium cauſam deferat, Antioch. 12. 4. Carth. 66. Mileuita. 22. Chalced. 9. Sardic. 17. 6. Carth. 6. 3. Aurelia. 20. 1. Vaſen. 5. 3. Tolet. 20.

Iurare Dei eſt, à ſeipſo ordinata, nullatenus conuertere, 8. Tolet. 2.

Ad ſingula verba iurare non licet, id enim eſt nomen Dei in vanum aſſumere, c. 43. Turon. ſub Carolo magno.

De iuramento calumniæ, Alexander pp. 3. par. 23.

Iuramenta incauta fieri prohibemus, Cornelius pp. epiſt.

Ideòq; iuramentum illud, quod obſeruatũ in peiorem vergeret exitum, ſalubri conſilio mutandum eſt, & in malis promiſſis reſcindẽda fides, & in turpi voto decretum. Soter pp. apud Gratian. 22. quæſt. 4. cap. Si aliquid. 8. Tolet. 2. Ambroſius lib. 1. officiorum, cap. 50. & lib. 3. cap. 12. Iſidorus lib. 2. ſenten. & lib. 2. ſynonimorum, Beda citato cap. 21. Triburien. ſub Arnolfo Imperatore.

Iuramenta non ſunt, ſed potius periuria dicenda, quæ contra vtilitatem Eccleſiaſticã, & ſanctorum Patrum veniunt inſtituta. Alex. pp. 3. c. 16. par. 1.

Cum honeſtate, & timore Dei ieiunus homo iuret, Cornel. pp. pto apud Gratian. 22. q. 4. cap. Honeſtum.

Antę annos quatuordecim pueri iurare nõ cogantur, Cornelius pp. citato loco, iam ex Gratiano, Elibert. Concil. apud Gratianum de conſecr. diſt. 4. 7. Carth. 4.

A ſummis Sacerdotibus, vel Dei miniſtris iuramentum, niſi pro fide recta non exigatur, Cornelius pp. epiſt. 2.

Per creaturas iurare vetat, ſi quod eis numen ineſſe putet cum Gentilibus, Pius pp. 1. 12. q. 1. 4. Carth. 61. 4. Aurelian. 16.

Damnatus eſt 43 articulus Vviclef in concilio Conſtantienſis Iuramenta illicita ſunt, quæ fiunt ad corroborandos humanos cõtractus, & commercia ciuilia.

Iuramenti ſolemniter faciendi modus eſt: Per has ſanctas ſcripturas, & Deum, qui per eas locutus eſt, 6. Conſtant. actio 13. & 14.

De iuriſdictione Eccleſias ſingulas ſingulis presbyteris dedimus parochias, & cœmeteria eis diuiſimus, & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus, ità videlicet, vt nullus alterius parochiæ terras, terminos, aut ius inuadat,

ſed vnuſquiſque ſuis terminis ſit contentus, & taliter Eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus ſibi cōmiſſis rationem reddat Dionyſius pp. 1. epiſt. 2. ad Seuerum Epiſcopum, & ante eum Calixtus pp. epiſt. 2. Nemo quoq; alterius terminos vſurpet, nec alterius parochianum iudicare, aut excommunicare præſumat, quia talis iudicatio, vel ordinario, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit, quoniam nullus alterius iudicis, niſi ſui ſententia tenebitur, aut damnabitur. His ſubſcribunt Innocentius pp. 1 epiſt. 8. ad Florentinum Epiſcopum, & Celeſtinus pp. 1. epiſt. 2. cap. 4. 1. Carth. 10. Antiocheni 9. & 22. 1 Conſtantinop. 2. quod incipit, Qui ſunt ſuper, &c. 2. Carth. 11. 3. Carth. 20. 1. Turonici 9. 3. Aurelian. 15. Aruernen. 9. Anglicani 2. Adrianus pp. in cap. canonum, quæ colligit: Si quis metropolitanus, &c.

Immò etiam vbi Pontifex iure humanæ cōditionis obierit, nullus Epiſcopus ante ſubſtitutionem deputati per ordinem ſucceſſoris, aut in ciuitate, aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat conſecrare, vel quidquam de rebus Eccleſiæ præter humanitatem præſumat auferre, 5. Aurelian. 8. & Zacharias pp. ad Vvitam. Cōſule Trid. ſeſſ. 5. c. 5. ſeſſ. 14. c. 8.

Quod ſi inter Epiſcopos naſcatur de terminis contentio, impleto anno ſpatio pro ſtudio charitatis (quæ cunctis debet rebus temporalibus anteferri) per epiſtolas fratrum affectuosè admoniti negotium ſanare feſtinēt, aut inter ſe, aut in præſentia electorum iudicum, aut qui diſtulerit, excommunicetur, 4. Aurelia. 12. 2. Turoni. 2. & Mileuitanum concil. cap. 21. quicumque Epiſcopi, quaſcumque Eccleſias, vel plebes, quas ad ſuam cathedram exiſtimant pertinere, non ita repetierint, vt cauſas ſuas Epiſcopis iudicantibus agant, ſed alio retinente irruerint, ſiue volentibus, ſiue nolentibus plebibus cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerint, ſi nondum eſt inter Epiſcopos finita contentio, ſed adhuc inde contendūt, ille diſcedat, quem conſtiterit prætermiſſis iudiciis eccleſiaſticis irruiſſe, nec ſibi quiſque blandiatur, ſi à primate, vt retineat, litteras impetrarit, ſed ſiue habeat litteras, ſiue non habeat, conueniat eum, qui tenet, & eius litteras accipiat, vt eum appareat pacificè tenuiſſe Eccleſiam ad pertinentiam, ſi autem ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos iudices cauſa finiatur, ſiue quos eis primates dederint, ſiue quos ipſi vicinos ex conſultu primatis delegerint. Vide Innocentii pp. 1. epiſt. 18. c. 2. & Chalced. 12. de non multiplicandis Metropolitanis.

Si tamen Epiſcopi, vel presbyteri cauſa viſendæ Eccleſię alterius Epiſcopi ad Eccleſiam venerint, & in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conſectandam inuitentur, 4. Carth. 33.

Nullus clericus prætextu Eccleſiaſticæ libertatis (inquit 1. Lateranenſe cap. 42.) ſuam de cætero iuriſdictionem extendat in præiudicium iuſtitiæ ſęcularis, ſed contentus exiſtat conſtitutionis ſcriptæ, & conſuetudinibus hactenus approbatis, vt quæ ſunt Cæſaris reddantur Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo recta diſtributione reddantur.

Ius patronatus ſæcularis vnde originem ſumpsiſſe videatur, vide in titulo: Eccleſia. 15. de hac re vide Alexādrum pp. 3. par 15. & 47.

Iuſta ſint vbique pondera, & menſuræ, c. 15. Arelaten. ſub Carolo magno, 45. Turon. ſub Carolo magno.

Iuſtificatio quid ſit, conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 4. Quomodo in homine fiat, ibidem cap. 5. & 6. duabus partibus conſtat, remiſſione peccatorum, & inuocatione, & rectitudine mētis, c. 7. Varias eius cauſæ, ibidem.

Iuſtitiam qua iuſti ſumus non eſſe Chriſti, ipſius, vel Dei iuſtitiam, quæ nobis imputetur, nec ſolam peccatorum remiſſionem, ſed eſſe verè nobis internam iuſtitiam, mentis ſcilicet rectitudinem, & charitatem diffuſam per Spiritum ſāctum in cordibus noſtris, Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 10. & 11.

K

Kalendæ, Vide Calendæ.

De Kyrieeleiſon. Qui tām in ſede Apoſtolica, quām etiam per totas Orientales, atq; Italiæ prouincias dulcis, & nimium ſalubris conſuetudo intromiſſa eſt, vt Kyrieeleiſon frequentius cum grandi affectu, ac compunctione dicatur: placuit etiam nobis, vt in omnibus Eccleſiis noſtris iſta conſuetudo intromittāt, Vaſenſe Concilium c. p. 3.

L

Laicus niſi religione promiſſa non fiat clericus, Epan. 37. Vide tit. Adoleſcentes, §. 1.

Lauacra cum mulieribus nō ſint viris communia, Laodic. 30. Zachar. pp. ad Bonif. epiſt. 5. Auguſt. tempore mos erat baptizandorum lauandi corpora, quia baptizandorum corpora, inquit cap. 7. epiſt. 118. per obſeruationem Quadrageſimæ ſordidata, cum offenſione ſenſus ad fontem tractarentur, niſi aliqua die lauarentur, eiquè rei delectum eſſe diem, quo cęna Domini anniuerſariè celebratur, & quia con-

Digitized by Google

cõceſſum eſt hoc baptiſmum accepturis, multi cum his lauari voluerunt. Vide eundẽ c.18, epiſt.119.

Lector cum ordinatur, inquit 4.Carth.8. faciat de illo verbum Epiſcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium. Poſt hæc ſpectante plebe tradat ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens ad eum: Accipe, & eſto lector verbi Dei, habiturus, ſi fideliter, & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum Dei miniſtrauerunt, Aquiſgran. c.3. ſub Ludouico pio Imp.

In habitu ſeculari ornatus pſallere in Eccleſia non poteſt, 1.Brac.29.) 1.Brac.28. cuilibet lectorum nõ permittitur ſacra altaris vaſa portare.

Matrimonium contrahit cum ad annos pubertatis venerit, Chalced.13. Vaſenſis 1. vel certè tunc continentiam profitetur, 3.Carth. 19. non tamen poteſt ducere eam, quæ fuerit adultera, Tarracon.9. per ſolennes dierum vigilias eædem in Eccleſia lectiones legantur, 1.Brac.20. ſic ferè 11.Tolet.3.

Legi in Eccleſia non debent, niſi volumina noui, & veteris teſtamenti (hoc eſt, nil à plebis editum) Laodic.59.3.Carth 47. addit: Sub nomine diuinarum ſcripturarum, nullæ preces, vel orationes, niſi quæ ſint in ſynodo, vel à prudentioribus tractatæ, 3.Carth.23. Mileuitan.12.

Lectio ſacra in menſa, vide tit. Epiſcopus, §.39.

Legi tamen poſſunt, & martyrum paſſiones cum anniuerſarii dies eorum celebrantur, 3. Carth.47. & Doctorum orthodoxorum hymni, 4.Tolet.12.

Leges humanæ rationi, & honeſtati non repugnantes amplectendæ ſunt, Calixtus pp. epiſt.2.

Quidquid verò, vel ab Imperatore, vel à quouis alio contra mandata diuina præſumptum eſt, vanum eſt. Non licet enim Imperatori quidquam quo à Euangelicis, Propheticiſque, & Apoſtolicis regulis obuiar, agere. Iniuſtum enim iudicium, & definitio iniuſta Regio metu, vel iuſſu à iudicibus ordinata nõ valet, nec quidquam, quod contra Euangelicam, vel Propheticam, aut Apoſtolicam doctrinam, conſtitutionemquè eorum, ſiue ſanctorum Patrum actum fuerit, ſtabit, & quod ab infidelibus, aut hereticis factum fuerit, omninò ceſſabitur, Symmachus pp. in 6. ſynodo Romana, tempore eius celebrata, cuius initium: Cum in vnum Hæc colligit Adrianus pp. in fine collectanei ſui.

Poteſtas Imperatoris confertur cum pontificali poteſtate a Nicolao pp.2. ad Michaelẽ Imper. & collectum eſt totum ſub titultum, 6. reſcriptorum eius.

Diſponendi de rebus eccleſiaſticis bulla laicis quamuis religioſis, eſt poteſtas, quos ſubſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. 2.Lateranen.44.

Leno, quoniam alienum corpus vendit, nec in fine communionem accipiat, Eliber.12.

Leproſis fidelibus danda eſt euchariſtia; ac cum eis non eſt cõuerſandum, Gregorius pp. 1.epiſt.4. VVormat.31.

His eccleſia cum cœmeterio conſtituere, & proprio gaudere presbytero concedũt, ſi tot ſimul ſub communi vita degant qui hoc valeant, Alexander pp.3. parte 1.cap.43. Vide eundem Alexandrum parte 37.

Libelli famoſi auctor, aut diſperſor, anathematizetur, Elibert.52. hoc eſt vnum capitulorum ab Adriano pp.1. collectorum qui ibidẽ ante aliud eadem de re habet: Qui in alterius famam in publico ſcripturam, aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus ſcripta nõ probauerit, flagelletur, & qui ea prius inuenit rumpat, ſi non vult authoris facti cauſam incurrere, Concil. Conſtantien. ſeſſ.6. excummunicationi coniungit pœnam carceris, Trid. ſeſ. 4. in fine.

Libertus, ſeu liberta, hoc eſt, ex ancilla per manumiſſionem, & regalem largitionem libera facta, vel liber factus, Triburien. ſub Arnolfo Imp. c.38.

Liberum arbitrium non extinctum eſt planè per peccatum, ſed viribus attenuatum, & inclinatum, Conc. Arauſ.2.cap.25. Conc. Trid. ſeſſ.6.cap.1. & can.5. & ſumptum eſt ex Auguſtini lib.1. contra 2.epiſt. Pelag. c.2.

Ad benè viuendum per ſe nõ ſufficit, ſed magnis precibus Dei gratia imploranda eſt, alioqui terrenæ labis, & mundani corporis nequaquam vincemus errores, vnde illo licet præditus Dauid dicit: Adiutor meus eſto, &c. Pſal.26. Innocentius 1.epiſt.25. quæ eſt ad ſynodum Carthag. & epiſt.26. quæ eſt 93. inter epiſt. Auguſt.

Nam Adam olim dum ſuis inconſultius vtitur bonis, in præuaricationis profunda cadẽs eſt demerſus, adeò vt iam nihil quo inde ſurgere poſſet inueniret, ſuaquè in æternum libertate deceptus, huius ruina iacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſt Chriſti pro ſua gloria releuaſſet aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem, omne præteritum vitium ſui baptiſmi lauacro purgauit, & eius firmans ſtatum, quo rectius, ſtabiliuſquè procederet, tamen ſuam gratiam in poſterum non negauit, nam quamuis redemiſſet hominem à præteritis ille peccatis, tamen ſciens iterum poſſe

pec-

Digitized by Google

peccare, ad reparationem ſibi quemadmodū poſſet illum, & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit, quotidiana præſtat ille remedia, quibus niſi freti, confiſiquè nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Neceſſe eſt enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Innocentius 1. epiſ. 25. ad Epiſcopos ſynodi Carthaginenſis, Cœleſtinus pp. 1. epiſt. 2. cap. 4. idem Innocentius epiſt. 26. inter epiſt. Auguſtini.

Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei in iuſtificatione, & bonis operibus, Conc. Trident. ſeſſ. 6. c. 5. & can. 4.

Liberæ voluntati in omnibus diuinis paginis legimus adiutorium Dei eſſe flectendum, eamquè nihil poſſe eo deſtitutam, Innocētius 1. epiſtola 26. quæ eſt 93. inter Auguſtianas, & Auguſtinus.

Librorum canonicorum indicem, & catalogum habes 59. Apoſt. 84. Carth. 47. Innocentius pp. 1. epiſtola 3. cap. 7. Gelaſius pp. in Cōcilio 70. Epiſcoporum, Auguſtinus lib. 2. de Doct. Chriſt. cap. 7. Eugenius pp. in conc. Florentino, Conc. Trid. ſeſſ. 4. eadem ſeſſ. habetur decretum de editione.

Librum, aut quamcumque aliam ſcripturā nemo imprimat, ait Leo pp. 10. aut imprimi vſquam curet, niſi examinatus prius ſit per Epiſcopum, aut peritum ab eo deputatum, ac ſubſignatus ſub pœna excommunicationis, & perdendorum librorum, centumquè ducatorum, & non exercendæ impreſſionis ad annū, Trid. ſeſſ. 4. hoc approbat.

Litaniæ, ſeu rogationes, 1. Aurelian. 29. & cap. 32. Maguntiaci ſub Carolo magno, fiunt ad rogandum Deum, & impetrandum in aliquo miſericordiam eius, c. 32. Maguntiaci.

A die iduum Decembrium triduo, vbiquè annua ſucceſſione peragantur, & indulgentia delictorum lachrymis impetretur, 5. Tolet. 1. 6. Tolet. 2. Bracc. 9.

Kalendis Nouembris aliæ fiebant Litaniæ, Gerunden. 3. 1. Aurelianenſis cap. 29. Rogationes, inquit, ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari, ità vt præmiſſum triduanum ieiunium in Dominicæ aſcenſionis ſolemnitate ſoluatur, per quod triduum ſerui, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuerſa conueniat, quo triduo omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis vtantur, de qua litania opinor loqui cap. 33. Maguntiaci ſub Carolo magno, addens: Et ſicut ſancti Patres noſtri inſtituerunt, non equitando, nec pretioſis veſtibus induti, ſed diſcalceati, cinere, & cilicio induti, niſi infirmitas impedierit, &c.

Litteras commendatitias, aut teſtimoniales habeat quiſquis peregrinatur, Antioch. 7. Laod. 41. Chalced. 11. cap. 46. Aquiſgran. ſub Ludouico pio Imp.

Has præter ſacerdotem nullus det, 1. Turonici 12. 2. Tur. 6.

Sine his clericus nuſquam in Eccleſia ſuſcipiatur, 1. Carth. 5. Laod. 41. Agath. 38. & 52. Mileuit. 20. Venetici 5. Epaun. 6. 1. Turon. 12. 3. Aurel. 15. 4. Aurel. 7. 1. Anglic. 5. cap. 14. Turon. tempore Caroli magni, Vvormat. 18. & cap. 13. Turon. ſub Carolo magno, cap. 51. Aquiſgr. ſub Ludouico pio Imp. 1. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 16.

Immò ipſi quoque Epiſcopo longiorem ſuſcepturo profectionem det metropolitanus 3. Carth. 28. at Chalced. Conc. c. 11.

Litigantes in iudiciis Chriſtiani reprehenduntur à Stephano pp. 1. epiſt. 2. 4. Carth. 87.

M

MAgus clericus eiicitur ab Eccleſia, Laodic. 36. Agath. 68.

Conſulens magum, fit anathema, Gregor. pp. 3. cap. 12. conc. Roman. eiuſmodi clericum de gradu ſuo detrudit in monaſterium, vt inibi, dum viuet, pœnitentiam agat, 4. Tolet. 28.

Artes magicæ, vel incantationes, nihil poſſunt vllis hominum infirmitatibus mederi, nec animalibus, cap. 43. Turon. ſub Carolo magno.

Maleficio, qui alterum interfecerit, eo quod ſine idolatria perficere ſcelus non potuit, nè in fine quidē percipiat communionē, Eliber. 6. Vide titulum, Venefici.

Mācipia olim donata ſunt monachis, Agathen. 59. Epaun. 8.

Mancipia Iudæorum, in titulo, Iudæus.

In Eccleſiæ 1. Hiſpan. 1. & 2. 3. Tolet. 22. 4. Tolet. 68.

Quibus benè meritis interdum libertas donabatur, Agath. 74. Tolet. 68. & 69. 5. Aurelian. 7.

Ex eis ad clerum admittebantur. Vide tit. Clero, &c. §. 9.

Matrimonium quoque contrahere potuerunt libertate à dominis obtenta, 4. Aurel. 23. 30. Cabilon. tempore Caroli magni.

Mandata Dei vſque adeò non ſunt obſeruata impoſſibilia, vt nec grauia quidē ſint: Ab illorum obſeruatione nemo eſt liber, Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. item can. 18. 19. & 20. Concilium Arauſicanum 2. cap. 26. Concilium Vienenſe damnauit Beghardos, qui docebant homines perfectos, & ſpirituales, quales ipſi ſeſe profitebantur, non teneri ad obſeruationem mandatorum Dei, & eccleſiæ.

Ma-

Manus impoſitio, vide titulum, Impoſitio.

Mariæ Deiparæ vuluam Chriſtus natus nõ aperuit, Hormiſdas pp. c. 3. epiſt. 1.

In Maria locum non habet illud: In dolore paries filios tuos, Concil. Epheſ. in epiſt. ſynodali ad Neſtorium.

Si quis (inquit Martinus pp. 1. decreto 3. cõtra Theodorum, &c.) non cõfitetur ſecũdùm, &c. quod ſit verè mater Dei.

Maria an habuerit peccatum originis: itẽ an aliquod vnquam peccatum actuale cõmiſerit, vide titulum; Peccatum.

Martyrum ſanctorum geſta, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant, non negamus; Quis iſta catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus ſuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adiutorio vniuerſa toleraſſe? ſed ideò ſecundùm antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in Sancta Romana Eccleſia non leguntur, quia & eorum qui conſcripſerunt nomina penitus ignorantur, & ab idiotis infidelibus ſuperflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putãtur, Gelaſius pp. in decreto de apocryphis facto in concil. 70. Epiſcoporum.

Libelli, ſeu litteræ confeſſorum, aut martyrum, Elibert. 25. 1. Arelaten. 9.

Nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, niſi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ ſint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis, fideliſſima origine traditur, 5. Carthagin. 14.

De reliquijs Sanctorum, vide titulum: Reliquiæ.

Martyribus veris derelictis ad falſos abiere, Laod. 34. & Euſtachius quidam ſanctorum martyrum baſilicas contemnere docuit, Synodo Gangrenſi teſte, & poſtea Vigilantius.

De ſignis Mathemati. Vide tit. Fatali ſiguo, ſ. 2.

Matricida, titulo Homicidium.

Matrimonium, ſacramentum eſt, nouæ legis gratiam præſtans, Concil. Floren. in decreto Armenijs dato Concil. Trid. ſeſſ. 24. in doctrina de matrimonio.

Matrimonium contrahitur ſolo conſenſu maſculi, & puellæ habito. Nicolaus pp. cap. 1. & 3. titulorum reſcriptorum ſuorum, Conc. Florent.

Vnus tantùm vnam in nouo teſtamento accipiat. Gregor. pp. 2. epiſt. 8. 1. Tolet. cap. 17. Conc. Trid. ſeſſ. 24. in doctrina de matrimon. & cano. 2.

Fidelis matrimonium cum infideli, ſeu gẽtis non contrahat, Elibert. 15. Arelaten. 11. 3. Carth. 12. nec cum ſceoico, c. 67. Elibert. nec cum hæretico, Elibert. 16. Laod. 10. nec Iudæo Elibert. 16. 2. Aurelian. 18. Aruer. 6. niſi (addũt canones) promittant, ad fidem orthodoxam ſe per perſonæ fidelis copulam transferre, Chalced. 14. Laod. 31. Agathen. 67. 4. Toletan. 62. alioqui diſiunguntur per illos canones, & 2. Aurel. 18.

Neque furioſus contrahat cum furioſa. 32. q. 7. cap Neque furioſus.

Liberi cum liberta probat apud Ioannem lib. 6. Iulius pp. 1.

Liberti cum ingenua damnatur, 9. Toletan. 13.

Nec conſanguineus cum conſanguinea. Caliſtus pp. 1. epiſt. 2. vſque ad ſeptimum gradum, 1. Nicena ſynodus, vt teſtatur Felix Epiſcopus Siciliæ ad Gregorium pp. 1. Iulius pp. 1. apud Gratian. 35. q. 2. c. Nullum. Gregorius pp. 2. epiſt. 8. Nicol. pp. 1. in Romana ſynodo, & eſt 35. q. 2. c. De conſanguinitate.

Poſt quartam generationem iungi ſinit barbaros Germanos in fide adhuc neophytos, Gregor. pp. 3. epiſt. 4. immò Gregorius pp. 1. lib. epiſt. regiſtri 12 cap. 31. non ſeparat quarto gradu iunctos Anglos ad fidem adductos.

At poſtea coniunctos in quarto gradu ſeparat Maguntiacum, cap. 54. ſub Carolo magno, & cap. 98. Vvormatienſis concilii.

Vide ſupra titulum: Inceſta coniunctio.

Secundum Lateranenſe cap. 50. Prohibitio (inquit) copulæ coniugalis quartum conſanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero nõ excedat, quoniã in vlterioribus gradibus iam non poteſt abſque graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Cum ergo vſque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta eam ita eſſe volumus perpetuam (non obſtantibus conſultationibus ſuper hoc dudum editis, vel ab aliis, vel à nobis) vt ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat: tantoquè grauiora ſint crimina, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam.) 2. Lateranen. 52. à quibus notitia rei huius ſumeretur, Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. Si quis dixerit eos tantum conſanguinitatis, & affinitatis gradus qui in Leuitico exprimuntur, poſſe impedire matrimonium contrahendum, & dirimere cõtractum; nec poſſe Eccleſiam in nonnullis eorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures impediant, & dirimant. anathema ſit.

Statuit ſancta ſynodus, vt ſicut ab antiquis patribus decretum, & nepos, & neptis, id eſt, filius

filius fratris, & filia ſororis primi habeantur, Saleguaſtadien. 11.

Videndus eſt Alexander pp. 3.

Proles è ſecundis nuptijs ſuſcepta non poteſt matrimonio iungi prolibus priorum nuptiarum Higinius pp. apud Gran. 36. q. 10. Si qua.

Affinium computatio, Fabianus pp. apud Gratian. 35. q. 6.

Nec quiſquam contrahat cum commatre ſpirituali, cap. 4. ſub Gregorio pp. 3. etiam ſi commater ſit, quod eius prolem ad confirmationem duxerit, c. 55. Maguntiaci ſub Carolo magno, c. 18. Maguntienſis tempore Arnulphi Imp.

Vide c. 34. VVormatienſis pro affinitate ex confirmatione.

Immò non ducat vir illā ſua vxore mortua, cuius compater factus erat ducendo priorem, quæ illius commater fuerat, Nicolaus pp. 1. 30. q. 4. cap. 1. Concilium verò Triburienſe cap. 47. ſub Arnolfo Imp. concedit viro ducere viduam mortuo viro compatre ſuo, qui cōpater erat, ex ſe, & non per vxorem, & capite 48. Si quis (ait) fortuitò ſpiritualis commatris filiam duxerit, non ſeparetur.

Vide Conc. Trid. ſeſſ. 24. de matrimonio, cap. 2. de reformatione.

Nicol. pp. 1. 30. q. 1. cap. Noſſe, ingerit ſcrupulum.

Nicolaus pp. 1. 30. q. 5. cap. 1. dicit carnalē filium non poſſe ducere ſpiritualem ex baptiſmo filiam patris ſui in vxorem, Alexand. pp. 3. par. 32. cap. 1. dicit hoc antiquo canone præcipi de filiis poſt compaternitatem natis, & addit. Nobis videtur tolerabilius, vt etiā iungantur poſt compaternitatem genitæ proles, ea excepta, per quam contracta eſt compaternitas: Abolita eſt ſpiritualis hæc cognatio in Concil. Trident. ſeſſ. 24. in reformat. matrimonii cap. 2.

Carnalis commixtio etiam cum non vxore parit affinitatem quandam, vide Alex. pp. 3. in par. 12. & VVormatien. 36. Reſtringit affinitatem ex fornicatione contractam quoad irritationem coniugii ad primum, & ſecundum gradum, Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. de matrim. reformat.

Duobus fratribus nubens mulier abiiciatur vſque ad mortem, cap. 2. Neoceſarien. cap. 44. Triburienſis ſub Arnolfo Imp. eamdem ſubeat pœnitentiam duas viciſſim ducēs vxores, cap. 45. eiuſdem.

Nolumus, vt quis ducat eam in matrimonium, quam prius polluit per adulterium. cap. 40. & 51. concilii Triburienſis ſub Arnolfo Imper. adeò vt coniuncti ſeparari debeant, & Alexander pp. 3. par. 31. cap. 1.

Hos ſtatuentes canones anſam, ac cauſam homicidii perpetrandi voluerunt adimere, ſi ſpes enim eſſet cōiugii cum eo, quem cognoſſes adultero, ſæpè in mortem vxoris eius mira machinateris.

Ante matrimonium geniti poſt cōtractum matrimonium vi ſacramenti ſunt legitimi, Alex. pp. 3. par. 33. cap. 1.

Viduæ mœchatæ alium habere, quam cum quo mœchata eſt non permittit, Eliber. 72.

Contractum ſemel matrimonium accedēte quacumque infirmitate diſſolui nequit, 3. Aurelian. 11.

Nec ſi hoſtilitatis incurſu alter coniugum in perpetuam abducatur captiuitatem, Innocentius pp. 1. epiſt. 9.

Nec alter dementiam incidat, aut ab hoſtibus, vel excæcatur, aut membris truncetur, aut à barbaris exſecetur, Nicol. pp. 1. 32. q. 8. cap. Ni qui.

Nec ob vitium frigiditatis poſt cōtractum matrimonium, & commixtionem accidens. Sic intellige Gregorium pp. 3. epiſt. 4. & c. 41. Triburienſis concilii ſub Arnolfo Imp.

Præceptum Domini eſt, vt excepta cauſa fornicationis vxor à viro dimitti non debeat, Matth. cap. 5. & 19. Marci cap. 10. Lucæ c. 15. Ex quo canones, Innocen. pp. 1. epiſt. 3. cap. 6. Mileuitan. 17. & cæteri, ſ. ſequenti citandi.

Vide titulum, Adulteri, ſ. 4. &c.

Qua de cauſa dimiſſo coniuge, coniunx innocens alteri non poteſt copulari, quod ſi ſe alteri copularit matrimonio, excommunicetur, Elibert. 9. Innocen. pp. 1. epiſt. 3. cap. 6. Mileuitan. 17. quod etiam iubet ad legem Imperialem promulgari, Venetici 2. 1. Anglican. 10. 1. Arelaten. 10. Concil. Trid. ſeſ. 24. can. 7. ita habet. Si quis dixerit Eccleſiam errare, cū docuit, & docet iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumque, vel etiam innocētem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe diſſolui, & vtrumque, vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœchariquè eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam, quæ dimiſſo adulterio, alii nupſerit, anathema ſit.

Concil. Floren. in decreto Armenis dato: quamuis autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, quum matrimonii vinculum legitimè contracti perpetuum ſit.

Quod ſi coniugatus vxorem prius abiecerit,

rit, quam iudicio eccleſiaſtico (apud quod dif ficili cauſas proponere debet) damnetur, excommunicetur, & à fidelium cœtu excludatur, Agath. 25. & 11. Toleta. cap. 7. quicumq; circa culpam adulterii vxorem ſuam quacumque occaſione dimiſerit, quia quod Deus iunxit ille ſeparare diſpoſuit, tamdiù ab Eccleſiaſtica communione priuatus, et à cœtu omniū Chriſtianorum maneat alienus, quamdiù ſocietatem relictæ coniugis ſinceriter amplectatur, et foueat, præmiſſa 1. 2. et 3. admonitione.

Nicolaus pp. 1. cap. 2. tit. 18. vt vnus ad religionem accedere nō poſſit, niſi alter quoque conuertatur ad religionem, et Alexander pp. 3. par. 5.

Si clericus vxorem ſuam mœchantem non abiiciebat, ne in fine quidem communionem accipiebat, quod ſceleris magiſter, aut fautor videretur, à quo bonæ conſeruationis exemplum procedere deberet, Elibert. 65. cap. 46. Triburien. ſub Arnolfo, ſi vxorem vir occidere velit ob adulterium, ei non reddēda ex tutiori loco ad quem confugerit.

Mœchorum pœnitentia, titulo, Adulteri.

Cogi non debet vlla, vel vidua, vel virgo ad contrahendum matrimonium, & ſi veliat nubere nubant, cui voluerint, 3. Tolet. 10. 2. Turon. 21. Hormiſdas pp. 31. q. 2. cap. de neptis, 3. Arelatenſe poſt canones.

Conſilium parentum ſuorum ad hanc rem adhibeant proles, 4. Aurelian 22. 1. Pariſien. 6. diſt. 6. 35. Videtur nobis.

Inuitis eis tamen contractum, eſt ratum, Hormiſdas pp. 31. q. 2. cap. tua ſanctitas.

Clandeſtinum vituperat Hormiſdas pp. 30. q. 5. cap. nullus, et ſecundum Lateranenſe, cap. 51. Cùm, inquit, matrimonia fuerint contrahenda in Eccleſiis per presbyteros publicè proponatur competenti termino præfinito, vt infra illum, qui valuerit, & voluerit, legitimum impedimentum opponat, & ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent, vtrum aliquod impedimentum obſiſtat, cum autem probabilis apparuerit coniectura contra copulam cōtrahendam, contractus interdicatur expreſsè donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtus conſtiterit documentis.

Deinde ibidem infra illegitimantur proles natæ ex matrimonio contracto in gradibus prohibitis.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 1. irritat clandeſtina coniugia.

Ea quoque, quæ ante baptiſmum ducta eſt, vxor eſt, Innocentius pp. 1. epiſt. 2. cap. 6. & epiſt. 22. c. & epiſt. 24. cap. 6. & Triburienſe cōcil. 39. Synodus Romana ait, inquit, quod non dimittenda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt, & ante baptiſmum in baptiſmo ſoluuntur crimina, non tamen legitima coniugia.

Si tamen vno infidelium, ſeu gentilium facto alter nolit conuerti, nec baptizari, fidelis ei non eſt alligatus, Eutychianus pp. 28. par. 1. Si quis Elibert. 10.

Mercaturam exercere, cui liceat, tit. Negotiari.

Menſis ſacerdotum non otioſæ fabulæ, ſed lectio diuinarum ſcripturarum interponatur, tertio Tolet. 7.

Metropolitanus Epiſcopus ab omnibus prouintiæ Epiſcopis congregatis in ſede Metropoleos ordinetur, Anicetus pp. in epiſt. decretali, 2. Aurelian. 7. 3. Aurelia. 3. amplius, 4. Tolet. 18. Vide tit. Archiepiſcopus.

Curam gerit totius prouinciæ, & ideò cæteros honore præcellit, Lucius pp. ad Epiſcopos Gal. & Hiſp. Antioch. 9.

Eius eſt dare epiſtolas ad alios pro Synodi congregatione, Mileuitan. 9.

Synodo eius parendum eſt, 2. Arelat. 37.

Merces. Vide, Opera.

Si quis dixerit iuſtificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè operatur, anathema ſit.

Concilium Trid. ſeſſ. 6. can. 31.

Militiam repetentes, ſubdebantur pœnitētiæ rigori annos decem, 1. Niceni 12. Sed 1. Toletani cap. 8. indicatur cauſa, vt tām ſeuerè tractarentur, qui id egiſſent, quod ſcilicet ſub Paganis militantes multa ſeuera præcepta cōtra fideles exequerentur, vel coacti: vt & apud Innocent. p. 1. cap. 2. epiſt. 24. 1. Turonen 5. excommunicantur.

Vide in fine V. idem Eccleſiæ ſacrificium.

Miſſam Chriſtus ordinauit, Concil. Conſtantien. ſeſſ. 8. eamquè primum ipſe in cœna vltima celebrauit, Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 1.

Miſſa eſt vnicum ſacrificium populi Chriſtiani, verè propitiatorium, ſeu placatoriū Dei pro peccatis, Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2.

Miſſæ ſacrificium non ſanctis in cœlo regnantibus, ſed Deo ſoli in illorum honorem offertur, eadem ſeſſ. 22. cap. 3. Auguſt. lib. 8. de ciuitate Dei cap. 27.

Miſſæ illæ in quibus ſolus ſacerdos ſacramentaliter communicat, non ſunt illicitæ, aut improbandæ, eadem ſeſſ. cap. 6. Aliqui certè nec Fabianus diſtinct. 1. cap. & ſi non concil. Elibert. de conſecrat. diſtinct. 2. cap. Omnis homo, nec 1. Tolet. c. 13. probaſſent certis tantùm temporibus communicantes.

Miſſa non eſt paſſim vernaculo, ſeu materno idiomate, ſed vbiquè Latina lingua cele-

Tt bran-

branda, eadem ſeſſ. 29. cap. 8. & canone 9.

Ioannis VViclef articulus 5. damnatus eſt: Non eſt fundatum in Euangelio quòd Chriſtus miſſam ordinauerit, Concilij Conſtantienſis ſeſſ. 8.

Vaſa quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria (ait Triburien. Concil. cap. 18.) calices ſunt, & patenæ, de quibus Bonifacius martyr, & Epiſcopus interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis ſacramenta conficere, reſpondit: Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur, nunc è contra, lignei ſacerdotes, aurei vtuntur calicibus Zepherinus decimus ſextus Romanus Epiſcopus patenis vitreis, miſſas celebrari conſtituit, tum deinde Vrbanus decimus octauus Papa omnia miniſteria ſacrata, fecit argentea. In hoc enim, ſicut, et in reliquis cultibus, magis, et magis per incrementa temporum decus ſuccreuit Eccleſiarum. Noſtris enim diebus, qui ſerui patrisfamilias ſumus, nè decus matris Eccleſiæ imminuatur, ſed magis cumuletur, et amplificetur, ſtatuimus vt deinceps nullus ſacerdos ſacrum myſterium, corporis et ſanguinis Ieſu Chriſti Domini noſtri in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumat, nè vnde placare debet, inde iraſcatur Deus. Hactenus Concilio. Triburien.

Non in domibus hæc ſancta myſteria, ſed tantum in loco ſacro ſunt Deo offerenda (excepta graui neceſſitate. Anacletus pp. epiſt. 1, Felix pp. 4. cap. 1. epiſt. ad Epiſcopos per prouincias conſtitutos, Laod. 38. cap. 49. Cabilonen. ſub magno cap. 9. Maguntienſis tempore Arnolfi Imp. Concilium Trid. ſeſſ. 24. in decreto de obſeruandis, et euitandis in celebratione miſſæ.

☞ Nemo quoque non ieiunus idem ſacrificium offerat, Soter pp. apud Gratian. de conſec. diſt. 1. c. 2. Vt illud: Antiſiodoren. 19. 1. Braccar. 16. 2. Braccaren. 10. 7 Tolet. 2. verbis Soteri pp. Nullus (inquit Salegunſtadienſe concil. capit. 4.) presbyter qui poſt galli cantum æſtiuis noctibus biberit, poſtridie miſſam celebret, 3. Carth. 29. & ſecundum Mantiſcon. c. 6. excipiebant feriam quintam hebdomadæ paſſionis Domini, ſub redarguuntur à Trullana ſynodo. c. 29.

Nemo ſolus celebret, vt habeat reſpondentem ſibi dicenti Dominus vobiſcum, Soter. pp. loco prædicto, c. Hoc quoque) & c. 43. Maguntiaci ſub Carolo magno.) cœptam miſſam, & ad myſteriorum confectionem, vſque perductam alter abſoluat, ſi languor priorem occupet, 7. Toletan. 2.) 11. Toletan. 14.

Nec alius id poteſt, quàm ſacratus Deo ſacerdos Felix pp. 4. c. 1. epiſt. decretali) vide §. 3. tituli Euchariſtia,) nec eam debet celebrare illiteratus, Fabianus pp. apud Gratian. diſt. 78. & in decretis Iuonis, lib. 3.

Reliquias hoſtiæ ſacræ ieiunius infantibus datas dicit, 2. Mantiſcon. 6.

Hora tertia diei conueniat celebrari, quod tunc dominus noſter Crucifixus ſit Teleſphorus pp. in epiſt. decretali, 3. Aurelian. 24. id tãtum in ſolennitatibus, præcipuis obſeruari ſanxit.

Vt in nocte ſancta natiuitatis Domini celebretur, iuſſit Teleſphorus eadem epiſtola.

Sub horam nonam fiebat hoc tempore Auguſtini, & Ambroſii interdum, aliquando verò alia priori parte diei, vt videre eſt epiſt. 118. cap. 4. & 7. & apud Ambroſ. ſermone 8. ad verſiculum 6. Pſalmi 119.

Alibi nullus dies intermittebatur, quo non offerretur ſacrificium alibi ſabbato tantum, & Dominico, alibi tantum Dominico, inquit Auguſt. cap. 1. epiſt. 118. & tractatu 26. ſuper Euangelium Ioannis, Laod. 49. non videtur tempore Quadrageſimæ, id niſi diebus ſabbati, & Dominico permittere, ſi de eodem ſacrificio loquatur.

Presbyter non amplius, quam tres miſſas in die celebrare præſumat, Salegunſtadien. 5. Antiſiodoren. 10. bis vno die ad idem altare offerri vetat. Quotidie fiebant menſe Auguſti miſſæ ſanctorum, 2. Turon. 18. Cyprianus lib. 1. epiſt. 2. Si ſecundum quod, &c. ſeſſ. 25 cap. 4. Conc. Trid. ſtatuit, vt miſſæ magno numero in Eccleſijs fundatæ, & exigui ſtipendij exiſtentes ad minorem numerum auctoritate Epiſcopi, vel Abbatis, vel Generalis alicuius Ordinis redigi poſſint.

Supra martyrum memorias primus id fieri præcipit Felix pp. 1. Vide de martyrum cultu, c. 50. lib. 18. de ciuit. Dei.

Quoniam quum in miſſa paſſionis Domini memoria recolatur, eius paſſionis imitatione immolati, & coronati ſunt martyres, Auguſt. lib. 6. confeſſio. cap. 2.

☞ Sancta ſic tenet Eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis verè Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum faciat memoriam, Gregorius pp. 2. epiſt. 8. quæ eſt vltima, & c. 39. Cabilonenſis, tempore Caroli magni, Viſum nobis eſt, vt in omnibus miſſarum ſolemnitatibus pro defunctorum ſpiritibus loco competenti Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus, & pro quibuslibet neceſſitatibus Dominus deprecetur: ità nimirum nulla dies excipi debet, quia pro animabus fidelium preces Domino in miſſarum ſolennibus fundantur, Antiquitus hunc morem igitur ſancta Eccle-

cleſia tenet, vt & in miſſarum ſolemnitatibus, & in alijs precibus Domino ſpiritus quieſcentium commendet, dicente *B.* Auguſtino: Non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana, & Catholica ſocietate defunctis etiam tacitis nominibus eorum, quos ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia, vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij, aut quicumque cognati, vel amici, ab vna eis exhibeatur matre commatre communi: Hæc ibi, Vide & cap. 15. Concil. Triburienſis ſub Arnolfo, Imp. cap. 4. lib de cura pro mortuis, & cap. 1. & lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 9. & lib. 21. cap. 24. Enchiridij quoque cap. 180 Et Chryſoſtomum ſermone 3. in epiſt. ad Philippenſes, *C*yprianum epiſt. 9. lib. 1. Quod Epiſcopi anteceſſores noſtri, &c.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. c. 2. & ſeſſ. 25. c. 5. in decreto de Purgatorio.

Hæreticorum autem defunctorũ, quamquã habiti ſint in pretio, nulla ibi fiat commendatio; nec eorum qui ſedi Apoſtolicæ non conſentiunt, Vide epiſtolas Pontificum de Acacio Epiſcopo Conſtantinop. & Iuſtini Imperatoris ad Hormiſdam pp. & Euialium Epiſcopum ad Bonifacium pp. Leonem epiſt. 40. ad Anatholium.

Quidam laicorum, & maximè matronæ (inquit concil. Salegunſtadien. cap. 10.) habent in conſuetudine, vt per ſingulos dies audiant Euangelium. In principio erat verbum, & miſſas peculiares, hoc eſt, de ſancta Trinitate, aut de S. Michaele. Et ideò ſancitũ eſt in eodem concilio, vt hoc vlterius non fiat niſi ſuo tempore, & niſi aliquis fidelium audire velit pro reuerentia ſanctæ Trinitatis non pro aliqua diuotione, & ſi voluerint vt ſibi miſſæ cantentur, de eo eodem die audiane miſſas, vel pro ſalute viuorum, aut pro defunctis.

Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decreto de obſeruan. in miſſa, &c. vſque: Moneant etiam.

Audiant miſſam ſæculares die dominica, nec egrediantur ante benedictionem ſacerdotis, Agath. 47. 1. Aurelianen. 28. 3. Aurelianen. 28. Vide titulum: Eccleſia: § 9.

Audiant, inquam, non ſolùm abſtinendo ab otioſis, & inutilibus verbis, verùm etiam, & à pernicioſis cogitationibus, c. 38. Turonenſis ſub Carolo magno.

Accinctus armis nullus ei interſit, 3. Aurelia. 28.

Monachus in omnibus ſubiaceat abbati 1. Aurelianen. 21.

Poſt probationem inquiratur, ſi annos natus ſit quindecim, vtrum in ipſo habitu permanere cupiat Marcellus pp. 20. q. 1. c. Illud, Hoc inquiri iubet, vbi octauum decimũ ætatis ſuæ compleuerint annum, Secundum Toletanum c. 1. & 10. Tolet. c. 6. Nicolaus pp. 1. 20. q 3. c. Præſens.

Vide titulum, Probatio, & Alexandrum pp. 3. parte 21.

Diſſentire videntur, 4. Tolet. 48. 6. Gregorius pp. 3. epiſt. 4. VVormatt. 22. & 24. ſed his niti non oportet.

Duximus conſtituendam regulam, ſecundùm quàm viuere debeatis, & omnipotenti Deo ſeruire, ſtatuentes, vt profeſſionem maiori priori omnes laici faciant in manu eius, ſe abſque proprio victuros promittentes, & continentiam (quantum permiſerit diuina gratia) ſeruare, cui quoque tam clerici, quàm laici, ſicut proprio magiſtro: & animarum ſuarum rectori, debitam in omnibus obedientiam promittant, Alexander pp. 3. cap. 5. par. 27.

Peculiare ſeu proprium habere non præſumat 1. Aurelian. 21. (Antiſiodoren.) Alexander pp. 3. cap. 10. partis primæ, & cap. 5. partis 17. Auguſt. ſermone quodam, citatus c. 112. concil. Aquiſgranen ſub Ludouico; Si verò peculium habuerit, niſi ei ab abbate pro iniuncta fuerit adminiſtratione permiſſum, de cõmunione remoueatur altaris, & qui in extremis, ſeu poſt mortem cum peculio inuentus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat ſepulturam, ſed extra ciuitatem in campis: Alex. idem cap. 10. partis 1. & cap. 5. par. 27.

Publicæ leges, & Eccleſiaſtica iura condemnant monachi incontinentiam (ait Syricius pp. cap. 6. epiſt. 6 & ideo conuictum huius criminis à monaſteriorum cœtu, eccleſiarumquè conuentibus eliminari mandamus, quatenus retruſus in ſuum ergaſtulum continua lamentatione tantùm deflens facinus, purificatorio poſſit pœnitudinis igne decoqui, vt eis, vel ad mortem ſaltem ſolius miſeriæ intuitu, per communionis gratiam indulgentia ſubuenire poſſit, Antiſiodoren. 23. Syricium citat, & cum Chalcedonenſi concilio Leonem pp. 1. Triburienſe conc. c. 27. ſub Arnolfo Imp.

Ad nuptias non eat monachus, Antiſiodoren. 24.

Non licet quoque ei nuptijs iungi, ſub pœna communionis amittendæ, & gradus Eccleſiaſtici, Chalced. 16. 1. Aurelian. 23. iniunctum ſeparari iubet etiam iudicis auxilio, 2. Turon. 16. ſeparat, & 5 Aurelianen. 19. 3. Tolet. 51. 6. Tolet. 6. Quòd ſi iudex, ait 2. Turon. 15. ad hoc ſolatium dare noluerit, excommu-

nicetur, & infelix monachus, tali coniunctione fœdatus, ſi per cuiuſcumque patrocinium ſe conatus fuerit defenſare, & is qui in hac pertinacitate perdurat, & ille qui eum exceperit ad defenſandum ab Eccleſia ſegregentur, donec reuertatur ad ſepta monaſterij, & indictam ab abbate quamdiù præceptum ei fuerit agat pœnitentiam, & poſt ſatisfactionē reuertatur ad gratiam.

Canones huius §. promiſcue de viris, & profeſſis fœminis, ſeu virginibus, ſeu viduis loquuntur.

Rurale opus quotidiè monachi faciebant, Agath. 56. Epaunen.

Ieiunabant ſeptimanam totam poſt Pentecoſten, poſtea vſque ad Kalendas Auguſti, ter vnaquaque ſeptimana, ſecunda, quarta, & ſexta die, toto Septembri, & Nouembri, ter quoque ſingulis hebdomadis. A Decembri vſque ad Natalem Domini quotidie, poſt Epiphaniam vſque ad Quadrageſimam ter ſingulis ſeptimanis, vt teſtatur 3. Turo. cap. 18.

Cellam quiſque ſuam, ſed māſiunculam (vt hodie) non habuit olim, vt dum ſub conſpectu ſui ſuperioris omnes viuerent, nulla ſiniſtræ ſuſpitionis de eis cuiquam cauſam daretur. Schola (inquit 2. Turonen. 15.) labore cōmuni conſtruatur, vbi omnes iaceant, aut abbate, aut præpoſito imminente, vt dum duo, vel tres viciſſim, & legunt, & excubant, alij cōſolentur, vt non ſolum ſit cuſtodia corporum, ſed & ſurgat pro lectione aſſidua profectus animarum. Huc reſpicit 4. Tolet. 52. & 7. Toletan. 4.

Huius communionis ſcholæ inuenias veſtigia, & monumenta non vno loco.

Probatis poſt emeritos labores cæpit, cæres concedi; Vnde Veneticum concil. cap. 7. Seruandum eſt (inquit) de monachis, ne eis ad ſolitarias cellulas liceat a congregatione diſcere, niſi forte probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatē aſperior ab abbatibus regula remittatur: quo ita demum fiet, vt intra eadem monaſterij ſepta manentes, tamen ſub abbatis poteſtate ſeparatas habere cellulas permittantur.

In loco in quo ſemel Deo ſe deuouit permaneat Chalcedon. 4. 2. Turon. 15.

Ad alterum monaſterium commigrantem nullus abbas ſuſcipere, aut retinere præſumat, niſi abbatis illius permiſſu, aut voluntate, Agathen. 27. 1. Anglican. 4.

Commigrare enim, interdum bonum eſt. Vnde cap. 26. Triburienſis concil. ſub Arnolfo Imp. Si quis monachus, inquit, pro lucro animæ, vel animarum à ſuo monaſterio exire, & ad aliquid propoſuerit intrare, conſentientibus Epiſcopo, Abbate, & fratribus, conſentimus, quia id feciſſe multo ſanctos legitimus, Alexan. pp. 3. par. 7. cap. 5. Nulli inter vos profeſſo, inquit, licet ad alium ordinem, abſque prioris licentia vllo modo tranſire, niſi fortè ad religionem migrauerit arctiorem. Vide Trid. 14. cap. 11.

Per diuerſa loca vagi non ferantur, 1. Aurelian. 21. 2. Turon. 16. 4. Toletan. 52. cap. 12. Maguntiaci ſub Carolo magno.

Nullas ſeculares cauſas tractent monachi per ſeipſos, non cauſas forenſes, Chalced. 4. Tarracon. 11. 9. 12. Maguntiaci ſub Carolo magno, Rhemen. 29. cauſa lucri non negotientur, Alex. pp. par. 27. c. 3.

Monachatui clericatus longo tempore annexus non fuit, vt monachus eſſet, qui clericus non eſſet, vt videre eſt in epiſtola 1. Liberii pp. Chalcedon. 8. & antè, 5. Carth. 13.

Vnde D. Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum, cuius initium. Quanto amore alia, inquit, monachi cauſa eſt alia clericorum, clerici paſcunt oues, ego paſcor: illi de altari viuūt, mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris ponitur ad radicem, ſi munus ad altare non defero; Mihi ante presbyterum ſedere nō licet, ſi peccauero, licet tradere me Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſiat.

Dionyſius pp. tamen (teſtè Damaſo in lib. pontificali) ex monacho aſſumptus eſt ad ſedis Apoſtol. regimen, maturè admodum.

Syricii tempore id paſſim vſu venit, ipſo dicente in epiſt. 1. cap. 13. Monachos quoque, quos tamen morum, grauitas, & vitæ, ac fidei inſtitutio ſancta commendat, clericorum officiis aggregari, & optamus, & volumus, Innocentius pp. 1. epiſt. 2 cap. 10.

Quam cognoſcet Epiſcopus, eiuſdemque conſenſu ordinabit monachum, Agath. 27. Tarracon. 11. Gelaſius pp. epiſt. 1. c. 3. Ilerd. 3. primum Later. ſub Gregorio pp.

Officium, qui celebrabunt, vide tit. Pſal.

Habitu, & vita cuſtodiāt monachi regulam ſuam, Synodus Francia ſub Zacharia pp. &c. 25. Turon. ſub Carolo magno.

Abbates, qui quemquam fallaciter totonderint, non in fructuū animarum, ſed per auaritiam, vt res eius tali perſuaſione monaſteriū habeat pœnitentiæ ſubiaceat regulari, &c. c. 7. Cabilon. ſub Carolo magno.

Si quis exactus pro ſua receptione aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat. Is autē, qui acceperit, officii ſui priuatione mulctetur, Alex. pp. 3. par. 1. c. 10. & par. 2. c. 10.

Vitiosè ſic recipientem, & receptam (idem autem eſt, & de viris iudicium) ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellit in locum arctio-

arctioris reg · æ, ad agendum perpetuò pœnitentiam, 2. Lateran. 64.

Nullus monachus, abſque Abbatis, & maioris partis ſui capituli licentia, pro aliquo fideiubeat, vel ab alio pecuniā mutuo accipiat vitra ſummam communi prouidentia conſtitutam, 2. Lateran. 59.

Capituli ſemel quotannis celebrādi locum Epiſcopus illis deſignabat, 1. Aurel. 21.

De communibus capitulis monachorum, 2. Lateran. c. 12. ſub Innocentio 3.

Nullus tondeatur ſine legitima ætate, & ſpontanea voluntate, cap. 23. Maguntiaci ſub Carolo magno.

Sanctimonialium veſtis nigra tempore Auguſt. epiſt. 199.

Non plures ſucipiantur in monaſterium monachorum, ſeu puellarum quàm ratio permittit, & ibi abſque neceſſariarum rerum penuria degere poſſint cap. 8. Arelate. ſub Carolo magno) cap 31. Turonen. ſub eodem) c. 19. Maguntiaci ſub eodem) Rhenen. 27.

An in id eccleſia parochiana cōuerti poſſit 3. Tolet. 4.) 9. Toletan. 5.

Monaſterium nouum, niſi epiſcopo, aut permittente, aut probāte, nullus incipere, aut fundare præſumat, Agath. 27. & 55. & Chalcedon. 4. Epaunen. 10. conſtructum à ſe Epiſcopus ditare non potuit de Eccleſia, ei plus hinc dando, quam 50. partem, 8. Tolet. 5.

Miſſi, & directi quidam cum Epiſcopis, per quæque loca vniuſcuiuſque diœceſis (inquit ſub Carolo magno Magūtiacum, cap. 20.) perſpiciant loca monaſteriorum quorumlibet, ſi in apto, & congruo loco ſint poſita, vbi commodum neceſſarium poſſit acquiri, quod ad vtilitatem pertinet monaſterij, ſicut in ſancta regula dicitur: Monaſterium autem ita debet conſtitui, vt omnia neceſſaria infra monaſterium exerceantur, vt non ſit neceſſitas monachis, vel clericis, vel puellis vagādi foras, quia omninò non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monaſteriorum ſupra dicti miſſi, & cum eis Epiſcopi per diuerſa loca præuideant, ſi apta ſint, & congruenter ſanctæ profeſſioni compoſita, vel ſi clauſtrum firmū habeant, in quo ſaluari poſſint animæ in eis commorantium ſub diſciplina canonica, vel regulari. Vbi autem aliter inuentum fuerit, hoc commodè Epiſcopus loci ipſius faciat emendari, ità vt condignam profeſſioni eorū cuſtodiam habeant canonici, vel monachi, atque moniales, nè detur eis occaſio malè faciendis, quod abſit.

De Vicariis monachorum, Alexand. pp. 3. par. 39.

A nullo expolietur, 2. Hiſpal. 10 Chal. 24. 5. Aurel. 13. 1. Aglic. 3. 4. Tolet. 50. ei ſua iura conſeruentur, quod concidit, 4. Tolet. 50.

Angariis procurationibus, vel quibuslibet ſubſidiis ſecularibus non ſubiaceat, Lateranēſe primum ſub Gregorio pp. 1.

Non euellatur, vt ex eo vel poſſeſſio, aut ſæculare habitaculum fiat: Chalcedonen. 24) 2. Hiſpal. 10. 4. Toleran 50.

Epiſcopus in eo abbatem aliaquè officia inſtituat, & extra regulam facta corrigat, 4. Toletan. 50.) Ticinienſis ſynodus: Ea quidem monaſteria, &c.

Epiſcopus (inquam) in cuius terrirorio, ſeu diœceſi ſitum eſt, 3. Arelatenſe apud Gratian. 18. q. c. Monaſteria.

Sed 2. Hiſpal. 11. Epiſcopis hoc ius antiquum ademit, 1. Lateran. Concil. ob nimiam quorumdam arrogātiam, & tumorem, at poſt ſpe rei melioris reſtitutum eſt, 7. Toleran. 5. Epiſcopi dicuntur Rectores monaſteriorum. Vide Trid. ſeſſ. 21. cap. 8. ſeſſ. 24. cap 3.

Abbates, vel monachi patrocinio ſeculari penitus non vtantur, nec ad Principis præſentiam ſine Epiſcopi ſui permiſſu ambulare audeant, vel excommunicentur, cap. 15. Cabilonenſis circa temp. Eugenii pp. 1.

Vide titulum, Abbatem §. 5. & 6.

Monebatur autem epiſcopus, nè immemor præcepti principis Apoſtolorum; Paſcite qui in vobis eſt gregem, non coactè, ſed ſpontaneè neque vi dominantes in clero, ſed forma facti gregis; monaſterio præficeret per acceptionē perſonarum, vel ſuę cōſanguinitatis perſonā, vel ſui fauoris participationē iniquum quempiam, adiecto quod ſi hoc faceret, irritum haberetur, 10 Toletani 3.

Cōmendatus monaſterium, quo caſu admiſerit. 3. Lateranen. ſeſſione 9. Et quoniam (ait) ex commendis, &c. Sed Trident. ſeſſione 14. c. 10. & 25. cap. 21. nunc conſulatur.

Subeant itaquè omnes monachi epiſcopo, Chalcedon. 4. & 8. 1. Aurelian. 21. 7. Toletan 5.

Mulier intra ſepta monaſterij nullatenus introire permittatur, 2. Turon. 17. Lateranenſe primum ſub Gregorio pp.

Abbas, qui eam viderit, nec ſtatim eiecerit, excommunicetur, 2. Turon. 17. pane, & aqua cōtentus ſit, in monaſterium ob hoc retruſus, Antiſiodor. 26.

Puellarum monaſterium longius à virorum diſtet monaſterio, aut ob inſidias diaboli, aut propter hominum oblocutiones, Agath. 28.

Puellarum monaſterium adminiſtratione, & præſidio monachi gubernetur, 4. Carth. 97. 2. Hiſpal. 11.

Qui præficiendus probetur ab Epiſcopo, 4. Carthag. 97. 2. Hiſpal. 11.

Qui

Qui tamen ab earũm familiaritate ſic ſit remotus, vt vſque ad veſtibulum non habeat accedendi familiare permiſſum, 1. Hiſpalen. 11. 3. Carth. 25.

Sacro illis facto, ſtatim regredi feſtinet, Epaun. 38. cap. 7. Arel. ſub Carolo magno, cap. 19. Turon. temp. eiuſdem Caroli, cap. 60. Cabil. tempore Caroli magni, cap. 26. Magũtiaci ſub Carolo magno.

Monachi autem illis curæ erit, ſanctimoniales doctrina ædificare, prædiis earum intendere, fabricas extruere, 2. Hiſpal. 11. & ſi quiſquã clericus ſine manifeſta, & neceſſaria cauſa frequentare preſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, à beneficio Eccleſiaſtico reddatur immunis. Alex. pp. 3. par. 1. c. 11.

Immò nullus, niſi probatæ vitæ, & ætatis prouectæ ibi præter vtilitatem, aut ob eius reparationem habitare, aut ſecretas colloquutiones habere præſumat, Epaun. 38. 1. Matiſco. 2. cap. 7. Arelaten. ſub Carolo magno.

Puellarum monaſteriis tales præferti debent fœminæ, & Abbatiſſæ creari, quæ & ſe, & ſubditum gregem cum magna religione, & ſãctitate cuſtodire norint, & his quibus præſunt, prodeſſe non deſinant, ſed & ſe, & illas ità obſeruent, vtpotè vaſa ſancta in miniſterio Domini præparata; Talem enim ſe debet Abbatiſſa exhibere ſubditis in habitu in veſte, in omni conuictu, vt eis ad cœleſtia regna pergẽtibus ducatum præbeat, Sciat etiam ſe pro his quas in regimine accepit, in conſpectu Domini rationem redditurum, c. 25. Cabilon. temp. Caroli magni.

Videatur tit. Sanctimoniales, & Abbatiſſas.

De portaria eiuſmodi monaſterii, c. 64. Cabilon. ſub Carolo magno.

Omnes capilli monialis radiantur, Synodus Francia ſub Zacharia pp.

Monaſtica vita eſt ſalutaris, 2. Hiſpal. 10. 4. Tolet. 49. Innoc. pp. 1. epiſt. 2. c. 10.

Vnde damnat Synodus Conſtantienſis hæc verba Ioannis Vviclef. Ingredientes religionem, aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſeruanda diuina præcepta, & per conſequens, ad perueniendum ad regnum cælorũ, niſi apoſtatauerint ab eiſdem, & articulos 21. 22. & 44.

Ne tamen nimia religioſorũm diuerſitas, ait 2. Lateran. 13. grauem in Eccleſia Dei confuſionẽ inducat, firmiter prohibemus, nè quis de cætero nouam religionem inueniat, &c.

Montes pietatis vide titulum; Vſura, § 5.

Mors corporalis, qua ſeparatur anima è corpore, homini per peccatum accidit Mileuitan. 1.) Arauſ. 1.

Laici qui excubias funeris obſeruant, cum timore & terrore, & reuerentia hoc faciant, nullus ibi diabolica carmina præſumat cantãre, nec ioca, nec ſaltationes facere, nec inebriari.

Et uos, qui nouimus, qui credimus, & docemus (vitam ſupereſſe poſt mortem fidelibus) contriſtari nimium de obeuntibus non debemus, nè quod nobis magis in culpam ſit; Anaſtaſius pp. 2.) 3. Toleran. 22.

Mulier virili habitu, ſeu veſte non vtatur. Concilium Graugrenſe contra hæreticum Euſtachium.

N

NAturæ duæ ſunt in Chriſto, diuina, & humana, non commixtæ: quarum altera tantùm paſſa eſt, vide titulum: Chriſtus.

Naufragorum res colligens, & ſibi retinẽs, excommunicatur vſque ad reſtitutionẽ Alex. pp. 3. part. 1. cap. 14.

Neceſſitas non habet legem; Felix pp 4. c. 1. epiſt. decretalis.

Damnatur hic articulus Ioannis VViclef Conſtantiæ: Omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt.

Negans fidem, vel ob ſummos cruciatus, duobus annis inter cathecumenos, triennio verò inter pœnitentes manet à communione remotus 2. Arelaten. 11.

Negotiari maioribus clericis (Epiſcopo, presbytero, & diacono) non licet, niſi victus conquirendi, idquè intra prouinciam tantùm Elibert. 19. Tarracon. 2. Emendi vilius, vel vẽdendi carius ſtudio non vtantur, 1. Turon. 13. modò vſuras non capiant, id concedit, Gelaſi. pp. epiſt. 1. cap. 17.

Neophyti, id eſt, recens baptizati, aliquando à lautioribus epulis, & ſpeculis, vel coniugibus abſtineant, 4. Carth. 86.

Ad diaconatus, vel ſacerdotij officium aſciſci non debent, 2 Arelaten. 1.

Et antequam, vel ad Epiſcopatum, vel ad presbyterium admittantur, multum probentur, fungãtur prius munere inferiorum ordinum, vt ſic pateat qua fide ſint; qua modeſtia, qua grauitate, & verecundia præditi, 1. Nice. 2. Sardic. Laod. 3. Gregor. pp. 1. lib. 4 epiſt. regiſt. epiſt. 51. & lib. 7. epiſtol. 110. Syluester pp. concil. Roman. act. 2. c. 11. Syricius pp. 3. epiſt. 3. 4. Arelaten. 1. 1. Braccar. 38.

Eo quòd miſerum eſt (inquit Innocent. pp. 1. epiſt. 12. cum aliis iam citatis) eum magiſtrum fieri, qui nunquam diſcipulus ſit, fuit: cum ſummum fieri ſacerdotem, qui nunquam in vllo gradu obſecutus fuerit ſacerdoti.

Ni-

Google

Nicenæ ſynodi primæ canones ſeptuaginta fuere Syluestro pp. tranſmiſſi ex Nicea, vt teſtantur Epiſcopi Ægypti ad Marcum pp. 1.

Notarii, de his vide Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 10.

Nouatus hæreticus ſub Fabiano, & Cornelio docuit, poſt bapriſmum lapſis veniam dādam non eſſe à ſacerdotibus.

Vide Euſebium lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 33. & Innocen pp. 1. cap. 2. epiſt. 3.

Damnatur autem bic eius error Romæ à concilio, vt videre eſt in epiſt. Cornelii pp. ad Eccleſiam Antiochenam, & Cypriani ſermone de lapſis, Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1.

Ab hæc hæreſi reuerſi recipiebantur ea cōditione, vt fateretur ſe etiam his communicaturos, qui fortè ſecundas nuptias experti eſſent, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt, 1. Nicen. 8. 8. Arelaten. 9.

Nouatiani, & Montenſes iidem erant in sētentia, Teſen. 8.

☞ Nuncius de latere (ſic quidem hodie appellatus (in antiquis canonib. vocatur presbyter è latera Sardicen. 7. Nicolaus pp. 1. ad Michaelem Imperatorem.

Nuptias quaſuis (primas, & ſecundas) damnauit Manichæus. 1. Braccar. 11. & Enſtachius quidam cum fuit, vt paret ex Gangtenſis concilij c. 1. & epiſtola præliminari.

Secundas tantùm damnat Nouatus, & Mōtanus 1. Nicen. 7. & 8.

Licitas autē eſſe, hoc ipſo patet, & ex Apoſtolo Paulo, & ex Gelaſio pp. c. 24. epiſt. 1.

Nō debet autem vir, vel mulier ad bigamiā tranſiens à presbytero benedici, quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio non debet iterari, Alexander pp. 3. c. 1. par. 9.

Et cum apoſtolus dicat; Mulier mortuo viro ſoluta eſt à lege viri, & In Domino nubat, cui voluerit, coniux nullam incurret infamiā, nubendo iterum infra tempus luctus mortui coniugis ſecundum leges diffinitum, Alex. pp. 3. c. 2. par. 9.

Celebrari non debent nuptiæ in Quadrageſima, Laod. 52. Nicolaus pp. 1. c. 9. tit. 18.

Nec à ſeptuageſima, vſque in octauam Paſchæ, et tribus hebdomadibus ante feſtum Ioannis Baptiſtæ, & ab aduentu Domini vſq; poſt Epiphaniam, Ilerden. conc. apud Gratian. 33. q. 4. cap. Non oportet, Salegund. 3.

Concilio Trid. ſeſſione 24. cap. 10. de reformat. matr.

Ornamenta diuina, ſeu ſacra non aſſumantur ad ornatum nuptiarum, Aruer. 7.

Nuptiali conuiuio, nec presbyter, nec diaconus, nec ſubdiaconus interſit, Agathen. 39. Venetici 11. nec monachos, Antiſiodor. 24. Laodicen. 53.

O

OBlationes panis, & vini die Dominica fiant ad altare à viris, et mulieribus, Fabian. pp. 1. epiſt. 3. 2. Mantiſcon. 4. vt per has immolationes, & peccatorum ſuorum faſcibus careant, et cum Abel, vel cæteris iuſtè offerentibus promereantur eſſe conſortes.

☞ Solebant fideles, et in martyrum, vel defunctorum miſſis offerre, 1. Braccar. 9. 4. Tolet. 52. commendat Auguſt. matrem ſuam, quod id quotidiè fecerit, lib. 5. confeſſ. c. 9.

Offerentium nomina Deo commendantur, poſtquam ei ipſa ſunt commendata, Innocen. pp. 1. epiſt. 1. c. 2.

Has oblationes bis, aut ter diuidebant clerici inter ſe quotannis, erant enim eorum, 1. Braccar. 39. 2. Bracc. 6. at 1. Aurelia. 16. earū dimidium clero, dimidium aſſignat Epiſcopo, capite autem 17. dicitur, tertiam eſſe Epiſcopi, clericorum verè duas alias, Damaſus pp. apud Gratian. 10. q. 1. cap. hanc conſuetudinē, 4. Tolet. 32.

Et Concilium Carpentoracenſe conſentit, vt clericorum ſit deſeruientiū parochiæ, quod à fidelibus derelinquitur illi, ſi ipſa nullius indigeat.

In crimine aliquo ab hoſte occiſi oblationē recipit Eccleſia ad altare, 1. Aurelian. 14.

Item eorum, qui inopinatè ſunt ſine communione in itinere mortui, 1. Vaſen. cap. 2. 2. Arelat. 12. 4. Carth. 79. Vide titulum, Miſſa, §. 10.

☞ Retinens, quod Eccleſiis, aut monaſteriis ab aliis (quicunque illi ſunt) donatū eſt, velut necator pauperum excludatur ab Eccleſia, quouſq; id tribuat, 4. Carth. 95. Agathen. 4. 1. Vaſen. cap 4. 3. Aurel. 22. 2. Arela. 28. vbi citatur Vaſenſe neſcio quod, 2. Turon. 26. 1. Pariſien. 1. Aruern. 13. 1. Mantiſco. 4. 9. Tolet. 1.

Vide titulum: Eccleſia. §. 26.

Hanc iniquitatem docebat Euſtachius dānatus à ſynodo Gangrenſi.

Ablator quoque eorum, quæ Eccleſiæ ſunt oblata, excludatur ab Eccleſia donec ea reddiderit, Agath. 4. 4. Aurel. 19. 5. Aurelian. 16. Rom. ſyndus quinta ſub Symmacho pp. quæ citatur, 16. q. 1. cap. In canonibus, 6. Tolet. 15. 15. crudelis quippè eſt in ipſos offerentes, c. 6. Maguntienſis temp. Arnolfi. Hinc tertium Lateran. ſub Leo 10: Statuimus, & ordinamus, vt fructus, redditus, & prouentus Eccleſiarum, monaſteriorum, &c.

Im-

Immò,qui reuocat,quod ſemel pro ſua deuotione dedit,3.Aurelian.27.Agathen.4. Aurelian.19.

Vide lib.tertio,Aquiſgran. concil. ſub Pipino habiti.

Iniquum enim eſt,vt Eccleſiaſtici potius cuſtodes chartarum,per quas aliquid Eccleſiis à fidelibus perſonis legitur derelictum, quàm defenſores rerum creditarum iudicentur, 1. Pariſien.1.

Quiſquis fidelium tamen de facultatibus ſuis Eccleſiæ aliquid deuotione propria contulerit,& hinc fortè,vel ipſe,vel filii eius redigantur ad inopiam,ab eadem Eccleſia ſuffragium vitæ pro temporis vſu percipiant, 4.Tolet.37.idem ſub obſcurè dicitur, c.61.Turon. ſub Carolo magno.

Et hinc habes,vt non turberis ſermone Auguſtini,qui eſt cap.112. conc. Aquiſgran. ſub Ludouico Imp.

Hinc tyranno reſponde in martyrio Laurētii,apud Prudentium conquerenti.

Fidelibus tam multa,ac ampla ſunt pro cōtemplatione oblata,mercedis ſtudia, 6. Aurelian.16. 4.Aurelian.14.Iuo lib.1. de decretorum ex procemio primi Niceni cōcilii, cap. 115. Aquiſgranenſis ſub Ludouico pio Imp. Vide titulum: Decimæ §.10.& 11.& tit.Eccleſia,§.16.

Factus eſt,& ideò ſancta Eccleſia locuples, vt hinc ab ea,vtputà à pia matre, & omnium gubernatrice,& milites Chriſti exornarentur, pauperes recrearentur,& captiui pro temporum oportunitate redimerentur,inquit, idem Conc.Aquiſgran c.116. cap.6.Cabilon. tempore Caroli magni.

Omnes igitur(ait D.Hieronymus in commentario Matthæi)qui ſtipendiis templi,& in his,quæ conferuntur ad vſus Eccleſiæ,abutuntur in aliis rebus: quibus ſuam expleant voluntatem,ſimiles ſunt ſcribarum, & Sacerdotum redimentium mendacium, & Saluatoris ſanguinem.

Fideles ad res ſuas Eccleſię dandas nō ſunt circumueniendi: oblatio namque ſpontanea eſſe debet,iuxta illud,quod ait ſcriptura: Voluntariè ſacrificabo tibi, & illud: Omnis populus mente deuota obtulerunt donaria Domino,cap.6.Cabilon.tempore Caroli magni.

Obmuteſcenti datur baptiſmus, 1. Arauſ. 12.vide tit.Baptiſm.

Occidens ſeipſum,Vide tit. Deſperandum, §.3.

Occulta cordis alieni,Vide tit. Iudicium.

Odijs exardeſcentes,tit.Diſcordium.

Officij Eccleſiaſtici forma,tit.Pſaliere.

Operibus bonis,legi Dei ſatis, ijq; tamquā merces debetur vita æterna,Conc.Trid.ſeſſ.6. c.16.& can.28.& 23.

Opera noſtra bona, nulla ſunt ſine gratia, Dei qui ſua dona noſtra vult eſſe merita; ibidem, Cęleſtinus pp. epiſt.ad Epiſcopos quoſdam Galliæ cap.12.

Per opera bona conſeruari atque augeri coram Deo acceptam iuſtitiam, ipſaquè verè cauſam eſſe augēdæ,non autē fructus dumtaxat,& ſigna acceptæ iuſtificationis,Cōc.Trid. ſeſſ.6.can.24.

Iuſtos in omni, opere bono ſaltem venialiter peccare,aut quod intolerabilius,eſt pœnas æternas mereri, orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſatur,Concil. Trident.ſeſſ.6.cap.11. & can.25.

Nō omnia opera quacumque ratione ante iuſtificationem facta,eſſe peccata, Synodus, Trid.ſeſſ.6.cano.7.

Oppreſſor, vel expoliator clerici, aut pauperis, aut religioſi citetur primò coram Epiſcopo,& ſi comparere contempſerit, inuicem mox ſcripta percurrant per omnes prouinciæ Epiſcopos, & quoſcumque adire potuerint,vt excommunicatus habeatur ipſe donec obediat,& reddat aliena 1.Tolet.11.immò,& regis auribus eorum inſolentiam intiment, 4. Toletan.31.2.Turon.27.2.Mantiſcon.14.cap. 49.Turonen. ſub Carolo magno,Nico. pp.1. 24.q.3. Illi qui, Colonienſis Synodus c.3. ſub Carolo 3.Imp.

Sæui eiuſmodi hominis dona ſacerdotes refutent 4.Carth 94.

Libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa.8.Tolet.2.vt & multi ante pontifices.

Orario presbyter ſemper vtatur pro ſacerdotali dignitate ab alia diſcrimine,c.28.Mogunt.ſub Carolo mag.

Non lector,Laod.23.nō monachus, nec dū ordinatus,1.Aurelian.22.non ſubdiaconus,1. Braccaren.27.

Ad primam tonſuram,& ad 4.minores ord. requiritur ætas 7. annorum completorum, ad ſubdiaconatum 22. inchoatorum, ad diaconatum 23. ad presbyteratum 25. & ſi per mediam horam ſint incohati,c. nullus, de temp. ord.Bulla Pij 2. Ad Epiſcopatum 30. anni cōpleti c.cum in cunctis,de elect.

Ad validitatem ſponſalium requiritur ætas 7.annorum toto tit.de ſponſalibus.

Ad validitatem matrimonij 12. annorum in fœmina,14.in maſculo,cap. fin. de ſponſ.in pub.vide ſupra in verbo Beneficium.

Ordinis aliquod eſt ſacramentum, Concil. Florentinum in decreto Armenis tradito,Cōcil.Trid.ſeſſ.23.c.3.& can.3.

De

De materia, forma, & miniſtro huius ſacramenti. Vide Concil. Floren. loc. cit.

Canon. 5. ſeſſ. 23. Concil. Trid. ita habet: Si quis dixerit ſacram vnctionem, qua Eccleſia in ſancta ordinatione vtitur, non tantum non requiri, ſed contemnendam, & pernitioſam eſſe: ſimiliter & alias ordinis cœremonias, anathema ſit.

Ad hoc autem diuinæ diſpenſationis prouiſio gradus, & diuerſos conſtitui: ordines eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordia fieret ex diuerſitate contextio, & rectè officiorũ generaretur adminiſtratio ſingulorum, neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differẽtiæ ordo ſeruaret, Dionyſ. pp. 1. ad Seuerum Epiſcopum epiſt. 2. vbi in prædictorum confirmationem adiicit idipſum in cęleſti Angelorum militia aduerti. Tranſtulit hanc eius ſententiam Bonifacius pp. in epiſtolam ſuam primam ad Eulalium, Alexandrinum Epiſcopum.

Similia pulchrè habet, Conc. Trid. ſeſs. 23. cap. 2.

Vide eiuſdem, ſeſſ. 23. cap. 17.

Id ſpectat, & Hieronymus in dialogo cõtra Luciferianos.

Duo dumtaxat ſunt ordines ſacerdotum, Epiſcopus, & presbyter, Anacletus pp. epiſt. 2. Damaſius pp. epiſt. 4.

Gelaſius pp. cap. 20. epiſt. 1. à ſacro miniſterio ſubmouet, tam eos, qui ordines ſacros ſuſcepere ſubiacentes adhuc, & implicati quibuſdam criminibus, quàm qui poſtea eis ſuſceptis ſanctum præuaricantur propoſitum, Celeſtinus pp. 11. cap. 6. epiſt. ſecunda.

Vide titulum; Clero adſcribi. §§. ibi citatis.

Ordinans quoque contra inſtituta maiorum, auctoritatem in ordinationibus, vel in concilijs minimè retinebit, ordinatus autem ſacerdotij honore priuabitur. Taurinatenſis concilij, cap. 2. Innoc. pp. 1. epiſt. 24. cap. 3. non aliud vult cum dicit: aduerſus formas canonum ad ordinem venire tentans, ordine, & honore priuetur vnà cum ordinatore, Zoſimus pp. epiſt. 1. cap. 1. & 2. 3. Arelat. c. 3. ordinatori ab eo die ad annum aufert celebrandi poteſtatem. Vide Hilarij pp. epiſt. 3. ad Florẽtinum Ilerd. conc. cap. 12. Vide etiam 3. Aurelianen. 9. 2. Hiſpalen. 4 3. Aurelia. 6. ordinatum non deijcit, ſed ordinatorem priuat celebrãdi poteſtate per ſex menſes.

Docet ſacroſancta Tridentina ſynodus, in ordinatione Epiſcoporum, ſacerdotum, & cæterorum ordinum, nec populi, nec cuiuſuis ſecularis poteſtatis, & magiſtratus cõſenſum, ſeu vocationem, ſeu auctoritatem, ita requiri, vt ſine ea irrita ſit ordinatio, quin potius decernit, eos, qui tantummodo à populo, aut ſæculari poteſtate, ac magiſtratu vocati, & inſtituti, ad hæc miniſteria exercenda aſcendunt, qui ea propria temeritate ſibi ſumunt, omnes non Eccleſiæ miniſtros, ſed fures, & latrones, per oſtium non ingreſſos habendos eſſe, ſeſſ. 23. cap. 4. Conſentit Concilium Lodicenum cap. 13.

Tamen quòd ordinandi ſubinde populi examine, & teſtimonio probentur, quando incorruptus eſt populus, non eſt inutile, vt habetur: Carthag 22. & 4. Carthag. 22. Vide Concil. Trid. ſeſſ. 23 cap. 5.

Vnuſquiſque qui ad Eccleſiaſticos gradus eſt acceſſurus, non antè honoris conſecrationem accipiat, quàm placati ſui innodationem promittat, vt ad fidem Catholicam ſyncera cordis deuotione cuſtodiendam, iuſtè & piè viuere debeat, & vt in vllis operibus ſuis, canonicis regulis contradicat, atque vt debitum per omnia honorem atque obſequij reuerentiam præeminenti ſibi dependat, 11. Toletan. 10 4. Toletan. 26. Vides ſeſſionem 24. cap. 12. & ſeſſionem 25. cap. 2. Concilium Tridentinum, & Cabilonenſe tempore Caroli magni cap. 13.

Litteras teſtimoniales accipiat ordinibus initiatus, Mileuitani 14.

Vagantes ſine his, de quibus non conſtat, quòd ordinati ſint, miniſtrare, vel ordinationem in aliena parochia facere non tentet, niſi iubẽte eo Epiſcopo cuius eſt parochia, VVormatien. 51. Laodicenum c. 41. Carth. cap. 5. 3. Carth. c. 28. Tridentinum ſeſſ. 23. c. 16.

Gratis ordines conferantur, nè ſpiritui ſancto contumelia irrogetur, dum eius donum pretio æſtimatur, vile eſt enim, quod venditur Hormiſdas pp. cap. 1. epiſtol. ad Epiſcopis Hiſpaniæ, 2. Aurelian. 3.) 2. Turonen. 28.) 4. Toletan. 17.) 2. Braccar. 3. cap. 8. Toletan. 3.) 11. Toletan. 8. & 9.) 3. Braccar. 7.) cap. 16. Cabilon. tempore Caroli magni, alioqui gradu decidat ordinans, Chalcedonen. 2.

Concilium Tridentinum, ſeſſ. 21. cap. 1. de reformatione. Quoniam (inquit) ab Eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpitio abeſſe debet, nihil pro collatione quorumcumq; ordinum etiam clericalis tonſuræ, nec pro litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, etiam ſponte oblatum Epiſcopi, & alii ordinis collatores, aut eorum miniſtri quoquis prætextu accipiant. Vide, & ea quæ ſequuntur.

Vu Dans

Dans munus, vt ordinem ſuſcipiat, abiicitur à gradu, 2. Aurelian. 4. 5. Aurelian. 10. 2. Braccar. 3. 8. Tolet. 3. ſubit quoque perennem pœnitẽtiam in aliquo monaſterio, 6. Toletan. 4. communione priuatur, & cum ordinante propriorum bonorum amiſſione damnatur, cap. 16. Cabilonenſis tempore Caroli magni, Gelaſius pp. c. 26. epiſt. 1. 11. Tolet. 9. Alex. pp. 3. par. 35. c. 2. videatur.

Et ideò, ait 11. Tolet. cap. 9. vt horum, & ſimilium argumentatorum deinceps amputetur occaſio, hęc ſancta ſynodus definiuit, vt cũ quiſque pontificale culmen ante Domini altare percepturus acceſſerit, Sacramenti exactione adſtringatur, quod pro conferenda ſibi conſecratione honoris, nulli perſonæ cuiuslibet præmii collationem, vel aliquando dediſſet, vel aliquando in futurum dare procuret, ſicquè aut mundus ab hoc contagio prælationis conſecrationem accipiat, aut publicato ſcelere manifeſtè denudatus coram Eccleſia, & ad honorem, quem merçari voluit non accedat, illos autem, quos deinceps poſt prælationem per præmium ordinatos fuiſſe patuerit, ſub definitis pœnitentiæ legibus, vt verè ſymoniacos ab Eccleſia ſeparandos eſſe cenſemus, id eſt, vt duorum annorum ſpatio exilio relegati, & digna ſatisfactione, vel excommunicationis ſententia coerciti, honoris gradum, quem præmiis emerant, lachrymis conquirere, & reparare intendant; Vnde ſi digna eos ſatisfactio pœnitentiæ commendauerit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tãtum communioni, ſed & loco, & totius ordinis officiis, à quibus ſeparati fuerant, reſtaurandi ſunt. Vide 3. Braccar. 7.

Ordinationes autem presbyterorũ, & diaconorum non fiant, niſi quarti menſis ieiunio, ſeptimi, & decimi, & initio quadrageſimalis, ac mediana quadrageſimæ die, Sabbati ieiunio, circa veſperam, Gelaſius pp. cap. 13. epiſt. ad Epiſcopos per Lucaniam, Greg. pp. 2. epiſt. 3. Zacharias pp. epiſt. 5. ad Bonifacium Epiſcopum: Dicimus autem tibi, &c. cap. 23. Cabilonenſis tempore Caroli magni.

Dicitquè ibidem Zacharias pp. In eo, quod abeſt propter Zelum fidei actum eſt (id eſt, quod non legitimis temporibus, & diebus ordinaſti presbyteros, & diaconos cogente neceſſitate) à Domino Deo noſtro indulgentiam poſtulemus.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 8. de refor. Eadem ſeſſ. c. 11 & 13. præcipitur nè duo ſacri ordines alicui eodem die conferantur, Niſi tamen aliud epiſcopo expedire videretur.

Nec citò quilibet lector, citò acolythus, citò diaconus, citò ſacerdos fiat: quia in minoribus officijs ſi diù perſeuerent, & vita eorum pariter, & obſequia comprobantur, vt ad ſacerdotium poſt hæc emenſis ſtipendiorum meritis veniant, nec præcipiant quod vita probata meretur accipere, Innocen. pp. 1. epiſt. 4. c. 5.) Syricius pp. epiſt. 1. c. 5. & 10.) Conciliũ Rom. ſub Nicolao pp. 1 Nullus laus, &c.

Vide 1. Nicen. c. 2. Sardicen. c. 11. & Gaiũ pp.

Vide titulum: Neophiti §. 2. & 3. & titulum: Adoleſcentes, & Concil. Triden. ſeſſ. 23. cap. 11. & 12. reformat.

Si enim officia ſæcularia (ait Zoſimus pp. epiſt. 1. ad Heſychium) principalem locum nõ veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos caſus examinatis temporibus deferunt, quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cœleſti militia, quę propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus, exploranda, ſtatim dux eſſe deſiderat, cum tyro antè nõ fuerit, & prius velit docere, quam diſcere? adſueſcat in domini Caſtris lectorum primitus gradum, etc. Cœleſt. pp. 1. epiſt. 2 cap. 3. Hormiſdas pp. c. 1. epiſt. ad Epiſc. Hiſpan.

Gelaſius pp. c. 3. epiſt. 1. tempus abbreuiat probationes ordinandorum cum clericorum eſt penuria.

Per ſemetipſos Epiſcopi, &c. Conc. Triden. ſeſſ. 23. cap. 3.

Quiſque à ſuo tantum promoueatur, item facultates de promouendo, &c. Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 11. & 12.

Nulli Epiſcopo liceat alterius Epiſcopi Ciuitatis miniſtrum Eccleſiaſticum ſollicitare, & in ſuis parochiis ordinare, ſine alterius cõſenſu, quia ex his contentionibus ſolet naſci diſcordia, Sardicen. 18. 1. Carth. 4. 3. Cart. 21. Syricius pp. cap. 6. epiſt. 4. Taurauit a. 6. Innocentius pp. 1. epiſt. 2. cap 7. Aruerne. 10. Braccar. 26. Valentinus Hiſpaniæ, cap. 6. 5. Aurelianen. 5. cap. 28. Triburienſis ſub Arnolfo Imper.

Immò amplius dicit concilium primum Nicenum, c. 27. Si quis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet ordinare in ſua Eccleſia, cum non habeat conſenſum ipſius, à quo receſſit clericus, irrita erit huiuſmodi ordinatio, 2. Arelaten. 13. Sardicen. 19. Antioch. 12. Sixtus pp. 2. epiſt. 2. 1. Turonici 10.

Veneticum autem cap. 10. Clericos ab Epiſcopis ordinatos ſine permiſſu eorũ, à quibus fuerant ordinandi, promouere ad ſuperiorem aliquem ordinem non præſumant.

Concilium Tridentinum: Vnuſquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur. Quod ſi quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiuſuis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel pri-

priuilegii prętextu, etiam ſtatutis temporibus permittatur, niſi eius probitas, ac mores ordinarii ſui teſtimonio commendentur. Si ſecus fiat, ordinatus à collatione ordinum per annũ, & ordinatus à ſuſceptorum ordinum executione, quamdiù proprio ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus, Trid. ſeſſ. 23. c. 8.

Conſtitutionis huius rationem dat etiam Concilium Elibertinum, cap 24. Eo quod, inquit, peregrè baptizati minimè ſit cognita vita.

Quod ſi tamen cõtingebat Epiſcopum aliquem laborare clericorum penuria, mouebatur alterum ei dare, 1. Carth 4. 3. Carth. 44.

Extra prouinciam ſuam non celebret Epiſcopus ordinationes, Antioch. 13. Vide titulũ, Iuriſdictionem.

Nullus quemquam ordinet, niſi qui localẽ ſe futurum primitus ſpoponderit. Valentinum Hiſpaniæ, cap. 6. Quod clarius dicit Chalced. concil. c. 6. Nullum, inquit, abſolutè ordinari presbyterum, aut diaconum, nec quemlibet in gradu Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter Eccleſiæ Ciuitatis, aut poſſeſſionis, aut martyrii, aut monaſterii, qui ordinandus eſt pronuncietur, qui verò abſolutè ordinantur, decreuit ſancta Synodus, irritam haberi huiuſcemodi manus impoſitionem, & nuſquam poſſe miniſtrare.

Seſſione 23. Trident. cap. 16. comprobato hoc canone dicitur. Cum nullus debeat ordinari, &c.

Huic ſimile eſt, quod eadem ſynodus Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. præcipit neminem ordinari ſine titulo, vt vulgò loquuntur, hoc eſt, inquit ſynodus, nè quis clericus ſecularis, quamuis alias ſit idoneis moribus, & ſcientia, & ætate, ad ſacros ordines promoueatur, niſi prius legitimè conſtet eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat pacificè poſſidere. Vide locum.

Ipſe quoque Alexander pp. 3. cap. 5. partis primæ. Epiſcopus, ait, ſi aliquem ſine certo titulo de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaconum, vel presbyterum ordinauerit, tamdiù ei neceſſaria ſubminiſtret, donec in aliqua ei Eccleſia conuenientia ſtipendia militiæ clericali aſſignet, niſi fortè talis, qui ordinatur extiterit, ꝙ de ſua, vel paterna hęreditate ſubſidium vitæ poſſit habere, Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 1. & par. 30. cap. 6. Alexander 3. Si clerici, qui in Eccleſiis tuę iuriſdictionis beneficia sũt adepti, ad aliam diœceſim abſque tua conſcientia, & aſſenſu morãdi cauſa tranſierint, beneficiis, quę à te habuerint, liceat tibi eos ſpoliare, niſi fortè diſciplinis ſcholaſticis inuigilauerint, aut cauſam rationabilẽ tibi oſtenderint, quare reuerti non debeant, 1. Arelat. 22. 3. Carth. 37.

Nil aliud voluere canones, qui iubent, vt qui in quibuſcumque locis ordinati fuerint miniſtri, in ipſis locis perſeuerent, 1. Arelaten. 3. & 22. Chalcedon. 20. 1. Turon. 11. Mileuit. 15. 2. Toletan. 2. 2. Hiſpalen. 3. cauſam adiiciens: Scribitur enim in lege Mundiali de colonis agrorum, vt vbi eſſe quiſque iam cœpit, ibi perduret. Non aliter, & de clericis qui in agro Eccleſiæ operantur canonum decreto præcipitur, niſi vt ibi permaneant, vbi eſſe cœperunt Cod. de agri. & cenſ. & colon. lib. 11. in pluribus legibus.

Volunt idipſum, & illi canones, qui mandant, vt qui ad aliam tranſierit Eccleſiam, ad Eccleſiam quam prius incoluerat, remittatur, compellente ad quem confugerit ſacerdote, vel ſi redire nolit, deiiciatur à miſterio, 1. Niceni 16. 1. Arelaten. 22. Antioch. 3. Chalcedon. 10. 10. Gelaſius pp. epiſt. 1. cap. 2. 25. Hiſpalen. 3. 1. Anglican. 5. c. 31. Maguntiaci ſub Carolo magno Rhemen. 20. c. 45. Aquiſgranenſis ſub Ludouico pio Imp. 1. cap. 24. Arelatenſis ſub Carolo magno, ſicut Maguntiacum, aut conſenſum habeat Epiſcopi. Epaunen. 5.

Simili modo, & Cabilonenſe concilium, cap. 4. tempore Caroli magni Presbyter (ait) proprio loco dimiſſo ad alium migrans nequaquam recipiatur, niſi ſuę migrationis cauſam dixerit, & ſe innocenter vixiſſe in parochia in qua ordinatus eſt, ſub teſtibus probauerit, litteris etiàm, in quibus ſui nomina Epiſcopi, & ciuitatem plumbo, impreſsa. Quibus cognitis, & talibus inuentis quibus fides adhiberi poſſit, recipiatur.

Vt autem ad duas Eccleſias in ſui ordinatione quiſquam conſcriberetur; atque ita hinc, & illinc ſtipendia militiæ vix bene vno loco militans acciperet; res tam abſurda, & irrationabilis nec practicabatur, vt ita loquar, nec etiam tolerata fuiſset; quùm iis tantùm perſoluta ſunt militiæ clericalis ſtipendia, qui officium ipſi perſoluebant; Vide tit. Cleri.

Expreſsè tamen hoc etiam ſynodus Chalcedon. prohibet cap. 10. et repetitur canon 50. concilii Aquiſgranenſis ſub Ludouico Pio Imp. 1.

Ei cui aſcenſus, ait 14. ſeſs. Trid. cap. 1. ad ſacros ordines à ſuo prælato ex quacumque cauſa etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extra iudicialiter fuerit interdictus: aut qui à ſuis ordinibus ſeu gradibus, vel dignitatibus Eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nulla contra ipſius prælati voluntatem conceſsa licentia de ſe promoueri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitates, ſiue honores reſtitutio ſuffragetur.

Digitized by Google

Orandi, et pſallendi vnus per totam prouinciam ordo ſeruetur, nè quælibet diuerſitas apud ignotos, ſeu carnales ſchiſmatis errorem videatur oſtendere, & multis extet in ſcandalum varieras Eccleſiarum 4. Toler. 2. Tolet. 15. 1. *B*raccar. 19. Epaunen. 27. Gerunden. 1. 11. Tolet. 2.

Oratorium extructurus in agro. Vide Baſilicæ omnes.

Orantibus laicis locus non eſt apud altare inter clericos, ſed extra cancellos chori, 2. Turon. 4.

Patrem pro filio, aut filium pro patre in precibus nemo proferat, 3. Carth. 23.

Nec inter mulieres, Cæſaraguſta. 1.

Oraturus humi corpus ſuum proſternat ſēper, & genua figat, exceptis diebus Dominicis, & illis ſolemnitatibus, quibus Eccleſia ob recordationem Dominicę Reſurrectionis ſolet ſtando orare, cap. 37. Turonen. ſub Carolo magno, Auguſt. epiſt. 118.

Orationem Dominicam omnes fideles à minimo vſque ad maximum diſcant, & memoriter teneant, & ſæpiſſimè frequētent pro quotidianis peccatis, & ſenſum benè intelligant, 6. Conſtant. 7. c. 45. Maguntiaci ſub Carolo magno Rhemen. 2. 4. Tolet. 9.

4. Tolet. 9. arguuntur qui die tantùm Dominica eam legendam dicebant.

Poſt quotidianas matutinas, & veſperas eā ſacerdos legat: Gerunden. 10.

Legatur ante communionem in miſsa, 3. Toletan. 2.

Ioannis VViclef decimus nonus articulus hic damnatus eſt in concilio Conſtantienſi: Speciales orationes applicatæ vni perſonæ per prælatos, vel religioſos non plus proſunt eidem quàm generales cæteris paribus.

Preces quibus in officio eccleſiaſtico liceat vti vide titulum: Lector. §. 4.

Orandi tempora, & modus, Laod. 18. & 19.

Origenes damnatus, lib. 11 de ciuitate Dei cap. 23. & lib. 21. cap. 17. cur?

Oſculum damus nobis mutuò in miſsa, ac pacem poſt peracta illa myſteria precamur, vt conſtet, nos ad omnia, quæ in myſteriis aguntur præbuiſse conſenſum, Innoc. pp. 1. epiſt. 1. cap. 1.

Oſtiarius cùm ordinatur, poſtquam ab archidiacono inſtructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionem archidiaconi tradat ei Epiſcopus claues Eccleſiæ de altari, dicens. Sic age quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur, 4. Carth. 9.

Is ab oſtio ne breui quidem tēpore abeſse Laod. 43.

P

PActiones in rebus Eccleſ. Vide Alexander pp. 3. part. 28. & 48.

Pallam ſacram nec lauet, nec tangat fœmina. Soter pp. epiſt. 2. Bonifacius pp. 1. teſte lib. Pontificali Antiſiodoren. 37.

Palladij hæretici error, & depoſitio in concilio Aquileienſi.

Papam, ſeu ſedis Apoſtolicæ antiſtitem nemo iudicauit vnquam; aiunt trecenti de Marcellino pp. inquirentes, & Syluester pp. 1. Preſul ſummus à quoquam non iudicatur, & in concilio de Sixto pp. 3. dictum eſt: Non licet aduerſus pontificem dare ſententiam, & Adrianus pp. 2. capitulum collegit illud Syluestri pp. Vide titulum: Petrus §. 3.

Si tamen à fide exorbiter paſtor Eccleſiæ, à fidelibus moneri poteſt, & debet, Anacletus pp. epiſt. 3. Fabianus, pp. epiſt. 2. Synodus Roma. 4. ſub Symmacho, tempore Theodorici regis Ioannes pp. 1. epiſt. decret ad Zachariā, Nicolaus pp. ad Michaelem Imp. ante citatum Areopogitam.

Quiſquis clericus papa incolumi, eoquè inconſulto, aut ſubſcriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pitacia promittere, aut ſacramentum prębere tentauerit, aut aliquod certè ſuffragium polliceri, vel de hac cauſa priuatis conuenticulis factis, deliberare, atque decernere loci ſui dignitate, atque communione priuetur. Conciliū Roma. 1. ſub Symmacho cap. 3.

Et Symoniacè electo, aut aſſumpto (ait Iulius pp. 2. ſeſſ. 5. tertij Latera.) nulla eſt poteſtas ſpiritualia, aut temporalia adminiſtrandi, & ipſe à nullo pro Roma pontifice habeatur, & ſuis priuetur beneficijs. Notatu digna ſunt in ea bulla Iulij 2.

Eo verò inopinatè è vita ſublato, cum de ſui ſucceſſoris electione non decreuerit, conſecretur is Epiſcopatus in quem totius Eccleſiaſtici ordinis electio inclinauerit. Si autem, vt fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorum, de quibus certamen emerſerit, vincat ſententia plurimorum: ſic tamen vt gradu ſuo decidat qui captus promiſſione non recto iudicio de electione decreuerit. Cōcil. Rom. ſub Symmacho pp. cap. 4.

Concilium Roma. ſub Nicolao pp. 1. cap. 1. Electio Romani pontificis in poteſtate Cardinalium Epiſcoporum ſit, non electus ab iis canonicè, & concorditer, & deinde ſequentibus ordinibus religioſis clericis, & Laicis, apoſtaticus habeatur, & non apoſtolicus. Ille habeatur papa, Cardinalibus inter eligendum

dif-

Digitized by Google

diffidentibus, qui à duabus partibus eorum fuerit electus, Alex. pp. 3. c. 1. par. 1.

Qui ad Eccleſiaſticam notitiam pertulerit conſilia eorum qui aliter de pontificali elegerint ambitu, & rationabili probatione connicerit: particeps actionis huiuſmodi nō ſolùm purgatus ab omni culpa fit, ſed etiam non indigna remuneratione ſubleuetur. Rom. 1. cōc. ſub Symmacho pp. c. 5.

In concilio Conſtantienſi ſeſſ. 41. recitatur Clementis ſexti pp. conſtitutio de victualibus ac miniſtris Cardinalium in conclaui exiſtentium: Clemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Licet in conſtitutione à Felicis rec. Gregorio pp. decimo prædeceſſore noſtro ſuper electione Romani pontificis edita in concilio Lugdunenſi, inter cætera caueatur expreſſe, quòd ſi eumdē pontificem in ciuitate in qua cum ſua curia reſidebit, diem claudere cōtingat extremum, Cardinales in palatio in quo idem pontifex habitabat, omnes conueniant, & in eo ſinguli ſingulis tantummodo, niſi illi quibus ex patēti neceſſitate duo permittuntur haberi, cōtenti ſeruientibus clericis, vel laicis (pro vt elegerint) vnum conclaue, nullo intermedio pariete, vel alio velamine, inhabitent in communi. Et quod diebus certis, non facta prouiſione de paſtore, decurſis, panis, vinum, & aqua tantum eiſdem cardinalibus, donec ſubſequetur prouiſio, miniſtretur. Quia tamen ſicut frequenti multorum aſſertione, & in cardinalatu conſtitutorum percepimus, nonnulli ex cardinalibus in obſeruatione conſtitutionis ipſius grauati aliàs nimirum extiterunt, multi quoque ex ipſis duos in conclaui prædicto habuerint ſeruientes, non abſquè ſcrupulo conſciētiæ propter ambiguitatem dictorum verborum; videlicet, quibus ex patenti neceſſitate duo permittuntur, haberi, in dicta conſtitutione (vt præmittitur) contentorum, nos prouidere ſuper his cupiētes, ex his, & certis aliis cauſis rationabilibus, quæ noſtrum ad id animum induxerunt, rigorem conſtitutionis ipſius, & etiam ad fratrum noſtrorum ſupplicationem in his prouidimus temperandū auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, quod cardinales poſtquam conclaue huiuſmodi, ſeu clauſuram pro dicta celebranda electione intrauerint, ſinguli duos ſeruientes tantùm, clericos, vel laicos, pro vt duxerint eligendos, ac etiam ſingulis præter panem, vinum, & aquam in prandio, & in cœna dumtaxat vnum ferculum, ſeu miſſum carnium vnius ſpeciei tantummodo, aut piſcium, ſeu ouorum cum vno potagio de piſcibus, vel carnibus principaliter non confectis, & decentibus ſalſamentis, habere valeant vltra carnes ſalitas, & herbas crudas: ac caſeum, fructus ſiue electuaria, ex quibus tamen nullum ſpecialiter ferculum conficiatur, niſi ad condimentum fieret, vel ſaporem Nullus verò eorum de alterius ferculo veſci poſſit. Liceat etiam eis ex decentia honeſtatis habere in clauſura huiuſmodi, cum in lectis cauſa quieſcendi, vel dormiendi eſſe voluerint dumtaxat, intermedia ſeu velamina ſimpliciū tantummodo cortinarum, prædictis, & felicis recordationis Clementis Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri, & alijs conſtitutionibus apoſtolicis contrariis, quibus per hoc in aliis derogare nolumus, non obſtantibus quibuſcunque. Nullis ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtræ conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione, octauo idus Decembris, pontificatus noſtri anno decimo.

Ioannis Vviclef articulus 41. damnatur Cōſtantiæ: Electio Papæ à Cardinalibus, à diabolo eſt introducta.

Eiuſdem Concilii Cōſtantienſis ſeſſione 39. Formā habens profeſſionis, quam electus pp. facere debet. Ego. N. electus in Papā, omnipotenti Deo, cuius Eccleſiam ſuo præſidio tegendam ſuſcipio, & Beato Petro Apoſtolorum Principi corde, & ore profiteor, quādiù in hac fragili vita conſtitutus fuero, me firmiter, & credere, & tenere ſanctam fidem catholicam, ſecundum traditiones Apoſtolorum, Generalium Conciliorum, & aliorum ſanctorum Patrum, maximè autem ſanctorum octo conciliorum vniuerſalium, videlicet primi Niceni, ſecundi Conſtantinopolitani, tertii Epheſini, quarti Chalcedonenſis, quinti, & ſexti Conſtantinopolitanorum, ſeptimi item Niceni, octaui quoque Conſtantinopolitani, necnon Lateranenſis, Lugdunenſis, & Viennenſis generalium etiam conciliorum, & illam fidem vſque ad vnum apicem immutilatam ſeruare, & vſque ad animam, & ſanguinem confirmare, defenſare, & prædicare, ritum quoque pariter Sacramentorum Eccleſiaſticorum Catholicæ Eccleſiæ traditum omnimodè proſequi, & obſeruare. Hanc autem profeſſionem, & cōfeſſionem meam per notarium ſcrimniorum Sanctæ Romanæ Eccleſię me iubente ſcriptā, propria manu ſubſcripſi, & tibi omnipotenti Deo pura mente, & deuota conſcientia ſuper tali altari, &c. ſynceriter offero in præſentia talium, &c. Datum, &c.

Moriente Romano pontifice ait concilium Romanum ſub Nicolao pp. 1. vel cuiuſcūque ci-

ciuitatis,nullus præſumat facultates eorum inuadere,ſed ſucceſſoribus eorum referuentur integræ.

Nos(ait Leo pp.10.) felicis recordationis Honorij tertij,& Bonifacij octaui Rom. Pont. contra hoſtiliter inſequentes aliquem Cardinalium Rom.Ec.& illis præſentis,conſilio,aut &c.ſeſſione 12.2.Lateranenſis.

Electum conſecrat epiſcopus Oſtienſis,vt ordinauit Marcus pp.1.teſte Damaſo in libro Pontificali.

Nomen papæ in miſſa recitetur,ipſeque cõmendetur.Vaſenſe.cano.4.

Parochiæ presbyteris ſũt à Dionyſio ob aſſignatæ)& diaconi à Gaio pp. in populoſis vrbibus,vt videre eſt in eius epiſt.decretali.

Diuino quodam cõſilio(ait Leo pp.1. ſeſſio 10.tertij Lateranen.Eccleſia parochias inſtituit,diœceſis diſtinxit, epiſcopos creauit,&c.

Parochia quando viſitanda in tit Eccleſia.

Quando multiplicandæ.Conc. Trident.ſeſſ. 21.capitulo.4.

Paſcha die Dominico ſemper celebrãdum eſt. Pius pp.1.epiſt.1.ad vniuerſos,&c.)Victor. pp.epiſt.1.)1.Arelaten.1.)Romanum concil. ſub Syluestro pp.act.1.c.2.) non cum Iudæis, qui non niſi luna decimaquarta illud celebrãt Antiochenum concil. c. 1. quod citat.Nicenum.1.

Contendebatur olim quo die foret celebrandum,& eccleſiis minoribus maior eccleſia præſcribebat eccleſiam,3.Carth 1 & 41.)4. Arelaten.1.)4.Carth.65.) 5. Carth.7.)4.Aurelian.1 4.Tolet.4.2.Braccaren.9.

Innocentius pp.1.epiſt.11.mãdat celebrari 11.die Kalendarum Aprilium,Vigilius quoque pp.epiſt.1.cap.5. 1.Anglicanum, cap.1. hoc clarius dicit : Celebremus illud omnes Dominica prima poſt decimamquartam lunam.

Paſtores Eccleſiæ pro meritis plebis ſæpè deprauantur,Anacletus pp.epiſt.3. Euariſtus pp.epiſt.2.

Paſtoratu donandus profiteatur aliquid tit. Ordinis,§.5.Vide §.1.in tit.Papa, iſtud exemplis probat Vincentius Lyrinenſis.

In Parochialibus,etc.Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap.13.

Paſſionis Dominicæ hiſtoria populo quotannis prædicetur,4.Tolet.6.

Patibulis pro ſceleribus ſuis appendendis danda eſt communio, ſi de omnibus peccatis ſuis putam confeſſionem egerint, Vvotmatien.80.

Patrinus non poteſt Abbas, aut monachus eſſe,Antiſiod.25.

Nec vllus propriam prolem de fonte baptiſmatis ſuſcipiat,cap.46.Maguntiaci ſub Carolo magno.

Hinc ſpiritualis ſurgit affinitas, Vide c. 31. Cabilonen.tempore Caroli magni, & Alexan. pp.3.c.2.par.32.

Patrini eos,quos de fonte lauacri ſuſceperunt,erudire ſummopere ſtudeant, quia pro eis fideiuſſores exiſtunt,cap. 19. Arelaten.ſub Carolo magno,cap.47.Maguntiaci ſub eodẽ.

Patronatus . Vide Ius patronatus, Concil. Trid.ſeſſ.14.cap.12.& 13.ſeſſ.24.cap.3.in fine, ſeſſ.25.cap.9.

Pauperes ſuos vnaquæque ciuitas ſecundũ vires ſuas paſcat,2.Turon.5.idipſum vult, 3o. Turon.ſub Carolo magno.Pauperum oppreſſor,tit.Oppreſſor.Vide titulum Senes.

Contra vexatores dentur eis ab Epiſcopo defenſores,5.Carth.9.Vide tit.Oppreſſor.

Potentes non emant fraudulenter res eorũ, cap.23.Arelaten.ſub Carolo magno,c.7. Maguntiaci.ſub eodem.

Paulus Samoſatenus docebat, Chriſtum nõ deſcendiſſe de cœlis,ſed merum hominem, ex Maria prodiiſſe, tempore Dionyſii pp. & 1. Braccar.3.

Peccat vnuſquiſque quotidie,vt etiam ſancti quamdiù hic viuunt, non mendaci humilitate, ſed veraci confeſſione poſſint quotidiè dicere pro ſeipſis.Si dixerimus, quia peccatũ non habemus,nos ipſos ſeducimus, & *Dimitte* nobis debita noſtra.Mileuita. concil.cap.6. 7.& 8.

Penſiones.De his vide Concil.Trid. ſeſſ.24. cap.13.

Tot ſunt peccata,quot ſunt actus voluntatis moraliter interrupti Bonac.qui tunc interrumpuntur,quoties nec formaliter, nec virtualiter perſeuerant idem auctor, & actus voluntatis moraliter interrũpti,ſunt in cõfeſſione explicandi,ſi pœnitens recordetur illorum Gregor.Sayrus.

Peccati auctorẽ Deum eſſe dicentes,& mala opera æquè,vt bona operari, anathema ſint Conc.Trid.ſeſſ.6.can.6. Vide Aug.lib.1.contra duas epiſt.Pelag.cap.3. Proſperus ſcentẽtia 14.ad cap.Gallorum, & reſpon. ad 10. obiectionem Vincentianam.

Peccatum multitudinis inuitum hic manet. Innocen.pp.epiſt 22.cap.6.& epiſt.24. cap.1. Auguſt.epiſt.50.& 64. & Enchiridii cap. 80. Cyprianus epiſt.3.lib.1.

Peccatum originale vnicuique proprium ineſt,Conc.Trid.ſeſſ.5.decreto 1.

Non traditur,ſed verè tollitur in baptiſmo, ibidem, & ſumptum eſt, ex Auguſtino lib.1. contra 2.epiſt.Pelag.cap 13.

Peccatum originale,an Maria Virgo habuetit,

rit, nec ne incertum, atq; indefinitum reliquit ſynodus Trid. ſeſſ. 5. decreto de peccato originali: ſecuta conſtitutione ea de re Sixti 4. in Extrauagante.

Graue nimis, peccatum verò actuale, ne minimum quidem vnquã admiſiſſe docet ibidem Concilium, eccleſię eſſe ſententiam.

Peccata venialia etiam iuſtiſſimi quique in hac vita committunt, & ſi propter illa non deſinant eſſe iuſti Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 11. & canon. 23. Conc. Mileuit. capitulo 5. vide & Conc. Carthaginenſe.

Iuſtos in omni opere bono ſaltem venialiter peccare, orthodoxæ religionis doctrinæ contrarium Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. & cano. 25.

Si quis dixerit, nullum eſſe mortale peccatũ niſi infidelitatis, anathema ſit. Concilium Trident. canone. 27.

Peccato mortali quolibet amittitur gratia Dei, ſed non fides; Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 15. & can. 27, & 28.

Venialia peccata non eſt neceſſarium confiteri ſacerdoti, ſed mortalia vniuerſa, ſynod. Triden. ſeſſ. 14. cap. 5.

Peccata atrociora non à quibuſquis, ſed à ſummis duntaxat ſacerdotibus per abſolutionem dimitti poſſunt. Cõcil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.

Periurio eadem quæ adulterio, aut homicidio ſponte commiſſo pœnitentia imponitur Eutychianus. pp. 1.

A communione biennio clericus remouetur qui peierauit in cauſis iureiurando finiendis 3. Aurelia. 5. can. 20. q. 5. Qui peierat.

Peierans etiam coactè, tres pœniteat quadrageſimas. Pius. pp. 1.

Peierans voluntariè, poſtea ad ferendum teſtimonium non admittitur, 1. Mantiſco. 17.

Inducens alterum ad peierandum, vſque ad vitæ exitum non communicet, 1. Mantiſco, 17. cap. 34. Turonenſis ſub Carolo magno.

☞ Martinus pp. 5. in concilio. Conſtantien. iubet inquiſitoribus, vt quærant à ſuſpectis de fide, vtrum credant periurium ſcienter commiſſũ ex quacunque cauſa, vel occaſione, pro conſeruatione vitę corporalis, proprię vel alterius, etiam in fauorem fidei, ſit morale peccatum.

☞ Peregrinãdi ad loca, & limina Apoſtolorum vel quorumlibet ſanctorum, propoſitum bonum eſt, modò non id malo, ac prauo animo facere velis, vt illi, qui vel ideo id faciũt inquit concil. Cabilonen. cap. 45. tempore Caroli magni, vt maiorem habeãt materiã mendicãdi, de quorũ numero ſunt illi, qui circumquaque vagantes illò ſe pergere mentiuntur, vel quia tantum ſunt vecordes, vt putent ſe ſanctorum locorũ ſola viſione à peccatis purgari; nõ attendentes quod ait B. Hieronymus: Nõ Ieroſolymam vidiſſe, ſed Ieroſolymis benè vixiſſe laudandum eſt. De quibus omnibus Domini Im. qualiter ſit emendanda ſententia expectetur. Qui verò peccata ſua ſacerdotibus in quorum ſunt parochiis confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo Apoſtolorum limina, vel quorumlibet ſanctorum inuiſere deſiderant, horum eſt deuotio omnibus collaudanda.

Peregrinandi votum an poſſit commutari. Alex. pp. 3. p. 35. cap. 3.

Perſecutionem patientes Epiſcopos pro fide laudat Zepherinus pp. epiſt. 2. Euſebius pp. 1. epiſt. 2. Sixtus pp. 2. epiſt. 3. Felix pp. 2. duabus poſterioribus epiſtolis.

Perſecutiones, & tribulationes pro catholica fide, & Eccleſiaſtica re, & Chriſtiana religione patientem, honore omni à ſacerdotibus honorandum, & per diaconum eſſe nutriendum 4. Carth. 43.

Impeti poſſunt humanis præſumptionibus, quæ diuino ſunt iudicio conſtituta, vinci autẽ quorumlibet poteſtate non poſſunt, Gelaſius pp. ad Anaſtaſium.

Prædicans paganis euangelium, ſi ſopportare non valuerit eorum perſecutionem, habet præceptum dominicum, vt in aliam ingrediatur ciuitatem. Zacharias pp. ad Bonifac. Epiſcopum epiſt. 5. Nicolaus pp. 1. apud Gratia. 7. q. 1. capitulo. Sciſcitatis. Qui bene addit: Cum tranquillitas reddita fuerit diuina pietate, ſopitaquè furentium infeſtatio; mox gregem perquirere, & in vnum colligere, & eius animos cœleſtis patriæ pace, ac potiſſimum ſecuritate prædicata, ſurſum erigere debemus.

Perſeuerantiam in iuſtitia vſque ad finem, nemo ſibi abſoluta certitudine polliceatur, Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 12. & cano. 16. Vnde Aug. lib. de bono perſeueran. cap. 12.

Perſonæ tres ſunt, vna tamen earum eſt diuina natura, 5. Conſtantinop. actio. 4. cap. 1. 12 Braccar. 1 1. Vigilius pp. c. 2. epiſt. 1.

Harũ proceſſum explicat Sixtus pp. 1. epiſt. ad Gratum Titulus, Trinitas videatur.

Petrus, & Paulus Apoſtoli eodem anno, & die occiſi ſunt. Anacletus pp. epiſt. 1. Gelaſius pp. in decreto de apochryphis, Nicolaus pp. 1. poſt medium epiſt. ad Michaelem Imp. Niceni concilii primi præfatio Auguſt. lib. 1. de conſenſu euang. cap. 10.

Tranſlatio eorum, Cornelius pp. epiſt. 1.

Romam in carne venientes, inquit Nicolaus

laus pp. 2. ad Michaelem, vitæ verbum euangelizantes, ab ea erroris caliginem amouentes, veritatis lumine mentes hominum illuſtrantes, & in ea vno eodemquè die martyriũ cõſummantes, ſanctam Romanam Eccleſiam roſeo cruore ſuo conſecrauerunt.

Petri tamen poteſtas eminet ſupra poteſtatem ſynodo aliorum Apoſtolorum Melchiades pp. in epiſtol. ad epiſc. Hiſpaniæ. Anacletus pp. epiſt. 2. Marcus pp. 1. ad epiſcopos Ægypti, Felix pp. 2. maximè. c. 19. epiſt. 2. Vigilius pp. epiſt. 1. c. 7. Vide titulum: Eccleſia.

Ioannis Hus articulus ſeptimus Cõſtantiæ dannatus eſt: Petrus non eſt nec fuit caput eccleſiæ ſanctæ catholicæ.

Prærogatiua eius eſt, vt fides illibata in finem vſque per eum, ſucceſſoreſquè eius perduret, Marcus pp. 1. ad Epiſcopus Ægypti: & Agatho pp. ex eo, in ſynodo Conſtantinop. 6. actio. 3. Ennodius diaconus libello pro Symacho pp. à ſynodo Rom. comprobato. Vide titulum. Sedes Apoſtolica.

Philoſophi cum philoſophorum principia, aut concluſiones à recta fide deuiantes, vt quod mũdus ſemper fuit; anima eſt mortalis) auditoribus ſuis prælegunt, eis etiam religionis Chriſtianæ veritatem manifeſtent. Leo pp. 10. ſeſſ. 8. Later. 3.

Placita publica, & ſæcularia neque in atrijs baſilicarum, neque in ipſis baſilicis fiant, dicente Domino: Domus mea, domus orationis vocabitur, cap. 22. Arelaten. ſub Carolo magno, cap. 39. Turonen. ſub eodem, cap. 40. Maguntiaci ſub eodem. cap. 21. Moguntiẽſis. Quando non ſint habenda, vide in titulo Quadrageſima, & Dominica die.

Materia remota pœnitentiæ ſunt peccata, pœnitenti ſœpè idem peccatum committenti, conuenit differri abſolutionem Caiet. Inducendus eſt pœnitens ad dolorem propter Deum offenſum, & non per pœnas inferni.

Pœnam talionis ſubſtinet, qui probare non poteſt crimen, quod obiecit, quiſquis ille ſit, 7. Carth. 5. Fabianus pp. epiſt. 3. Damaſus pp. 2. q. 3. cap. calumniator, Sixtus pp. 3. c. 4. epiſt. ſuæ, 2. Braccar. 8. 1. Arelaten. 24.

Pœnam temporalem manere hic, vel in futuro ſeculo ſoluendam, remiſſa æterna per ſacramenta, Synodus Trid. ſeſſ. 6. can. 30. & ſeſſ. 14. cap. 8. & canon. 12.

Pœnitet Deum, ſi quæ ordinaret, immutet, 8. Tolet. 2.

Pœnitentia, per quàm lapſi à iuſtificationis gratia reparantur, ſecunda poſt naufragium tabula. Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 14. & ſeſſ. 14. can. 2. ex Hieron. in epiſtola ad Demetriadem, quæ incipit. intra omnes, & Tertull. lib. de pœnit.

Pœnitentiam poſt lapſum, longe aliam eſſe à baptiſmali, ibidem, & ſeſſ. 14. cap. 2. & 8. Optima pœnitentia, noua vita, damnatur in Cõcil. Trid. ſeſſ. 14. cano. 14 & cap. 8.

Miniſter huius ſacramenti, eſt ſolus Epiſcopus, vel ſacerdos, conc. Floren. in decreto Armenorum, Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap 6. & can. 10.

Pœnitentiæ ſacramentum à Chriſto inſtitutum, ſynod. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. pœnitentia nũquam nõ neceſſaria fuit ad remiſſionem peccatorum impetrandam, ibidem.

Forma ſacramenti pœnitentiæ, Ego te abſoluo, &c. materia verò, pœnitentis actus, cõtritio, confeſſio, ſatisfactio, Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. Conc. Florent. in decreto Armenis dato.

Effectus huius ſacramenti, eſt remiſſio peccatorum, & reconciliatio cum Deo. ibidem.

Pœnitentia non modò ex grauioribus, ſed etiam ex leuioribus commiſſis geritur. Innocentius pp. 1. c. 7. epiſt. 1.

Pœnitentiam imponens attendere debet, &c. Alex. pp. 3. par 35. c. 1.

Quæ autem de prauioribus geritur peccatis ea duplex eſt, priuata, & publica, ſeu ſolemnis.

Subiiciuntur verò publicæ pœnitentiæ nõ quicumque grauius delinquerint, ſed qui publicè peccarint, 4. Tolet. 53. cap. 26. Arel. ſub Carolo magno, Rhemen. 31. Ticienſis Synodus, de eodem Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat.

De pœnitentiatio in Cathedralibus Eccleſiis, Trid. ibidem.

Et quia oculatim noſcebantur quotquot erant huiuſmodi pœnitentiæ ſubditi, non autem abſconsè pœnitentiam agebant: hinc vulgari appellatione, quaſi ſoli, appellabantur pœnitentes. Pœnitentem dicimus (inquit 1. Toletanum, cap. 2.) qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſſimiſquè peccatis publicam pœnitentiã gerit.

Publicæ, ac ſolemnis huius pœnitentiæ cõditiones, ac qualitatis ex variis canonibus colligere licet, Concilium Agathenſe. cap. 14. Pœnitentes, inquit, tempore quo pęnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput à Sacerdote (ſicut vbique conſtitutum eſt) conſequantur, ſi autem comas non depoſuerit, aut veſtimenta non mutauerint. abiiciantur. Idipſum inſinuant, 3. Tolet. c. 12. 4. Toletan. 54. 6. Tolet. 7. epiſt. cleri Romani ad Cypr. tom. 1. conc. Pulſent ſanè, &c.

Omni tempore ieiunii, ait 4. Carth. 80. manus pœnitentibus à Sacerdotibus imponatur, cuius rei meminit, Laod. 10. 3. Tolet. 11. Leo pp. 1 cap. 1. epiſt. 90.

Pę-

Pęnitentes üdem mortuos ad Eccleſiam,& afferre,& ſepelire debebant,4.Carth.81.

Genua flectere,ſeu flexis genibus orare debent,& diebus remiſſionis,4.Carth.82.

In lib.9 hiſt.Eccleſ.tripart.cap 35. In occidentalibus (ait Zozomenus) ſeruatur Eccleſiis,& maximè apud Roman. vbi etiam locus eſt certus pęnitentium: Stat enim rei, & velut in lamentationibus conſtituti. Cum enim ſacra celebratio fuerit adimpleta, illi communionem non percipientes cum gemitu, & lamentatione ſeipſos in terram poſternunt; Ad quos concurrens Epiſcopus, & ipſe cum lachrymis,& gemitu ſpirituali proſternitur, & omnis Eccleſiæ plebs fletibus inundatur, poſt hoc autem prior ſurgit Epiſcopus, & eleuat iacentes à terra;Tum competenter pro pœnitentibus facta oratione, dimittit omnes; At illi aſflictionibus ſpontè vacātes, aut ieiuniis, aut abſtinentia lauacri,aut ſuſpenſione ciborum,aut rebus aliis,quæ iubentur, expectant commune tempus, quod decernit Epiſcopus; Conſtitutio verò tempore velut quoddam debitum exoluentes, affictione de peccato curati,cum populo communione participātur.

Augustinus epiſtola ad Macedon. quæ eſt 54.dicit,cautè,ſalubriterquè prouiſum eſt, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur,nè medicina vilis minus vtilis eſſet ægrotis, quæ tantò magis ſalubris eſt,quantò minus contemptibilis fuerit.Hæc Auguſtinus.

Huic Syricius pp.cap.5.epiſt.1. ſuffragatur, dicēs,de reuerſis defleta peccata: De quibus, quia iam ſuffugium non habent pęnitendi,ſcilicet ſolemniori illo modo,&c.

Qui ſuſceptam publicè pęnitentiam intermiſerint,& ad prioris erroris conſuetudinem reuoluti,vitæ ſe ſeculari, conuerſationiq. reddiderint, non ſolum à communione dominicorum ſacramentorum,ſed etiam à conuiuiis fidelium ſunt ſubmouendi, Venetici 3. 1.Turon.8 Epaunen.23.1.Aurelia.13. 3.Tolet.11. 4.Toletan.cap.54. Quod ſi aliqui per potētiam irreuocabiles ſunt, nec admoniti reuertuntur, vt veri apoſtatæ coram Eccleſia anathematis ſententia condemnentur, 6.Tol.7.

Negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur,4.Carth.75. Illerden.1.

Cōtra hos loquitur Cabilonen. Caroli magni tempore,cap.35.Multi,inquiens,in pęnitentia non tàm peccati remiſſionem, quàm temporis conſtituti expectant expletionem, & ſi carnium, & vini vſus eis interdictus eſt, mutata non voluntate,ſed eiuſdem cibi, aut potus perceptione,in tantum delitiis ſuis indulgent,vt delitioſius his interdictis aliorum ciborum, vel potionum appetitus viuere cognoſcantur. Spiritalis autem abſtinentia eſt, quæ in pęnitentibus potiſſimum vigere debet, & quorumdam ciborū, ac potionum perceptiones,& deſiderium fugere debet,ille, inquā, ille magis pariſimoniæ ſeruire cenſendus eſt, qui ſibi non ſolum quarumdam rerum perceptiones, ſed delectationes corporis penitus interdicit.

De illis qui acta pęnitentia, tamquam canes,ac ſues,ad vomitus priſtinos,ac volutabra redeunt, quoniam iam ſuffugium non habent pœnitendi, (ſcilicet ſolemniter) decernimus, vt ſola intra Eccleſiam fidelibus oratione iungantur: ſacris miniſteriorum celebritatibus, quamuis non mereantur,interſint. A dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregentur,vt hac ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & alijs exemplum tribuant, quatenus ab obſcænis cupiditatibus retrahātur;Quibus tamen,quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad dominum cæperint proficiſci,per cōmunionis gratiam volumus ſubueniri; Syricius pp. epiſt. 1. cap.5.

Loca habeant varia adſtricti ſolemni pœnitentia; nam quidam cum energumenis orabant,quidā inter catechumenos,Ancyran.16. 1.Nice.13. 2.Arelat.11. Illerden.6.Felix pp.3. cap.2.epiſt.decretal.

Iuuenibus imponi nō permiſcere, Felix pp. 3.epiſt.1.c.4.3. Aurelia.24.

Immò non niſi homini annorū quadraginta,Concil.Rom.ſub Syluestro c.12.

Nec coniugatis matrimonio,niſi ex mutuo conſenſu,2.Arelaten. 22.Leo pp.1.epiſt.90.3. Aurelia.24.

Syricius pp.c.5.epiſt.1.

Sextum Toletanum,c. 8.ex Leo pp.1.epiſt. 90. Coniugatus iuuenis addictus pœnitentiæ, dum mortis formidatur caſus (inquit) ſi fortè fuerit incontinens, redet ad priſtinum coniugium, ne poſtea adulterij incurrat lapſum, quouſque poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum, VVormatien.37.

Pœnitens alteri nubens defuncto coniuge, cum eodem ab Eccleſiæ liminibus arceatur,2. Arelaten.4.Toletan.54.

Solemnem illam pœnitentiam agere clerico vlli non conceditur,Syricius pp.epiſt.1.c.4. Leo pp.1.cap.epiſt.90. ad Ruſticum Narbon.

Hoc poſtea vbiquè obſeruatum eſt, dicit enim primum Arauſic.cap.4.

Pœnitentia deſiderantibus etiam clericis non eſt neganda,1.Aurelianen.14.

Sacerdos pœnitentiam imploranti, abſque perſonæ acceptione pœnitentiæ leges iniun-

gat 4. Carthaginenſis 74.

De eodem Cabilonenſ. capite 25. tempore Caroli magni.

Salutem homini adimit quiſquis mortis tẽpore pœnitentiam denegauerit,& deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubueniẽdum morienti ſufficere,vel in momento poſſe non credit , perdidiſſet latro in cruce præmium ad Chriſti dextram pendens , ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet, cum eſſet in pœna promittit , & per vnius ſermonis promiſſionem habitaculum paradyſi Deo promittente promeruit; Vera erga ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum, mente potius eſt exiſtimãda quàm tempore , propheta hoc taliter aſſerente:Cum conuerſus ingemuerit,tunc ſaluus erit. Cum ergo dominus ſit cordis inſpector, quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti, cùm ille ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari,Celeſtinus pp. 1.epiſt.2.Sic Leo pp.1. epiſtol.89.idem decernit; Quia(inquit) miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere,nec tempora definire, & 4. Carth. 76. & loquuntur enim de eo, qui morbi vehementia , vel iam aductus in furias, vel mutus effectus fuerit,vbi accerſitus adfuerit ſacerdos ei,qui antè pœnitentiam,& recõciliationem ſimul petierit Epaunen. 36. ſimilis eſt ſententia 11.Tolet.c.12.vbi citatur Leo pp.12.Toletan.2. Agath.15.Innoc.pp. 1.epiſt. 2.cap.7.Felix pp.3.c.3.epiſt.1.Vide titul.Deſperandum,§.2.

Auguſtinus c. vltimo libri prioris de adulterinis coniugijs:Quę baptiſmis (inquit)eadẽ reconciliationis eſt cauſa,Vide tit.Baptiſmus §.18.

Presbyter eam tunc negans,reus eſt animarum,Iulius pp.1.26.q. 6.c.Si presbyter.

Si ſuperuixerit, admoneatur ab his qui teſtati ſunt eum petiſſe pœnitentiã iniungi ſibi, petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus,4. Carthaginen. 76.& canones,§.12.1.Arauſ.3.

Extra periculum autem,nõ quouis tẽpore, ſed in cęna Domini , ſeu feria quinta hebdomadæ vltimæ Quadrageſimæ, ſi pœnitentiam explenerant , reconciliabantur pœnitentes, Soter. pp. apud Gratianum de conſecr.diſt.2. cap.In cęna Domini,Innocentius pp.1.cap.7. epiſt.1.c.47. Cabilonen. tempore Caroli magni,rationem,vt cæteri canones aſſignans. Ad percipienda corporis, & ſanguinis Dominici ſacramenta cum aliis fidelibus.

Periculi caſum ponit Cyprianus etiã epiſt. 2.libri epiſtolarum,dicens.Ne igitur,quod ore noſtro,&c.

Reconciliationem hanc canones factam dicunt per manuum ſacerdotis impoſitionem ſeu abſolutionem,& ſanctæ communionis ſeu euchariſtiæ conceſſionem, à cuius perceptione ſemoti erant,4. Carthag. 76.& 78.Leo pp. 1.epiſt.89.1.Arauſic.3. Felix pp.3.c.4. epiſt.1. qui citat.1.Nice.c.13.

Pro qualitate cuiuſque delicti impoſitam fuiſſe,vide in titulo,Confeſſio.

Pontificum ſacra auctoritas , & regalis poteſtas , duo ſunt quibus principaliter mundus hic regitur,Gelaſius pp.epiſt.ad Anaſtaſium Auguſtum.

Præbendæ Eccleſiaſticæ,titulo,Beneficia.

In quibus tantò grauius eſt pondus ſacerdotum,(ait ibidem Gelaſius) quantò etiam pro ipſis regibus hominum in diuino reddituri ſunt examine rationem. & ſi enim in humano generi dignitati præſideant, rerum tamen præſulibus diuinarum denoti colla ſubmittunt , atque ab eis cauſas ſuæ ſalutis expectant,inquè ſumendis cœleſtibus ſacramentis ſubdi ſe debere cognoſcunt.

Præcariæ mentio ſit,6. Toletan.5. Rhemen. 39.& 34. Moguntienſis 20.

Prædeſtinationis Dei temerariam pręſumptionem,quia quis certò ſtatuit ſe de numero prædeſtinatorum eſſe,ſummopere eſſe cauendam,Concil.Trid.ſeſſ.6.c. 12.& cano 15.Vide Auguſtinum c.13.de correpr. & gratia.

Prædeſtinari aliquos diuina poteſtate ad malum qui auſus fuerit dicere, anathema ſit, Concilium Arauſicanum 2.c.25. Concil.Trid. ſeſſ.6.cano.17.

Prædia diuinis vſibus tradita quiſquis humanis applicat, ſacrilegus eſt,Pius pp.1. apud Gratia.12.quæſt.2.Vrbanus pp. 1.in epiſt. decretali,Maguntien.11. Vide Proſperum lib.2. de vita contemp. c.16.& Aurelianen. 3. c.11. De vera poſſeſſione 2.Lateran.40.

Prædicare verbum Dei cuius ſit , habes in titulo,Epiſcopus,§.41.42.& ſequentibus.

Prædicatores Euangelij quales eſſe oporteat quomodo aduerſus improbos defendendi per Epiſcopos, ſi benè, quomodo caſtigãdi ſi malè prædicent,Conc.Trid.ſeſſ.5. cap.2.de reformat.

Religioſi in monaſterijs ſuis ſine ſuperioris licentia,in templis,parochialibus ſine Epiſcopi, aut paſtoribus licentia prædicare non poſſunt,ibidem.

Admonendi ſunt ponentes(ait Tycinenſis ſynodus ſub Ludouico Imp.vt ad maiores Eccleſias, & vbi prædicationẽ audire poſſint, cõueniant, & quantum dono omnipotentis Dei diuitijs , & honoribus cæteros antecedunt, tantò ad audiendum præcepta conditoris ſui alacrius feſtinent.

Pre-

Præfationes has nouem in ſacro catalogo tantum modò inuenimus recipiendas, quas longa retrò veritas in Romana Eccleſia hactenus ſeruauit; vnam in albis paſchalibus, aliã de Aſcẽſione Domini, tertiam de Pentecoſte, quartam de natali Domini, quintam de apparitione Domini, ſextam de Apoſtolis, ſeptimã de sãcta Trinitate, octauam de Cruce, nonam de ieiunio, & quadrageſima; Pelagius pp. 2. epiſt. 4. ad epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, De conſec. diſt. 1. c. Inuenimus, attribuitur iſtud Gelaſio.

Poteſt quis ſibi ſubditum abſoluere vbique, & à peccatis, & ab excommunicatione, Vict. nu. 51. Toſ. 13. cap. 13. nu. 15. & Sà.

Presbyter nullus ordinetur, qui triginta ætatis ſuæ non impleuerit annos, Fabianus apud Gratia. diſtinct. 57. c. Si quis 30. Noeceſar. 11. Agathen. 17. Bonifacius pp 1. apud Gratian. diſt. 78. 4. Toletan. 18. 19. cap. 12. Turon. tempore Caroli magni.

At Zacharias pp. epiſt. ad Bonifac. quę eſt 5. Inquiſiſti etiam hoc (inquit) ſi ante trigeſimũ annum liceat ſacerdotem ordinari bonum, vt ordinetur is ſolùm, qui eius ſit ætatis, ſi inueniri poteſt, ſi autem minimè reperiuntur, & neceſſitas expoſcit, à vigintiquinque annis, & ſuprà Leuitæ, & Sacerdotes ordinentur; Vide concil. Trident. ſeſſ. 23. c. 12. & 14.

Anaclet. pp. epiſt. 2. annotat, nullũ eorum, qui ante Abraham vixere, appellari presbyterum, quãuis longior illorum vita fuerit: atque ità, non à longęua vita nomen impoſitum, ſed, &c.

Epiſcopo, & omnibus presbyteris eius capiti manus imponẽtibus, ac traditione, & orarij, & patenę ordinatur, 4. Carth. 3. 4. Tolet. 27.

Qui litteras neſcit, nõ ordinetur presbyter, quandoquidem laicos docere habet. Hilarius pp. cap. 3. epiſt. ad epiſcopos Tarracon. 5. Toletan. 8. immò niſi, & litteras norit, & baptizãdi ordinem, 2. Aurelian. 15.

Immò niſi pſalterium, & cãtica vſualia, vel hymnos perdididerit, 8. Toletan. 8.

Libellus officialis, ſeu rationem gerendi eccleſiaſtici officij continens, detur ei tum ordinatur, 4. Toletan. 25. Sic monet, 2. Lateranen. c. 27. Epiſcopi promouendos in ſacerdotes diligenter informent, vel per ſeipſos, vel per alios viros idoneos ſuper diuinis officijs, & eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea ritè valeãt celebrare, quoniam ſi ignaros, & rudes de cætero ordinare præſumpſerint, & ordinatores, & ordinatos graui decreuimus ſubiacere vltioni. Sanius eſt enim, maximè in ordine ſacerdotij, paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros, quia ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam dilabuntur.

Si vel inuitus, vel reclamans ſit quiſpiam ordinatus, ordinationem ratam eſſe videtur, & dicere, & probare, 8. Tolet. 7. Simplicius pp. epiſt. 2. vide 3. Aurelianen. 7.

Ad ſacerdotium nemo poteſt aſſumi in vinculo coniugij conſtitutus, niſi fuerit promiſſa conuerſionis, 2. Arelaten. 2. Gangren. 4. indicatur id obſeruatum.

Vide titulum: Continentia, §. 1. 2. 3. &c.

Quod ſi ad torum vxorum ſuarum redire voluerint (ait Agathen. cap 9) pp. Innocentij ordinatio, vel Syricij epiſcopi auctoritas tenetur, vt ſine ſpe veniæ excidãt in perpetuum à gradus ſui dignitate. Syricius pp. epiſt. 1. c. 7. Innocent. pp. 1. epiſtol. 3. c. 1. Antiſiodoren. 21.

Presbyter ſi vxorem duxerit, ab ordine ſuo deponi debet, Neoceſar. 1.) Rom. concil. ſub Sylueſtro c. 19.) Maguntien. 19. tẽpore Arnulſi Imp.

Presbytera erat presbyteri relicta, Antiſio. 21. 2. Turon. 10. Laod. 11. ſenior videa.

Quod ſi fornificatus fuerit, & adulterium commiſerit, extra Eccleſiam abiiciatur, & ad pœnitentiam inter laicos redigatur, Neoceſarien. 1. Aruer. concil. poſt canones, Vvormat. 11. Synodos Franc. ſub Zacharia pp. is, inquit, duos annos in carcere pœnitentiam faciat.

Non cantet inter epulas, Antiſiod. 40.

Presbyter Cardinalis damnari non poteſt, niſi 44. teſtibus, Syluester in cõcilio Romano.

Præſcriptione temporis quantumuis diuturni nil venit ex Eccleſiæ poſſeſſionis in proprium ius clerici cuiuſcumque, dummodo pateat Eccleſiæ rem fuiſſe, Agathen. 59. 1. Aurel. 25. vbi dicitur lex præſcribendi eſſe ſecularis, Epaun. concil. cap. 18. ex Agathenſi, 4. Aurel. 18. 2. Hiſpalenſe, cap. 1. 4. Toletan. cap. 33. & 34. non negat id eſſe verum, et naturale ius 6. Tolet. 5.

In iure prædiorum, inquit Auguſt. cap. 7. libri de operibus, tamdiù quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quamdiù ſe poſſidere ignorat alienum, cum verò ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei perhibetur, tunc iuſtè iniuſtus vocatur, &c. Vide Alex. pp. 3. par. 38. cap. 1.

Vigilanti ſtudio, inquit, cauendum eſt, ne malæ fidei poſſeſſores ſimus in prędiis alienis, quoniam nulla antiqua dierũ poſſeſſio iuuat aliquem malæ fidei poſſeſſorem, niſi reſipuerit poſtquam ſe aliena nouerit poſſidere, cum bonæ fidei poſſeſſor dici non poſſit; Epheſinus enim legiſlator ſolum propter vitandam miſerorum ſegnitiem, & lõgi temporis errorem, et confuſionem primus tricennali, vel quadragenali præſcriptioni vigorem legis impoſuit,

Xx 2 no-

Pſalmum vnumquemque concludat verſus: Gloria Patri,& Filio,&c.4.Toler. 14.

Pſalmorum cantatorum in ſingulis horis numerum habes,2.Turon.19.

Pupillorum curam Epiſcopus gerit,tit. Epiſcopus.

Purgatio infamati, parochianus, ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, ait Alexan.pp.3.par.20.cap.27. accuſatore, & teſtibus deficientibus,ad purgationem per diœceſanum Epiſcopum eſt compellendus, niſi fortè ſuper ipſa ad ſuperiorem iudicem duxerit appellandum;Sanè ſi appellauerit, eius iudicio apparebit,ad cuius examen cauſa per appellationem refertur; quatenus verò inimicitia,vel contrarietate aliquis parochianus iudicio diœceſani Epiſcopi eximatur, quia nos conſulere voluiſti,quod non ſolum pro inimicitia, ſed etiam pro manifeſta cauſa ſuſpicionis poteſt ſui Epiſcopi iudicium euitare, & ad ſuperiorem iudicem recurrere, cum nullus à ſuſpecto iudice debeat iudicari.

Purgatorium eſſe,Greci,& latini confeſſi ſunt in Concilio Florentino, tàm in ſynodi proœmio,quàm in vltima ſeſſione; Latini quidem hiſce verbis: Non ignem in hoc mũdo credimus eſſe,quo quidem animæ peccatis leuioribus,vel (vt vulgo dicitur) venialibus obnoxiæ,coadiuuante eccleſia,Sacerdotem precibus,miſſis, ac eleemoſynis expiantur,& infra: Qui confeſſi, ſacratiſſimum Chriſti corpus, abſque tamen pœnæ præuia ſatiſfactione,vide tit.Oblationes,§.4.& tit.Miſſa, §.16.ſumunt,continuoquè moriuntur, hi dubio procul in ſupra dicto igne (quod purgatorium appellari ſolet) purgantur.Greci verò, ſic.Quæcumque patres ampliſſimè protuliſtis, orientalis Eccleſia profitetur, quamuis inter Grecos,& Latinos parua ſit differentia. Nam ipſi purgatorium,non ignem, ſed obſcurum quemdam locum,ac laborum plebum eſſe cẽſemus,in quo quidem exiſtentes animæ lumine diuino priuantur, donec coadiuuante Eccleſia,vt ſupra dictum eſt,expientur,ac liberẽtur;Hæc ibi. Huius Synodi definitionem conſeruat Synodus Trid.ſeſſ.6.can.30. & ſeſſ.25.

Q

QVadrageſima ſic tota ieiunandum eſt, vt ne quidem vltima,cuius feria quinta ieiunium reſoluere liceat,Laodic. 50. neque Sabbato,Agath.12. 4.Aurelian.2.dies dominicos excipiunt canones, 8.Tolet.9.

In ea ſaluberrimè conditio humani generis expiatur,8.Tolet.9.

Dies Quadrageſimæ, anni totius decimæ deputantur, 3. Toletan. 9.

Initium eius deſignabat Epiſcopus in die Epiphaniæ,Autiſiod.2.

Teleſphorus papa non eam indixit primus, ſed hoc tantum voluit, vt clerici non ſex modo,ſed ſeptem hebdomadas abſtinerẽt à carne. Videatur epiſtola eius decretalis.

In ea,nec nuptiæ celebrẽtur, nec natalitia, Laodicen.52.

Nec martyrum natalitia,Laodicen.51.Immò eo tempore congruè abſtineat à coniuge, Liberius papa.

Nec iudicialia,Liberius pp.in 1. tom. conc. Tribur.36.

Quæſtores eleemoſynarum pro hoſpitalibus,modeſti,& diſcreti eſſe monentur, neque in tabernis,aut locis incongruis hoſpitari,nec inutiles,aut ſumptuoſas expenſas facere,neq; omninò falſum religionis habitum geſtare. In Conc.Trid.ſeſſ.5.cap.2. nulla ratione, vel per ſe cuiuſcumque conditionis exiſtant, vel per alios prædicare,ſeu concionari permittũtur,ſeſſ.autem 21.eiuſdem concil.cap.8. de reformat. grauiſſimis de cauſis ruſus è medio tolluntur.

R

RAptores viduarum, vel virginum à communione ſuſpendit,etiam ſi illæ eis conſentiant,Symmachus pp.cap. 3. epiſtolæ decretalis, Gregorius pp. 3.in concilio Roman. cap.11.anathemarizat eum, 3. Aurelian.16. vſque ad vitæ vltimum ea pœna eum ferit, & 1.Pariſien.c.5.Chalcedon.27. & citatur Vvormarien.77.

2.Turon.cap.21. dicit eum lege Romana capite plecti.

Rapta ſponſa;Vide tit. Deſponſata, §.2.

Rebaptizabantur ad Eccleſiam venientes de Paulianiſtis,& Cataphrygis, 1.Nicen.cap. 18.item Photiani,2. Arelat. 16. Laodiceni 8. Hos omnes nominat ſeptimus canon. primi Conſtantinopolitani,in 1. tomo Concil. poſt Concilium Epheſinum, Eunomiano, inquit, qui vna immerſione baptizantur: item Montaniſtas,qui hic appellantur Phryges, præterea Sabellianos, qui hyopatorian docent, & alia quedam atrocia agunt, aliaſquè ſectas (multi enim hic hæretici ſunt) maximè qui adueniunt à Galatarum regione, ex eis, qui volũt adiungi orthodoxæ Eccleſiæ,ſicuti Grecos,Gentiles,& infideles,admittimus, ac primo quidem die deſignamus eos Chriſtianos, altero Carechumenos,id eſt,elementarios, ac quaſi fidei tyrones,deinde tertio die adiuramus eos ter inſufflando in faciem,& aures,ar-

que

que ità carhechizamus, ſiue inſtituimus, & erudimus eos, damuſquè operam, vt longiori tempore maneant, ac verſentur in Eccleſia, diligenterquè, & attentè audiant ſcripturas, tunc tandem eos baptizamus.

Cum communicent, Ilerden. 14. Felix pp. 2. teſtè Damaſo pronunciauit hæreticum Conſtantin. Imp. filium, qui rebaptizatus erat.

Nonnulli quoque venientium à quibuſdam Arrianis, er propria lege ſua (non Eccleſiæ præſcripta forma) vtentibus inter baptizandum, 1. Arelaten. 8. de quibus (inquit ille canon.) ſi audiant, eos eſſe baptizatos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti manus eis tantum imponant.

Vide Conc. Trident. ſeſſ. 7. canon. 11. & 12. de baptiſ. & Auguſt. lib. de peccat. merit. & remiſs. cap. 14. & lib. 3. cap. 3.

Dixi nonnulli, eo quod non multi Arriani eiuſmodi fuerint, plurimi autem, qui baptizarent in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Syricius pp. epiſt. 1. cap. 1. Innocentius pp. 1. epiſt. 18. cap. 3. 2. Arelaten. 17. & ſuprà citatus can. 7. concilij Conſtantinopolitani.

Reconciliari nolens in ſe peccanti, Vide titulo, Diſcordium.

Religiones, Vide titulum, monachus.

Reliquiæ ſanctorum in oratorijs villaribus non ponantur, niſi forſan clericus cuiuſcumquè parochiæ, in cuius Eccleſia eſſe côtingat, ibi ſacris cineribus pſallendi frequêtia famuletur, Epaunen. 25.

Reliquiæ ſanctorum in proceſſionibus deferebantur, 3 Brac. 5.

Reliquiæ antiquæ modo extra capſam, ait 4. Lateran. cap. 72. non oſtendantur, nec exponantur venales, inuentas autem de nouo, nemo publicè venerari præſumat, niſi prius auctoritate Romani pontificis fuerint approbatæ: prælati verò de cætero non permittant illos, qui ad eorum Eccleſias cauſa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falſis decipi documentis.

Remittendi peccata poteſtatem Chriſtus dedit Apoſtolis, cum à mortuis excitatus dixit: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt; Nam verbis tam preſpicuis poteſtatem remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles poſt baptiſmû lapſos Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus fuiſſe communicatam (ait Synodus Tridentina) vniuerſorum patrum conſenſus ſemper intellexit, Irenei lib. 5. contra hæreſes, dicentis: Exiuit mortuus colligatus, &c. Ambroſii lib. 1. de pœnitentia cap. 7. & lib. 2. cap. 7. Auguſtini ſermone 44. & octauo de verbis domini 1 & tractatu 2. in Pſal. 101. & lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 18 Chryſoſtom. poſt initium libri tertij de dignitate ſacerdotij, & homilia 5. de verbis Iſaiæ: Vidi dominum, Cypriani epiſt. 2. lib 1. Hilarij in 16. cap. qui Matthæi, Gregorij pp. 1. homilia 26. Patiani cuiuſdam eruditi ſcriptoris contra Nouatianos in tractatu de pœnitentia, Cyprianus epiſt. 2. lib. 1. epiſt. Nec enim fas erat, &c.

Quamuis, ait Leo pp. 1. epiſt. 95 ad Leonem Auguſtum, c. 2. & 83. ex Gaio pp. epiſt. 1. multorum ſanctorum in conſpectu Domini prætioſa mors fuerit, nullius tamen inſontis occiſio, redemptio fuit mundi: acceperunt iuſti, nô dederunt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata ſunt patientiæ, non dona iuſtitiæ, ſingulares quippe in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſoluit, quum inter filios hominum vnus ſolus Dominus noſter Ieſus Chriſtus extiterit, in quo omnes crucifixi, &c. ſunt. Auguſtinus idem dicit tract. 84. in Ioannem.

Repudium vxoris; Vide, matrimonium §. 12. 13. &c.

Reſtituere debet ſpoliato ſpolia, quæ à ſpoliatore iniuſto accepit, etiam ſi ſpoliatus in probatione deficiat quòd res ſit ſua, quum nô multum interſit inter detinere alienum iniuſtè, & inuadere alienum, 2. Lateran. 39. non obſtante ciuilis iuris rigore.

Reſurrectionem carnis Manichæi ideò negarunt, quod eam crederent, à dæmone creari, 1. Bracaren. 12.

Rex Hiſpaniarum olim optima ratione, & reipub. vtiliſſima conſtituebatur, vt videre eſt in titulo, Hiſpan.

Rex à rectè regendo vocatur (ait Moguntienſis ſynodus ſub Arnolpho rege c. 2.) Si enim piè, & iuſtè, & miſericorditer regit, meritò rex appellatur: ſi his caruerit, non rex, ſed tyrannus eſt. Antiqui enim omnes reges, tyrannos vocabant. Sed poſtea piè, & iuſtè, & miſericorditer regentes, regis nomen adepti: impiè verò, & iniuſtè crudeliterquè principantibus, non regis, ſed tyrannicum aptum eſt nomen. Quia rex à regendo dicitur, primò ei ſtudendum eſt, vt ſemetipſum, ſuamquè Chriſti adiuuante gratia, ab operibus nequam emaculet, boniſquè operibus exuberare faciat, vt ab ea cæteri bonum exemplum ſemper capiant. Ipſe etiam ſalutiferis Chriſti præceptis fideliter atque obediêter obſecundet, & rectè agendo eos, quibus temporaliter imperat, in pace, ac concordia, atque charitate, cæterumquè bonorum operum exhibitione, quantum ſibi diuinitus datur, conſiſtere faciat, & dictis

atquè

atquè exemplis ad opus pietatis,& iuſtitiæ, & miſericordię ſolerter excitet,attendens,quod pro his Deo rationem redditurus ſit, quatenus ità agẽdo, ſanctorum regum,qui Deo ſincerè ſeruiendo placuerunt, poſt hanc peregrinationem conſors efficiatur. De rege autem qualis eſſe debeat, ità in Deuteronomio legitur: Cum ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi,& poſſederis eam, habitaueriſquè in illa,& dixeris:Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes,eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Et poſt pauca: Non habebit vxores plurimas, quæ illiciant animam eius, nequè argenti, & auri immenſa pondera. Poſt quam ſederit in ſolio regni ſui,deſcribet ſibi Deuteronomium legis in volumine, accipiẽs exemplar ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, ſegetquè omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba,& cæremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Nè extollatur in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, nequè declinet in partem dextram, vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe, & filii eius ſuper Iſrael. Attende quod timor Dei, & cuſtodia pręceptorũ eius, & humilitas, quę non patitur eum extolli ſuper fratres ſuos, & iuſtitię rectitudo non ſolum regem, ſed & filios eius longo faciet regnare tempore.Vt ergo princeps extollẽtiam cauere debeat, Eccleſiaſticus admonens ait: Principẽ te conſtituerunt, noli extolli,ſed eſto illis,quaſi in illis. In Prouerbiis. Rex qui iudicat in veritate pauperes, tronus eius in æternum firmabitur. Item Miſericordia,& veritas cuſtodierunt regem,& roboratur clementia tronus eius.

Romanorum pręſulum auctoritas. Vide Epiſtolę Synodicę.

S

SAbellius hæreticus docuit,Deum nõ Trinũ eſſe, ſed vnam perſonam eſſe naturę diuinę,vt & Priſcillicanus.Roman. concil.ſub Syluestro pp.c.2.1.Braccar.1.

Sabbati ieiunium:Vide Ieiunium.

Sacrificium vnicum populi Chriſtiani Chriſtus in vltima cœna primus exercuit, corpus ſuum,& ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini Deo patri offerens, ac ſub earũdem rerum ſpeciebus,Apoſtolis,quos tunc noui teſtamẽti ſacerdores conſtituebat, eorumquè ſucceſſoribus,vt ſimiliter offerant pręcipit. Cõc. Trid. ſeſs.22.c.1.& ſeſs.23.c.1.

Vide ſupra in titulo; Miſsa.

Sacerdotium externum noui teſtamenti,in quod verus tranſlatus eſt. Chriſtus inſtituit, conſtans pietate conſecrandi, offerendi, & adminiſtrandi corpus, & ſanguinem Domini, nec non peccata dimittendi, & retinendi.Trident.ſeſſ.23.cap.1.

Omnes Chriſtianos, ſacerdotes eſſe noui teſtamenti,erroneum eſt,& ſcripturis contrarium,eadem ſeſſ.cap.4.Eum qui ſemel ſacerdos fuit non poſſe fieri laicum,ibid.& can.4.

Abſtemius eo quod vinum non bibat, vel illud euomat, vel alio modo patiatur vomitũ, non poteſt. ad ſacerdotiũ admitti Maiol. cap. 25.Reginal.lib.35.num.58.

Abſtemius diſpenſari non poteſt à Summo Pont. quoad ſacerdotium ſecus quoad reliquos ordines Nauar.c.27.num.104.Sair. cap. 9.num.15.Tolet.lib.1.cap.25.

Sacerdotes multum conſtat colendos eſſe, quum ore ſuo corpus Domini conficiant (vt teſtantur patres citati tit. Euchariſt.§.3.) & eorum orationibus bella terrena ſedantur,& dęmonum pelluntur incurſus.Felix pp.2.epiſ.1.c.20.)Cyprian.lib.1.epiſt.3.fol.12.

Duo tantùm ſunt ordines ſacerdotum, titulum,Ordo §.3.

Ab omnibus quæcumq; ad aurium, & ad oculorum pertinent illecebras (ait Turonen. cõcil.ſub Carolo magno,c.7.) vnde vigor animi emolliri poſſe credatur,quod de aliquibus generibus muſicorum,aliiſquè nonnllis rebus ſentiri poteſt,Dei ſacerdotes abſtinere debẽt, quia per aurium,oculorumquè illecebras, vitiorum turba ad animam ingredi ſolet. Hiſtrionum quoque turpium, & obſcœnorum inſolentias iocorum,& ipſi animo effugere, cæteriſquè ſacerdotibus effugienda prędicare debent,& cap.8.Sacerdotibus non expedit ſæcularibus,& turpibus quibuslibet intereſſe iocis,uenationes quoq; ferarum, vel auium minimè ſectentur. Eadem monita dat Magũtiacum concilium ſub Carolo magno, cap. 14.) cap.8.9.& 10.Cabilonen. ſub Carolo magno, & cap.14.Maguntiaci ſub eodem, habes quæcumque ſunt prohibita Sacerdotibus, & 2.Lateran.16.

Summatim,vide 4.Toletan.cap.18.de indignis ſacerdotio.

Eos irreprehenſibiles eſſe conuenit, quos neceſſe eſt præeſſe corrigendis.Hormiſdas pp. cap.1.epiſt.ad Epiſcopos Hiſpan.4.Tolet.20. cap.3.Arelaten.ſub Carolo magno.

Accuſator Sacerdotis,tit.Accuſare.

Sacerdotium in veteri lege cœpit ab Aaron in noua à Petro Apoſtolo, Anacletus pp.epiſt. 2.Gregor.pp.1.in epiſt.ad Auguſtinum Anglo-ſaxonum Epiſcopum.

Ante

Digitized by Google

Ante aduẽtum Chriſti(inquit Gelaſius pp.) quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actibus conſtituti, pariter reges extiterũt, & pariter ſacerdotes, quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſacra prodit hiſtoria: quod in ſuis quoque diabolus imitatus eſt; vtpotè qui ſemper, quæ diuino cultui conuenirent, ſibimet tyrannico ſpiritu vendicare contendit, vt pagani Imp. ijdem,& maximi pontifices dicerentur. Sed cum ad verum vẽtum eſt eumdem regem atque pontificem, vltrà vbi nec Imp. pontificis nomen impoſuit, nec pontifex regale faſtigium vindicauit. Quamuis, &c. Nicolaus pp. ad Michaelem Imp. Idem habet ex illo.

Sacramenta nouæ legis omnia à Chriſto inſtituta eſſe, neque plura eſſe nec pauciora quàm ſeptem Conc. Floren. in decretis Eugenii ad Armenos Concil. Trident. ſeſſ.7.canon. 1. Conſtan. 15. Differentiam eorum a Sacramentis veteris legis ponit Conc.Trid.eadem ſeſſ. canon. 2. & clarius Concil.Florentinum loco iam citato. Multaquè alia in illis amborum conciliorum locis de Sacramentis ſcitu digna leguntur, quæ hic longum eſſet referre.

Leo pp. 10.ex articulis Lutheri hunc 1.damnat: Hæretica ſententia eſt, ſed vſitata: ſacramenta nouæ legis iuſtificantem gratiam illis dare qui non ponunt obicem.

Gratis dentur,& diſpenſentur,11. Tolet.8. Vide id in ſingulis Sacramentis.

Ioannis VViclef articulum 4. damnat ſynodus Conſtantienſis: Si Epiſcopus,vel ſacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, non conſecrat,non conficit, non baptizat.

Sacrificium offerens ſacerdos ſemper ipſemet de ſacrificio participet,ac ſumat. 12. Toletan.3.

Sagarum inſaniam inuenies deſcriptam apud Iuonem lib. 8. decretorum, vbi hæc habet,vt Agath.Concil.Perquirendum eſt, ſi aliqua fœmina ſit,quæ per quædam maleficia: & incantationes mentes hominum immutare ſe poſſe dicat,id eſt,vt de odio in amorem,vel de amore in odium conuertat,vt bona hominum aut damnet,aut ſubripiat,& ſi eſt quæ ſe dicat cum dæmonum turba in ſimilitudinem mulierum transformata certis noctibus æquitare ſuper quaſdam beſtias, & in eorum conſortio annumeratam eſſe.

Nicolaus pp.1.ad Michaelem Imp.ſcriptutis latè id probat. hæc talis, omnimodis ſcopis correcta,ex parochia eiiciatur.Hæc ibi.Sic concilium Ancyranum(habes poſt eius canones tomo 1. Concil.) Quædam ſceleratæ mulieres retro poſt Satanam conuerſæ, dæmonũ illuſionibus, & phantaſmatibus ſeductæ, credunt ſe, & profitentur nocturnis horis Diana Paganorum Dea,vel cum Herodiade,& innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias, & multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſpatio pertranſire, eiuſquè iuſſionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius ſeruitium euocati. Hæc ibi.

Salui conductus dari hæreticis vſus erat in ſynodo generali ſexta Conſtantinopolitana, vt patet ex 1.epiſtola Imperatoris Flauii Cõſtant.ad Donum papam.

Salutent plebem presbyter,& Epiſcopus ſimiliter,1.Bracc.21.

Sanctus,Sanctus,Sanctus,&c.à populo cantabatur,ſacerdote miſſam inchoante, ex iuſſu Sixti pp.1.)Vaſenſe cap.6.cantatur,) ſed poſt Euangelium cani iubet,4.Toletan.11.

Sanctorum corpora è loco vno in alium nõ transferantur ſine concilio principis,vel epiſcopi,vel ſanctæ ſynodi licentia ſub Carolo magno concil.Maguntiacum,c.51.

Sanctimoniales in monaſterio conſtitutæ) ait concil.Cabilonen. tempore Caroli magni c.49.)habeant ſtudium in legendo, & in cantãdo,in pſalmorum celebratione, ſiue oratione,& horas canonicas, matutinam videlicet, primam,tertiam, ſextam, nonam, veſpertinam,completoriam pariter celebrent, & omnes,excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormitant,& omnibus diebus ad collationem veniant.

Et cap 61. Non debet ſanctimoniales in proriis manſionibus cum aliquibus maſculis clericis,ſine laicis cõſanguineis,ſiue extraneis bibere,ſiue comedere, ſed ſi quando id agendum eſt,in auditorio agatur, & vbi auditoriũ de eſt,non fiat,& cum nullo maſculo eis colloquium habere liceat, niſi in auditorio, & ibi coram teſtibus,Eugenius pp 2.cap.3.

Et cap.62 Sanctimoniales,niſi fortè abbatiſſa pro aliqua ſua neceſſitate incumbente illas mittente,nequaquam de monaſterio egrediũtur.Hæ verò quæ famulos,aut famulas non habent,ad exercenda negotia ad portam monaſterij perueniant,& ibi coram teſtibus negotia ſua exerceant.

Scholas epiſcopi conſtituant ait cap.3. Cabilon.concil.temp. Caroli mag. in quibus,& litteraria ſolertia diſciplina,& ſacræ ſcripturæ documenta diſcantur,& tales ibi erudiantur, quibus meritò dicantur à Domino: Vos eſtis ſal terræ, & qui condimentum plebibus eſſe valeant,& quorum doctrina non ſolum diuerſis hæreſibus, verum etiam Antichriſti monitis,& ipſi Antichriſto reſiſtatur, vt meritò de illis in laude Eccleſiæ dicatur: Mille clypei pen-

pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Vide titulum, Doctoris, §. 4.

Satisfactio, tertia ſacramenti pœnitentiæ pars, à patribus fuit Chriſtiano populo perpetuo tempore commendata, Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 8.

Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. de hæreticis agens. Detur, inquit, opera nè ſatisfactioſiibus, & lamentationibus delicta redimantur, ne vulnera lachrymis abluantur. Similia crebro habētur in eadem epiſtola, & in ſermone de lapſis.

Noſtra hæc ſatisfactio, nec obſcurat, nec aliqua ex parte imminuit ſatisfactionē Chriſti, vt heretici noſtrę tempeſtatis calumniātur, ſed eam potius commendat, atque illuſtrat, Conc. Trid eadem ſeſſ. cap. 8. & canone 14.

Satisfacimus Deo pro peccatis noſtris, non ſolum pœnis ſponte à nobis ad vindicandum peccatum ſuſceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro menſura delictis impoſitis, ſed etiam temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 9. & canone 13.

Debent autem Sacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggerit, &c. ex eadem 14. ſeſs. cap 8. vſque. Nam claues Sacerdotum.

☞ Scripturarum ſacrarum ſeriem habes in tit. Libri canonici. Eam corrupit quidam Dictinius, & Priſcillianus, 1. Braccar. 17.

Quomodo intelligenda, ac interpretanda ſacra ſcriptura, Concil. Trid. ſeſſ. 4. decreto 2. cap. 1. Cabilonen. ſub Carolo magno, Lateran. conc. 3. ſub Leone pp. 10. in eius bulla.

Quando, & quomodo vtendum ſcriptura, ac non vtendum, ibidem.

Scripturæ ſacræ lectio, ac expoſitio in Eccleſiis Cathedralibus, in monaſteriis, ac monachorum conuentibus habeatur, Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 1. de refor.

Scotici presbyteri diſcurrentes taxantur, cap. 43. Cabilonenſis ſub Carolo magno.

☞ Sedes Apoſtolica terminet Epiſcoporū iudicia, & maiores Eccleſiæ cauſas, Zepherinus pp. epiſt. 1. Anacletus pp. epiſt. 1. Sixtus pp. 2. epiſt. 1. Damaſus pp epiſt. ad Stephanum, Innocentius pp. 1. epiſt. 2. cap. 3. & epiſt. 25. quæ eſt ad epiſcopos ſynodi Carth. Gelaſius pp. in epiſt. ad Fauſtum magiſtrum, Vigilius pp. epiſt. 1. cap. 7. Pelagius pp. 1. epiſt. 1. Adrianus pp. 1. in canonibus, quos collegit. epiſt. ſynodica Epiſcoporum Ægypti ad Felicem pp. 2. Sardicen. cap. 3. 4. & 7.) 6. Carth. 3.

Idquè frequenter etiam ſine vlla ſynodo præcedente, Gelaſius pp. ad Epiſcopos Dardaniæ.

Quam huic ſedi reuerētiam ſeculares principes ſemper exhibuerint, exemplis diſces citatis à Nicolao pp. 2. ad Michaelem Imp.

Quoties fidei ratio ventilatur, non niſi ad ſedem Petri Apoſtoli eam referre oportet. Innocentius pp. 1. epiſt. 26. quæ inter epiſtolas Auguſt. eſt 93. Eò referendum eſt illud in Gratiani decretum Nicolai pp. 1. diſt. 19 c. 1. Romanorum Pontificūm decreto, cæterorum opuſcula tractatorum approbātur, vel reprobantur, ita vt, &c.

In Sede Apoſtolica inuiolabilis ſemper catholica cuſtoditur religio Ioannes Conſtantinop. Epiſc. ad Hormiſdam pp. Eulalius Carthaginenſis Epiſcopus, & Iuſtinus princeps in precibus ſuis (habes eas poſt epiſ. Bonif. pp. 2) Agathen. pp. in epiſt. ſua, quæ inſerta eſt actioni, 4. Conſtantinopolitanæ ſynodi ſextæ, ex Marco pp. 1. Nicolaus pp. 1. ad Michaelem Imperatorem.

Non facilè credatur, hanc ſedem indulgere hominum vitiis, ſeu diſpenſationes improbas concedere (vt ſpargunt multi maleuoli, & ipſi adſcribētes, quod ab aliquo Iuda extorſerint) quia nō aliud prædicamus (ait Zacharias pp. ad Bonifacium Epiſcopum, epiſt. 4. & aliud agimus, aut dirigimus. Hoc ſanctitatem tuam firmiſſimè, vt teneas hortamur, vt ſanctorum patrum inſtitutus, & conſultis ſacrorum canonum omnimodò obſequi debeas, quia nos nullatenus aliud prędicamus, & aliud agimus. Idem affirmat epiſt. 6. & addit: Non aliud nobis conuenit prædicare, pręter id, quod à Sanctis Patribus ſumus edocti.

Sedis primæ Epiſcopus, non Princeps Sacerdotum, nec ſumus Sacerdos, ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus, 3. Carth. 16. Adrianus pp. in canonibus: Nullus Archiepiſcoporum, &c.

Sedes Epiſcopis in Eccleſiis erectæ indicāt ſpeculationem, et poteſtatem iudicādi, ēt ſoluendi, atque ligandi à Domino eis collatam, Vrbanus pp. in epiſt. decretali.

Seminarium miniſtrorum Dei, atque Eccleſiæ, ſeu collegium adoleſcentum ab Eccleſiis Cathedralibus, ac Metropolitanis ſingulis erigendum, in quo inſtituantur illi in bonis litteris, et diſciplina Eccleſiaſtica, vt tandem ad Eccleſiæ ſeruiendum idonei eſſe poſſint, Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de reform Vide cōſtitutionem Alexandri 3. par. 5. cap. 18. & 1. Lateran. cap. 11.

Senes, et pauperes Eccleſiæ præ cęteris honorandi ſunt, 4. Carth. c. 83.

Conuiuium eis parabatur, Gangren. c. 11.

Si ob nimiam debilitatem manibus laborare nequeat, victus cum veſtitu ab Epiſcopo ei procuretur, 1. Aurelian. 18. 5. Aurelian. 21.

Digitized by Google

Sententia neminem ſtringit à non ſuo iudice lata, Sixtus pp.2.epiſtolæ ſuæ cap.5. Adrianus pp.ex eo. Nicolaus pp. ſub medium epiſt. ad Michaelem Imperatorem, id probat exẽplis, cap.14. Maguntienſis ſynodi, Cyprianus epiſt.3.lib.1. Nam cum ſtatutum ſit omnibus, etc.

In abſentem ferri non debet, Zepherinus pp.epiſt.1. Nicolaus pp.1.2.q.9.cap. Renera, Cornelius pp.in fine epiſt.) 4.Carth.30. Marcellus pp.1.epiſt.2.

Vide titulum: Damnari, et tit. Iudicare.

Sententia poſt appellationem lata neminẽ ligat, Alex.pp.3.cap.3.par.31.

De ſententiis, Alex.pp.3.par.36.

Sepeliantur Chriſtiani cum pſalmis, non cũ funebri carmine, 3.Tolet.22.

Gratis detur ſepultura. Vaſenſe cõcilium apud Gratianum 14.q.2.cap. Præcipiendum eſt. Eugenius pp.2.cap.10. Tributienſe concil. cap.16.

Liberaliter oblata recipi poſſunt. Triburien.16. Alioqui ſymonia erit. Alexander pp.3 part.1. cap.7. & Vide eundem Alexandrum parte 43.

Nullo modo corpora defunctorum ſepeliãtur intra Baſilicam ſanctorum 1. Braccaren. 36. Triburienſe, cap.17.

Maguntiacum c.52 excipit Epiſcopos, Abbates, & dignos presbyteros: & c.17. Triburi.

Nec in bapiſterio Antiſiodoren.14.

Propter inſtantem neceſſitatem (ait concil Triburien cap.25 ſub Imp.) vbicunquè facultas rerum, & opportunitas temporum ſuppetit, ſepulturam morientium apud Eccleſiã, vbi ſedes eſt Epiſcopi, celebrari placuit. Si autem hoc propter itineris longinquitatem, aut adiacentem alicuius opportunitatis difficultatem impoſſibile videatur, expectet eum terra ſepulturæ ſuę, quo canonicorum, aut monachorum ſiue ſanctimonialium congregatio ſancta communiter degat, eorum orationibus iudici ſuo commendatus occurrat, & remiſſionem delictorum, quam meritis non obtinet, illorum interceſſionibus percipiat. Quod ſi, & hoc difficile æſtimetur, vbi decimã perſoluebat viuus ſepeliatur mortuus, Leo pp. 19.ſeſſ.11.3.Lateranen. Volentes, inquit, ſepeliri in habitu, &c.

Non ſepeliatur mortuus ſuper mortuũ, niſi prius cadauer ſit marcidatum 2.Mantiſcon. 17. Antiſiodoren.15.

Sacerdos non obuoluatur palla altaris. Aruernen.5. Antiſiodoren.12.

Sepulchorum demolitio legibus publicis pro ſacrilegio punitur, & ſanguine vindicatur 4.Tolet.45.

Martyrem ſepelire non oportet, niſi dalmatica, aut collobio purpurato. Eutychianus pp. teſte Damaſo in lib.pontificali.

Serpens non propterea veſtem deponit, vt nudetur, ſed vt ſe gratiorem dum renouatur oſtendat. 2.Turonen.10.

Seruus pretextu diuini cultus domino non deſerat. Gangren.concil. cap.33. Gelaſius pp. cap.16.epiſt.1.

Eam nequitiam docuit Euſtachius damnatus à Gangren.ſynodo.

Degener ſeruus deputatur defunctorum ſepulchris, 1.Pariſien.9.

Scipſum interdum ſeruus occidit, impatiẽs iugi, & vt domino ſuo ſic incommodaret, 2. Arelaten.34.

Nemo ſeruum proprium peccantem occidat, niſi per iudicem. Agath.62. Epaunen.34. VVormatien.28 Gregorius papa 3. epiſtol.8. egregiam quorũdam crudelitatem reprehendit. Vide titulum. Homicidii.

Fiſcales ſerui Eccleſias conſtruxere ex ſua paupertate 3.Toletan.25.

Sodomia. Si quis (ait canon.82. eorum quos interpretatus eſt S. Martinus Bra. Epiſcopus) ante viginti annos in cuiuslibet animalis cõmixtione peccauerit, quindecim annis in humilitate ſubiaceat ad Eccleſię ianuam: & poſt hos aliis quinque annis in orationis communionem receptus pœnitentiam agat, & ſic gratiam ſuſcipiat ſacramenti. Interrogentur autem alii de eo, qualem vitam in pœnitentia egerit, & ſic communionis miſericordiam cõſequatur. Si quis autem poſt 20. annos habens vxorem huic peccato irruerit, 25. annis humilitati ſubiaceat, & 5. annis orationibus tãtùm communicans, poſtea recipiat ſacramentum. Quod ſi nunc menſuram aliquis trangreſſus fuerit ſacramentum in exitu conſequatur. Oporter autem tales intercæmonioios orare. Elibertinum concilium cap.71. Stupratores puerorum (inquit) nec in fine vitæ communionem accipiant. Alexander, pp 3. part.1. cap.11. Clericum Sodomitam à clero deiici, vel ad pœnitentiam agẽdam in monaſterium detrudi laicum excommunicationi ſubdi, & à cœtu fidelium prorſus alienum fieri iubet. Lateranen.ſeſſ.9.

Sortes Sanctorum, ſic quidem in canonibus appellatas damnant canones, vt maximè fidem religionis catholicæ infeſtantes, Agath. 41. Venetici 16. Antiſiodoren 4. Vide titulum; Auguriis, §.1.

Et D.Auguſtinus cap.20.epiſt.119. Diſplicet mihi, inquit, conſuetudo, ad negotia ſecularia, & ad vitę huius vanitatem propter vitã loquentia oracula diuina velle conuertere.

Spe-

Spectacula viſere Chriſtianis ſemper prohibitum fuit,3.Carth.11.4.Carth.88. Vide de eorum qualitate Cyprianum lib. 2. epiſt. 2.et Auguſt.in confeſſ.

Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio,Nicolaus pp.1.tit.cap.4.30.q.5. c. Noſtrates.

Non ſeruantes ſponſaliorum fidem,triĕnio à communione abſtineant,Elibert.54.Videatur Alexander pp.3.par.6. & 45.

Valent anno ſeptimo ætatis elapſo facta, Alex.pp.3.par.12.cap.2.

Commutantur in matrimonium dum cum iuramento ſunt facta, & commixtio carnalis interceſſit,Celeſtinus pp.1. apud Gratian. 35. diſt.6.cap.Videtur nobis,Concil. Trident.Videatur.

Sponſus, & ſponſa cum benedicendi ſunt à ſacerdote,à parentibus ſuis, vel paranymphis offerantur, qui cùm benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant 4. Carth. 13.Vide Nicolaum pp.1.§ Citatus.

Pro horũ benedictione nihil exigatur,Alex. pp.3.cap.7.par.1.

Spiritus ſanctus à patre, & filio procedit; teſtè primo Toletano, tertio Toletano, ſynodo Chalcedonenſi, Gregorio Neocæſarien. Hormiſda pp.cap.2.epiſt.1.4.Tolet.1.2 Lateran.cap. 1.ſynodus Florentina ſeſſione viii. 1 conſulatur.

Spoliatores Eccleſię, ſeu rerum ad eius quoſcumque miniſtros pertinẽtium, homicidas eſſe oſtendit Lucius pp.1.in epiſt.decretali Pius pp. 1. epiſtol. 1. Bonifacius pp. 1. apud Gratianum 12, q. 2.c. Nulli liceat,1. Pariſien. 1.2.Turonicum cap. 25.mirabilem habet de eis conſtitutione Triburien. 7. Alexander pp. 3.parte 24. de eis, & Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap.11.

De ſpoliatis reſtituendis,vel non, Alexand. pp.3.part.22.

Subdiaconus ordinatur ætatis anno 20. ſecundi Toletani cap.1.Syricius pp cap. 9.epiſt. 1.Zozimus pp.cap.3.piſt.1.de eo Trid. ſeſſ.23. cap.12.13.

Cum ordinatur,quia manus impoſitionem non accipit,patenam de Epiſcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu verò archidiaconi vrceolum cum aqua,& mãtile,& manu tergium,4.Carth.5.

Laod. 21.& 1.Tolet. 2.dicitur quòd ſacra vaſa non contingit.

Matrimonium non contrahat, Concil. Roman.ſub Syluestro pp. act. 1.cap. 8.1.Tolet.4. 1.Tolet.1.8 Tolet.6.

Aut officio,& beneficio careat. Eug.pp.c.2. Non ordinetur mœchator in adoleſcentia ſua Elibert.30.

Vide tit.Continentiam.

Olim ex coniugatis eo dignitatis nullus aſcendebat, niſi eius, & vxoris ad continentiã conuerſio obtenta eſſet,2.Tolet.1.

Supplicij locum cum quiſpiam morte afficietur,non adeat clericus,1.Mantiſc.19.Antiſiod.33.

Nec adeſt cum mortis fertur ſententia in aliquem.Idem Mantiſc.ibidem Antiſiod. 34. 4.Tolet.30.

Symbolum fidei ab omnibus Eccleſijs publicè olim prædicabatur competentibus die octauo ante Paſcha. Agath. 13.Vide titulum: Baptizari.§.3.

In miſſa recitetur priuſquam oratio dominica recitetur,2.Tolet.2.& in concluſione.

Recitatur prout conſcriptum eſt in 1. concilio Conſtantinop.

Niſi qui ſymbolum memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione ſæpiſſimè frequentauerit, Catholicus eſſe non poterit,6. Conſtantinopolitanum, c.7. Rhemen. cap 1.

Volumus qui neglexerit illud diſcere, diſciplinam condignam habeat,ſiue in ieiunio,ſiue in alia caſtigatione,c. 45. Maguntiaci ſub Carolo magno.

Suffocatum edi vetat Gangren. concil. cap. 2.2.Aurelia.20.Trullana ſynodus,cap. 67.Cyrillus Ieroſolymitanus catechiſi 4. Qua autem de cauſa, non ſatis ſcio. Si putent Apoſtolos id præcepiſſe actorum cap. 16. grauis oritetur quæſtio.

Symoniæ labes eſt, non ſolùm ſacrum ordinem pro munere conferre, ſed etſi fauoris humani, vel obſequii comparandi cauſa eum conferas: Gregorius pp. 1. homilia 4. in 10. cap. Matth.citatus cap. 38. concilii Aquiſgranen.ſub Ludouico pio) Alexander pp.3. c. 14. part.2.

Symonia eſt etiam,aliquid exigere pro perſonis Eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis,ſeu etiam nubentibus benedicendis, ſeu etiam aliis ſacramentis,Alexander pp.2.part. cap. 7. Item pro conſecrationibus Epiſcoporum,benedictionibus abbatum,ordinibus clericorum, vel collatis, vel conferendis 2. Lateranen.cap.63.

Vide titulum:Beneficium, § 3. & 4.& Trid. 14.cap.14.

Prauas exactiones ſuper his fieri prohibemus,& pias conſuetudines præcipimus obſeruari, ſtatuentes vt liberè conferantur Eccleſiaſtica ſacramenta. Sed per Epiſcopum loci

 com-

compeſcantur qui malitioſè nituntur laudabilem conſuetudinem immutare, 2. Lateran. cap. 66.

Erga ſymoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſeruanda habendam eſſe decernimus, ſed iuxta canones deponendos. Ordinati verò a talibus permanent in ordine, ſi conſcii non erant illos tales eſſe. Nicolaus pp. 1. in decreto, quod eſt poſt Romanam ſynodum: & apud Gratianum 1. q. 1. cap. Statuimus.

Martinus pp. 5. ſeſſ. 43. concil. Conſtantien. Ordinati ſymoniacè (inquit) ab executione ſuorum ordinum ſint eo ipſo ſuſpenſi. Electiones autem, poſtulationes, confirmationes, & quæuis prouiſiones ſymoniacæ Eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum perſonatuum, officiorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque deinceps factę nullę ſint ipſo iure, nullumquè per illas ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati prouiſi faciant fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem tamquam iniquè ablata percipientes teneantur. Statuentes inſuper, quòd dantes, & recipientes quicumque illi ſint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.

Synodi conſtitutiones contra hæreſim quacumque pro fide communione, & veritate catholica, & Apoſtolica ſemel promulgatæ, non poſſunt poſtea nouis recitationibus mutilari. Vnde omnis quidam natæ hæreſi communicat, ſine noua ſynodo, ſeu congregatione eſt, eo ipſo damnatus, Gelaſius papa ad Epiſcopos Dardaniæ ſcribens.

Gelaſius in decreto facto in concilio 70. Epiſcoporum approbat Nicenam ſynodum. Conſtantin. primam. Epheſinam primã. Chalcedonenſem, quæ Arrium Macedonium Neſtori. Eutiche condemnat.

Cum his comprobant quintam vniuerſalẽ ſynodum Conſtantinopolitanam (eſt autem 2. Conſtantinopolitana) Anglicana ſynodus ſecunda, & Conſtantinopolitana ſexta actio 4. in epiſt. Agathonis, & actione 11. Item eas, quæ à ſanctis patribus poſtea celebratæ ſunt, ſeu, vt ait Recharedus rex in conc. Toletan. 3. quæ ab ipſis ſuprascriptis quatuor ſynodis, fidei puritate non diſſonant.

T

TAbernas ingredi nullis clericis licitum eſt. Laod. 24. Eutychianus pp. 1. in tomo concil. non licet presbyteris, c. 21. Turonen. tempore Caroli Magni, Rhemen. 26.

Niſi peregrinationis neceſſitate compellãtur 3. Carth. 27. 2. Lateran. 16.

Templum: vide Eccleſia.

Talliæ ab Eccleſiæ non exigantur, §. 40. tit. Cleric.

Teſtamentum Epiſc. condere poteſt de rebus ſibi propriis, Antiocheni 24. Agath. 48. Valent. Hiſpa. c. 3. 4. Aurel. 14.

Quantum autem de Eccleſiaſtici iuris proprietate legauerit, legatum non habeatur ratum niſi tantumdem de propria iuris eius facultate ſuppleatur ſi Eccleſiæ, Agathen. 51. Epaunen. 17.

Si neminem ipſe (immò verò quilibet de clero, vel presbyteris) de ſuo genere habeat conſortem tùm de hoc mundo tranſit, conferatur Eccleſiæ quicquid paupertas eius habet ad vſum expreſſum §. 38. tituli: Eccleſia, Concil. Rom. ſub Syluestro pp. c. 8. & Agath. cap. 6. quia iuſtum eſt, vt ſicut ſacerdos habet, quod Eccleſiæ dimiſſum eſt, ita & Eccleſia habeat, quod ſacerdoti relinquitur, & donatur Agat. 33. videatur.

Immò 1. Hiſpalenſẽ cap. 1. dicit: Comperimus in canone, vt Epiſcopus qui res proprias exceptis filiis, & nepotibus, alteri, & non Eccleſiæ ſuæ dimiſerit, quicquid de Eccleſiæ rebus, aut donauit, aut vẽdidit, aut quoquomodo ab Eccleſia tranſtulit, irritum haberetur. Vide tit. Clericorum §. 38.

Epiſcopi, vel clerici in eos qui catholici Chriſtiani non ſunt, etiam ſi cõſanguinei fuerint, nihil per donationes rerum conferant, 3. Carth. 13.

Propinqui morientis Epiſcopi nihil de rebus eius abſque Metropolitani cognitione vſurpare præſumant, 8. Toletan. 7. 4. Aurelianen. 15.

Accepta ob turpem cauſam ſunt reſtituenda quando lex efficit acquirentem incapacem dominii, ideò accepta ob ſimoniam ſunt reſtituenda, Nauar. lib. 4. cap. 2. num. 9. & 132.

Accepta per dolum ſimulationem, & mendacium verſantia circa cauſam finalem ſunt reſtituenda ſecus ſi ob cauſam impulſiuã, Nauar. c. 17. num. 17. & Viualdus.

Teſtimonium eorum non recipiatur, quorum nec accuſatio ſuſcipitur, non infamium, & cap. 7. Carth. 4. c. 21. Cabilonenſis ſub Carolo magno, & cap. 34. Turonenſis ſub eodem: Summopere, inquit, admonẽdi ſunt comites, & iudices, nè viles, & indignas perſonas corã ſe permittant ad teſtimonium accedere, quoniam multi ſunt, qui peierare pro nihilo ducũt Vide tit. Accuſaturus, §. 3.

Nec accuſatoris cõſanguineis aduerſus extraneum, Caliſtus pp. 1. epiſt. 2.

Nec illius qui eſt de domo accuſatoris, 7. Carth. 4. Nec Iudæi. Vide in tit. Iudæus.

Quòd

Quòd ſi fortè ambarum partium teſtes, & actoris,& defenſoris ſeu rei,æquè idonei ſunt, poſſeſſoris recipientur; cùm promptiora ſint iura ad abſoluendum, quam ad condemnandum; excepta cauſa liberali, in qua ſi vtriuſq; partis teſtes forſan æquale fuerint, pro libertate tamen pronunciabitur: nam poſſeſſori probationem aliquando dari, iuris manifeſti eſt, Alex.pp.3.c.2 part.38.

Teſtimonium nemo ferat niſi ſit 14. annorum,7 Carth.4.Moguntiacen.c.23.

Alex. pp.3. part.8. de cogendis teſtibus,vel non cogendis.

Falſus teſtis, prout crimen eſt, à communione abſtinebit, ſi tamen non fuerit mortis, quod obiecit,& ſi probauerit,quod diu tacuerit, biennij tempore abſtinebit. Si autem non probauerit, in conuentu clericorum placuit per quinquennium abſtinere Elibert.74.1 Arelaten. c.14. vſquè ad exitum remouet à communione,2.Arelat.24.Damaſus pp.cauſa 2.q.3.c.ſi quis,Agathen. c.37. remouet falſum teſtem à communione quouſque pœnitentię ſatisfactione crimen diluerit,ex quo eſt 1.c.Venetiei concilij.

Epaunenſis concil.c.13. clericum talem dicit criminis capitalis reum.

Si contra Epiſcopum,presbyterum,aut diaconum feratur falſum teſtimonium, nec in fine is qui id fecerit communionem accipit, Elibert.75.

Videatur titulus, Periurium.

Theatrici quamdiù agunt, à communiane ſeparentur, 1.Arelat.5.Arelaten.20.3. Carth. 35.Vide Cyprianum epiſt.10.lib.1.

Theodoretus fuit aliquando Neſtorianus, & ob hoc deiectus ab Epiſcopatu: ſed poſteriorem condemnans ſuum, eum recipit,vt patet actione 8. ſynodi Chalce. & anathemate 13.actionis 4.Conſtant.5.

Vide anathema. 11. confeſſionis Iuſtiniani Imperatoris.

Timor ad iuſtificationem vtilis Conc.Trid. ſeſſ.6. cap.6.& canon. 8 & ſeſſ.14. c.4.Auguſt. de catechizandis rudibus.

Tonitrua diabolus non facit proprio ſua authoritate 1.Braccar.8.

Tonſura clericorum, Clerici, inquit Anicetus pp.in epiſt.decretali,iuxta Apoſtolum comam non nutriant, ſed deſuper, caput in modum ſpheræ radant; quia ſicut diſcreti debent eſſe in conuerſatione,ita & in tonſurę,& omni habitu diſcreti debent apparere.

4.Carthag.cap.44.idem vult iubens,vt clerici comam non nutriant,& Aquiſgranen.cõc. ſub Ludouico Imp. c.1.ex Iſidoro. & Agath. conc.c.10.Gregorius pp.3.c.17.conc.Roman.

At tonſuræ originem, & cauſam genuinam dat.4. Toletani cap.40. dicens.Omnes clerici detonſo ſuperius capite toto, inferius ſolam circuli coronam relinquant, non ſicut hucuſquè in Galiciæ partibus facere lectores videntur, qui prolixis, vt laici, comis in ſolo capitis apice medicum circulum tondent. Ritus enim iſte in Hiſpaniis hæreticorum fuit. Vnde oportet, vt pro amputandò ab Eccleſijs ſcandalo hoc ſignum dedecoris auferatur, vt ſit vna tonſura,vel habitus,ſicut totius Hiſpaniæ eſt vſus. Qui autem hoc non cuſtodierit fidei catholicæ reus erit.Et venerabilis Beda.

Prima tonſura non initientur,qui ſacramẽtum confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quiquè legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſæcularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent,hoc vitæ genus elegiſſe.Concil.Trid. ſeſſ.23.cap.4.

Torneamenta,in quibus milites ex condictio venire ſolent,& ad oſtentationem virium ſuarum,& audaciæ temerariè congrediuntur, vnde mortes homioum,& animarum pericula ſuper proueniunt)fieri prohibemus, inhærentes veſtigij prædeceſſorum noſtrorum, Innocentii pp.(in expeditione pro recuperanda terra ſanctæ,quæ eſt poſt 1.Lateranen.concilium)& Eugenii,Alexand.pp.3. part.1. c.20.

Traditiones Eccleſiæ contemni docuit hæreticus Euſtachius damnatus à ſynodo Gangrenſi.Vide titulum:Conſuetudo.

Venerandæ ſunt autem,ac ſeruandæ:Syricius pp.c.1.epiſt 3.)Ioannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus ad Hormiſdam pp.)Concilium Tridentium,ſeſſ.4.vbi de ſcipturis canonicis agitur.

Tribulatio ſedanda eſt ieiunijs, eleemoſynis,& obſecrationibus,Liberius pp.in 1.tomo concil.)Zacharias pp.ad Bonifacium epiſt.4.

Trinitatis, & credatur, & prædicetur,2. Carth.1.

Trinitatis fidem tradit Alexander pp.1. epiſt.1.)Higinius pp.in epiſt. decretali,Sixtus pp.1 Euariſtus pp. 1. epiſt. 1. Hormiſdas pp. epiſt.1.cap 2.Pelagius pp.1.epiſt.ad Vigilium. Benedictus pp.1.epi.1.ex Alexandro, Martinus pp.1.contra Theodorum, & Cyrum hæreticos c.1.hoc eſt, Deus in tribus ſubſiſtentiis conſubſtantialibus,3.Toletanum, 4.Toletan. 1.2.Lateran.cap 2.

Damaſus pp. in confeſſione fidei ad Paulinum errantes circa hanc nominat, & anathematizat,peculiari cuiuſque errore propoſito.

Non eſt trinitas incarnata, quamuis tota incarnationem filij Dei ſit operata, 6.Toletani

ni

ni ſymbolum. Nec paſſa, 5.Conſtantinop.in epiſtola Antheonis,& ſequentibus.

Tripudiare non debent in nuptijs Chriſtiani.Ilerdenſe concilium poſt canones.

V

VEctigalia imponi poſſunt ab habentibus dominium abſolutum.

Vaſa ſacra nec lector, nec oſtiarius, nec acolythus contrectet,concil: Roman. ſub Syluestro pp.c.9.) 1.Braccar.28) nec ſacratæ Deo fœminæ,Soter pp.epiſt.2.

Sed ſolum miniſter ſacratus, Sixtus pp.1. teſtè Damaſo,& in eius epiſt.2.) Agathenſe c.66.

Nec eis vtendum niſi in officijs ad quæ conſecrata ſũt.3.Braccar.c.2.)6.Cõſtantinop.c.3.

Velum abbatiſſa nõ imponat ſacræ virgini, Eutychianus pp.decreto 3. apud Gratianum 20.q.1.c.Statuimus.

Sed epiſcopus vide titulũ: Epiſcopus §.81. Dari illud noluit, niſi in Epiphania,vel albis Paſchæ,vel Apoſtolorum natalitiis, Pius pp.1.apud Gratia. 21.q.1.) Gelaſius pp. epiſt.1.c.14.

Illud accepturam voluit annorum 72. eſſe concilium Romanum ſub Syluestro pp.c.10.

Sed poſtea hoc immutatũ eſt,cùm exactura eſt,vt virgines annos quadraginta in virginitate probatæ eſſent, antequam illud ſuſciperent. Leo.pp.1.teſtè Damaſo lib. Pontificali) Agathen 19.)Cæſarauguſt. c.8.

Quod donec eis impoſitum eſſet, nubendi ſpem,aut ſaltem facultatem amittebant, Innocentius pp.1.epiſt.2.cap.12.)2.Turonici,c.21.Vide titulum; Profeſſione facta, Mileuita. c.26.

Verumtamen vbi potens petitor,vel raptor virginis formidabatur,intra annos 25. illud ei imponi permittit Mileuitani concil.26.

Canones promiſcuè id appellant, vel benedictionem,vel impoſitionem.

Idem factum ea ætatis parte(nempè,24.anno elapſo inſinuatur apertè 2.Arelatenſis cap. 33.)3.Carth.4. Pius pp.1.apud Gratian. 21.q. 1.c.virgines,c.28. Turon. ſub Carolo magno VVormatien.c.66.Vide c.23.Triburienſis.

Si ſuſcepto hoc verò in fornicationem incidat, pœnitentiæ quidem ſubdatur, ſed illud non abiiciat,VVormatien.20.

De huius veli qualitate ait 10.Tolet. cap.4. Vt autem deinceps nil reuocetur in dubium pallio purpureo, vel nigri coloris caput contegat ab initio ſuſceptæ religionis, vt dum illic tulerit ſignum probabilis ſanctitatis, vbi nullius falli poterit viſio intuentes,numquam auſus attentes deteſtandæ præſumptionis.

Viduas vidualem caſtitatẽ profitentes non licet,nec oportet velare, Gelaſius pp.ad Epiſcopos per Lucaniam conſtitutos,cap.5.& 23. Epaunen.21.quod citatur etiam 2. Turon.11. Triburien.cap.25.quid obſeruatum vbique nõ videtur legenti,cap 27.Turon. cõcilii ſub Carolo magno,Maguntiacenſis cap.26.tempore Arnolphi Imperatoris,Vvormatien.21. Nicolaus pp.1.diſt.28.cap.quod interrogaui,& 28. q.1.cap.1.Vidua,quod eſt caput, Vvormatienſis concilii.

Venatio Eccleſiaſticos, ſeu clericos dedecet,& ideò eam eis prohibet Synodus Franc. ſub Zacharia pp.& ſynodus Turon. cap. 8.ſub Carolo magno,& Nico.pp.diſt 34. cap.1. & Bonif.epiſt.ad Zach.pp.& cap.13.Maguntiaci ſub Carolo magno.

Quare ſi Epiſcopus detectus ſit canes, aut accipitres habere ad venandum, tribus menſibus ſe ſuſpendat à communione, presbyter duobus menſibus, diaconus verò ab omni officio, vel communione ceſſabit, Agath. 55. Epau.3.Vvormat.17.

Veneficis detur in fine communio, ſi peccatum ſuum tota vita defleuerint,Ilerd. c. 2.

Ligaturæ oſſium,vel herbarum, quibus magi vtuntur,nihil remedii præſtant,cap.42.Turon.ſub Carolo magno.

Verbi Dei prædicationem nullus audire prohibeatur,4.Carth.84.

Venia prædictorum, quibus ſit promiſſa, tit.Deſperandum,§.3.

Veſtes ad Dei cultum aſſumendæ, honeſtæ ſint,& ſacratę,Stephan.pp.1.epiſt.1.

Hiſce nemo frui habet in aliis vſibus, quam officiis eccleſiaſticis, Idem Stephan. ibidem) Bracar.2.Aruernen.

Veſtes clericorum,titulo, Clericorum nomen,

Nec ab aliis ferri debent quam à ſacratis hominibus, Ibidem Stephanus, Soter papa, epiſt.2.

Nec ab iis quidem alibi, quam in Eccleſia, Stephanus pp. idem, teſtè Damaſo pp.in lib. Pontificali.

Viduarum cauſæ Epiſcopo creditæ ſunt, 2. Mantiſcon.12.Quapropter non prius à iudice conueniantur, quam Epiſcopo id nunciarit, 2.Mantiſcon.12.

Non in delitiis viuant, ſed vt decet, Rhemen.34.

Duo ſunt genera viduarum, ait 4. Tolet. cap.55.ſeculares,& ſanctimoniales; ſeculares viduæ ſunt, quæ adhuc diſponentes nubere laicalem habitum non depoſuerunt. Sanctimoniales ſunt,quæ iam mutato habitu ſecu-

Digitized by Google

lari ſub religioſo cultu in conſpectu ſacerdotis, & Eccleſiæ apparuerunt.

Vide titulum, Velum, §. 3. & titulum, Raptores.

Viduæ, vel ſanctimoniales, ait 4. Carth. c. 1. quæ ad miniſterium baptizandarum mulierũ eliguntur, tam inſtructæ ſint ad officium, vt poſſint apto, & ſano ſermone docere imperitas, & ruſticas mulieres, tẽpore quo baptizandæ ſunt, qualiter baptizatori interrogatæ reſpondeant.

Viduæ adoleſcentes, ait 4. Carth. cap. 101. quæ corpore debiles ſunt, ſumptu Eccleſiæ, cuius viduæ ſunt, ſuſtententur.

Quæ iuniores viduę, ideò cum aliis ſenioribus tam ſint aſſiduæ in Dei opere, vt meritis, & orationibus ſuis Eccleſiam adiuuent, 4. Carth. 103.

Vigilia Paſchæ, & aliorum ſolemnitatum ad ſecundam vſque horam noctis protendebatur, tunc pariter in Eccleſia Chriſtiani inſiſtebant orationi, Antiſiod. 11.

Placuit prohiberi, nè fœminæ in cœmiterio peruigilent, eo quòd ſępè ſub obtentu orationis ſcelera latenter committant, Elibert. 35. Vide Antiſiodoten. cap. 3. & 5. de abuſu circa hoc.

Vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittunt, Alexander pp. 3 par. 14. c. 10.

Virginitas non eſt laudabilis, vbi cum nuptiarum deteſtatione ſuſcipitur, Gangr. 6.

Virgini parentibus orbatæ prouideatur de monaſterio, aut mulieribus grauioribus commendetur ab Epiſcopo, vt ſimul cohabitantes ſe inuicem cuſtodiant, & paſſim vagantes opinionem Eccleſiæ non lędant, 3 Carth. 33.

Viſibilis oculis corporis non eſt diuinitas, 4. Tolet. can. 7.

Vniuerſale ſacrificium ſcilicet miſſæ quid ſit ſua ſignificatione, & partes, & qui Pontifices, vide infra, & in princ.

Vnctionis extremæ ſacramentum à Chriſto inſtitutum, totius Chriſtianæ vitæ conſummatiuum, conc. Trid. ſeſſ. 14. in doctrina dę ſacramento extremæ vnctionis.

Miniſter eius eſt non modo Epiſcopus, ſed & presbyter, Innocentius pp. 1. epiſt. 1. cap. 8. Vormatien. 72. cap. 48. Cabilonen. ſub Carolo magno.

Materia, forma, effectus, miniſter huius ſacramenti inſinuantur à Iacobo Apoſtolo, vltimo cap. ſuæ epiſtolæ, Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. 2. & 3. de doctrina extremæ vnctionis, vide Concil. Florentinum in decreto Armenis dato.

Voluntatum vltimarum commutationes, Conc. Trid. ſeſſ. 26. cap. 6.

Votum requirit vſum rationis, vide Caiet.

Votum ſuum nemo reddat, niſi in Eccleſia, Antiſiod. 3.

Cùm verò id facit, à diſſolutionibus abſtineat actibus non cantillet, aut ſaltet, nec inebriet ſe ſe, Aurelian. 12 cap. 18. Cabilonen. circa temp. Eugen pp. 2. Auguſt. epiſt. 64.

Et pro caniſtro terrenis fructibus pleno, (inquit Auguſtinus, lib 6. confeſſionem, c. 2.) plenum purgatioribus votis pectus eò afferat.

Narrat ibidem Auguſtinus, Diuum Ambroſiũ prohibuiſſe fidelibus ingredi Baſilicas ſanctorum cum pultibus, pane, & mero, ne qua daretur occaſio ebrioſis inebriandi ſe ſe, & quod illa, quaſi parentalia, ſuperſtitioni Gentilium eſſent ſimillima.

Voluntates duæ in Chriſto, tit. Chriſtus.

Vſura eſt, vbi amplius requiritur, quam datur, verbi gratia. Si dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris, vel dederis frumenti modium vnum, & ſuper aliquis exegeris, Agath. concil. apud Gratianum 14. quæſt 3. c. Vſura. Idem iudicant canones ſubiecti, §. ſequentibus.

Vtriuſque tituli pagina (hoc eſt noui, & veteris teſtamenti) ait Alexand. pp. 3. par. 1. conſtitutionum ſuarum, cap. 52. prohibetur. ideò 3. Carth. c. 16. Nullus clericorum, inquit, amplius recipiat, quam cuiquam accommodauerit, ſi pecuniam accipiat; ſpeciem eadem quãtam dederit accipiat: & quicquid aliud, tantũ quantum dederit, accipiat, Laodic. cap. 5. Tarraconen. cap. 3. 1. Turonen. cap. 13. 5. Aurelianen. cap. 26.

Vſuras accipiens, aut ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotium tranſigens, aut hemiolia, id eſt ſeſcuplum exigens, vel aliquid tale prorſus excogitans turpis lucri gratia, deiicitur à clero, & alienus exiſtat à regula 1. Niceni, c. 17.) & repetitur canon. c. 40. cõcilij Aquiſgranenſis ſub Ludouico Imp. 1. Eliber. cap. 20. eãdem de clerico ſententiam profert, & laicum in eo ſcelere obſtinatum eijcit ab eccleſia.

Alexander pp. 3. cap. 25. conſtitutionum ſuarum par. 1. Vſurarij manifeſti, inquit, nec ad communem admittatur altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, ſed nec eorum oblationem quiſquam accipiat.

De miniſtris qui fœnerantur, placuit eos iuxta formam diuinitus datam à communione abſtinere 1. Arelaten. c. 12.

Vide de vſuris Alexand. pp. 3. parte 16.

Ea propria eſt vſurarum interpretatio quãdo ex vſuris quæ non germinant, nullo labore, nullo ſumptu, nullo vel periculo lucrum fœnuſque

Digitized by Google

uſquè cō quiri ſtudetur; ſeſſione 10. tertii Lateran. in bulla Leonis 10.

Montes pietatis, ex quibus mutuum datur, modeſtatione mutui nihil petatur, neque ſperetur, ſed ſolùm pro indemnitate eorundem montium (i. vt ipſi redditus non imminuantur impēſarum videlicet miniſtrorum eorundem, ac rerum omnium ad illorum (montium) neceſſarium conſeruationem pertinentium, abſque huiuſmodi montium lucro nonnihil moderatè; & neceſſarium vltra ſortem capiatur ab eis, qui ex huiuſmodi mutuo commodum ſuſcipiunt,) cum regula iuris habeat, quòd qui commodum ſentit, onus quoq; ſentire debeat approbat Leo pp. 10. in ſeſſione 10. tertii Lateranenſis, tanquam nec mali ſpeciem præferentes, nec peccandi incentiuum præſtantes, inſequens ſentētiam Pauli ſecundi, Sixti quarti, Innocentij octaui, Alexandri ſexti, & Iulij ſecundi Romanorum Pontificum, præſtantius tamen, & ſanctius fore affirmans, ſi fundantes ad leuandam pauperum inopiam militum aſſignarent etiam aliquos cenſus, quibus miniſtrorum impenſæ ſoluantur, vel ſaltem media ex parte.

Xenodochia, titulo Hoſpitaliorum.

De Cambijs vide in littera C. pro complemento vſuræ cum Senatore Genuenſi, & Caietano, & in verbo negotia, &c.

Tertia ſumma caſuum conſcientiæ, cum Decretis Sacræ Congregationis Rituum Eminentiſſimorum Cardinalium, vſquè hodie, neceſſaria non ſolum Confeſſarijs, ſed omnibus.

ABſolui non poſſunt negantes cœremonias Eccleſiaſticas, prout aſſerunt hæretici, ait Andrèas Peſcata Generalis clericorum regularium in libro de cœremoniis. At concedentes eas, ſed contemnentes peccant mortaliter, niſi ex paruitate materiæ. Confeſſarius tenetur ſcire decreta Rituum neceſſaria, item parochus, & ſuperiores, & interrogare in confeſſione, & docere decreta occulta neceſſaria, ideò apponuntur hic per ordinem mei ſuperioris Ioannes Aleozer in ſuo Cœremoniali, quod Vicarius generalis, & foraneus non facientes obſeruare decreta Rituum, peccant, &c. Ruiz, quod Cappellani tenentur ſimiliter ſcire iſta decreta, quia non poſſunt dici miſſæ in Cappellis priuatis in Epiphania, in Natiuitate Domini, vt in decreto 9. Clero, qui in Cœna Domini tenetur communionem facere, vt in decreto infra. Regulares qui non poſſunt benedicere, &c. vt in decreto infra. Canonici, qui tenentur cantare miſſam prout in decreto 14. Et pro omnibus collegiatis, & regularibus, qui pro miſſa deuotionis, vel defunctorum non eſt omittenda miſſa conuētualis, vt in decreto 15. Et qui regulares debent ferre crucem in proceſſionibus, vt in decreto infra. Et pro doctoribus, vt non ferant anulum in miſſa, vt in decreto 25. ſimilia de omnibus profeſſionibus, ideò apponuntur hic omnia decreta, vt ordinat Bartholomeus Gauanti.

1 Decreta rituum. Poteſt celebrari Miſſa pro Defunctis ritu de requiem in Dominicis, & Feſtis inſepulto, & in Eccleſia præſente corpore: Sic decreuit Sacra Rit. Congregatio die 13. Maij 1603. vbi nimirum viget conſuetudo ſepeliendi defunctos ſimul cum Miſſa Si quis autem moriatur in die Paſchæ, corpus eius reſeruetur in ſequentem diem, ob reuerentiam paſchæ: ex Rituali Romano Pauli V.

2 Si terminatur proceſſio Litaniarum Maiorum ad Eccleſiem S. Marci, cantatur ibi Miſſa de S. Marco eadem Sacra Congregatio die 23. Maij 1603.

3 Cineres, qui imponuntur capitibus fidelium, debent eſſe aridi; non in modum luti ſunt diſtribuendi 23. Maij 1603. ideſt pulueres.

4 In Canone nomine Antiſtis non ſunt nominandi Superiores Regularium: die 12. Nouembr 1605. Nec inferiores Epiſcopo.

5 Miſſa de Annunciatione B. Virginis non eſt celebranda à fer. 5. maioris Hebdomadæ vſque ad fer. 3. Paſchæ incluſiuè; die 9. Maij 1606.

6 Gloria in excelſis cum Credo omittitur in votiuis pro re graui, quando dicuntur cum paramentis viol. die 19. Maij 1607. Res autem grauis ea eſt, pro qua conuenit totus Clerus cū Epiſc. vt ead. Sacr. Rit. Congregat. decreuit eadem die.

7 Cereus Paſchalis regulariter accendi debet, ad Miſſas, & Veſperas ſolemnes in triduo paſchatis, in Sabbato in Albis, & Domin. vſq; ad Aſcenſ. in alijs ſeruanda eſt conſuetudo locorum: die 19. Maii 1607.

8 Tolerari poſſunt Miſſæ de Requiem in feſto duplici, quod non eſt de præcepto, pro voluntate Teſtatorum implenda: die 1. Septemb. 1607. Non ait ad arbitrium viuorum, quod benè nota, ſed pro implenda lege Defunctorum.

9 In Altare priuati Oratorij, cui conceditur ex priuilegio Apoſtolico celebratio Miſſæ (exceptis ſolemnioribus feſtis) non poteſt in eo celebrari in Natali Domini, Epiphania, paſchate Pentecoſte, Annunciatione, Aſſumptione B V. Feſta SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum die 17. Nouembr. 1607.

10 Communio Cleri facienda eſt in Cœna Do-

Digitized by Google

Domini, die 27. Septembris 1608.

11 Miſſæ Defunctorũ certo die dicẽdæ, eo impedito transferuntur in ſequentem: die 27. Septemb. 1608.

12 Sabbato Sancto nõ ſunt pulſandæ campanæ ante Cathedralis, ſeù Matricis ſignum, die 21. Martii 1609. Neque in Diœceſi ante parochialis ſignum 9. Februar. 1608.

13 Abbates, & alii Superiores Regularium non poſſunt benedicere paramenta Eccleſiarum non ſibi ſubditarum, die 14. Auguſt. 1609. Neque protonotarii: die 27. Iulii 1627. Neque valet conſuetudo Abbatum abrogata, die 18. Auguſti 1629.

14 Tenentur Canonici aduantandam Miſſam dė die, vt lucrentur diſtributiones: die 21. Iunii 1621. & 28. Ianuarii 1612.

15 Neque ob Miſſam votiuam, ſeu pro Defunctis poteſt omitti Miſſa conuentualis de die. 26. Ianuarii 1627. abrogauit Congregatio omnem contrariam conſuetudinem: 12. Iunii 1628.

16 Diaconus non debet dare pacem laicis; neque Domino loci: die 5. Iulii 1614.

17 Regulares debent Crucem ferre in proceſſionibus cum velo, ſeu panno, 14. Ianuarii 1617.

18 Non deferatur Tabernaculum Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacerdotum humeris, ſed manibus tantum celebrantis, non obſtante quauis contraria conſuetudine, quod abuſum eſſe declarauit Sac. Rit. Congreg. 2. Iun. 1618.

19 In Oratione, A cunctis, nomina Patronorũ S. Michaelis, vel S. Ioannis Baptiſtæ præponi debent Apoſtolis: die 22. Aug. 1620.

20 In Paraſceue ſi incidat Feſtum Annunciationis B. Virginis, non tenentur fideles ad Miſſam audiendam: die 19. Februarii 1622.

Neque in eadẽ die diſtribuenda eſt Euchariſtia aliis: quam infirmis, ead. Sac. Cong. ead. die.

21 Miſſa Roſarii prohibita fuit, conceſſa tantum Dominicanis XXV. Iunii 1622. Vbi verò adeſt Cappella, ſeu Altare Roſarii. In feſto Sacratiſſimi Roſarii, ex Decreto Gregorii XIII. in prima Dominica Octob. in Calend. vel poſt Calend. eiuſdem Octob. celebrando, Officium, & Miſſa celebrari poſſunt, vt in feſto S. Mariæ ad Niues, quod obſeruatur in Aede Lauretana, vel vt in Natiuitate B. V. mutato nomine in feſtiuitatis, quod fit Bononiæ, ſed illud prius magis placet cum lect. 2. noct. de Natiuitate.

22 Miſſæ certis Regularibus conceſſæ non poſſunt ab aliis dici, etiam in ipſorum Regularium Eccleſiis 19. Nouemb. 1622.

23 Vſus anuli in Miſſa prohibentur protonotariis non participantibus, & quibuſcumq; aliis Doctoribus, die 11. Febr. 1623. Item, & Canonicis Cathedralium fuit prohibitus, die 20. Nouembr. 1628.

24 Vicario Generali celebrante, licet ſit prothonotarius, non debent accendi quatuor candelæ, neque duo Cappellani miniſtrare: 7. Auguſt. 1627.

25 Neque debent boni paramenta in Altari niſi pro Epiſcopis 7. Iulii 1622.

26 Qui habent onus celebrandi Miſſam de Roſario (exceptis Dominicanis) poſſunt aliam dicere de B. V. die 6. Maii 1523.

27 Feſt. Stigmatum S. Franciſci, color albus adhibetur: die 9. Decembris 1623.

28 Vſus pileoli in Miſsa etiam extra canonem, concedi debet à papa, & non ab alio. Congregatio Cardinalium ſuper negotia Epiſcoporum 2. Ianuar. 1590. & 17. Ianuar. 1595. conceſſit, extra Canonem, vſum pileoli, Epiſcopo Fauentino, & reſpondit Archiepiſcopo Vrbinati, eo non poſse vti; ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. Idem poſtea ſenſit Sac. Rit. Cong. die 31. Ianuar. 1626. & Canon. ipſe prohibet Epiſcopo velatum caput, ergo neque ſecum, neque cum aliis diſpenſare poteſt.

29 Celebrans, qui diſtribuit Cineres, Candelas, & Palmas, detecto capite diſtribuat; die 28. Iulii 1626.

30 In Miſſa fer. 4. Temporum occurrentis in die Octaua Natiuitat. B. V. Præfatio ferialis dicitur: die 12. Decemb. 1626.

31 Signum, quod fit cum patena à fronte ad pectus ſit integro cum ſigno Crucis; die 13. Martij 1627.

32 In Altari certis diebus priuilegiato, nõ poteſt in iis dici Miſſa de Requiem in feſto duplici de præcepto 24. Aprilis 1627.

33 Communicantes, infra Octauam aſcẽſionis, contingit ſeparari à propria præfatione 28. Auguſt. 1627. Caſus autem talis eſſe poteſt, ſi occurrat feſtum SS. Philippi, & Iacob. Apoſtol. infra Octau. Aſcenſ. nam præfatio erit de Apoſtolis. Communicantes de Aſcenſione, licet in Miſſa nulla fiat commemoratio, idquè accidere poteſt etiam in Inuent. S. Cruc. & in miſſis ſolemnibus votinis, quæ dicuntur infra eamdem octau. & habent præfat. propriam.

34 In Feſtis primæ Claſſis, nõ dicitur Oratio Deus refugium iuſſa dici à maioribus per annum: die 28. Aug. 1627. Accidit enim à Superiore decerni pro publica cauſa, quotidie dicẽdam Orationem; Deus refugium, ſeu aliam, & tunc dicitur, vel loco tertiæ ad libitum, vel additur vti commemoratio.

35 In fine Miſſæ ad quodcumque ad Altare

re celebrata fit reuerentia Cruci, infra gradus capite ſemper aperto die 28. Aug. 1627. Rubrica enim generalis, in Miſſali recognito p. 2. tit. 12. num. 5. ſic eſt corrigenda; Quibus omnibus abſolutis extinguntur per Miniſtrum candelæ, interim Sacerdos accipit ſiniſtra Calicem, dexteram ponit ſuper burſam, ne aliquid cadat, deſcendit ante infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud caput inclinat, vel ſi in eo Tabernaculum Sanctiſſ. Sacramenti genufle ctit, & facta reuerentia, accipit biretũ à Miniſtro, caput cooperit, &c. Hæc rub. habetur in recognito Miſſali, licet fuerit tantum edita in vltimo Miſſali Vaticano anno 1609. quam ideò retinẽdam eſſe omninò decreuit Sac. Rit. Congreg. die, & anno, vt ſupra.

36 In diebus, quibus prohibetur fieri de feſto duplici, non poſſunt dici miſſæ votiuæ, neque de Requiem die 28. Auguſt. 1627. nimirum infra octa. Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, in Hebdomada maiori, fer. 4. Cin. & in Vigil Natiu. D. & Pentecoſtes.

37 In paraſceue non immittitur particula in Calicem cum ſignis Crucis conſuetis, die 28. Auguſt. 1627.

38 Sæpius decretum eſt, Epiſcopum carere facultate delegandi aliis benedictionem paramentorum, earum rerum in quibus vnctio non adhibetur.

39 Si ob terræ frigiditatem populus veniat ad Eccleſiam tardè pro ſolemni Miſſa, decreuit Sac. Rituum Congregatio præſtare, quod recitetur tardius Hora Tertia, quam quod recitetur Miſsa de feſto poſt Sextam, de hoc decreto teſtatur Io. Alcocer in ſuo Cæremoniali.

40 Eodem Alcocer teſte, eadem Sac. Cõg. conceſſit inſignioribus Regularium Eccleſiis vſum planetarum plicatarum.

41 Eodem teſte, eadem decreuit, Celebrãtem: & miniſtros ſedere poſſe, dum cantatur Epiſtola, & Graduale.

42 Miſsas, quæ circumferuntur, à Sac. Rit. Congreg. non approbatas, Sancti Gregorii, pro viuis, & Defunctis, 15. Auxiliatorum, & de Patre Æterno, & quaſcumque alias exceptis iis, quæ ſunt permiſsæ certis Regularibus tantum, veluti Roſarii, Sanctæ Marię de Carmelo, & alias, ſicut etiam Officia ab eadem non approbata. Sac. eadem Congreg. prohibuit reiecit omninò, & damnauit reſpectiuè, & pro prohibitis reiectis, & damnatis haberi voluit 2. April. 1626.

43 Declarauit autem nouiſſimè eadem Sac. Rituum Congreg. per hoc Decretum non prohiberi Miſsas 30. pro Defũnctis à D. Greg. inſtitutas in Dial. cap. 55.

44 Abrogatus fuit abuſus deferendi nocte in fer. 6. paraſceue Sãctiſs. Euchariſtiam à Sac. Congreg. ſuper negotia Epiſcoporum die 22. Martii 1569.

1 Pro diuino officio. Conſecrator Eccleſiæ poteſt in actu Conſecrationis ſtatuere alium diem pro anniuerſaria eiuſdem cõſecratione die 19. Februar. 1585.

2 Qui ſunt de gremio alicuius Eccleſiæ debent recitare officium, quod in Choro dicitur, licet morentur alibi: die 8. Septembris 1621.

3 Clerici licet adſcripti alicui Eccleſiæ, & eiuſdem ſeruitio, non tamen obligati Choro, & quicumque alii Clerici Sæculares, Regulareſuè in Ciuitate, vel Diœceſi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius Diœceſis, vel quæ de conſuetudine in ead. Eccl. recitantur in Choro, die 8. Septẽb. 1620.

4 de Sancto, cuius Reliquia inſignis habetur, & approbata, fieri poteſt Officium duplex: die 23. Nouembris 1600. & 8. Aprilis 1623.

5 De Sancto canonizato non poteſt fieri Officium extra propriam Eccleſiam ſine nouo Decreto Sac. Rit. Cong 9. Decemb. 1528.

6 Veſperæ Defunctorum pro 1. die menſis dicuntur poſt veſp. etiam Dominicæ, ſeu feſti, accidat 23. Maij 1603.

7 Pſalmi Graduales, & Pœnitentiales dicũtur licitè vbi eſt conſuetudo, pridiè Veſperi feriæ quartæ, & ſextæ, die 2. Auguſt. 1603.

8 Non eſt relinquendum Officium Breuiarij debitum, pro Officio deuotionis 29. Nouemb. 1603.

9 Dedicationis feſtum extra actum eiuſdẽ, non poteſt mutari ab Epiſcopo: die 16. Octob. 1604.

10 Si accidit Dedicatio in Natiu. B.V. fiat de eadem Dedicatione, & cantentur potius duæ Miſſæ, & infra octauam fiat de digniori, vt in Rubrica de concurrentia octauarũ: die 16. Octob. 1604.

11 Epiſcopus Regularis debet recitare officium iuxta Rit. ſuæ Diœceſis, non regulæ die 11. Iun. 1605. Ideò occurrente feſto Regulæ in feſto Diœceſi, hoc præferri debet.

12 Cappellani Epiſcopi, qui cum eo recitant Officium ſe conformare debent cum eo: 11. Iunij 1605.

13 Feſtum Patroni loci celebrari poteſt ſine octaua à Regularibus, vt cẽſuit ſæpius Sac. Rit. Congregat.

14 Non poteſt Epiſcopus extendere Officium, quod fieri ſolet in Ciuitate, ad Diœceſim:

ſim : die 16. Ianuarii 1607.

15 Officium paruum B. V. debet dici in Choro, etiam in ſemidupl. & Dominicis, ſi adſit conſuetudo: 1. Septemb. 1607.

16 Matutinum Defunctorum in die Commemorat. omnium fidelium Defunctorum, recitandum eſt mane, & non pridiè Veſperi, die 1. Septembr. 1607.

17 Feſtum S. Caroli in prou. Mediol. celebrari poteſt ritu duplici, 20. Nouemb. 1610.

18 Feſtum, & Officium S. Conradi Placentiæ tantum, & Nettinę in Sicilia conceſſa ſunt: die 19. Maij 1614. & Ordini Sancti Frāciſci, 13. Septemb. 1625.

19 Nomine feſti nouem lectionum intelligitur etiam Dominica: die 12. Martij 1628.

20 Præter propriæ Eccleſiæ Dedicationem celebrari quoque debet anniuerſaria Dedicat. Eccleſiæ Cathedralis in Ciuitate quidem cum octaua, in Diœceſi ſine octau. ex Decreto Sac. Rit. Cōgreg. 2. Maij. 1619. Erit tamen in Diœceſi quoque primę Claſſis feſtum iuxtà eorū, quæ transferuntur vltra Octauā, & ſine Octaua celebrantur, vel vti feſtū Patroni loci, quod celebrari debet à Regularibus, qui tum non tenentur ad Octauam celebrandam.

21 Feſtum Sancti Ioſeph eſt de præcepto vbiq; die 8. Maij 1621.

22 Feſt. S. Annæ eſt de præcepto, vbique die 23. Aprilis 1622. ex Bullis Greg. XV.

23 Si titulus Eccleſię eſt de Cruce, ſufficit commemoratio de Cruce, quę in officio feriali dicitur 30. Mart. 1621.

24 Liber Eſther aliquando omittitur ob feſtum Angeli cuſtodis die 9. Nouemb. 1622.

25 Veſperæ in Sabbato ante Dominicam priuilegiatam, in qua occurrit dies Octaua dicuntur de feria. ſ. Pſal. Sabbati, & à cap. ſit de Dominica priuilegiata, & in fine ſit commemoratio diei Octa. vt in 2. Veſp. feſti, die 9. Nouemb. 1622.

26 In fine cōpletorij Purificationis B. Mariæ V. dicitur, Aue Regina, 27. Iulij 1642.

27 Symbolum S. Athanaſij laudabilius recitatur ſtando in choro, 23. Decemb. 1624.

28 Officium parūū B. V. in choro tempore paſchali, dicitur ſine addito, alleluia, 28. Martij 1626.

29 Litaniæ Maiores ſi occurrant in die paſchatis, transferuntur in fer. 4. ſequentem: die 21. Septemb. 1617.

30 Officium Stigmatum S. Franciſci conceſſit Paulus V. celebrari poſſe vbiquè ad libitum cleri duplici quidem Officio in Religione S. Franciſci, extra eādem ſemidupl. vt patet ex prima editione Ro. & per Decretum Sac. Rit. Cōg. die 28. Aug. 1615. & rurſus 2. Octob. 1627.

31 Feſtum Angeli cuſtodis duplex minus die 2. Octob. 1627.

32 Non potuerunt, neque poſsūt locorum Ordinarii, tàm Regulares, quàm ſeculares addere Kalendariis etiam propriis Sanctorum Officia, niſi ea dumtaxat, quæ Breuiarii Romani Rubricis, vel Sac. Rit. Congr. ſeu Sedis Apoſtolicę licentia conceduntur, die 8. April. 1626.

33 Item eadem Sacra Rituum Congr. eadem die, & eodem decreto vetuit, & prohibuit celebrari per totam ciuitatem, vel Diœceſim, etiam de cuiuſque Ordinarii auctoritate Miſſam, vel feſtum cum Offic. de Sancto. eò quod in loco ſit Eccleſ. Abbatialis 28. Septembr. 1628. Parochialis, vel Regularis, aut aliqua Reliquia, ſed tantum in ipſius Sancti Eccleſia Titulari, ſeu vbi aſſeruatur inſignis Reliquia, & non alibi.

34 Reliquia inſignis eſt corpus, caput, brachium crus, & ea pars, non parua tamen, in qua paſſus eſt Martyr. eadem die.

35 Eademquè die damnata fuere officia non approbata à Sede Apoſtolica ſub pœna librorum vetitorum, & non ſatisfaciendi muneri recitandi Diuini Officij, quæ pęna appoſita fuit Decretis ſupra nu. 32. 33.

36 Moniales in confiteor nihil mutent, neque dicant, tibi mater. Vobis ſorores, 18. Auguſti 1629.

37 Cappellani Monialium dicant Miſſam de Sancto, de quo officium ſit à Monialibus, ſed cum Miſſali Romano 20. Nouemb. 1628.

1 Ex commentariis in Rubrica Miſsalis. Quādo Rubrica dicit. Quòad fieri poteſt Miſſa cum officio conueniat, loquitur Rubr. de priuatis Miſſis. Nam Miſſa conuentualis debet ſemper concordare cum officio, cap. cum creatura, de celebratione Miſſarum. Miſſæ votiuæ quamuis habeant Præfationem propriā, ſi infra Octauam Natiu. Domini celebrantur, non aliam præfat. admittunt, niſi de Natiu. ſicut & feſtum S. Ioannis Apoſt. & Euang. argumento à fortiori.

2 Mutatio colorum in paramētis Altaris, & miniſtrorū debet fieri in primis veſp. feſti. Si autem Veſperæ non ſiunt integræ, is color adhibēdus eſt initio Veſperarum, qui cōgruit illi, de quo dicitur capitulum.

3 Si Officium, & Miſſa diſcordant, color altaris ſequitur officium, excepta Miſſa ſolēni in Vigilia Pentecoſt. & in Litaniis maioribus, & minoribus.

4 Pro Miſſa quacumque ſolemni conuenit, vt palium etiam Altaris concordet cum colore paramentorum Miſſæ, quod adnotauit rectè P. Ruiz in ſuo cœtem.

5 Canonicus in miſſa celebranda non debet vti Almutia, non enim ſpectat ad veſtes Miſſæ, vel Altaris.

6 Qui Miſſas nouas celebrant non poſſunt circuire Eccleſiam ad oblationem, ex decreto Sacr.congr. Trid.conc.ſeſſ.22.

7 Quando miſſa votiua exigitur, v. g. de Aſſumpt.B.V.de Natiu. eiuſdem, & huiuſmodi, poteſt dici Miſſa votiua de B. Maria, prout in Miſſis votiuis, cum intentione ad honorem Aſſumpt.Natiu.B.M.&c.

8 Si dicatur aliqua Miſſa votiua de reliquo Sancto, mutatur in collecta, Natalitia, ſeu Feſta in verbum commemorationem.

9 Orationes, quæ ab Eccleſię certum habent locum, præcedunt quibuſcumque votiuis, quæ ad arbitrium Sacerdotis dicuntur, & extremum occupant locum, & ſicut votiua, v.g. de ſpiritu ſancto cedit commemorat. feſti ſimplicis, ità cedere debet orationi. A cunctis, vel aliis, quæ ſecundo, vel tertio loco, iubētur dici: cœteris autem paribus attenditur dignitas eorum, de quibus eſt oratio.

10 Quando cantantur duæ miſſæ à Dom. Paſſionis vſque ad Dom. Palmarū .ſ. de fer.& de Sancto ſemiduplici tūc in miſſa de ſemiduplici, Oratio ſecūda erit Eccleſia, vel pro Papa, neque dicetur tertia Oratio, ità Romæ fit.

11 Quando occurrit fieri commemorat. alicuius ſancti, v.g. in Offic. de B.Maria in Sabbato, tunc in Miſſa ponitur commemorat. illius ſancti ſecundo loco, & tertia oratio dicitur, quæ alias ſecundo loco dicenda erat, & relinquitur, quæ tertio loco dicenda erat niſi fuiſſet facta commemoratio.

12 Oratio pro ſe ipſo Sacerdote non debet dici in Miſſa præſente Epiſcopo proprio, vel eo maiori, vel Principe magno; potius eſt orādum pro Prælato, ſeu pro Principe præsēte, ob reuerentiam eorundem maiorum.

13 Dominica priuilegiata occurrens in die Octaua, duas tātum habere debet orationes, de Dominica, & Octaua.

14 In die Depoſit.& Anniuerſ.ſum.pontif. pro Card.& Epiſc. dicitur prima Miſſa pro defunct. mutata Orat. Si tamen dicatur Miſſa prima, ſuper Rub. in fine Miſſarum pro Defunct. quæ concedit. Epiſtola, & Euangelia vnius Miſſę dici poſſe in alia quacumq; Miſſa pro Defunct.

15 Oratio in Tertio, Septimo, & Trigeſimo dicenda, non debet dici in iis diebus, quæ occurrunt inter Tertium, Septimum, & Trigeſimum, ſed tantum in propriis diebus aſſignatis.

16 Orationes extra Miſsam dicuntur ſemper iunctis manibus.

17 Quando dicitur, Confiteor, in principio Miſsæ, non debet addi nomen S. Patroni loci, vel alterius, pro libito Sacerdotis, quia Pius V. hoc expreſsè conceſſit Eccleſ. Hiſpaniarum, non igitur fieri debet ſine Papæ licentia.

18 Gloria in excelſis in votiuis B. Mariæ omninò non dicitur niſi in Sabba. nec etiam in Eccleſ.B. M. dicitur etiam in Miſſis feſt. de s. licet offic. de eo non fiat in eius die feſt.

19 Dicto Euang. non defertur liber oſculandus Vic. Apoſt. ſed tantummodo illis expreſſis in Rub. miſsal. Principibus autem magnis ex tolerantia, non autem inferioribus laicis; Et illis alius liber deferendus eſt, non idem ipſe celebrantis, qui proprium eo caſu ſemper oſculari debet librum. Ita ſtatuit Sac. Cong. ſuper negotia Epiſcop. 22.& 28. Auguſt. 1589. Neque commendatario 17. Septemb. 1611. S. Rit. Cong.

20 Omittēs Sacerdos oſculum libri, omittit etiam. Per Euangelica, &c.

21 Dari pacem cum patena in miſsa prohibuit Pius V. in epiſt. ad Archiep. Terracon.

1 Ex Rubrica Breuiarii. Non poteſt fieri mutatio ritus, vt ſcilicet duplici ritu celebretur feſtum, quod alias ſimplici ſub ritu, vel ſemiduplici decretum eſt, Pius enim V. in Bulla Breuiar. non modo præcipit ſubſtantiam, ſed etiam modum, & formam Horarum Canon.

2 De ſancto, cuius reliquia non inſignis habetur, ſi concedatur officium debet eſse ſemidupl. ad differentiam inſignis reliquiæ.

3 Feriale Offi. Domini Officium eſt, quod à quocumque ſeruo non debet obrui: & ideò videant Epiſcopi, nè pluralitate feſtorum fiat iniuria offic. feriali Domini Dei noſtri.

4 Offic. Dominicæ, eſt valdè venerandum, eſt enim Offic. primarium Domini, & ideò nō prætermittendum, niſi ob feſtum duplex, & dummodo non ſint Dominicæ priuilegiatæ, vt Aduentus, Quadrageſimæ, &c. Et eſt tam celebre Offic. Dominicæ, quod ſemper de eo ſaltem fit commemorat. ſi minus Offic. fieri queat, ob feſtum duplex.

5 Omnes dies octauæ pro vna feſtiuitate computantur, & ideò appellat Radulphus octauam prorogationem feſti, ex quo ſequitur, quod eo nobilior eſt octaua, qua minus interrupta eſt à feſtis aliorum.

6 Octaua Dedicat. propriæ Eccleſiæ eſt maior, quam octaua Patroni loci, ſeu tituli Eccleſiæ. Dignior verò eſt octaua B. V. Aſsūptæ, quam octaua dedic.

7 Primæ Veſperæ ſecundis ſunt nobiliores.

8 Fit commemoratio de ſemidupl. ante

com-

commemorationem diei infra octaua, quia ſemiduplex eſt feſtum, dies verò infra octau. non eſt feſtum, ſed continuatio feſti.

9 Tàm de Patrono loci, quàm de Titulari Eccleſiæ, fit offic. vt de dupl. primæ claſſis. Itē fit octaua de vtroque quæcumque dantur duplici primæ claſſis, & octauis, eadem concedē-da ſunt patrono principali loci in loco ſuo, & Titulari in Eccleſia ſua.

10 Si patroni plures, ſeu titulares concedūtur: Offic. quidem ſingulorum duplex erit, vt dicitur in Rub. de Offic. dup num. 1. ſed octau. non conceditur ex rub. Breu. de octauis num. 1. niſi feſto principalis patroni, & principalis item Titularis Eccleſiæ, imò neque primæ Claſſis feſtum erit, aut Titul. Eccl. vt apertè habentur in Rub. de Commemorationibus num. 3. & 4. quale non eſt patroni. Translatio, nec feſta ſimilia.

11 Tanta eſt ſolemnitas patroni loci, vt ſi incidat in Vigiliam, quæ ſit in Calēdario, cum ieiunio de præcepto nihil in Offic. fiat de Vigil. quæ meſtitiam infert: In menſa tamen ieiunandum erit, niſi transferatur in præcedentem diem ieiunium ipſum, auctoritate maiorum.

12 In Vigil. Patroni omittitur ſuffragium commune de patrono, quod fit per annum.

13 Si Translatio alicuius feſti fiat à tēpore paſchali ad tempus non paſchale, recitandum erit Offic. tempore non paſchali, quod accidit in Translatione aliquorum Sanctorum Martyrum menſe Maii.

14 Si occurrant duo feſta, ſub vna ratione feſti in Calendario Roman. Breuiar. quorum tamen alterum eſt feſtum patroni, ſeù Tituli Eccl. v.g. feſtum S. Sebaſtiani, cui cum S. Fabiano ſit ordinariè feſtum, eo caſu fit de patrono, ſeù Titulari tantum hoc eſt, de S. Sebaſtiano ſolo, vti feſto primæ Claſſis, non autem de ſocio, eo die. Qui verò hac de cauſa in eorum proprio die omittuntur, vel ſunt in Calendario, ſub ritu duplici, vel ſemidupl. & tunc prima die ſimiliter non impedita fit Offic. de ommiſſis, ſub ritu ſemiduplici, puta in exemplo allato, fiat de S. Fabiano ritu ſimiplici poſt octauam, vel ritu ſimplici, & tunc in Eccl. nihil fit de ſociis omiſſis. Quod ſi ii, qui diuiduntur ſunt altioris ordinis, & Claſſis, vt in Eccl. S. Philippi Apoſt. de quo ſolo fit, idcircò feſtum primæ Claſſis, eo caſu prima die non impedita, fit Offic. de translato S. Iacob. de ritu duplici ſecūdæ Claſſis, quia eſt de duodecim Apoſt. & die 4. Maij in Laudibus tantum fiet commemor. cum 9. lect. S. Monicæ.

15 Porrò prædicta ſeparatione facta patroni, ſeu Titularis à ſociis, quos illi habent, in Calendario Romano, curandum erit, vt Oratio, lectiones, & Euangelium cum Homilia congruant cum feſto, ita vt pro vno, non pro pluribus. Off. fiat, & deficiētibus propriis, erit ad commune Sanctorum recurrendum, reſeruata patrono potius Oratione, quam ſocijs, & in numero ſingulari accommodata, pro ſocijs autem ſumatur de Communi, vt ſit varietas, niſi fortè contingat, de ſocijs officium fieri extra Octauam Patroni, ſeù Tituli, quo caſu variandi neceſſitas minima vrgeret.

16 Titulus Altaris, ſeù Cappellæ celebrandus eſt, ſub ritu, prout in Calendar. Rom. deſcribitur. In quo ſi neque nominatur, ad illud Altare celebrari poterunt Miſſæ feſtiuæ, cum Hym. Angelico. Sed. Off. nullatenus fiat ſine licentia maiorum, ad quos attinet officia mutare.

17 Si Altare titul. eſt beneficij. Beneficiatus adhuc non debet Off. recitare de eo, vt de feſto primæ Claſſis, neque alio ritu, quam in Calend. ſit deſcriptus, & eo ibidem nō deſcripto, non poteſt propria auctorit. de eo recitare Off. Si verò titulus eſt Eccleſiæ dirutæ ad illud Altare translatæ, ille, qui emolumenta prædictæ Eccleſiæ percipit, æquum eſt, vt recitet Off. de eo in eius feſto, ne depereat cultus illius Titularis Eccl. & ritus erit ſemiduplex niſi dignitas eiuſdem aliud expoſcat. Sed in his caſibus conſulatur Sac. Rit. Congregatio.

18 Beneficiatus quilibet habens Eccleſiā, quæ eſt Tit. beneficii, licet apud eam non reſideat, debet tamen feſtum eiuſdem colere, vti primæ Claſſis, & cùm Octaua celebrare, quia eſt feſtum titul. Eccl.

19 Veſperæ Defunctorum cum Matut. & Laud. debent dici, & perſolui ex præcepto ab iis, qui tenentur recitare Diuinum Off. in die Commem. omnium fidelium Defunctorum cum ſit pars Diuini Off. eo die preſcripti. Et cum ſit notabilis ad reſtitutionem fructuū tenetur Beneficiatus ad ratam Veſperarum, vel Matut. vel vtriuſque ſi totum prætermiſit Off. Defunct.

20 Quando fit Off. plurium Confeſſ. ſiuè Pontif. ſiuè non Pontif. datur facultas mutandi verba, tùm in Oratione, tum in Sermonibus, vt ſonent numerum pluralem. Nō tamen in Sermone S. Gregorij ex lib. mort. Deridetur iuſti ſimplicitas; quia non eſt propriè ſermò de Sancto, ſed tractatus, & Expoſi. lib. Iob in Antiph. Reſp. Hym. & Homil. nulla ſit mutatio, licet non quadrent pluribus, quia nimia eſſet mutatio, & per difficilis, vt congruat in omnibus. Romæ ſuperiorum licentia. Videantur Bartholomeus Gauanza, Ioannes Alcazar, Durandus cum Concilio Toletano in ſuo ratio-

tionali diuinorum, ſeu Cæremoniarum Ruiz in ſuo cęrem. Rituale Rom. Pauli V. Miſſale vaticanum recognitum 1609. Breuiarium vltimum. Rodulphus de Octauis, vt ſupra Rationale diuinorum vlt. cum addit. Baronij.

Praxis Decretorum, & formulæ Decretorum Tribunalis Epiſcopalis, & laicalis neceſſaria omnibus Officialibus deſumpta, & ſupra dictis.

VIcarius tenetur eligere notariũ, vt ſciat facere decreta ritè, & rectè aliter ſimul peccant. Tolet. Florent. & Lateranen.

Die &c. Decretum tranſactionis ſtante partis remiſſione.

Et per Curiam viſis actis, viſaquè partis quærelantis remiſſione attenta, paupertate prædicti, &c. & conſideratis omnibus conſiderandis, &c. fuit prouiſum, & decretum ſupradictum, &c. inquiſitum eſſe admittendum ad dictam oblatam tranſactionem carolenorum, &c. vel ducatorum tot, &c. quibus ſolutis in poſſe. N. dictæ Curiæ pro cauſa, & cauſis in actis deductis non eſſe de cętero moleſtandũ prout præſenti decreto admitti, & non moleſtari mandatur modo quo ſupra, hoc ſuum: &c.

Lectum, latum Die quo ſupra, &c. Cap. ſiue Iudex, &c. Actuarius.

Decretum nouis indiciis in grauioribus delictis.

Curia ſedens, &c. viſis actis, &c. procedendum diffinitiuè decreuit prædictum N. inquiſitum, vt ſupra eſſe liberandum cum cautione vntiarum auri viginti quinque de ſe præſentãdo nouis ſuperuenientibus indicijs, pro vt præſenti decreto liberatur, vt ſupra; hoc ſuum, &c. V. Cap. Lectum, latum ſub die, &c. Actuarius.

Decretum Abſolutorium informatione non benè probata.

Curia ſedent. &c. mandat prædictum talem inquiſitum, vt ſupra ex actis deductis in proceſſu non moleſtari pro, vt præſenti decreto non moleſtari mandatur modo quo ſupra, hoc ſuum, &c.

Decretum habilitationis.

E per Curiam fuit dictum, prouiſum, & decretum ſupradictum talem de, &c. fore, & eſſe habilitandum ſub fideiuſſoria cautione vnciarum auri viginti quinque de ſe repreſentando ad nouum ordinem, & repertum ipſius Curię, & præſertim tẽpore expeditionis cauſæ, prout præſenti decreto habilitari decernitur, vt ſupra hoc ſuum. &c.

Lectum, latum, &c.

Pro quo fide iuſſit T. de T. &c.

Decretum habilitationis per Palatium.

Et per Curiam fuit prouiſum ſupradictum Talem de Tale, fore, & eſſe habilitandum ſub idonea fideiuſſione, ſeu cautione vnciarum auri viginti quinque, vt tenere habeat, & debeat domum, ſiue Palatium huius Curiæ loco tuti, & ſecuri carceris, & ab eis non diſcedat, noctuquè, diequè, abſque licentia in ſcriptis à dicta curia obtenta etiam ſi animum habuerit eundi, ac redeundi, ad ſuperiores cum poteſtate reducendi ſtrictiores carceres, prout præſenti decreto habilitationis dicitur modo, quo ſupra hoc ſuum, &c. lectum, etc. latum, etc.

Pro contumacia.

Stante ſpontanea comparitione audiatur ſupradictus N. in iuribus ſuis.

Decretum de conteſtatione litis dum fuerit.

Et ſic pronunciatur.

Examinatur principalis, quod omnia dicta animo conteſtandi, et litem conteſtari, et per curiam lite pro legitime conteſtata.

Fuit ſtatutis termino prędicto inquiſito præſenti, et audienti, dierum decem ad ſe defendendum in eadem curia, ac parti quærelãti ad magis impinguandum, prout ita decernit, etc. ac prouidet, etc. modo, quo ſupra, etc. hoc ſuum, &c.

Interrogatus ſi habeat aduocatum, et procuratorem ſi habeat, reconfirmetur per curiam; ſi non habeat detur procurator pauperum, vt valeat ſe defendere, ac intimetur in omnibus curię, ac parti quærelanti.

Decretum abſolutorium ex defectu probationis.

Et per curiam fuit prouiſum, & determinatum ſupradictum N. de N. ex defectu probationis non moleſtari, vt præſenti decreto non moleſtari mandat, hoc ſuum, &c. lectum etc. latum, etc.

Decretum, vt valeat tutricis remiſſionem fieri in beneficium pupilli.

Et per Curiam cum in ſupradicta compoſitione, comparitione porrecta, ac informatione deſuper capta, fuit decretum, et determinatum, quod liceat dicto N. dum ſuper morte, & homicidio commiſſo in perſonam M. P. tamquam tutrix dicti pupilli S. prout præſenti decreto ita prouideatur tamquam magis expediens, & vtile dicto pupillo ſupra omni modo &c.

Hoc ſuum &c. lectum, latum &c.

Poſtmodum oſtendatur per tutricem remiſſio in forma, & dicto prius, quod interponatur iſtud decretum in prima inſtantia partis,

tis, fiat per curiam, quibus expoſitis capiatur ſummariè informatio, & examinari duos, vel tres teſtes, vt dicant ſe cognoſcere mortuum, & ultimagis expediens ſupradicto pupillo remiſſionem fieri, acſe pacificare curam d.N Inquiſito alias ſtante, quod non poteſt manutenere inimicitiam, & ex alijs caſibus eſſet dicto pupillo remedium pro intereſse. Qua informatione capta prouidebitur, vt ſupra.

Poſt publicationem modus torquendi. Inprimis expediatur citatio Inquiſitiovȝ.

Inſtante curiæ conſultore per vnum ex nūcijs citetur, moneatur, & requiratur N. de N. quatenus ad primam iuridicam, vel infrà dies duos præciſe, & peremptoriè coram nobis legitimè compareat cum eius infraſcriptis aduocatis, & procuratoribus ad dicendum quidquid, & ad diſcutiendum indicia contra ipſum exiſtentia in proc. fabricato contra prædictum N. de N. vel officio curiæ de homicidio appenſato commiſſo in perſonam M. de M. alias dicto termino elapſo prouidebitur, vt iuris, etc.

Comparet Curiæ Coadiutor, et dicit ſtante lapſu termini petit ſupradictum N. ſubiacere tormentis, citra præiudicium, etc. Et dictus N. de N. inquiſitus ad ſolam cordæ, vel ad torturam fuit interrogatus, vt dicat veritatem (come paſsa il fatto dell'homicidio commeſso in perſona de M. de M. done, come, quando, con chi, per ordine di chi l'hà commeſso, et perche cauſa.) datum, etc.

Et per Curiam ſtāte pertinacia cordis dicti N. prouiſum eſt fore, et eſse ſubijciendum tormentis, et quæſtionibus, citra præiudicium confeſsatorum, et probatorum, prout præſenti decreto torqueri mandatur per horam.

Et ſic pro exequutione ſupradicti decreti fuit iuſsum S. de S. miniſter, quod ipſum ligare habeat, et debeat ad cordam, et deinde alzati, facta prius experientiá funiculi.

Et ſic facta per d. S. Miniſtrum experientia funiculi, eoquè reperto ſufficienti fuit alzatus per palmos octo, et ſic alzatus pendens, fuit iterum interrogatus, (vogli dir la verità, come paſsa il fatto dell'homicidio cōmeſso in perſona de M. doue, quādo, e perche cauſa in perſona di chi, etc.) Et iſta interrogatoria pluries dentur. Et ſcribantur reſpōſio, et dicta Inquiſiti. Et ſi dixerit (che vuol dir la verità,) Incipiat in corda, et poſtea deſcendat, etc. et ſcribatur depoſitio, et poſtmodum in ſequenti die fiat ratificatio in corda, et cum fuiſset ligatus iterum interrogetur.

Et cum ſtetiſſet in corda per horam vnam fuit inſtum deſcendi, & disligari, & cum deſcēdiſſet fuit disligatus, & ei fuerunt disligata brachia, & conſignatus N. de N. carceribus, quod iterum reducatur ad carceres.

Citatio ad dicendum cauſam quare depoſitio prædicta facta declarari nō debeat, & fiat prius inſtantia partis alias, &c.

Significamus tibi N. de N. nuncio qualiter in cauſa ciuili, ſiue criminali, qua vertente in hac noſtra curia, inter M. de M. ex vna, ac I. de I. ex altera dicto caſu pro P. facta fuit infraſcripta depoſitio M. de M. cuius tenor talis eſt. Die 20. Maii 1640. & teſtes numero 14. & in fine ſuæ depoſitionis publicata adiecit, vt ſequitur quod contra actorem, ſeu conuentum fuit expoſita quærela de falſo coram P. de P. & capta informatione conſtat de falſitate prædicta, in proceſſu conſtatum eſt nobis in cauſa dictæ falſitatis procedere debeamus ad ea quæ incumbunt, idcircò vobis, quibus ſupra commonemus, & mādamus quatenus receptis præſentibus ad inſtantiam curiæ, & partis quærelantis, ſicut, &c. ſimpliciter mandat N. de N. quatenus ad primam iuris coram nobis compareat perſonaliter ad dicendum cauſam quare depoſitio prędicta, vt ſupra inſerta declarari non debeat falſa, & ſucceſſiuè de falſo, & pœna falſi condemnari non debet, & in eodem termino ad audiendam prouiſionem faciendam, alias, &c. datum, &c. M. de M.

Et per curiam viſa citatione expedita, & contumaciis incurſis coram I. de I. prouiſum eſt depoſitionem per ipſum factam ſub die 21. Maii 1640. eſſe declarandam, prout pręſenti decreto declaratur falſa, irrita, & nulla, & ſucceſſiuè dictum M. eſſe condemnandum ad pœnam falſi, & prout ſibi deterius, &ità prouiſum. Hoc ſuum, &c.

Si eſt principalis, aſſerat de qua depoſitione vſus eſt, in omnibus aſſerat nomen; tàm principalis inquiſiti, quàm teſtis.

Decretum. Quod cauſa declaretur ciuilis.

Et per curiam viſis actis fuit prouiſum, & decretum ſupradictum M. fore, & eſſe pro cauſa prædicta abſoluendum à dicta inſtantia litis, reſeruata tamen actione parti quęrelanti ciuiliter agendi, & lata fuit per dictum, vt ſup. Hoc ſuum, &c.

Citatio poſt defēſionem dum inquiſiti permanent cum habilitatione.

Inſtante curiæ coadiutore citentur perſonaliter, vel domi I. de I. quatenus ad primam iuris horam cauſarum ſolitam, coram nobis, & noſtra curia compareant, & quilibet ipſorū comparere debeant ad videndum fieri publicationem in cauſa quærelæ coram ipſis expoſita per N. de N. vt in actis, & curiæ coadiutori inquirentem ex altera alias, &c. quomodocūq; &c. datum, &c. intimati cum inſtantia coadiutoris, in tertia die fiat publicatio in forma, & poſtea citentur ad dicendum, & ad inſtādum

in

SILLABVS, SEV TABVLA,

Seu primus Index Conciliorum omnium Religionis Chriſtianæ contra hæreticos. Ex primo Hieroſolymitano ſub diuo Petro vſque ad Tridentinum. Ex thomis magnis Conciliorum, ex paruo volumine Archiepiſcopi Tholetani Bartholomæi de Miranda etiam Conciliorum. Ex ſcire Synodorum ex Illuſtriſs. Card. Baronio, & ex Illuſtriſ. Card. Bellarminio, ex hiſtoria Eccleſiaſtica Ruffini, ex hiſtoria Eccleſiæ Euſebij, ex Platina, ex Panuinio, ex Pyghio de Eccleſiaſtica hierarchia, ex Epiphanio, ex Alfonſo de Caſtro, ex Serafino Porretta, ex Bullario, & Sacris Canonibus, & eorum expoſitionibus, ex Thologis in ſententijs, ex ſumma Sancti Thomæ, & cōmentatoribus, ex expoſitoribus noui, & veteris teſtamenti, ex ſummis caſuum conſcientiæ deſumptus ſub quibus Pontificibus, Imperatoribus, & in quo anno confectorum; & quot Epiſcopi, & cæteri interfuerunt.

Quid ſit concilium, & vnde dicatur, & quotuplex, quæ ſunt pluſquam centum, vide omnia expoſita, fol. 1. vſque ad 9.

Concilia, quæ reperiuntur atteſtata tantum. fol. 9.

Index generale Viennenſe, & Lugdunenſe Aquenſe à Pannicarola, concil. Varenſe à Gratiano atteſtatum cap. quod autem 6. q. 2. concil. Alſenſe, Hermerianum, Fauentinum, Hipponenſe, Genuenſe, Mittenſe, Miſietenſe, Vrbarienſe, Compendienſe, aliud apud Manardum habitum, aliud apud Beluacum de conſecr. diſt. 4. Concil. 24. ab Arriani. alia in corpore iuris canonici.

In vltimo tomo Conciliorum Concilia Mediolana ſex à Diuo Carolo, quæ habentur tamquam vniuerſalia, ideò ſunt applicata in concilijs generalibus, ſicut etiam apud Aquilenſe ſub Clem. 8. & Patriarcha Aquilenſe, fol. 26.

De concilijs Prouincialibus, & Epiſcopalibus ibi.

Forma faciendi concilium in Toletanum 4. fol. 27.

Primum concilium ſecundum aliquos fuit contra Iudam in electione Matthiæ fol. primo. Sed ſecundum communem opinionem fuit primum cōcilium Hieroſolymitanum ſub Diuo Petro, f. 2. ſecundum fuit concilium Romanum ſub Cornelio Papa, fol. 2. 3 concil. Ancyranum, fol. 2. 4. concil. Neoceſarienſe, fol. 2. 5. conc. Nicenum fol. 2. 6. conc. Romanum ſub Siluestro Pontif. fol. 2. 7. conc. Elibertinum, fol. 2. 8. conc. Arelatenſe, fol. 2. 9. conc. Gangrenſe, fol. 3. 10. conc. fuit Arelatenſe, fol. 3. 11. conc. fuit Cartaginenſe, fol. 3. 12. conc. Romanum, ſecundum ſub Iulio primo, fol. 3. 13. conc. Colonienſe, fol. 3. 14. conc. Antiochenum fol. 3. 15. conc. fuit Sardicenſe fol. 3. 16. concil. fuit hieroſolymitanum ſecundum fol. 3. 17. conc. fuit Sirmienſe fol. 3. 18. concil. fuit Laodicenſe fol. 3. 19. conc. fuit Conſtantinopolitanum fol. 3. 20. conc. fuit Valentinum fol. 8. 21. conc. fuit Toleuſe fol. 4. 22. concil. fuit Carthaginenſe fol. 4. 23. fuit Carthaginenſe tertium fol. 4. 24. conc. fuit Carthaginenſe quartum fol. 4. 25. concil. fuit Tauritanenſe fol. 4. 26. concil. fuit Carthaginenſe quintum fol. eod. 26 concil. fuit Toletanum primum fol. eod. 28. conc. fuit Mileuitanum fol. eod. 29. conc. fuit Carthaginenſe ſextum fol eod. 30. concil fuit Carthaginenſi ſeptimum fol. eod. 31. concil. fuit Epheſinum fol. eod. 32. concil fuit Rhegienſe fol. eod. 33. concil. fuit Agatenſe fol. eod. 34. concil. fuit Aquilenſe fol 5. 35. conc. fuit Arauſicanum fol. eod. 36. concil. fuit Vaſenſe fol. eod. 37. concil. fuit Carpectoratenſe fol. 4. 38. concil fuit Arelatenſe fol. 4. 39. concil. fuit Chalcedonenſe fol. eod. 40 concil fuit Synodus Calcedonenſis fol. 5. 41. concil. fuit Veneticū, fol. eod. 42. concil fuit Turonenſe, fol. 5. 43. concil. fuit Romanum tertium, fol. 5. 44. conc. fuit Tarraconenſe, fol. eod. 45. conc. fuit Epaunenſe, fol eod 46 conc fuit Ilerdenſe, fol. eod. 47. conc. fuit Valentinum, fol. eod. 48. conc. fuit Aurelianenſe, fol. 6. 49. conc. fuit Gerundenſe fol. eod. 50. conc. fuit Ceſaraguſtanum, fol 6. 51. concilium fuit Toletanum ſecundum. fol. 6. 52. concilium fuit conſtantinopolitanum quintū fol. eod. 53. concil. fuit Aurelianenſe ſecundum, fol. eod. 54. conc. fuit Aurelianenſe tertium, fol. eod. 55. conc. fuit Aruernenſe, fol. eod. 56 conc. fuit Aurelianenſe quartum, fol. eod. 57. concil. fuit Turonenſe ſecundum, fol. eod. 58. conc. fuit Pariſienſe primum, fol. eod. 59. conc fuit Aurelianenſe ſecundum, fol. eod. 60. conc. fuit Hiſpalenſe primum, fol. eod. 61. conc. fuit Toletanum tertium, fol. 7. 62. concil fuit Mantiſconenſe, fol. eod 63. conc. fuit Mantiſconenſe ſecundum, fol eod. 64. conc. fuit Autiſiodorenſe, fol. eod. 65. concil. fuit Hiſpalenſe ſecundum, fol. eod 66. conc. fuit Toletanum quartum, fol eod. 67. conc. conc fuit Toletanum quintum, fol. eod. 68. conc. fuit Toletanum ſextum, fol. eod. 69. conc. fuit Braccarenſe primum, fol. eod 70 conc. fuit Braccarenſe ſecundum, fol. eod. 71. conc fuit Toletanum ſeptimum, fol. eod. 72. conc. fuit Lateranēſe primum, fol. eod. 73. conc. fuit Toletanum octauum, fol. eod. 74. concil. fuit Toletanum nonū, fol. eod. 75. conc. fuit Toletanum decimum, f. eod. 76. conc. fuit Cabilonenſe, fol. eod. 77. conc. fuit Toletanum vndecimum, fol eod. 78. concil fuit Braccarenſe tertium, fol. eod. 79. conc. fuit Conſtantinopolitanum ſextum, fol. 8. 80. conc. fuit Toletanum duodecimum, fol. eod. 81. conc. fuit Toletanum decimumtertium, fol. eod. 82. conc. fuit ſynodus Apoſtolica à S. Bonifacio, f. eod. 83.

concil fuit Nicenum ſecundum fol. 8. 84. fuit Maguntiacum fol 8. 85 concil. fuit Vormarienſe fol. 8. 86. concil fuit Rhemenſe fol. eod. 87. conc. fuit Conſtantinopolitanum 8. fol. eod. 88. concil fuit Triburienſe fol. eod. 89. conc. fuit Lateranenſe ſecundum fol. eod. 90 concil. fuit Vienenſe fol. eod 91. concilium fuit Conſtantienſe fol. eod. 92 conc. fuit Baſilienſe fol. 8. 93 conc. fuit Florentinum fol eod. 94 concil. fuit Lateranenſe 3. fol eod. Vltimo Tridentinum, & in ultimo tomo Conciliorum ſunt concilia Sancti Caroli, & aliud Patriarcha Aquilea.

Secundus INDEX Bullarum omnium, cum ſumma ſummarum de vitis omnium Pontificum.

HÆc collecta ſunt ex Francisco Petrarcha pluſquam 100. annis ante Platinam, Sancto Antonino in annalibus, ex Bellnacenſi in hiſtoriali, Platina, Tarcagnotto, Petro Meſſia, Ciacconio, Iacobo Philippo de Bergamo, Simouetto, Guicciardino, Honophrio Panuino, Thoma Coſta Tempeſta, Antonio Ciccarello, Bartholomeo, Dionyſio Campano, Bardo, Baronio, Ioanne Baptiſta Caualerio, M. Alphonſo Ciacconio, Piacenſi Ord. Præd. Pœnitentiario Apoſtolico, Tranuſio Cabrera morali, & Andrea Victorello Meſſanenſe Doctore Theol. & Ferdinando Vchello Florent. Abbate Ord. Ciſtercienſis, Theologo ex M. ss. præſertim monumentis Hieronymo, Alexādro I. C. & alijs Ciacconianis, &c. Qui Pontifices fecerunt bullas, ſeu ordinationes curioſiſſimas, & neceſſario ſciendas, incipiendo à Diuo Petro vſque ad Leonem primum, ex fol 46. & infra.

Applicatio bullarum ad ſacros canones, ex fol. 46 vſque ad 60.

Pontifices legitimè creati vſque hodie 39.

Pontifices ſchiſmatici, ſeu Antipapæ, qui non poſſunt dici Pontifices veri ſunt num. 32. ſchiſmata 32.

Papæ pontifices, & monaci profeſſi ſunt numero 32.

Papæ pontifices mortui extra Romam ſunt num. 45.

Papæ pontifices mortui Romæ ſunt num. 193.

Papæ pontifices Romani ſunt num. 102.

Pontifices Itali num. 172.

Pontifices, qui non finiere menſem ſunt numero 11.

Papæ pontifices, qui non finiere annum numero 40.

Pontifices qui vixerunt plus quam 20. annis ſunt num. 8. includendo præſentem Pontificem omnia fol. 46.

Sedes vacans per quinque vices per duos annos, & amplius his per annum, ex quibus omnibus vacationibus colligunt vacaſſe 40. annis, & diebus, per menſem circiter vſque ad præſentem ſummū Pontificē f. eod.

An pontifex poſſit videre dies Petri fol. eod.

M. Martyr. S. Sedis, A. Anno, M. Menſes, D. Dies, V. Vacat.

Primus numerus ordinem Pontificum, ſecundus anno Chriſti.

1. 32. Petrus Apoſtol. & martyr. Hieroſolymis, ſedit annos 5. Antiochiæ, an. 7. Romæ, a. 24. m. 5. d. 12. qui omnes ſunt anni 36. m. 5. d. 12. ordinauit quadrageſimam, fol. 54.

2. 70. M. Linus ſ. a. 11. m. 3. dies 12. ne ingrediātur mulieres monaſteria, fol. 54.

3. 81. M. Cletus ſ. a. 12. m. 1. d. v. d. 20. ordinauit dici ſalutem, & apoſtolicam benedictionem, fol. eod. &c.

4. 93. M. Clemens ſ. a. 9. m. 6. v. d. 7. ordinauit, q ſub trino baptizentur, etc.

5. 102. M. Anacletus ſ. a. 9. m. 12. d. 1. v. d. v. 13. vt cathedra Epiſcopalis apponatur in loco eminenti fol. eod. &c.

6. 112. M. Euariſtus ſ. a. 9. m. 10. d. 2. v. d. 19. diuiſit titulos presbyteris, qui modo dicuntur Cardinales fol. eod. &c.

7. 122. M. Alexander ſ. a. 7. m. 10. d. 2. v. d. 25. inſtituit aquam benedictam in Eccleſia, &c. fol. eod.

8. 129. M. Sixtus ſ. a. 10. m. 3. d. 11. v. d. 4. quod non tangatur res ſacra, niſi à ſacris, &c. fol. eod.

9. 139. M. Theoloſophorus ſ. a. 11. m. 3. d. 22. v. dies 4. ſtatuit tres miſſas celebrari in Natiuitate Domini, &c. fol. eod.

10. 150. M. Higinus ſ. a. 4. m. 3. d. 4. v. d. 4. quod Eccleſiæ conſecrentur, &c. fol. eod.

11. 154. M. Pius i. ſ. a. 9. m. 4. d. 3. v. d. 4. ſtatuit pœnas ijs qui cadere faciebant ſanctiſſimū, &c. fol. eod.

12. 163. M. Anicetus ſ. a. 9. m. 4. d. 13. v. d. 17. quod ſacerdotes non portent capillos longos, vt apoſtoli, &c. fol. eod.

13. 172. M. Soter ſ. a. m. d. 21. quod moniales turibulo non facerent ſacrificium, &c. fol. eod.

14. 181. M. Elautherus ſ. a. 15. m. 3. d. 2. v. d. 5. prohibuit multas ſuperſtitiones, & fol. eod.

15. 196. M. Victor i. ſ. a. 19. m. 3. d. 10. v. d. 21. quod quælibet aqua naturalis ſit bona in baptiſmo fol. eod.

16. 196. M. Zepherinus, ſiue Seuerinus ſ. an. 7. men. 7. dies 10. vacat dies 6. quod conſecratio fiat in vaſe vitreo, non ligneo fol. eod.

17. 214. m. Calixtus ſ. a. 6. m. 1. d. 10. v. d. 6.

18.

18.220.M.Vrbanus i.ſ.a.4.m.10.d.12.v.m.1.vt Eccleſia poſſit recipere oblata à fidelibus fol.eod.

19.224.M.Pontianus ſ.a.9.in 5.d. 2.v. d.10.vt in principio miſſæ dicatur confiteor, &c. fol.eod.

20.234.M. Anterus ſ. a.5. m.1. d 12. v.d. 13. quod ſcribantur vitæ martyrum, &c. fol. eod.

21.239.M.Fabianus ſ.a.13. d.11.v.d 6 quod in die Cœnæ renouetur chriſma fol. eod.

22.254.M.Cornelius ſ.a.2.m.2.d.3.v.m.1.d.5. damnauit hæreſim noua nouam fol.55.

23.252.M.Lucius 15.ſ.a.3.m.3.d.3.v m.3.d.5. propter eius martyrium poteſtatem tranſtulit eius Archidiacono fol.eod.

24.257.M. Stephanus 1.ſ.a.7.m.5.d.22.v.d.2. quod veſtibus ſacris in Eccleſijs vterentur fol.eod.

25.264.M. Sixtus 2.ſ.a.2.m. 10.d.53.v.m.1.d. 35. vt dicatur miſſa ſolum in altari, &c. fol. eod.

26.267.M.Dionyſius Græcus ex Monaco primus Pontifex ſ.a.6.m.2.d.9.v.d.6. diſtribuit parochos,&c.fol.eod.

27.273.M.Fœlix i.ſ.a.4.m.3.d. 15.v.d. 15.quod celebrentur martyrum feſtiuitates, &c. fol. eod.

28.273.M. Euthicianus ſ.a. 1.m. 1.d. 1.v.d.8. quod benedicantur primi fructus, &c. fol. eod.

29.278.M.Caius(alij Gatus) ſ.a.11. m.4. d.12. v.d.11 diſtinxit ordines in Eccleſia,&c.fol. eod.

30. 289. M. Marcellinus ſ.an.6. m.2. d.26. ob atrocem funeſtamque Diocletiani in Oriente, & Maximiani in Occidente perſecutionem, vacat ſedes ann.ſeptem.menſ quinque,dies 25.fol.eod.

31.305.Marcellus ſ.a.6.m.5.d.21.v.d 52. ordinauit 57.parochias,&c.fol eod.

32.307.M.Euſebius ſ.a.4.m. 1 d. 3 quod laici non poſſint vocare Epiſcopos in iudicio fol.eod.

33.311.M. Militiades, ſiue Melchiades,ſ. an.4. men.7.dies nouem,v. dies 7 quod in dominico non ieiunetur fol. eod.

34.315.S.Sylueſter 1.ſ.an. 23.m.10 d. 11.v.d.15 Hic Conſtantinum Imperatorem baptizauit, qui Romam, & ornamenta Imperatoria Romanæ Eccleſiæ douauit : vt multis probat Steuchus fol.eod.

35.338.M.Marcus ſ.a.2.m.8.d.20.v.d.20.vt in feſtiuitatibus cantetur credo,&c. fol.eod.

36. 338. S.Iulis 1.ſ.a. 15.m. 2.d.2. quod ſacerdotes in foro Eccleſiaſtico cognoſcantur, &c.fol.eod.

37.359.Liberius,dictus Leo ſ.a.12.m.3.d.4.v. d.6. ſtatuit feſtiuitatem SS. Martyrum, &c. fol.eod.

368. M. Fœlix 1. ſ.a. 1.m.4. d.2. Platina ait, quod fuit receptus in Pont. Panuinius vero non fol.eod.

38.369.S.Damaſus ſ.a.19.m.3.d.11.v.d 31 addidit gloria Patri in pſalmis fol.eod. Huic Pontifici Diuus Hieronymus chariſſimus extitit, ab eoque Cardinalis creatus fuit, ſi credimus Volater. libr. 52. Atropn. quod plures negant. Contra hunc Damaſum Vrſinus, ſiue Vrciſcinus in 5. ſchiſmate ſedis fol.eod.

39.388 S.Syricius,alias Vrſinus,ſ.a. 15.m.11. d.25. u.d. 30. quod aqua baptiſmalis fieret ſabb.ſancto,&c.fol.eod.

40. 403. S.Anaſtaſius i.ſ.a. 3.d. 51.vt in euangelij lectione omnes aſſurgerent fol.eod.

41. 406. S. Innocentius i.ſ. a.15. m. 2. d.55.d. 25, expulit Roma hæreticos catafricos fol. eod.

42.451. S.Zozimus,ſiue Zozimus ſ.a.5.m.3.d 12. vt diaconi in celebrando vterentur manipulo,&c. fol.eod.

43.453. S.Bonifacius i.ſ. a.3.m.8. d.9. confirmauit decretum, quod mulieres non tãgerent res ſacras,fol.eod.

44. 256. S. Celeſtinus, ſiue Celeſtius ſ. a. 8.m. 10. d.17. v.d. 21. addit in miſſa iudica me Deus,&c.fol.eod.

45.434 S.Sixtus 3.ſ.a.8.d.18.ædificauit Eccleſiam S.M.maioris,&c.fol.eod.

46. 442. S.Leo i. Cogn. magnus ſ.a.21.m.1.d. 13.v.d.8.ordinauit concione in Domini.ib.

47 463.S.Hilarius ſ.a 7.d.10.v.d.10.quod põtifices non ſubſtitueret ſucceſſores,fol.eod.

48.470.S.Simplicius,Sulpicius ſ.15.m.i.d.7.v. d.26.quod clerici non recipiant beneficia à laicis,&c.fol.eod.

49.485.S Fœlix i.a.5.m.11.d.17.d.5.quod ſoli Epiſcopi debeant cõſecrare Eccleſiam,&c. fol.eod.

50.491 S.Gelaſius i.ſ.a.5.m.8.d. 17.d.7. compoſuit hymnos, vt S. Ambroſius, etc. fol. eod.

51.498.S Anaſtaſius 2.ſ.a.1.m.10.d. 24.v.d.4. communicauit Anaſtaſ.Imperatorem, etc. fol.eod.

52.500 S.Simmachus ſ.a. 15.men.6. d.22.v.d. 7. quod cantetur gloria in excelſis in miſſa, etc.fol.eod. Laurentius contra hunc pontificem in 4. ſchiſmate deſignatus nõ obfuit; in concilio enim Rauuenate Symmachus confirmatus eſt,fol.eod.

53.515.S.Hormiſda ſ.a.9.d.18.v.d.6.eiecit Manicheos tẽpore Boetij Seuerini,etc.fol.eod.

54.524. S. Ioannes i.ſ.a. 2.m.8. d.28. v.m.1.reſtaurauit cœmeteria,etc.fol.eod.

55.527. S.Fœlix 4.ſ. a.4.m. 2.d.3. v.d.13.fecit euangelia verſo heroico,etc.fol.eod.

56.531.S. Bonifacius 2.ſ.a.2. d.2.v.m.2. quod in Eccleſia clerici ſint ſeparati à laicis, etc. fol.eod.

57.533.S.Ioannes 2.ſ.a.2.m.4.recepit à Iuſtiniano munera danda eccleſ.S.Petri,&c, fol. eod.

58.535.S.Agapetus I.m. 11.d. 19.v.m.1.d.29. fuit obſeſſus tempore Gothorum,&c.f.eod.

59.536.M.Syluerius (Palm. Liberius) 2. a.1. m.5.d.12.tempore Gotorum fuit obſeſſus ſeipſum celauit,&c.fol.eod.

60.537. M. Vigilius ſ.a.16.v.d.26.v.m.3.d.5. mortuua eſt Syracuſis poſt perſecutionem, &c.fol.eod.

61.555. S. Pelagius ſ.a.6.m.10.d.20,v.m.3.d. 26.è ſua domo fecit hoſpitale,&c.fol.eod.

62.562. S. Ioannes 3.ſ.a.12.m.11.d.26.v.m. 10. d. 3. placuit itam Marſetis pro Romanis,etc.fol.eod.

63.576.S.Bnedictus I.a.4.m.1.d.28. v.m.v.d. 10.nutriuit Romam abundanter, licet fuerit penuria in Italia,&c.fol.eod.

64.580. S.Pelagius 2.a.10.m.2.d.20.v. d.10.è ſua domo fecit hoſpitale,&c.fol.eod.

65.590 S.Gregorius magnus inuitus electus, a.13.m.5.d.10 v.d.19.primus ſe ſubſcripſit ſeruus ſeruorum Dei,&c. fol.eod.

66.604.Sabinianus (Sabinus Palme) a.1.m.5. d.9.m.11.d. 20. quod in Eccleſia ſint lampades accenſæ,&c.fol.eod.

67.607.S,Bonifacius 3.m.9.v.m.1.d.9. quod non eligatur Epiſcopus,niſi poſt mortem anteceſſoris,fol.eod.

68.608.S.Bonifacius 4 a.6.m.8.d.13.v.m.7 d. 15:templum cibale conſecrauit M. Virgini,etc.fol.eod.

69.615.S.Deuſdedit,vel Theodatus, vel Dorotheus a.3.m.3.d.20,v.m.1.d.16,quod non recipiatur filia baptizantis in vxorem, fol. eod.

70.618.S Bonifacius ſ.a.5.d.20. quod ab Eccleſia nullus extrahatur,etc.fol.eod.

71.623. S.Honorius I.a.12.m.11.d.17.v.a.1, m 7.d.13.ordinauit proceſſiones,etc.f.eod.

72.637.Seuerinus a.1.m. 2.v m.4.d.29. cuius tempore Eraclius tulit cruci è Hieruſalem Conſtantinop.fol.eod.

73.638. Ioannes 4.a. 1.m.9.d.9.v.m.4.d.13. iuſſit ferri corpora Vincentii, & Anaſtaſii Romam,etc.fol.eod:

74.640.S.Theodorus I.ſiue Theodoſius a. 6: m.5.d.18.v.men.1.d.22.ædificauit quaſdam Eccleſias,etc.fol.56.

75 640.S.Theodorus I. ſiue Theodoſius a. 6. m.5.d.18.v.men.1. d. 22. ædificauit quaſdã Eccleſias.etc.fol.56.

75.646.M.Martinus I.a.6.m.1.d.26.v.a. 1.m. 2 fecit ſynodum,etc.fol.eod.

76.653. Eugenius I.an. 2.m 9.d.v.a. 1.m.d.8. quod monaci non egrediantur ſine licentia ſuperioris,etc.fol eod.

77.657.Vitalianus a.14.m.6.v.m.d.15. ordinauit cantum eccleſiaſticũm, fol. eod.

78.671.S.Adeodatus a.4.m.2.d.5.v.m.4.d.20. ſtatuit proceſſiones propter pluuias impetrandas,etc.fol.eod.

79. 675. Domus i. ſiue Domnus Domnio a.5. m.5.d. 10.v. menſ.2.d. 16. Marmorauit cortile S.Petri,etc.fol.eod.

80.680.Agatho a.2.m.7.d.15.v.a.1.m.5.fecit ſextam ſynodum Conſtantinop. fol.eod.

81.684.S.Leo 2.m. 10.v m. 11.d. 51.quod detur pax populo in miſſa,fol.eod.

82.686.S.Benedictus 2.m.10.d 12.v.men.2.d. 15. quod ſummus pont. non indigeat confirmatione Imperatoris,etc.fol.eod.

83.687.Ioannes 5.a. 1.v.m. 2.d.19.ſcripſit de dignitate pallii,etc.fol.eod.

84. 688. Canon, ſiue Cuno, ob vitæ ſanctitatẽ Angelus appellatus(Sabb. Enn.8.lib.6.) m. 11.d.3. v.m.2.d. 23. electus propter ſuam virtutem,et pietati,fol.eod.

85.689.S.Sergius an.13.m.8.d.23.v.m.1.d.20. quod dicatur ter in miſſa Agnus Dei , etc. fol.eod.

86.702.M.Ioannes 6.a.3.m.2.d. 19 poſuit columnas in altari S.Petri,etc.fol.eod.

87.705 Ioãnes 7.a.2.m.7.d.17.v.men.3.ornauit cœmeterium Damaſi,etc.fol. eod.

88 707. Siſinius,ſiue Zoſimus,ſiue Sigenius d. 20.v.m.1.d.18.vixit 20.diebus,fol.eod.

89.707.Conſtantinus Syrus a.7.d.20.v.m.2.d. 10.fecit ſynodum,etc. fol.eod.

90.714.Gregorius 2.an.16. m.9.d. 11.v.m.1. reſtaurauit Eccl.et mœnia ciuitatis , etc. fol.eod.

91. 730. Gregorius 3.a. 10. m.8. d. 24. v. d.8. quod celebretur quotidie in S. Petro, etc. fol.eod.

92.741. Zacharias 1.a. 10.m. 3.v.d. 12. conſignauit ſuos redditus pro oleo lampadum Eccleſ.etc.fol.eod.

93. 752. Stephanus 2. d. 3. vixit paruum , fol. eod.

94.752.Stephanus 3.a.5.m.1.iuſſit litanias canendas,fol.eod.

95. 756. Paulus 1. Stephani 3. frater a. 10.m. 10.v. a.1.m. 1.corpus S. Petronillæ tranſtulit in Vaticanum,etc.fol.eod.

79.768.Stephanus 4.a.1.m.5.d.24.v.d.9.quod nul-

nullus laicus poſſit eſſe pontifex , etc. fol. eod.

97.772. Adrianus I.a.23.men.10.d.7.reſtaurauit ruinam Tiberij,fol.eod.

98.766.Leo 3. Bom. a.20. m.5. d.18. v.d.10. quod ſacerdos nõ impeditus celebret quotidie,etc.fol.eod.

99.817.Stephanus 5.m.6.d. 24.a.d. 1.duxit ex Gallia crucem auream,etc. fol.eod.

100.817.Paſchalis I.a.7.m.3. d.17.v.d.4.retulit corpore ſanctorum intus ciuitatem, etc. fol.eod.

101.824.Eugenius 2. cognomin.pater pauperum a.4.m.d. 6.24.v.d. 23.primus ex Card. electus papa,etc.fol.eod.

102.828.Valentinus m.1.d.10.v.d.3. ordinauit templa gentilium dirui,etc.fol.eod.

103.828.Gregorius IV. alias Leo IV.a.16.v.d.15.inſtituit feſtiuitatem omnium ſanctorum,etc.fol.eod.

104.844.Sergius II.a.2.v.m.2. d. 15. ex hoc pontifice ait plat. mutata fuerunt nomina pontificum,fol.eod.

105.847.Leo 4.a.8.m.3.d.6.v.d.15.ſuis orationibus eiecit baſiliſcum,etc.fol.eod.

106.855.Benedictus 3.nolens creatus a.2.m. 6.d.9.v.9.multas res ſanctas ordinauit, fol. eod.

107.858.Nicolaus I.abſens, & inuitus electus anno 9.menſ.7 d.13.v.m.7. ſiccit ſaracenos fol.eod.

108.868.Adrianus I.a.5.m.9.d. 12. multiplicauit miraculoſà numiniſmata pro pauperibus,etc.fol.eod.

109.874 Ioannes VIII.a.10.d.2. v. d. 2.eiecit ex Italia Saracenos,fol eod.

110.884.Martinus II.ſiue Marinus I.a.1.men. 5.Pamuinius ait,quod fuit per potentiam, electus,fol.eod.

111.885.Adrianus 3.a.1. m. 2. quod electio pontificis non ſit ſenatorum, ſed cleri,etc. fol. eod.

112.886. Stephanus 6.dictus 5.a.6.d. 11.v.d. 5.coronauit Romæ Guidonem Regem Italiæ,&c.fol.eod.

113.891.Formoſus ann.5.m 6.v.m.1. habuit Antipapam Sergium,fol.eod.

114.898.Bonifacius.VI. d. 26. vixit paucos dies,fol.eod.

115.898.Stephanus 7.dictus 6.an.1.m. 3. v.d. 3. voluit annullare facta prædeceſſorum, fol.eod.

116.899.Romanus Galleſianus, m. 3. v. d.8. annullauit decreta Stephani, fol. eod.

117.899.Theodorus II.d.20.v.d.11. vixit 20. diebus,fol.eod.

118.901.Ioannes 9.a.d.15.v. d. fecit ſynodũ Rauennæ,etc.fol.eod.

119.904.Benedictus 4.a.2.m.2.v.d.6. eius tẽpore dicebant ſedem potius occupatam, quam poſſeſſa,fol.eod.

120.994.Leo 5.m.1.die x. mortuus præ triſtitia dum Vnni deuaſtabant Italiam,fol.eod.

121.904.Chriſtophorus 1.m. 7. fuit violenter depoſitus,fol.eod.

122.905.Sergius 3.a.7.m.4.d.x.v. d. 7.reſtaurauit Eccleſiam Lateranenſem,etc.fol.eod.

123.913.Anaſtaſius 3.a.2.v.d.2. dicebatur irreprehenſibilis propter ſuam bonitatẽ, ibi.

124.915.Landus,ſiue Lando, m.6. d. 21.v.d. 25.nihil tres mappas in altare,fol.eod.

125.916.Ioannes x.a.13.m.2.d. 3. fuit ſtatim depoſitus ſecundum Ciccarellum, fol. eod.

126.929.Leo VI.m.7.d.15.v.m.1.dedit ſe cultui diuino,etc.fol.eod.

127.930.Stephanus 8.dictus 7.an.2.m. 1. d.v. d. 10. religione, & manſuetudine plenus, fol. eod.

128.932.Ioannes XI.a.5.m.x.d.19.v.d. xj. cuius tempore Genua fuit capta à Mauris, &c.fol.eod.

129.937.Leo 7.a.3.m.6.d.x.v. d. præter reuolutiones ordinauit 40. horas, fol.eod.

130.940.Stephanus IX.dictus VIII.a.3.m.4. d.12.v.10.vulneratus propter ſeditionem, ordinauit remiſſionem faciendam,fol. eod.

131.943.Martinus 3.ſiue Marinus a. 3. m. 6. d.x.v.d.12.reſtaurauit Eccleſias,fol.eod.

132.947.Agapetas II.iunior a.7.m.9 d x. v.d. 12.fecit ſimiliter,fol.eod.

133.955.Ioannes 12 a.9.m.3.d.5.v.d.1. fuit à Roman.depoſitus,etc.fol. 46.

134.963.Leo 8.an.primo m. 4. Hic poſt coactum Benedicti abdicationem reſtituẽs ab Imperatore 5.m.8.d.22.vacat m.6.dies 15. ſecundum Panuinium ſchiſmaticus fuit, &c.fol.57.

135.965.Ioannes 13.a.6.m. 11.d.5.v.d.13.fecit Capuam Metropolitanam,etc. fol. eod.

136.972.Benedictus 5.dictus 6.a. primo m.6. fuit carceribus mancipatus in Caſtro Sancti Angeli, quod ſit habẽda patientia in tribulationibus,fol.eod.

137.973. Donus 2.ſiue Domnus an. primo v. d.2.propter reuolutiones nihil de ipſo ſcribitur,quod cantetur Salue Regina,fol.eod.

138. 974. Bonifacius 7.m.7. d. 5. v.d.20. aufugerit,etc.fol.eod.

139.955.Benedictus 6.dictus 7.a.8.m.6.v.d.5. de eo propter ſeditionem Imperatorum, græcorum,quod fiat oratio mentalis,f.eod.

140.980.Ioannes 14 m.3. Bonifacius 6.Ioanne 14. in carcerem coniecto iterum pontificatum geſſit,m.4.d.6.u.d.10.

Io-

Ioãnes 15.m.8.v.d.7.prima incepit diſpenſa re parentibus,etc.fol.eod.

142.985. Ioannes 16.a 10. vacat d.6. exultauit in hetruria propter Creſcentium Conſulem,&c.fol.eod.

143.995. Gregorius 5.a. 2.m.8.d.10. v.d. 15. quod ſoli germani eligant Imperatorem, &c.fol.eod.,

144. 998. Ioannes 17.m. 10.v.d. 20.ait Platina,quod non debet numerari inter Pont.cũ ſit Antipapa fol eod.

145.998.Syluester 2.a.4.m. i.d 10.v.d.13.aliqui dicunt hunc fuiſſe peſſimum hominem, alij negant fol.eod.

146.1001. Ioannes 18.aliis 17.m.4. d.20.v.d. 19. ſepultus in monaſterio S.Sabbinæ fol. eod.

147. 1002. Ioannes 19. aliis 18.a. 4.m. 4.v.d. 19.ſimiliter dicitur de Ioanne fol.eod.

148. 1007.Sergius 4.a.2.d. 15 v.d.8. eiecit ſaracenos,è Sicilia,&c.fol.eod.

149.1009.Benedictus 7. dictus 8.a.11.m.1.d. 13.coronauit Hẽricum de Bauera fol. eod.

150.1010.Ioannes 20.alijs 19.a 11 m.1.d.9.v. d.8.coronauit Imperat.Conradum,&c.fol. eod.

151.1030.Benedictus 8.dictus 9.a.13.m.4.d.19. depoſitus fuit à Romanis,etc fol.eod.

152. 1044. Syluester 3. contra Bened.m.1. d. 19.Syluestro pulſo,qui ante pontificis mortem pontificatum largitione adeptus fuerat, Benedictus 8 reſtitutus cum Ioan. 20. menſem ſedit 2. exactis tandem pontificatu Io. 20.& Benedicto 8. non dum ſchiſmate ſublato.

153.1044.Gregorius 4.electus eſt, qui ſedit a. 2. m. 7. aliqui dicunt non eſſe annumerandum,&c.fol.eod.

154.1046 Clemens 2.m 9.v.m.9. fecit iurare Romanos non degere interuenire ad electionem pontif.fol.eod.

155.1048.Damaſus 2.d.12.v.m.6. introduxit in Italia gentilitia ſtemmata è Gallia, &c. fol.eod.

156.1048.Leo 9.an.5.m.2.d.6.v.m.11.d.26. habet duas conſt.fol.eod.

157.1054 Victos 2.an. 2.m.3. d.14. d.4.fecit ſynodum Florentinam fol.eod.

158.1057 Stephanus X dictus IX.m.7.d.18.d. 13. vniuit Eccleſiam Mediolanam Eccleſiæ Rom.fol.eod.

159.1058.Benedictus 9.dictus 10.m.9.d.20.

160.1059.Nicol.2.concordibus Card.omnium ſuffragijs creatus an.3.m.6.d.26.v.d.12.ordinatus, vt non poſſit eligi pontifex ſine concordia Cardinalium fol.eod.

161.1062. Alexander 2.a.xj. m.6. contra hunc Honorius 2.Henrici Imperat. ope, incõſulto Cardinalium Collegio, pontifex declaratus S.ann.5.& hoc fuit ſchiſma 15.fol.eod.

162.1073.Gregorius 7.proprio nomine Hildebrandus,a.12 m.1.d.3.v. a.1.m.4. d.3.captus celebrans in nocte Natiuitaris, deinde à pop.libera us fol.eod.164 1087.Victor.3.a. 1.m.4. v.m. 5.mortuus eſt in Monte Caſſino veoenis,&c.fol.eod.

163.1088.Vrbanus 2.a.12.m. 4.d 19.v.d.13.fecit ſynodum Placentiæ contra liberos prælatos,&c. fol.eod.

164. 1100. Paſcalis 2.a. 18.m. 6. d.7. v.d. 3.ſub hoc pontif. apta fuit Hieruſalem, & elegerunt Regem Goffredum fol.eod.

165.1118.Gelaſius 2.a.i v.d.2.huius pont.tempore fuit quidam Antipapa fol. eod.

166.1119.Calixtus 2.a.5 m.10.d.6.v.d.8.conſtituit Conc. Lateranenſe, fol.eod.

167.1125.Honorius 2.a.5.m.2.v. d.8.Mecenas litteratorum fol eod.

168.1130 Innocentius 2.a.14 m.7 d.13. Anacletus 2.à quibuſdam Cardinalibus electus pont.ſedit contra Inn.a 5.men.9. quo mortuo,ab eius ſecta Cardinal. electus Victor. 4. qui cum nonnullos ſediſſet menſes D. Bernardo auctore,qui 7.annos in hoc tollẽdo ſchiſmate deſudauit, Innocentio ceſſit.

169 1144 Cœleſtinus 2.m.5. d.13. v.d. 13.dedit poteſtarem eligendi pontificem ſolis Cardinalibus fol.eod.

170. 1144. Lucius 2.m. 11.d. 4.d. v.d. 2.ad S. Bernardi hortationem fecit nouam cruciatam,&c.fol.eod.

171.1145.Eugenius 3.a 8.m.4.d.20.v.d.2.Perſuaſit Regi Ludouico pro Aſia recuperanda,&c fol.eod.

172.1153.Anaſtaſius 4.a.i.m.4.d.24.d.i.cuius tempore floruit Petr. Lombard.& Gratian. fol.eod.

173.1154.Adrianus Angelus a.4.m. 10.v.d.3. fuit primus habitans Oriuieti fol.eod.

174.1159.Alexander 3.a 21.d.19.v.d.14.contra hunc 4. Antipapas excitauerat Federicus Imperat. bello in Italiam ardens, qui omnes ſublati fuere, fol.eod.

175 1181.Lucius 3.an.4.m.2.d.18.v. d.12.hortatus eſt principes ad ſuccurrẽdum in Aſia fol. eod.

176.1185. Vrbanus 3.a.i. m.10. d.25. v.d.11.viſus eſt concordare principes pro ſuccurrẽda Aſia fol.eod.

177.1187.Gregorius 8.m.1.d.27. v.d.20. quæſiuit recuperationem Hieruſalem cum auxilio principum chriſtianorum fol. eod.

178.1188.Clemens 3.an.2.m.3.v.m. 8.ſimiliter fecit hic pontifex fol.eod.

Primus numerus ordinem Pontificum. Secundus numerus annos Chriſti.

179. 1191. Cœleſtinus 3. a.6. m. 7. hic conceſſit in vxorem Henrico Imperatori Coſtātiam monialem, &c. fol eod.

180. 1198. Innocentius 3. an. 18. men. 7. d 16. v.d.1. conuocat principes pro recuperatione Hieruſalem fol eod.

181. 1216. Honorius 3. an. 10. m. d. 16. v.d.1. coronauit Imperatorem conſtantinop. fol. eod.

182. 1227. Gregorius 9. an. 14. m. 3. v. m. 2. d. 1. canonizauit S. Franciſcum, &c. fol. eod.

183. 1241. Cœleſtinus 4. d. 18. v. a. d. 1. m. 9. exhortatus eſt pro Hieruſalem fol. eod.

184. 1243. Innocentius 4. a. 11. d. 12. v. d. 3 vel 1. non a. 2. vt quidam volunt, dedit rubeum pileum Cardinalis fol. eod.

185. 1255. Alexander 4. a. 6. m. 5. d. 5. v. m. 3. d. 4. canonizauit S. Claram, &c. fol. eod.

186. 1261. Vrbanus 4. an. 3. m. 1. d. 4. m. 5. inſtituit feſtum SS. Corporis Chriſti, &c. fol. eod.

187. 1265. Clemens 4. a. 3. d. 21. v. a. 2. m. 9. poſt vxorem, & filios, pontifex creatur, fol. eod.

188. 1271. Gregorius 10. a. 4. m. 2. d. 10. v. d. 9. vniuit Eccleſiam græcam cū Romana, &c. fol. eod.

189. 1276. Innocentius 5. m. 6. d. 2. v. d. 9. appoſuit pacem in tota Italia, &c. fol. eod.

190. 1276. Adrianus m. 1. d. 9. vacat d. 28. cœpit edificare Palatium Lateranenſe, &c. fol. eod.

191. 1276. Ioannes 21. (alijs 20 alijs 22.) m. 8. v. m. 6. d. 7. auxit ſidem inter reges orientales, &c. fol. eod.

192. 1277 Nicolaus 3. an. 3. m. d 5. vacat m. 8. d. 15. recuperauit Eſarcatum Rauenna fol. eod.

163. 1281. Martinus 4. an. 4. m. 1 v. d. 3. excommunicauit Petrum Regem Aragoniæ, &c. fol. eod.

194. 1285. Honorius 4 a. 2 d. 1. v. m. 10. miſit in auxilium terræ ſanctæ, &c. fol. eod.

195. 1288. Nicolaus 4. a. 4 m. 1. d. 8. v. a. 2. m. d. 2. exhortatus eſt principes pro ſuccurrenda terra ſancta, &c. fol. eod.

196. 1294. S. Cœleſtinus 5. qui ſpontè ſe pontificatu abdicauit, m. 5. d. 7. vacat d. 10. fol. eod.

197. 1294. Bonifacius 8. a. 8. m. 9. d. d. 17. v. d. 10. inſtituit ſextum librum ſacrorum canonum, &c. fol. eod.

198. 1303. Benedictus X. dictus XI. Palmea. XI. men. 8. d. 17. vacat an. 1. m. 1. excommunicauit eos, qui carcerauerant Bonifacium, &c. fol. eod.

199. 1305. Clemens 5. an. 8. m. 10. d. 15. v. a. 2. m. 3. d. 17.

200. 1315. Ioannes 22. (alijs 21. aliis 23.) a. 19. m. 4. v. d. 16. contra hunc Nicolaus 5. ab Imperatore Pſeudo pontifex creatus rexit an. 3. m. d. 4. qui carcere maceratus Auenione periit. fol. eod.

201. 1335. Benedictus XI dictus XIII. a. 7. m. 3. d. 17. v. d. 15. excommunicauit Bauarum vſurpatorem imperii fol. eod.

102. 1342. Clemens 6 an. 10. m. 6. d. 28. v. d. 11. tranſtulit ſedem in Galliam, &c. fol. eod.

203. 1352. Innocentius 6. an. 9. men. 8. d. 6. vacat 1. m. 5. miſit ſenatorem Romam, &c. fol. eod.

204. 1363. Vrbanus 5. a. 8. m. 4. d. 20. fol eod.

105. 1371. Gregorius 11. a. 7. m. 2. d 27. v. d. 11. reprehenſus à quodam Epiſcopo ſedem tranſtulit Romam fol. eod.

206. 1378. Vrban. 6. a. 11. m. 8 v. d. 17. contra hunc, & Bonifacium 9. ſucceſſorem, Clemēs 7. Arelatenſis Pſeudopapa creatus à Gallis quibuſdam Car. ſedit Auenione a. 15. m. 11. d. 23. priuauit Reginam Neap. & inueſtiuit Carolum, &c. fol. eod.

207. 1389. Bonifacius 9. a. 15. men. 11. v. d. 15. Clem. 7. Petrus de Luna Antipapa ſucceſſit Benedictus 12. appellatus, creatus ab auctoribus ſchiſmatis, Aueniono, ſedit annos circiter 30, ditauit ærarium ſummi pontificis, &c. fol. eod.

208. 1404. Innocentius 7. a. 2 d. 23. v. d. 23. bellum fecit cum Rege Ladislao, &c. fol. eod.

209. 1407. Gregorius 12. an. 2. men. 7. d. 5. v. d. 10. fecit Concilium Piſanum contra Antipapam fol. eod.

210. 1409. Alexander 5. m. 10. d. 8. v. d. 11 priuauit Ladislaum regno, inueſtiendo Aloyſium de Angiò fol eod.

211. 1410. Ioannes 23. (aliis 22. alijs 24) a. 3. d. 15 decreuit ire contra Ladislaum quærētum occupare Romam fol. eod.

212 1417. Martinus 5. a. 14. m 3. v. d. 22 Clemens quidam 8 Antipapa factione Alphōſi Regis Arrag. à ferè 5. ſedit: reliquit autem ſceptrum, rebus cum Martino, & Alphonſo compoſitis recuperauit Bononiam, & fecit Metropolim Florentiam, &c. fol. eod.

213. 1431. Eugenius 4. an. 1. è menſ. 11. d. 21. v. d. 12. coronauit Imperatorem Sigiſmundū, &c fol eod.

214. 1439 Fœlix 5. Dum olim Sabaudiæ in Baſilienſi Concilio pontifex contra Eugenium creatus ann. 9. menſ... d. 7. ſedit, & ſponte pontificatum depoſuit, vide qui de Baſiliēſi Conc. non probaro, & Bullar. tit. 2. lib. 1. c. 7. de Concilijs, & Eccleſia fol. eod.

215. 1447 Nicolaus 5. a. 8. d. 19. v. d. 4. fecit, vt renūciaret pontificatui Antipapa Felix f. eod.

216. 1455. Calixtus 3. a. 3. men. 3. d. 16. v. d. 17. pro-

M. Martyr. S. Sedis, A. Anno, M. Menſes, D. Dies, V. Vacat Sedes.

promulgauit bellum contra Saracenos,&c. fol.eod.

217.1458.Pius 2.an. 5.m.11.d.26.v.d.16.recuperauit Aſſiſium,Vrbinum,&c.fol.eod.

218.1464. Paulus 2.a.6.m.10.v.d.11.ordinauit veſtimenta rubei coloris Cardinalibus, &c fol.eod.

219.1471.Sixtus 4.a.13.d.5.d.15.

220.1484.Innocentius 8.a.d.26.v.d.22.habuit à Rege turcarum ferrum lanceæ Chriſti,&c. fol.eod.

221.1492.Alexander 6.a.11.d.8.v.m.2.d.5.fecit 18.Cardinales Hiſpanos,vt eius patrem Italiæ faceret fol.eod.

222.1503.Pius 3.d.16.v.d.24.

223.1503.Iulius 2.a.9.m.3.dies 12.vt dies 17. nepos Xiſti IV. eiecit à Bononia vexantes, &c.fol.eod.

224.1512.Leo 10 a.8 m. 8.d.21.v.m.1.dies 7. eiecit è Mediolano gallos cōfirmando Sfortias,&c.fol eod.

225.1523.Adrianus 6.a.1.m 8.d 6.v.m.2.d.4. antequam eſſet pontifex totam Hiſpaniam gubernauit,&c.fol.eod.

226.1524 Clemens 7 an.10.d.8.v.d.10.coronauit Carolum V.Bononiæ fol.eod.

227.1530.Paulus 3.a.15.dies 29.vacat m..d. 29.vixit 26.diebus fol.eod.

228.1545. Iulius 3.a.5.m.1.vacat d.17.conceſſit inueſtituram Regni Philippo II. &c. fol eod.

229.1550.Marcellus 2.d.22.vacat d.22.noluit vt parentes eum viſerent Romæ fol.eod.

230.1555.Paulus 4.an.4.m.27.v.m.4.dies 6. clauſit hebreos,&c.fol.eod.

231.1560.Pius 4.an 5.m.11.dies 18 pepercit Romanis propter crimina parata fol.eod.

222.1566. Pius 5 a.6.m.3.dies 16.motu proprio creauit Magnum Duce Coſmum Ducem Florentiæ fol.eod.

233.1572. Gregorius 13 a.13.m .. vacat dies 10. fundauit 21. collegia in diuerſis precibus,&c.fol.eod,

234.1585. Sixtus 5.an 5.m.4.d.3.vacat d.18. mira conſtruxit Romæ , et magnam auri copiam reliquit in caſtro fol.eod.

235.1590. Vrbanus 7.dies 13.vixit 13.diebus fol.eod.

236.1596.Gregorius 14.m.10.d.10.v.d.13. fecit legatum Octauium Aquauiuam pro Annione fol.eod.

237.1591. Innocentius 9,m.1.d 29 v.d 30.vt pecuniæ ponerentur in caſtros S. Angeli propter neceſſitatem fol.eod.

238.1592.Clemens VIII.reaquiſiuit Ferrariā etc.fol.eod.

239.Leo 11.viginti hic diebus vixit diebus fol.eod.

240.Paulus Quintus fuit magnificus in fabricis, vt in faciē Eccleſiæ S.Petri,etc.fol.eod.

241.Gregorius 15.canonizauit S.Ignatium, Franciſcum Xauerium, S. Tereſiam, S. Philippum,etc.fol.eod.

239. Vrbanus Octauus decorauit Cardinales titulo Eminentiſſimi , et multa alia Nē ſumatur tabaccum in Eccleſiis.&c.

240.Innocētius X.ſuper inſignibus,& ſtegmatibus Cardinalium.

Qui Pontifices fecerunt propriè Bullas, ſeu Conſtitutiones.

Leo primus italus habet conſtit. 2. fol. 61. et deinceps.

Gelaſius primus aphricanus habet conſtitut. 1.fol.eod.

Pelagius ſecundus Romanus habet conſtit. 1. fol.eod.

Ioannes Decimusquintus Romanus habet conſt.1.fol.eod.

Leo 9.germanus conſtit.2 fol.eod.

Alexander 2.italus,conſt.9.fol.eod.

Gregorius 7 italus,conſt.12.fol.eod,

Vrbanus 2.gallus,conſt.1.

Paſchalis 2 Italus conſt.3 fol,eod.

Calliſtus 2.Gallus,conſt.1.fol.eod.

Honorius 2.Italus conſt.1.fol.eod.

Innocentius 2.Romanus,conſt.2.fol.eod.

Eugenius 3.Italus,conſt.3.fol.eod.

Anaſtaſius 4.Romanus conſt.2. fol eod.

Alexander 3.Italus,conſt.9 fol eod.

Vrbanus 3.Italus,conſt.1 .fol.eod.

Gregorius 8.italus,conſt.1.fol.eod.

Cœleſtinus 3.Roman.conſt.1.fol.eod.

Innocentius 3.italus,conſt. 12 .fol.eod.

Honorius 3.Romanus conſt.8.fol.eod.

Gregorius 9.italus,conſt.14.fol.61.

Innocentius 4.italus,conſt.21.fol.62.

Alexander 4 italus,conſt.23 fol.53.

Vrbanus 4.gallus,conſt.8 fol.65.

Clemens 4 gallus,conſt.8.fol.65.

Gregorius 10.italus,conſt.3.fol eod.

Nicolaus 3 Romanus,conſt.2. fol.eod.

Martinus 4.gallus,conſt.1.fol.eod.

Honorius 4.Romanus,conſt.2.fol.66.

Nicolaus 4.italus,conſt.6.fol. 66.

Cœleſtinus V.italus,conſt 1.fol eod.

Bonifacius 8.italus,conſt,10 fol.eod.

Benedictus xi.italus,conſt.2.fol.eod.

Clemens quintus gallus,conſt.4.fol eod.

Ioannes 22.gallus conſt. 15. fol.66.

Benedictus 12.gallus,conſt.7.fol.eod.

Clemens 6 gallus,conſt.5.fol.eod.

Innocentius 6.gallus conſt.2.fol.67.

Vrbanus 5.gallus conſt.2.fol.eod.

Gre-

Primus numerus ordinem Pontificum. Secundus numerus annis Chriſti.

Gregorius xi.gallus,conſt. 10.fol.68.
Vrbanus 6.italus,conſt.3.fol.ibid.
Bonifacius 9.italus,conſt.5.fol.eod.
Innocentius 7.italns,conſt.1.fol.eod.
Gregorius 13.italus,conſt.3.fol.eod.
Ioannes 23.italus,conſt.1.fol.eod.
Martinus 5.Romanus,conſt. 16.fol.68.
Eugenius 4.italus,conſt.29.fol.69.
Nicolaus 5.italus,conſt.4.fol.eod.
Calixtus 3.Hiſpanus,conſt.4.fol.70.
Pius 2.italus,conſt.xi.fol.eod.
Paulus 2.italus,conſt.7.fol.71.
Sixtus 4.italus conſt.24.fol.73.
Innocentius 8.italus,conſt.19.fol.74.
Alexander 6.Hiſpanus,conſt.12.fol.76.
Iulius 2.italus,conſt.31.fol.77.
Leo decimus,italus,conſt.47.fol.79.
Adrianus 6.germanus,conſt 5.fol.85.
Clemens 7.italus,conſt.41.fol.eod.
Paulus 3.Roman.conſt 49.fol.90.
Iulius 3.italus,conſt.25.fol.eod.
Paulus 4.italus conſt.21.fol.110.
Pius 4.italus,conſt.106.fol.152.
Pius 5.italus,conſt.151.fol.143.
Gregor.13.italus,conſt.102.fol.169.
Sixtus 5.italus,conſt.107.fol.182.
Gregorius 14.italus,conſt.19.fol. 208.
Innocentius 9.italus,conſt.2.fol. 210.
Clemens 8.italus,conſt.123.fol.211.
Paulus 5.Romanus,conſt.98.fol.245.
Gregorius 15.italus,conſt.27.fol. 240.
Vrbanus 8.italus,conſt.106.fol.250. & quod non ſumatur thabaccum in eccleſia.

Alter Index alphabeticus, ſeu abecedarius Nominum Pontificum, quorum Conſtitutiones in toto hoc Opere habentur in Compendium redacta, vnd cum illarum numero, alphabetico ordine digeſtus.

Adrianus 6.Germa.(habet)conſt.5.fol.146.
Alexand.2.italus conſt.1.fol.79.
Alexander 3.italus conſt.9.
Alexand.4.italus conſt.23.fol.63.
Alexander Sextus Hiſpanus conſt.12.
Anaſtaſius Quartus Romanus conſt.2.
Benedictus Vndecimus italus conſt.6. fol.66.
Benedictus Duodecimus gallus conſt.7.
Bonifacius Octauus italus conſt.10.fol. 66.
Bonifacius Nonus italus conſt.9.fol.68.
Cæleſtinus Tertius Romanus conſt. 3.
Cæleſtinus Quintus italus conſt.1.
Calliſtus Secundus gallus conſt.1.
Calliſtus Tertius Hiſpanus conſt.4.fol.70.
Clemens Quartus gallus conſt.17.fol.65.
Clemens Quintus gallus conſt.4.fol.eod.
Clemens Sextus gallus conſt.15.
Clemens Septimus italus conſt.41.fol.85.
Clemens Octauus italus conſt.113.fol.211.
Eugenius Tertius italus conſt.48.
Eugenius Quartus italus conſt.29.
Gelaſius primus Aphricanus conſt.1.fol.61.
Gregorius Septimus italus conſt.1.fol.61.
Gregorius Octauus italus conſt.2.
Gregorius Nonus italus conſt.16.fol.61.
Gregorius Decimus italus conſt.6.
Gregorius Vndecimus gallus conſt.10.
Gregorius Duodecimus italus conſt.3.
Gregorius Decimustertius italus conſt.102. fol.68.
Gregorius Decimusquartus italus conſt.19. fol.208.
Honorius Secundus italus conſt.1.
Honorius Tertius Romanus conſt.18.
Honorius Quartus Romanus conſt. 2. fol.66.
Innocentius Secundus Romanus conſt. 2.
Innocentius Tertius italus conſt.12.
Innocentius Quartus italus conſt.23. fol.62.
Innocentius Sextus Gallus conſt.2.
Innocentius Septimus italus conſt.1.fol.68.
Innocentius Octauus italus conſt.24. fol.74.
Innocentius Nonus italus conſt.2.fol. 210.
Ioannes Decimusquintus Romanus conſt. 1. fol.61.
Ioannes Vigeſimusſecundus gallus conſt. 19.
Ioannes Vigeſimustertius italus conſt. 1.
Iulius Secundus italus conſt.31.fol.77.
Iulius Tertius italus conſt.31.fol.90.
Leo I.italus conſt.2.fol.61.
Leo Nonus germanus conſt.2.fol.eod.
Leo X.italus conſt.72.fol.79.
Martinus Quartus gallus conſt.1.
Martinus Quintus Romanus conſt.20. fol.68.
Nicolaus Tertius Romanus conſt.2. fol.65.
Nicolaus Quartus italus conſt.6.
Nicolaus Quintus italus conſt.4.fol.69.
Paſchalis Secundus italus conſt.3.
Paulus Secundus italus conſt.7.fol.71.
Paulus Tertius Romanus conſt.49. fol.90.
Paulus Quartus italus conſt.21.fol. 110.
Paulus Quintus Romanus conſt.108.fol. 246.
Pelagius Secundus Romanus conſt.1.fol.61.
Pius Secundus italus conſt.11. fol.70.
Pius Quartus italus conſt.106. fol.152.
Pius Quintus italus conſt.158.fol. 153.
Sixtus Quartus italus conſt.23.fol.73.
Sixtus Quintus italus conſt.115.fol.182.
Vrbanus Secundus gallus conſt.1.
Vrbanus Tertius italus conſt.1.
Vrbanus Quartus gallus conſt.10.
Vrbanus Quintus gallus conſt.2.
Vrbanus Sextus italus conſt.5.
Vrbanus 8.italus conſt.106.fol.250. quod nõ ſumatur thabaccum in eccleſia.

Innocentius Decimus Romanus viuit fœliciter, quem Deus conſeruet, & concedat pluſquam dies Petri, nam dictum illud non videbis diem Petri non reperitur in ſcriptura ſacra, neque in Concilijs, neque in Canonibus, & ſuppoſito, quod reperiatur poteſt gloſari, vt intelligatur quantum ad primatum, & quantum ad miracula, vel quantum ad amorem habitum à Chriſto, vel quantum ad conuerſationem, cum Chriſto, vel quantum ad fundationem fidei, vel quantum ad fundationem Eccleſiæ, vel quantum ad prædicationem, vel quantum ad martirium, vel quantum ad pœnitentiam amarè flendo; vel quantum in ſubſtinendo, vel quantum ad fundamentum Eccleſiæ tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & primo habenti poteſtatē clauium, & tibi dabo claues, &c. quantum ad loca ſcilicet in Ieruſalem, in Antiochia, & Romæ, &c. ſimilia quantum ad conuerſionem.

Alter Index omnium cōſtitutionum ex Diuo Petro cum hiſtoria de Fenice Frācíſci Petrarcha curioſiſſimus, vſque ad præſentem ſummum Pontificem, quibus apponatur ſuper gemata cardinalium.

Tertius Index ſummæ caſuum conſcientiæ, cum verbis Pontificum in bullis, quia eſt abecedaria, vt abſolutio in litera A. Baptiſmus in litera B, & cætera, non eſt neceſſe hic apponere, ideo, vide omnia in fol. 256. & infra.

Quartus index ſummæ caſuum conſcientiæ, cum verbis Summorum Pontificum in conciliis, quia eſt etiam abecedaria, vt in litera A. Abbas, & Abbatiſſa, & cætera, ideò vide omnia in fol. 260. & infra.

Quintus index ſummæ caſuum conſcientiæ, cum decretis ſacræ Congregationis Rituum Eminentiſſimorum Cardinalium, fol. 360.

Sextus index formæ omnium decretorum faciendorum è Magiſtris actorum, ſeu Vicariis, & aliis Officialibus, & gubernatoribus, fol. vltimo.

Declaratio nominū omnium librorū dicta eſt Enthelechia in prima impreſſione, fol. primo.

Similiter de origine iuris ciuilis, & canonicis, & de libirs canonicis, de ſcriptorib. Eccleſiaſticis.

De libris Apochriphis cum ſuis ethimologiis, pagina 9. ibique bibliothecā Apogripha.

Septimus Index. Pontifices legitimè creati ſunt numero bis centum triginta nouem, vſque hodiè, Pontifices verò ſchiſmatici, ſeu Antipapæ nuncupati à ſupradictis, qui non poſſunt dici Pontifices veri, ſunt numero triginta duo, & etiam triginta duo fuere ſchiſmata. Pontifices martyres ſunt 36. Papa Pontifices Monaci profeſſi ſunt numero 28. Papa pontifices mortui Romæ ſunt numero 193. papa pontifices mortui extra Romam ſunt numero 45. papa pontifices Romani ſunt numero 102. pontifices Itali ſunt numero 172. pontifices, qui non finiere menſem ſunt numero 11. papa pontifices, qui non finiere annum ſunt numero 40. pontifices vixerunt qui pluſquam viginti annis ſunt num. 8. includendo pontificem Vrbanum Octauum, pontifex Heremita fuit vnus, creando duos cardinales hæremitas.

Sedes vacans per quinque vices per duos annos, & amplius, & bis vacauit per annum. Ex quibus omnibus vacationibus colligitur vacaſſe ex S. Petro quadraginta annis, & diebus aliquibus, & per menſem circiter vſque ad præſentem Summum pontificem.

Si dicaris, vbi ſunt bullæ ante Gregorium ſeptimum. Reſpondet cherubinus, quod ſunt in corpore iuris canonici antecedenti, & ſequenti decretali, quia bullæ pōtificum multæ ſunt poſt canones, ideò accomodantur primo ad ſacros canones, prædictæ bullæ, ſecundo poſtea erūt omnes bullæ vſque ad præſentem ſummum pontificem.

Bullæ propriè dictæ formaliter, & intenſiuè incipiunt à Gregorio ſeptimo, nam aliæ aliorum pontificum, vt ait cardinalis Tuſcus in vltimo ſuo volumine repeten. ſunt in corpore iuris canonici.

Si dicatis quare Cherubini, pater, & filius incipiunt à Leone primo? Reſpondetur, nam quādo ibi dicitur, cur genitor tous ab iſtó diplomate, vnde hactenus ſumptus fuit tex. in cap. fine exceptione 52. q. 12. q. 2. exorſus eſt ſuum opus noui bullarii.

Reſpōdet hoc vnum cæteris diplomatibus, vnde tex. in corpore iuris redacti fuere, antiquius ſine mendo repertum, ſui operis initium eſſe voluit, vt ſit quandoque ex huiuſmodi ſua bullarum collectione, ſeptimus decretalium (vt aiunt) compilandus erit, antiquus compilandi modus ex lectura huius diplomatis; & tex. inde ſumpti dignoſci valeat. Vetuſtatis, etenim mos, cuius magna eſt auctoritas, hac in re ſedulò retinendus eſſet, l. 2. §. tanta autem, & ibi ſcribentes, C. de vet. iur. enucl. cap. anteriorum 38. §. illud, cauſ. 2. quæſt. 7. & l. teſtamenta 28. cum ibi not. C. de teſtam.

Index

Digitized by Google

Index laborum, ſeu operum Magiſtri Mauritij de Gregorio Cameratenſis Siculi, quæ omnia venduntur apud Iuntas.

1 Poſt laborem ad Concilium Tridentinum cum ipſomet Tridentino Hyacintorum, Margaritarum,&c. Venetijs multoties impreſſum.

2 Poſt laborem Summæ Sancti Thomæ cum additione ad tertiam partem, in arborem redactam, ac defenſam in Connentu Sancti Dominici de Neapoli, a Tarquinio Longo bis impreſſam.

3 Poſt laborem Dei Condottiere de' Predicatori per tutte le ſcienrie, come ſi compone la Predica, come ſi forma il concetto, modo d'eſaminare li Predicatori, e di riſpondere, come s'è predicato dalla creatione del Mondo ſin'hoggi. Quadrageſimale, Auento, Domenicale, Santuario, e Mariale, Theologici, e per far concetti alla moderna. Abecedario di tutti i riuerſi di medaglie, d'Impreſe d'Emblemi, di Simboli, di Geroglifici, di Note d'Egitij, di Caratteri allegorici, di Proſopopei, di Semiproſopopei, d'Arciſemiproſopopei, d'Obeliſchi, di Coloſſi, di Piramidi, di Capricci di Pittori, d'Arme di Caſate, d'Immagini di fauoloſi Dei, &c. di Coſmografia, Geografia, Corografia, e dell'Antipodi, con la ſua nauigatione d'vn Eliſeo, della memoria locale, e ſecreti di far memoria. Stampato in più volte.

4 Poſt laborem de Auxiliis, bis impreſſis à Tarquinio Longo, & à Iacobo Caroleno, ante prohibitionem 1607. fundatis non ſolum in Doctrina Sancti Thomæ, ſed etiam in Magiſtro Sententiarum.

5 Poſt laborem in furore Iuuentutis, Lode di tutte le ſpecie della Poeſia con vna radunanza di cinquecento Poeti, e Poeteſſe, ſeù Donne Illuſtri garreggianti alli quindici miſterii del Santiſſimo Roſario, dedicato à Momiſti, e Zeoliſti. Stampato da Carlino.

6 Poſt laborem Viridarii omnium ſcienriarum: conſecratum Pauſilippo, & Sebeto, in quo Summa Sancti Thomæ tota, cum additione ad tertiam partem, tota Methaphiſica Ariſtotelis, & tota Philoſophia naturalis Ariſtotelis, & de Animalibus, Plantis, & Medicina Galeni. Poſt primam ſecundæ, & Secundam ſecundæ, tota Philoſophia moralis, cum ſummario omnium legum Ciuilium, & Canonicarum. Poſt tertiam Partem omnia Opera Platonis, quæ ſunt triginta tres libri per Aphoriſmos, tota Mathematica, cum omnibus ſuis ſpeciebus, cum Poetica, & Rethorica antiquorum, & recentiorum, & cum erroribus ſuis. Impreſſa ab Octauio Beltrano.

7 Poſt laborem Turris Praxis Sanctiſſimæ inquiſitionis, quando incepit; quis primus Inquiſitor, quot ſunt omnes hæreſes, abecedariè, & cum earum ethimologiis, ſimiliter de Gentilibus, modus qualificandi propoſitionem, quot ſunt Caſus ſanctæ Inquiſitionis abecedarii de libris prohibitis, de libris Apocriſis, de libris Geografis, & quando corrigendi. Impreſſa ab Octauio Beltrano.

8 Poſt Expoſitionem omnium Bullariorum, etiam Cherubini, incipientium à Gregorio Septimo, vltra noſtram expoſitionem eſt noſtra additio, a nullo adhuc addita, incipiendo à Diuo Petro, & per ſingulos Pontifices ſequentes, vſque ad Gregorium Septimum, largo modo, accipiendo Bullas pro Ordinationibus Poſtea à Gregorio Septimo, vſque ad Innocentium Decimum, & cum expoſitione breuiſſima omnium Conciliorum Eccleſiæ Sanctæ Dei, cum Summa Caſuum conſcientiæ, Verborum Pontificum, cum Conciliis, & cum omni declaratione Congregationis Rithuum, vltimo eſt forma decretorum faciēdorum à Vicariis Generalibus, ſeù Magiſtris Actorum, etiam ſecularium quibus vſi ſumus in noſtra ſupra intendentia Aquauiuia. Impr. ab Octauio Beltrano.

9 Poſt laborem de Sacramentis, Cenſuris, & Caſibus reſeruatis ad examen Confeſſariorum. Impr. ab Octauio Beltrano.

10 Poſt Summam Caſuum conſcientiæ nuncupata apoſtilla propter ſuam ſummariam Doctrinam, nil de relinquendo. Impr. ab Octauio Beltrano.

11 Poſt laborem Anathomiæ totius Bibliæ S. Veteris, & Noui Teſtamenti, & præcipuè Apocalipſis, & de omnibus expoſitoribus ſuis, ſeù de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cum ſimilitudinibus Omeri, Virgilii, Ciceronis, & declaratione Emblematum Alciati. Impr. ab Octauio Beltrano Neapoli.

12 Poſt laborem dell'Idea di far le Gallerie, doue ſi contengono le proprietà delle Gemme, de Medaglie, con l'iſtorie d'Aſſirii: di Perſiani, di Greci, di Caldei, e de Romani, con molti ſecreti, e virtù de Piante, d'Animali, e de Pietre. Stampato da Ottauio Beltrano.

3 Nei furori della Giouentù. Iſola di Sicilia, Beata di S. Domenico, cioè huomini illuſtri d'ottima vita Domenicani. Stampata l'anno 1603. da Catlino in Napoli; e poi riſtampata in Bologna dal Padre Lettor Pio, vnite con l'hiſtorie di tutta la Religione, dal detto Padre Lettore, fatto dopoi, per le ſue rare virtù, Maeſtro, e Prouinciale, inquiſitore di Milano, e prima Inquiſitore d'altre città, cum omnibus licentiis cunctorum ſuperiorum, vt patent in primis impreſſionibus omnium librorum.

14 Vltimo eſt labor defenſionis Sancti Thomæ Superiorum meorum Præcepto, & quia argumenta, & quæſtiones Scotiſtarum fundantur in textibus quatuor Librorum Sententiarum propter intelligentiam eorum, & propter intelligentiam expoſitionis Sancti Thomæ eorum, fecimus commentarios in quatuor libros Sententiarum, breuiſſimos. Secundò, quia tempore Magiſtri non erant omnes hæreſes, quæ modo ſunt, ideo in fine cuiuslibet diſtinctionis, & in fine refutauimus omnes hæreſes damnatas, & omnes Gentilitates, & Ethimologias Abecedarias. Tertiò, fuit additio Capræoli formalizati à Soncinate, Prierio, & Hieronymo Tuetonico dicto Capræolinus, cum argumentis Scoti, & Scotiſtarum vetuſtiorum quibus nos recẽtiores Scotiſtas appoſuimus ad indicandum, quòd omnes dicunt eandem rem. Quintò in fine cuiuslibet diſtinctionis Magiſtri, & Capræolini quæſtionibus, loca Thomiſtarum, ſoluentia argumenta Patruum Ieſuitarum, vt Suarez, Vaſquez, Molinæ, Valentiæ, &c. & loca faciẽria argumenta omnium Patruum Ieſuitarum, in fine cuiuslibet diſtinctionis. Quintò, in vltimo quarti Sententiarum ſolutiones ad apparentes contradictiones Sancti Thomæ, quæ reuera non ſunt contradictiones, ſed apud neſcientes totum Sanct. Thom. in mente. Vltimò eſt ſolutio aliquorum argumentorum Scotiſtarum, cum reſolutiſſimo tractatu de formalitatibus, ſeù diſtinctionibus Sancti Thomæ, & Thomiſtarum, Scoti, & Scotiſtarum, cum alijs octo opinionibus in folijs vltimis quarti ſententiarum. Quæ opera M. Mauritij de Gregorio venduntur apud Iuntas.

Nos omniſciæ academiæ Princeps Adm. Reu. Pat. Mag. Mauritio de Gregorio Siculo Camarat. Ordin. Prædic. ex promothoribus ad Doctorandum. Theologo Eminentiſs. Cardinalis Sabelli, &c.

CVm in omnium ſcientiarum Viridario totam Sancti Thomæ Theologiam, integram Metaphiſicam naturalem, & moralem Philoſophiam, Logicalium libros omnes, Mathematicarum ſpecies cunctas, totius Platonis paraphraſes, Galeni claſſes ſeptem, Iuris Canonici, ac ciuilis enumerationes, & declarationes, vna cum Rethorica, Poetica, nec non, & auream praxim Sanctę Inquiſitionis, Turrim ſcilicet prędicti Viridarij: In Concilio Tridentino Hyacinthos, & Margaritas: In Bullarijs cunctarum enucleationes, vſque ad præſentem Summum Pontificem, in conductore Quadrageſimale. Annuale, & Sanctuarium Theologica cum concionandi regulis, Emblematibus, Geroglificis, Medalijs, Impreſſis totius Sacræ Scripturæ, etiã cum Apocalipſis dilucidatione, ſeù Anathomia, & de Scriptoribus Eccleſiaſticis, de Cenſuris, de Sacramẽtis, de Caſibus reſeruatis. Defenſiones totius Theologiæ Magiſtri Petri Lombardi, ac Sancti Thomæ, Apoſtillam, ſeù Summam omnium caſuum conſcientiæ. Quingentorum Poetarum Rimas, & Proſas Roſarias: Ethnicorum, & Gentilium hiſtorias, & de Antiquitatibus. Perbelle Typis mandaſti, ideò te Adm. Reu. P. Mag. Mauritiũ de Gregorio, &c. eligimus, creamus, inſtituimus, & facimus vnum de Fundatoribus Academiæ Omniſciæ, cum omnibus gratijs, & Priuilegijs, vt in noſtris Regulis, &c. In Protectorem Sanctum Thomam Arciomniſcium reuerentèr tenendo. Datum Pat. die prima Nouembris 1645.

Cum noſtro ſolito † Sigillo.

Omniſciæ Academiæ Princeps M. M.

Adm. Reu. Patri Magiſtri Mauritio de Gregorio, Viridarii omnium ſcientiarum, Hyacinthi, & Margaritarum Concilii Tridẽtini, Poetarum Roſarij, Prædicatorum Conductoris, Conſcientię caſuum contra gentiles, Apoſtilla caſuum conſcientiæ, Anothomia Bibliæ plurium aliorum, & huius Operis Auctori.

Per Doctorem ZIZZAM Academia Otioſa.

POſtquã iucũdos dederint Viridaria fructus,
Quos gremiò diuina ſuo ſapientia profert,
Poſt varios, ſacros Lectos Oriente Lapillos
Seu rutilas Gemmas, ſeu fulgẽtes Hyacinthos,
Et poſt aonio conſperſa Roſaria rore,
En ſophiæ flores, fructuſquè volumine paruo
Colligis, vt quondã nux totũ clauſit Homerũ
Exiguus nunc cuncta liber Sapientibus offert,
Mbet extremos MAERITI nomen ad Indos
Defert, & æterno rediuiuus honore legare.

Siſte,

Digitized by Google

Siſte, & lege antiqum modum faciendi Tabulam Doctorum recitatorum in compoſitionibus.

COrradus in vltimo Proęmio ſui Teatri dicit,quòd recentiores faciunt fruſtra tabulam Doctorum infinitorum allegatorum in ſuis Operibus tanto numero,qui poſtea non reperiũtur in Opere,& Laurentius Pignorius in Prologo ſuæ Coſmographiæ poſt Librum de Fluminibus dicit: Ad quid eſt amittendum tempus legendi tot nomina? cùm habeantur ad propoſitum materiæ,vel in Proęmio,vel in compoſitione? Victorius in vigeſimoquinto variarum lectionum dicit, quod fortaſſe propter obſtentationem. Alumnus; quod propter vanam gloriam; Ideò vetuſtiores apponunt omnes Doctores in Proęmio ad propoſitum ſubiecti,& non fruſtra;Qua propter ego tamquam Antiquarius appoſui in Prologo ad propoſitum materiæ, & in opere omnes Doctores,vt pluſquam centum Dominicanos, pluſquam ſexaginta Auguſtinianos,& Carmelitas,pluſquam quinquaginta Franciſcanos, pluſquam triginta quinque eruditos Patres Ieſuitas;pluſquam octuaginta Presbyteros ſæculares ex Doctoribus Eccleſię vſque ad Cardinales Etruſcum, Zabbarellam, Langellottum, Patriarcham Conſtantinopolitanum,Epiſcopum Riccium,& primò,pluſquam quatraginta Summos Pontifices;Prothonotarium Apoſtolicum D. Baldaſſarium de Gregorio Siculum Cammaratæ; pluſquam ſeptuaginta aliarum Religionem, pluſquam triginta Laicorum, vt Firmianus, Ficinus, Andreas Aquauiuâ Dux Atri ſuper Plutarcum, Picus Mirandulanus; Aloyſius Sanſeuerinus Princeps ſuper Pſalmos,vſque ad Ducem Alcalà ſuper Titulum Crucis,pluſquam triginta Medicos,ex Galeno, Auicenna,vſque ad Mercurialem,ex Legiſtis ex ſpeculatore Bartolo, Baldo, Iaſonio, vſque ad Regentem Tapiam,Conſtantium,Montanum,&c.Ideò vide eos in Proęmio,vel in Opere ad propoſitum materiarum,cum declaratione,& non fruſtrà in vano catalogo.

Ex regulis Galeni in libro de proprijs libris, quem fecit redeundo ab Italia in Græciam ; Docetur modus faciendi tabulam Doctorum cum expoſitione Lagonæ Sauanarolæ,Capouaccæ,& cum notanda lege ciuili in ff caſtigantè pœna falſi ponentes Doctores,qui non ſunt,vt declarat,Baldus,Iaſon,& in littera F.Cardinalis Etruſcus,Magnus Legiſta,& Canoniſta.

CVRIOSITAS

Siſte,& lege nouum modum faciendi Indicem,ſeù Syllabum errorum.

ANno 1442.ſeù 1451.per Baronium in Annalibus. Ioannes Cuthembergo Magnus Mathematicus,NobilisGermanus Ciuitatis Maguntiæ adinuenit mirabilem Imprimendi Artẽ, vt ait Theatrum de Inuentoribus, cum Polidoro Virgilio , adinuenit etiam nouum atramẽtum viſcoſum imprimendi,cum Torculari,Poſone,cum vigintitribus caſulis Litterarum,cum Telare,Vitibus,Clauis,Stellula,Puncta,Baculis coreis,Lanis plenis, tanto artificio, quòd iſta Ars venit nuncupata à Zouio,quaſi miraculoſa,ab Abraham Ortelio in ſua Coſmografia primum de admirandis in Arte,à Garzonio dicitur miraculoſa ſimplicitèr,à Corrado, octaua Mundi admiratio,propter tantarum rerum admirabilem accomodationem ordine retrogrado,& eſt geſtorum,& factorum illuſtrium reſurrectio,literarum omnium conſeruatio.Doctorum creandorum facilitas,cum ingeniorum immaginibus.

Fuit à Nicolao Quinto priuilegijs decorata,cum Beſſarione, & Cuſano Cardinalibus Sancti Petri vſque ad Leonem Decimum,à Carolo Quinto,& Rege Gallorum gratijs plena, &c.

Poſt primam Impreſſionem Maguntiæ duo Germani fratres(vt dixit Volaterranus)Romæ domi de familia Maximi Impreſſerunt Lactantium de opificio Dei, & Auguſtinum de Ciuitate Dei.

Nicolaus Genſone incepit Venetijs Imprimere tempore Barbarici Ducis.

Neapoli à diſcipulo dicti Nicolai;inde Mediolanum,& Ianuam, Panormum, & Meſſanam, &c. omnes iſte Ciuitates ad videndam iſtam ingenioſam Inuentionem,currebant.

Examinabantur impreſſores de grammatica,& ortographia propter errores euitandos, & ideo tempeſtate noſtra fiunt infiniti errores,vt patet hic in quarto Sententiarum de Baptiſmate, dum volebat dicere in nomine Patris,& Filij,fecit in nomine Patris,& Fiijs,ex quo errore poteſt comjcere Lector,quòd ſint alia multa errata,etiam virgularum,punctorum,linearum,comarum,& hæc eſt noua tabula facienda errorum cum Abulenſe dicẽte,quod tabula errorum

non

non deſeruit Sapientibus nam ex ſeipſis ſtatim corrigunt,& cognoſcunt,nec Ignaris qui nno intelligunt,ideò facienda eſt hæc noua tabula,ſcilicèr remictendo Sapientibus omnia: Vt ait Iuſtuslipſius quòd propter tot, tantaſque res, & minutias concurrentes ad Impreſſiones impoſſibile eſt abſque errore fieri,cum nouo Aldo,& Valla.

Quidam Poeta, Eſt opus exiguum: toto celebrabitur orbe.

Ad Momiſtas, Zoiliſtas,Paſquinantes,Marforiantes,Vulpiuantes Vulpizatos, cum præcipuo carmine, ſic iudicato à multis,Martialis in primo libro in vno diſtichon ad Lelium.

Corpore, vel noli noſtra, vel ede tua.

IN antiquiſſima,& prima Academia aliarum Academiarum Momi,& Zoili, fuit problema(vt recitat Cœlius Rodicinus)an liceat miſcere ſtylum ſcholaſticum, cum ſtylo eleganti; & reſpondet Iuſtilipſius cum Quintiliano, non, nam ſtylus elegans eſt obſeruandus in oratione, in Epiſtolis conſcribendis, in tractatu de Fraſibus Poeticis, & in ſcriptis de elegantijs, cum in Scholaſtica,vt aiunt Auguſtinus,vterquè Viualdius, quid prodeſt aurea Clauis non aperiens, &c.Mercatus Magnus Medicus,elegantiam eſſe laqueum veritatis in ſcientiis, Sueſſanus in naturali Philoſophia melius eſt cum barbariſmo clarè eloqui,&c.Plutarcus de Placitis Philoſophorum laudando claritates aliquorum,dicit,quod phraſis eſt ſepultura ſcientiarum. Ammonius,quod ſtylus elegans in ſcientiis ſemper parit obſcuritatem,fugiendàm.Licèt tamen in paruula Poetica compoſitione aliqua clarè dicere,non vt dicebat Merlinus de Scholæ Magiſtris,contra Pedantes miſeros quærentes totia panis,ſed fortaſſe,vt quidam diſcipuli Martialis, & Ouidii faciebant. *Sit procul hinc Momus, procul ſit hinc lingua prophana, Fac ſimile, aut melius poſt noſtros carpe labores.Non eſt quod rodas pia carmina Zoile dente.Gaudet candidula ſimplicitate Deus*. Ex his quilibet præter intentionem Authoris poteſt defendere contra malignantes,qui exterminabuntur,vt infrà latiùs,& abundantius.

Vide Fabricam Mundi Franciſci Alumni,Theatrum vitæ humanæ Corradi contra peſſimos homines maledicentes,Paſquinantes, & Marforiantes, Regentem Tapiam in primo Opuſculo.

Vide Marmorata vituperia contra maledicentes poſt marmoratas laudes virtuoſorum Doctoris , & Lectoris in ſua lectura Domini Baldaſſarri de Gregorio Siculi Cammaratæ Prothonotarii Apoſtolici,Vicarii Generalis Malſ, ex familiaribus Eminentiſſimi Cardinalis Sabelli,cũ Troiano Boccalino in ſua Elicona,& Parnaſſo,cum Archiepiſcopo Vrbini Santorii.

Gregorius in Moralibus authoritate Catonis:diſce ab omni opere,cum in Homine ſit imago,& ſimilitudo Dei,ſemper aliquid ingenii relucere,

At quoniam rationis capaces ſe redere nolunt Momiſtæ ait Simmacus.Ideò contra ipſos inſurgit Rodicinus lib.8.ſuarum antiq.lectionum,Petrus Crinitus in tertia,de honeſta diſciplina Beroaldus cum Garzone vocantes illos Demoniacos Academicos ex Paſquini ſchola: Peſtiferos Eſiodus cum Xenocrate aſſerentes linguam portis triginta ideſt dentibus præcludi: Et Seneca de moribus,Imago ſermo eſt,qualis vir,talis oratio: Plutarchus de cohibitione iracũdiæ eos muribus,& formicis aſſimilat:Saluſtius;omne vitium vident,ſeipſos non cognoſcunt mordendo bonum,vt rapaces,nigrum reddentes album,ſecundum Senecam.Ouidius pectora felle viuent ſuffuſa veneno,et alibi crimen diffundere in omnes:Laertius appellat eos Midæ tonſores: Salomon mente captos, et contra ipſos Ariſt. 2.lib.animal. lingua parua eſt,et ratione loquamur: Anaparcus ad propoſitum duo pedes,manuſque duæ ſunt, et oculi duo, lingua vna eſt, at Momiſtæ de integro toti ſunt lingua: Bians labia ſunt loquacium correctores:Salon appellat ſine ianua domos: Teophraſtus equos indomitos: Pittagora Philoſophus maledicentium lingua eſt lancea: Aphronius ſe melius cum feris,quam cum maledicentibus eſſe aiebat:Lidij maiori pœna murmuratores, quam homicidiarios afficiebant: Acarius omnes vita priuaſſet:Epimenides pictor interrogatus in Aſia quid vidiſſe magis ipſi diſplicuiſſet? Reſpondit murmuratores : Eſopus huc ſpectans cum vellet peiorem carnem animalium demonſtrare,linguam oſtendit: Chilo maledicus caſtigator eſt ſui ipſius: Lidia, teste Plutarco, obſtringebatur lege,alios ex his relegere, alios ad remigandum damnare,prout D. Hieronymus narrat, Pittagorici ad ſilentium per ſex annos inuigilabant : ſecundum Platonem Aegyptij linguam incidebant cultello:Teolitus maledicus à Rege Antioco occiſus fuit: Dophitas fuit crucifixus in Monte Torace: Anaparcus contuſus: Calliſtenes ab Alexandro condemnatus ferreis compedibus:Timagines interdictus:ſic vero meret iſtorum excerandum genus.

Patres illis innumerabilia infamatoria tribuunt Victorinus aduerſus Arrium vocat illos ſuſpectos: Timotheus Florentinus pigros: Albertus Magnus in Lucam ſerpentes: Ambroſius Cai-

noe

nos: Theophilus Alexandrinus toros feroces: Teophilactus muſcas ſine memoria: Antonius Eremita in epiſtola Dæmonis filios: Tertullianus vænenum: Areta in Apocalip. dicit eſſe illam beſtiam; Arnoldus in pſ. Pantheras: Rupert. Abb. peiores Baſiliſco: Athanaſius ſpinis aſſimilat: Auguſtin. Engubinus Cicadis: Ricc. à S. Victore Nabucdonoſor: Baſilius Moſtris: Petrus Galatinus Coloquintidi: Origenes Niluo: Filo hæbreus rabioſis canibus: Liranus proditoribus: Beda Colubris; Iſidorus filijs Momi; Caſſidorus Noctuis: Ioannes Briedus Scriptoribus falſis: Clemens Alexandrinus Nocti Chriſoſtomus febri malignæ: Clemens Papa cultellis: Ioannes Climacus linguis Viperinis: Ciprianus igni ardenti: Cyrillus latronibus: Epiphanius mente captis, & alij, quam plurima ipſius tribuunt: Stella, Stephanius, & pater Vincentius Maggius, qui ex Virgilij proemate collegit concordantias noui, & veteris teſtamenti dicere ſolebat iſtos eſſe cutes: D. Placitus Mirtó in S. Caroli concione in ſua lectura ſuper illis verbis (diliges Dominum Deum tuum) cum authoritate Dauidis ex patribus vocat verba murmuratorum aſſentium, putrefactio, & peſtis in labijs, in ore, in faucibus.

Caſiſtæ in verbo Detractores, Murmuratores, Maledicentes, Infamatores in Summa Tabiena, Silueſtrina, Angelica, Piſanella, Hoſtienſis, Raymonda, Caierana, Toleti, Nauarri, Soti de Iuſtitia, & Iure, Summa Corona, Armilla, Antonina, & in multis alijs quamplurima contra iſtos referunt.

Sermoniſtæ quoque lima peccatorum, Barletta, Pipinus, S. Vincentius cum modernis prædicatoribus: Diaz, Vſorius, Pannicarola, Cornelius, Toſſignanus, Caracciolus, Flamma Barinus, Columbus, quid contra iſtos non dicunt? Riccus bonus ſtultos vocat, Eſpana ſine ſenſibus: Plautus gladios non facientes malum: Ennius fetores, Lucanus mortuos viuos, Propertius latrones incolumes furto: Tacitus ſpoliatores in proprijs domibus: Iuſtinus peiores aſſaſinis, cum ſit honor maioris momenti, quam vita, & opes: Varro cum Placido Grammatico Idræ ſimiles Tibullus, & Catullus homines vilis conditionis: Propertius Corbulones Doſſuarios: Claudianus poſt flores fructus poſt maxima gaudia luctus: Hieronymus de Ruſſis relatus in Nobilitate Italiæ in Epiſt. ad Lectores vſuratios ſine capitale: Auguſtin Panteus Aucupatores: Bartholomæus Spadafora Ebrios: Antonius Paganus ruſticos indomitos: Alexander Poeta vectores: Bartholomæus de Angelico Aſſimilat eos fornacibus vittatiorum: Alexander Iuriconſultus vocat eos præcones: Boerius Ianum: Andreas de Iſernia tripudios: Andreas Fana tyramnos: Baldaſſar Caſtiglione Fullones: Aratus Græcus textores infamiæ: Appianus Alexãdrinus Balatrones: Tacitus Timpaniſtas, Aloyſius Epiſcopus Veronæ ſuſpectos, Alexander Medicus exploratores, Diaz Siluas nutrientes feras, Bartholomæus Cepolla Iuriſta Caminorum expurgatores, Demetrius Magneſius alterius famæ deſtructores, Dominicus à Sangeminiano milites lingua, Conſtantius Felix Spectacula verborum, Auicenna Sophiſtar, Diogenes Babilonicus infamiarum cenſuratores, Felinus Iuriſconſultus Stabularios, Andreas Giglio mediatores maledicentiæ, Ioannes Gerſon veritatis ſeruos, Guglielmus pupillus, bonitatis interfectores.

De his omnes libri male ſentiunt etiam Equitatus, vt Amadis de Gaula, de Græcia, Speculum Principum, D. Floriſellus, Palmerinus de Oliua, Primaleo, Plattit, Plottir, Palmerinus à Brittania, Paſtoforeſta, Don Chriſtallinus ab Hiſpania, D. Beliacis de Grægia, Delphinus à Gallia, D. Valerianus de Vngaria, Meſchinus, Reales Franciæ, Arſemidorus, Equites Antipodum, Amadis Taſſi, Militia Cęleſtis, Eques Solis, Eques Liſtæ Aureæ, Eques de Cruce Lancellottus de Lago, Triſtan de Leonis, Eques Ardente Spada, D. Rogellus, & alij contra Momiſticam ſectam.

Iſtos Dæmonis Aceademicos, Anatomiſtas, Araldos Auaros, Aſſaſſinos, pueros à ſcolis, aquarũ conturbatores, oſſium, fabros, otioſos in foris, Referendarios, latrones, Paſquinantes, Mariphoriantes, piſſaros honoris piratas, plumatum pullarios, Stigiæ Nauis gubernatores, Molitores, Sceleſtos, Mimas, Publicanos, gallantes Lunariorum formatores, Lucernarum fractores, lignarios, gloſatores, horrorum cultores, maculatores, lanternarios, ſomniorum interpretes, carnifices duellantes, Profeſſores conciliorum, faſciatum factores Emblematum profeſſores, Ciſratores, fabulatores, ſtabularios, forbiciarios, carnifices, curriuum Rectores, Cultellarios, cenſores, Clauiarios, detractores, diſtillatores, carbonarios, comicos, cauillatores, Alchimiſtas, Formatores Diariorũ, legatos, balias, ſaltatores, Paleſtrarios, Architectos, Arithericos, Bannitos, Aromatarios, Annotatores, Doſſuarios, Aſinarios vocant, & denique nulla eſt diſciplina, quæ ipſos excuſet, vt benè ſcripſit Regens Tappia in opere, quod inſcribitur Speculum Murmuratorum, quod conſultat, vt ſuos defectus, & pœnas pro ſuis meritis ideant.

In

Indicès omnium materiarum huius Operis Mag. Mauritij de Gregorio.

In tota verò noſtri ſermonis profecutione neminem ſuo priuamus honore;perſonas(vt decet) ſed eruditionis quandoquè defectum oſtendimus, ſiue in eorum ſententijs decernendis, ſiue in obiectionibus aduerſus Bullariiſtas ſapientiam proponendis.

Cum autem rationalis natura operatio præcipua, vel præſtantiſſima ſit intelligere; eiuſquè ſinis ſit veritas ipſa, meritò planè conſequitur, vt veritatem concupiſcat inquirat, adipiſcatur;poſſideat,ipſamquè acquiſitam tueri, & conſeruate omni conatu totiſquè viribus enitatur.Sanè intellectui cuiquè ingenita proprietas eſt,veritatem in vniuerſum perquirere, atq; defendere,nihilominus propria cuiquè veritas gratiſſima eſt,& iucundiſſima; quæ etiam eò gratior,& iucundior eſt,firmiorìquè propenſione quæritur poſſidetur,& conſeruatur,quò à maioribus eſt,vel parentibus, vel præceptoribus tradita; Quantoque diuturnius permanſit, & ab antiquiori eſt profecta principio,tanto fortius retinetur, & conſtantius cuſtoditur.

Vt res geſtas litterarum monimentis conſignare ſtudent alii antiqua illa primorum hominum ſæcula proſequuntur,vt Moyſes Hebræus, Beroſus Chaldæus, Manethon Aegyptius; alii ab orbe condito ad ſua tempora hiſtoriam contexunt, vt Sabellicus, Nauclerus, Oroſius; alij Eccleſiaſticas hiſtorias poſt redemptum orbem explanant,vt Euſebius,Nicephorus,Caſſiodorus, vſquè ad Baronium .ſ. Florentinus Bzouiū Salices,alii multorum ſæculorum de toto penè orbe libros edunt,vt Trogus,Iuſtinus. Diodorus;alii vnius tantum gentis originem,& geſta deſcribunt,vt Liuius;Florus,Eutropius,qui res Romanas ab Vrbis primordio narrant; alii vnum bellum tantum diuulgare contendunt,vt Lucanus bellum ciuile Pompeianum Saluſtius Iugurthinum, Egeſippus Iudaicum alii ſuorum temporum acta enarrare conantur, vt Thucydides,Herodianus,Iouius;alii magnorum virorum vitas illuſtrant;Sed hi,Summorum Pontificum, vt Damaſus, Platina, Onuphrius Ciacchonius illi verò, Imperatorum, vt Tranquillus,Capitolinus,Spartianus;nonnulli de viris illuſtribus opera compilant; & hi varie,vel enim de illuſtribus arte militari,& regendis populis,vt Plutarchus,Plinius iunior,Petrarcha; vel illuſtibus doctrina, & ſcriptis;& rurſus, vel de ſcriptotibus Eccleſiaſticis, vt D. Hieron.Gēnadius, Abbas Tritemius, Bellarmin.Siſtus Senēſis,& nos ſupradicta hic reperies.

De libris totaliter prohibitis vſq; hodie contra hæreticos, de libris prohibitis corrigendis de libris prohibitis,quia non habent nomen, de libris prohibendis per ſuas regulas ad ſenſum regularum Patrum Cōc. Trid.quia obliti ab impreſſore,ideò ſunt additi hic breuiter.

Poſt libros geographos cōtra hæreticos f. 188.poſt libros canonicos cōtra hæreticos fol. 191.poſt libros apocryphos contra hæreticos f.202 poſt libros catholicorū contra hęreticos,poſt libros non prohibitos cōtra hęreticos,ſeu de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cōtra hęreticos,remanebat de libris totaliter prohibitis vſq; hodie,de libris prohibitis doneç corrigātur,de libris ꝓhibēdis,& corrigēdis per ſuas regulas in hoc vltime. Quia vt ait M.Franciſcus Madalenus Ordinis mei Secretarius Congregationis indicis librorum prohibitorum in ſuo Eleocn,quod librorum prohibitorum cognitio apprime neceſſaria eſt ad conſcientiæ ſecuritatem,ſcientiæ adeptionem & M.Franciſcus Ferrerius etiam Secretarius dictæ Congregationis ſatis antea dixit nihil vtilius fieri poſſe,& directorium Inquiſitorum, Lucerna Inquiſitorum, Speculum Inquiſitorū, Simanca,Paramus,Zinardus,Alnylius,Bariola,Farinacius,Bonacina, Porretta, Prierius, Diana, Ludouicus Stella,Riccardus,ſeù Monſtrum dicunt in ſancta Inquiſitione librorum prohibitorum cognitionem eſſe neceſſariam, & in Praxi ſanctiſſimæ Inquiſitionis; ſed quia libri prohibiti omnes, vſq; hodie mirabili ordine,& labore faciliter citando omnes claſſes,& appeodices Concil.Trid. & libros prohibitos per omnia decreta dictæ Sacræ Congregationis poſt Trid. vſq; hodie citando in omni libro dicta decreta poſt Trident. vſq, hodie non ſolùm per cognomina,ſed etiam cum magoo labore per nomina videndo in fonte auctores in vno libro Abecedario breuiſſimo,ideò remicto lectorem ad Helencum,ſeù librum omnium librorum prohibitorum Abecedarium ponendo etiam nomina, & cognomina, vt Ariganum,dicit vide Dauid, ideſt ſuum nomen Dauid,ſimiliter mira claritate,& diſtinctione,& ordine atteſtando primam,ſecundam, & tertiam claſſem Conc Trideot.vide dictum Heleocum librorum prohibitorum vſq: hodie,quo noo reperitur melius,& habendo dictum librum helencum habes omnes libros prohibitos clarè,diſtinctè,& breuiter.

De libris prohibitis doneç illi corrigantur, quia poteſt fieri ab habente poteſtatem facillimè cum Briſichella Romæ impreſſo,& Magiſtro Sacri Palatij Stella,& Magiſtro Moſtro cum ſuis indicibus aliis,dicēdo,dele in folio tali tot lineas,etc.ideò vide eos pro libris corrigēdis,& mirabili labore pro noſtra facilitate.

Et nota,quod indices, & ſyllabi omnes particulares extra Vrbem ſunt prohibiti ſi abſque auctoritate, approbatiooe ſacræ indicis Congregationis impreſſi poſt indicem communem Sacri Conc.Trident.Pij IV. auctoritate,poſtea verò à Xiſto V.auctum,tandem iuſſu Clementis VIII.recognitum,& publicatum in decreto 16. Martij 1621.dicit Franciſcus Madalenus Secretarius indicis in Helenco omnium librorum prohibitorum vſquè hodie fol. 194.

De libris prohibendis per regulas Patrum,Conc.Trid.in præfatione Magiſtri Ferrerij, tunc Secretarij, vide in fine Tridentini,ac etiam in fine Helenchi Madaleni decem regulas,vide etiam ſequentes inſtructiones,de libris prohibendis,tum expurgandis, & imprimendis ibi f. 11.poſt Heleneū, ſeù videetiā finē Trid.

Et ſi quid rectè repereris, totùm Dei, Deiparæ, atquè S.Raimundi, & S.Antonini beneficio aſcribas, ſi quid autem offenderit,mihi tribuendum putes.

Eſt Auguſtinus in Epiſtola 57.ad Dardanum in fine.Si qua autem vitia mea perſpexeris,vt cariſſimus amicus ignoſcas, eadem ſinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis,& veniam.Vale finit Aug. ad Dardanum finit Author ad leggentes valete.

Ex libro primo Martialis in diſticho ad Lælium. *Carpere,vel noli noſtra,vel ede tua.*

IMPRIMATVR. Gregorius Peccerillus Vic.Gen.Neap.

Fr.Ioſeph de Rubeis Ord.Min.Con.Emin.Card.Filam.Theol.

Digitized by Google

Præſens Bulla oblita ab Impreſſore eſt addenda in fine Bullarum Vrb. VIII. fol. 255. vt paralepomenon.

XLIX. alias CLIX. VRBANVS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Prohibitio ne in Eccleſijs ſumatur Tabaccum.

CVm Eccleſiæ Diuino cultui dicatæ Domus ſiut orationis, eaſquè propterea omnis ſanctitudo deceat, merito nos quibus cunctarum per Orbem Vniuerſum Eccleſiarũ cura à Deo commiſſa eſt, aduigilare conuenit, vt ab eiſdem Eccleſijs quicumque actus profani, & indecentes procul arceantur; Itaque cum ſicuti pro parte dilectorum filiorum Decani, & Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalen. Nobis nuper expoſitum fuit prauus in illis partibus ſumendi ore, uel naribus Tabaccum uulgò nuncupatum uſus adeo inualuerit, ut utriuſque ſexus perſonæ, ac etiam Sacerdotes, & clerici, tàm ſeculares, quàm regulares clericalis honeſtatis immemores, illud paſſim in Ciuitatis, & Diœceſis Hiſpalen. Eccleſijs, ac quod referre pudet, etiam ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrando ſumere, linteaquè ſacra ſedis, quæ Tabaccum huiuſmodi proiicit excrementis conſpurcare, Eccleſiaſque prædictas retro odore inficere magno cum proborum ſcandalo, rerumquè ſacrarum irreuerentia non reformident. Hinc eſt, quòd Nos, vt abuſus tàm ſcandaloſus ab Eccleſijs huiuſmodi prorſus elimiuetur, pro paſtorali noſtra ſollicitudine prouidere, ac Decanum, & Capitulum præfatos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijs Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harũ ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus ipſorum Decani, & Capituli Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis, vtriuſque ſexus perſonis, tàm ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis, etiam cuiuſuis Ordinis, inſtituti, ac Militiarum etiam Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani regularibus quomodolibet qualificatis, & quantumlibet priuilegiatis, & exemptis etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignis, ne de cætero in quibuſuis Ciuitatis, & Diœceſis prædictarum Eccleſiis, earumque atriis, & ambitu Tabaccum, ſiue ſolidum, ſiue in fruſtra conciſum, aut in puluerem redactum ore, vel naribus, aut fumo per tubulos, & aliàs quomodolibet ſumere audeant, vel præſumant ſub excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo abſque aliqua declaratione per contrafacientes incurrendæ pœna, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Quo circa Venerabili fratri Archiepiſcopo Damiaten. moderno, & pro tempore exiſtẽti noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio per præſentes committimus, & mandamus quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit ſolemniter publicare faciat, illas, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari; contradictores quoſlibet, & rebelles, ac prohibitioni huiuſmodi non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaquè opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri de vna, & in concilio generali edita, de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in iudicium non trahatur, aliiſquè Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis etiam Conciliaribus, necnon Eccleſiarum prædictarum, ac quorumuis Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum regularium, ac Militiarum etiam Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et innodatis. Quibus omnibus, et ſingulis illarum tenores præſentibus pro plenè, et ſufficiẽtèr expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, et expreſſe derogamus, cæteriſquè contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus, vel alicui coniunctim, vel diuiſim ſit ab eadem Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per litteras non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem; Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus adhibeatur fides, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Ianuarii 1642. Pontificatus noſtri anno decimonono.

M. A. Maraldus. Loco † Annuli Piſcatoris.

IN Tridentino ſeſſ. 22. quod irreuerentia à rebus ſacris nò longe abeſt ab impietate, ideo Reſpondet ad ſupplicantes Decani, & Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis cum pœnis, & cenſuris arduis ne fiat, vt ibi, non tamen videtur concedere, quod fiat in aliis Eccleſiis, quæ cum ſimus in pœnalibus, ſalua meliori expoſitione cum omni humilitate.

Iſtud tabaccum eſt etiam contra metodum medendi Galeni, dicentis, quod purgationes ex partibus nobilioribus, puta cerebrorum ad partes ignobiliores, puta narium, non ſunt faciendæ. Et in libro de partibus animalium, quod læſo aliquantiſper cerebros & læſo aliquantiſper corde moritur homo, lædditur cerebrum per caliditatem tabacchi, auferendo naturalem frigiditatem cerebri, datam à natura propter refrigerium nimiæ caliditatis cordis, ergo læditur cor, quod verè non participat frigiditatem cerebri datam à natura propter hoc, ergo remanet læsũ cor ex caliditate tabacchi, & ſic moritur homo aliquando ſubitaneæ, febre maligna, aliquando febre lenta, vt patet de multis mortuis in hoc anno, tum Religioſis, tum laicis, ergo tabaccum non eſt ſumendum in nullo loco, non ſolum in Eccleſiis, vide totum Galenum epilogatum in noſtro viridario omnium ſcientiarum multoties impreſſo. Nota titulum Bullæ, & Procemium loquentia abſolute.

Quarto patet ex aperitione multorum capitum repertorum cum cerebro ſicco per tabaccum, cum Medicis dogmaticis, methodicis, & mixtis ex his contra Medicos empiricos.

Hæc de Conciliis omnibus Eccleſiæ Sanctæ Dei, & de Bullis cunctis, & de Decretis Sacræ Congregationis Rituum, & de ſumma caſuum conſcientiæ, ex verbis Conciliorum, & Bullarum Pontificum etiam præſentis Innocentii Decimi Romani, quem Deus conſeruet, & concedat pluſquam dies Petri propter ſuum ſingulare regimenunam dictum illud non videbis diem Petri non reperitur in ſcriptura ſacra, neque in Conciliis, neque in Canonibus, & ſuppoſito, quod reperiatur poteſt gloſari, vt intelligatur quantum ad primatum, & quantum ad miracula, vel quantum ad amorem habitum à Chriſto, vel quantum ad conuerſationem, cum Chriſto, vel quantum ad fundationem fidei, vel quantum ad fundationem Eccleſiæ, vel quantum ad prædicationem, vel quantum ad martirium, vel quantum ad penitentiam amarè flendo, vel quantum in ſubſtinendo, vel quantum ad fundamentum Eccleſiæ tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & primo habenti poteſtatem clauium, & tibi dabo claues, &c. vel quantum ad loca ſcilicet in Ieruſalem, in Antiochia, & Romæ, &c. ſimilia quantum ad conuerſionem, & reliqua alia ſupra dicta. Cum Deus poſſet facere viuere Summum Pontificem pro ſua Eccleſia Sancta Dei pluſquam Mathuſalem.

Pontifices legitimè creati vſque hodie 240.

Pontifices ſchiſmatici, ſeu Antipapæ, qui non poſſunt dici Pontifices veri ſunt num. 32. Schiſmata 32.

Papæ Pontifices, & monaci profeſſi ſunt numero 32.

Papæ pontifices mortui extra Romam ſunt num. 45.

Papæ pontifices mortui Romæ ſunt num. 195.

Papæ Pontifices Romani ſunt num. 105.

Pontifices Itali num. 178.

Pontifices, qui non finiere menſem ſunt numero 11.

Papæ pontifices, qui non finiere annum numero 40.

Pontifices, qui vixerunt pluſquam 20. annis ſunt num. 8. includẽdo doctiſſimum Pontificem Vrbanum VIII.

Sedes vacans per quinque vices per duos annos, & amplius his per annum, ex quibus omnibus vacationibus colligunt vacaſſe 40. annis, & diebus, per menſem circiter vſque ad præſentem ſummum Pontificem. Vide vitas breuiſſimas Pontificum hic à nobis retro voluendo folio 8. & in principio fol. 54. col. 2.

Ex Franciſco Petrarcha 100. annis ante Platinam, Sancto Antonio in annalibus, ex Belluacenſi in hiſtoriali, Platina, Tarcagnotto, Petro Meſſia, Ciacconio, Philippo de Bergamo, Simonetto, Guicciardino, Honofrio Panuino, Thoma Coſta, Tempeſta, Antonio Ciccarello, Bartholomeo, Dionyſio Campano, Bardo, Baronio, Baptiſta Caualerio, Tranuſio Cabrera, Victorello, & Ferdinando Florent. Abbate Ord. Ciſtercienſis in monumentis Hieronymi, Alexandro 1. C. & aliis, ex chronologia Bellarminii.

IMPRIMATVR. Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Fr. Ioſeph de Rub. Ord. Min. Conu. Emin. Card. Filam. Theol.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google